BSB Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum
Digitale Bibliothek

Heilmann, Johann Jacob

Theatrum Chemicum, Praecipuos Selectorum Auctorum Tractatus De Chemiae Et Lapidis Philosophici Antiquitate, veritate, iure, praestantia, & operationibus, continens In gratiam Verae Chemiae, & medicinae Chemicae studiosorum ... congestum, & in Sex partes seu volumina digestum ; Singulis Voluminibus, Suo Auctorum Et Librorum Catalogo Primis pagellis; Bd.: 4

Argentorati (1659)

Res/Alch. 280 a-4
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10912610-2
VD17 1:092215A

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

10972810

P L

10912810

Arch. 280 a / 4

Theatrum

Arenicum.

THEATRUM CHEMICUM,

PRÆCIPUOS SELECTORUM AUCTORUM TRACTATUS DE CHEMIÆ ET LAPIDIS PHILOSOPHICI

antiquitate, veritate, jure, præstantia, & operationibus continens:

In gratiam Veræ Chemiæ, & Medicinæ Chemicæ studiosorum (ut qui uberrimam inde optimorum remediorum messem facere poterunt) congestum, & in sex partes seu volumina digestum;

SINGULIS VOLUMINIBUS,
SUO AUCTORUM ET LIBRORUM
Catalogo primis pagellis: rerum verò & verborum Indice postremis annexo.

VOLUMEN QVARTUM.

ARGENTORATI,
Sumptibus HEREDUM EBERH. ZETZNERI,
M. DC. LIX.

BIBLIOTHECA
REGLA
MONACENSIS.

CANDIDO LECTORI S. P.

Vi in promovendis Chemicorum studiis tres antehac Tomos, varii doctrinarum genere & gravissimorum virorum lucubrationibus refertos, non sine multorum insigni emolumento, typo publico in lucem emisi: En Quartum nunc tibi, amice Lector, trado Tomum. Qui duo scriptorum genera continet: Vnum quidem illorum, quæ ante hoc tempus licèt publicè prostabant, sigillatim tamen illa, & variis locis ac successivis temporibus, quia erant edita, nec distracta ad plurimorum manus pervenire poterant, hoc meo libro singula coëgi, unoq; volumine complexus sum, ut quibus multis alioquin per accidens carere contingeret, hîc omnia congesta sub oculos posita haberent, atq; ultrò etiam priùs desiderata non invito offerrentur. Alterum genus vetustissimorum manuscriptorum est, quæ hucusque publica facta nunquam sunt, & paucissimis, nullis imò, dixerim, nostræ ætatis hominibus visa: Quibus comparandis ac divulgandis sumptus feci, & labores

posui. Ita enim antiqua & obsoleta litera ex illis nonnulla erant perscripta, illorum ut nuda lectio saltem non parùm nostros exercuerit : In quibus tamen vel emendandis vel mutandis manus abstinuimus, quamcunque etiam in dicendo barbariem nonnunquam præ se ferrent, aut etiam literæ errorem inferrent, lectori modò & gravissimæ hujus artis indagatori satisfaceremus, qui nequaquam sermonis spectat elegantiam, sed abstruso loco positæ veritatis potiùs eruendæ, cognoscendæq; satagit. Tenetur etiam quisquis vir bonus, ut authoris ipsius, in re gravi, & in doctrina veterum quacunque, nuda verba ponat & exprimat, ad superstitionem etiam illa observans, ita ut in illis describendis, recitandis, aut ex archivo quocunque producendis sententiis vel unicam literam omisisse aut immutasse, piaculum habeat.

Cùm verò nonnulla alia quoque scripta Chemica in manibus habeam, quæ præli beneficio publici juris facta hactenus non sunt, pro viribus enitar, ut Quintus quoque (aut forsan plures) Tomus Chemicus prodeat. Ad quam rem gerendam, omnes illos, quibus Philosophiæ Chemicæ studia curæ cordiq; sunt, cujuscunq; status aut conditionis existant, obnixè rogatos volo, ut, si penes se hujus generis scripta habeant, benignè communicent, ac, si in hoc laudabili meo proposito, me juvare possunt, juvent, communeq; bonum in medium conferant. Sunt quidem, fateor, in ejusmodi coacervatione mala bonis, multa futilia atque iner-

tia

tia gravissimis rebus permixta, vera imò, quod in omnibus facultatibus nostro tempore accidit, à falsis oppressa & suffocata, quæ prudens ac cordatus Lector, qui aliqua Philosophiæ vena calet, ritè discernet, atque aurum ex stercore Sophistarum probè eruet.

Tandem notum Lectori volo, posteaquam hactenus in illis, quæ rem metallicam spectant, operam nostram impendimus, contulimusq; : post hæc Theatrum quoque Chemicomedicum ex officina nostra, Deo dante, proditurum, præstantissimorum remediorum farragine instructum: quod te monere volumus. Atque his te interim salvere, atque nunquam mentiri solitis Philosophis pro virili incumbere, illorumq; fortiter vestigiis in opere universali, (extra quod nihil nisi labor & dolor est) insistere jubemus. Vale. Argentorati, Anno salutis humanæ 1613.

LAZARUS ZETZNERUS.

ELENCHVS AVCTORVM
ET TRACTATVVM HVIVS
Quarti Voluminis.

RAymundi Lulli, Theoria & Practica. fol. 1, 135

Ejuſdem, Compendium animæ tranſmutatinnis artis Metallorum. 171

Artefii, Clavis majoris ſapientiæ. 198

Heliæ Artiſtæ, Nova diſquiſitio. 214

Hieronymi de Zanetinis, Concluſio & comprobatio Alchymiæ, qua diſpoſitioni & argumentis Angeli reſpondetur. 247

Nicolai nigri Happelii, Cheiragogia Heliana, de Auro philoſophico, nec dum cognito. 265

Wenceslai Lavini Moravi, Tractatus de Cœlo terreſtri. 288

Nicolai Nigri Happelii, Aphoriſmi Baſiliani ſive Canones Hermetici de Spiritu, anima & corpore. Medio, Majoris & Minoris mundi. 327

Andreæ Brentzi, variarum Philoſophorum Sententiarum perveniendi ad lapidem benedictum; Collectanea. 372

Gaſtonis Dulconis de triplici præparatione Auri & argenti. 372

Ejuſdem, De recta & vera ratione progignendi lapidis Philoſophici, ſeu ſalis Argentifici & Aurifici, Tractatus duo. 388

Authoris, Divi Leschi Genus Amo De Lapide Phiſoſophico Tractatus duodccim. 420

Ejusdem Ænigma philoſophicum ad filios veritatis. 442

Dialogus Mercurii Alchymiſtæ & naturæ. 449

Auro-

Aureliæ Occultæ Philosophorum partes duæ. M. Georgio Beato Interprete. 462
Arnoldi de Villa Nova. Speculum Alchymiæ. 515
Arnoldi de Villa Nova Carmen. 542
M. Ar. ad Bonifacium VIII. Quæstiones Essentiales quàm Accidentales. 544
Philosophi Anonymi, Tractatus, de secretissimo antiquorum Philosophorum arcano. 554
Propositiones XXII. In quibus veritas totius artis Chemiæ brevissimè comprehenditur. 577
Ioannis de Lasnioro, Tractatus aureus de Lapide Philosophorum. 599
Ioannis Trithemii Abbatis Spanheimensis, Tractatus Chemicus nobilis. 585
Hermetis Trismegisti, Tractatus verè aureus, de Lapidis Philosophici secreto in cap. 7. divisus: Nunc verò à quodam Anonymo Scholiis illustratus. 592
Davidis Lagnei D. Medici, Harmonia seu consensus Philosophorum Chemicorum magno cum studio & labore in ordinem digestus. 718
Alberti Magni, De concordantia Philosophorum in lapide philosophico. 809
Ejusdem, Compositum de compositis. 825
Ejusdem, Liber, Octo capitulorum de lapide philosophorum. 841
Avicennæ, ad Regem Hasen Epistola, de Re Recta. 863
Ejusdem, Lapidis Philosophici declaratio filio suo boali. 875
Ejusdem de congelatione & conglutinatione lapidum. 883
Guilhelmi Tecenensis Lilium de Spinis evulsum. 887
M. Ortholani, Practica vera Alchymiæ Parisiis probata & experta sub Anno Domini 1358. 912

Lumen Iuvenis experti novum, id est, Tractatus, in quo nominat lapidem philosophicum. 934
M. Valentini expertissimi, Opus præclarum ad utrumque. Quod pro Testamento dedit filio suo adoptivo, qui etiam istum tractatulum propria manu scripsit. 941
Incerti auctoris, Tractatulus super hæc verba: Studio namque florenti. 955
Item, Opus ad Album. 957
S. Thomæ de Aquino opus excellentissimum, Liber Lilii Benedicti nuncupatum. 960
Innominati authoris, Tractatulus super verba Mer: fugi dum bibit. 974
Item, Opus breve ad Rubeum cum sole per aquas fortes. 984
Petri de Silento Opus. 985
Anonymi Tractatus Philosophicus ad Rubrum & Album. 1001
Pauli Eck de Sultzbach; Clavis Philosophorum. 1007.

IN NO-

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, INCIPIT TESTAMENTUM MAGISTRI RAYmundi Lulli, & primùm de Theoriça.

DEUS QUI GLORIOSE OMNIPOTENS *existis, propter te amare, diligere & recolere incipimus artem præsentem, ut filiis veritatis pateſiat, quod in parte occultatum fuit à nobis, & ut fiat illis complementum tam excellentiſſimæ nobilisq; partis philoſophiæ, quam manifeſtabimus in hoc noſtro abbreviato volumine, quæ eſt de transmutatione non ſolum perfecta, imò perfectiſſima, ad quam ſophiſtæ nunquam pertingere poſſunt, & ſine cauſa hanc inclytam ſcientiam diffamant: & ideo iſtum dictum librum relinquimus filiis noſtræ doctrinæ per modum teſtamenti, quem dividimus in tres libros principales: ſcilicet Theoricam, Practicam, & Codicillum, quæ tres partes diſtingvuntur in quatuor diſtinctiones, quæ ſunt figuræ circulares, definitiones, mixtiones, & applicationes differentiales, pro ſecundo libro practicali & pro primo theoricali. Iſte liber in quatuor diſtinctiones diviſus eſt, & ſunt primò figuræ circulares, definitiones, mixtiones, & applicationes differentes ſecundo libro practicali, & primo libro theoricali. In nomine reverentiæ, potentiæ & ſapientiæ cœleſtis, tibi fili doctrinæ clarificare intendimus donum nobis datum, per proceſſum neceſſarium, ſine quo plenaria noticia illius rei, quæ eſt unæ compoſitiva de illis entibus, quæ ſunt materia naturæ, quæ per diſſolutiones reperta ſunt & reperiuntur, & in viis ordinariis non patiuntur videri. Et ob hoc, quia diſſoluta doctrina perquiſitè anhelat, ſuſpirat, & deſiderat finem, & ad finem conſummationis venire, tu æterna & ſuprema poteſtas illuminare velis Chriſtianos & in te credentes, ad*

videndum & cognoſcendum veritatem per antiquos fabricatam, ſine qua hæc ſcientia, quæ melior eſt nobilioris partis philoſophiæ, integrari non poſſit, & ad nos introducendum, quia jam tempus eſt, ut definitiones illius ponere debeamus.

De definitionibus hujus artis, & de planctu naturæ, & quid ſit theorica, & quid practica.

CAPUT I.

ENTIA realia ſtantia in ſuis primordialibus & ſuccedentibus principiis dant noticiam & cauſam cognoſcendi naturam corporum, & mediorum, ac extremitatum cognitarum, quæ ſunt cauſa veræ permutationis ipſorum & transmutationis, ſecundum ipſorum radices, in forma ſphærica & ſpecie permanente per diſpoſitiones ſuas, in quantum ſunt permutabiles & in toto transmutabiles in veram formam utilem perfectorum, eſſentiam conſervando inquantum eſt poſſibile, ipſa ducere ad ſupremum & perfectum temperamentum. Sed in hoc libro cum in diſcontinuatione loquimur phyſica, mandatum habemus de magiſtra domina natura. Quia ipſa nobis manifeſtè apparuit, & ſua opera nobis aperuit, & aperta oſtendit. Ideo flendo & gemendo contra nos clamando dixit. Heu: qui dammodo faciam, quoniam inſtrumenta mea mihi auferre & tollere conantur, & ſecreta mea deprædari, & diſcooperire me volunt. Et illa quæ formavi per licentiam dei & magiſtri mei, ad mortem volunt me expedire. Ille eſt dolor, quem domina dixit natura coram ſuo presbytero, gemo atque lugeo: & verè tam profunde flebat, quod nullum erat cor illam videns, quin compaſſione moveretur, ac ipſius amore à fletu retardaretur. Nam tantus ejus corporis dolor erat, quod uſque ad ſpaſmum ducta fuit propter dolorem & diſplicentiam, quam habebat propter opera bona, quæ in hoc mundo fecerat, adeo quòd ea dimittere volebat, nec ea amplius facere curabat, dum tamen licentiam à deo magiſtro ſuo poſſet obtinere, cùm eum requiſiviſſet ſuper illo. Et ob hoc mandatum ſuſcepimus, quòd ſua inſtrumenta habemus ſecretare, & cuſtodire à manibus inimicorum ſuorum. Et hæc omnia in ſecundo libro declarabimus, ſi intrare poteris. Et ideo iſte liber primus diviſus eſt & partitus in quinque partes, & quinque diviſiones, per generalia capitula.

Cùm autem hujus partis philoſophiæ non poſſit tradi practica ſine theorica præcedente, dicimus quòd theorica eſt in parte illa, in

illa, in qua dispositiones transmutabilium & mutabilium corporum ad temperamentum docentur, & demonstrantur in tanto, quantum est necessarium ad perfectionem nostri magisterii. Practica verò est illa pars, in qua forma & modus rectè operandi describitur, secundum exigentiam dispositionis præcognitæ per theoricam. Et ideo quia neque dispositiones corporum supradictorum, neque suæ naturæ possunt esse cognitæ, nisi per considerationem rerum naturalium & innaturalium & contra naturam, pro meliori intellectu dividimus theoricam in tres partes, cùm dispositiones totius corporis permutabilis in genere non sint nisi tres, scil. temperamentum, intemperamentum & neutralitas. Primò sciendum est, quòd temperamentum sub rebus naturalibus comprehenditur, quia formaliter sua complexio est de partibus subtilibus & simul adunatis. In quarum compositionibus partium philosophi diffusè locuti sunt, largè accipientes, in quantum potuerunt comprehendere continuationem & aggregationem partium, quando continuitas illa compositionem suam accipit. Intemperamentum autem comprehenditur sub rebus quæ contra naturam sunt, & ideo corruptio alio nomine vocatur, vel veri elongatio temperamenti, cum qua totum & sine ea nihil. Neutralitas verò continet medium partium prædictarum, alio nomine dicta ligamenta dictarum extremitatum, temperamenti videlicet & intemperamenti, aliâs dicitur dispositio media inter duas contrarietates.

De temperamento corporum, & intemperamento, & neutralitate, & de medicina, & de instrumentis naturalibus & innnaturalibus, & contra naturam.

CAPUT. II.

ET ideo debes advertere, quòd verum temperamentum est dispositio naturalis corporum perfectorum, per quam actiones naturales perfectæ sunt in perfectione medicinæ, in qua sine alio medio perficiuntur, quæ intrant per totum, & per hoc debet esse naturæ dispositio qualitatis omnium corporum, & non actionis. Quia si corpus medicinale non est bene temperatum, cessaret omnino ad mutandum corpora imperfecta ad perfectionem, quæ cum debita projectione perficitur: verum tunc nominatur potens temperamentum solummodo, quod sit aptum ad cõplendum actionem, quæ sibi datur per complexionem sui temperamenti, cum complemento, quod ei datur per viam & modum projectionis notæ. Hæc actio reddit & ordinat medicinam aptam & habilem per suum temperamentum. Ad cujus cognitionem debet principaliter intendi & dirigi intentio illius, qui opus

nostrum

noſtrum laborat terminare nobili temperamento per inſtrumentum ſapientiæ prudentis. Quia conſiderationes, quæ circa temperamentum non ſunt, nullo modo debent iſti rei congruere. Nam extraneæ & elongatæ ſunt à voluntate & conſiderationibus artificis, & per hoc talis conſiderator exul efficitur à toto fine bono, ſicut ille, qui eſt extraneus, & alienatus per ſuum opus ſuperfluum & phantaſiam ſuam, quam perſcrutatus eſt. Verumtamen temperamentum acquiritur per ingenium naturæ, aut magiſtri voluntatem, in formento per intellectum ad unamentum rerum pertinentium & miſcibilium, ſcientiæ & artis informativæ in medicina unum habitum conſtituentis, vel diverſos aut plures. Quia temperamentum ſicut eſt perfectivum actionis, non clarius cognoſcitur, vel rectius conſervatur aut reperitur, quàm per dictam ſcientiam, quia ſive ſit unus habitus, vel diverſi: omni tamen tempore unus eſt ſolus terminus, & modus conſervandi rectos terminos producendi ad finem dictum temperamentum, quod volumus ſignificari per C. Intemperamentum, ſive non temperamentum, eſt una innaturalis diſpoſitio corruptibilis, quæ fit per elementariam diſſolutionem, per quam immediatè corrumpuntur actiones rerum individualium & naturæ, per elonga-

tionem aut labilitatem ſui temperamenti, quod venerat per continuitatem & colligantiam ſuarum partium compoſitarum compoſitione. Et illud intemperamentum volumus ſignificari per G. in converſione de D. & F. in G.

Neutralitas, neutraliter media, vel mediocritas, eſt diſpoſitio in qua per modum medii ſe habituant actiones ſui ſubjecti, ad conſervationem ſpeciei, quantum ad initium experientiæ ſenſus, &

eſt ſigni-

est significanda per E. quæ est descendens de B. & F. revertens in D. per quem formatus est C. sicut promisimus in practica, quæ est hujus libri secunda pars, dicere. Cùm diximus theoricam nostram in tres partes dividi, & ab illis partibus convenit tibi fili devallare, propterea debes considerare, quòd omnes partes theoricæ dupliciter accipiuntur, scilicet accipiendo terminos strictius, quàm capi poterunt secundum naturam suorum generum, secundum id, quod in se sunt. Et aliquotiens secundum quod sunt signa recta & propinquiora secundum naturam ad aliquid significabilem respectum per cognitionem in corporibus temperabilibus. Sed fili doctrinæ, consideratio prima est, debitè procedere in ordine doctrinæ intellectualis aut intellectivæ, sicut reperies declaratum in tractatu de quæstionibus, capitulo quæstionali artis abbreviatæ, in decima quæstione. De quo secundus liber hujus scientiæ & artis completus est. Quia nobilis memoria, & nobilis instinctus & appetitus debet poni & fixari in corde artificis, cui secretum nostrum debet manifestari, in revelatione quæ movetur à creatore totius intelligentiæ. Quia consideratione hujus secundæ partis sine fore faciendo naturæ nos ponemus secundum exigentiam magisterii nostri per processum nobis divinitus revelatum, & nostrum secretum, quod est instrumentum perfectivum totius nostri magisterii, & totius naturæ, & illud ostendemus & docebimus filium artis, quod si sit fidelis & bonus, non revelabit, & specialiter filiorum artis ac scientiæ inimicis, nec illis qui contra naturam operantur. Quia verè nunquam ab ore humano exivit illud, quod reperiet in secunda parte hujus libri post theoricam.

De principiis naturæ in universali, & qualiter sunt extracta omnia à massa confusa, ad comparationem magni mundi, de quatuor elementis: & de quatuor primordialibus principalibus principiis: & de omnibus rebus, per magnam mundi formam eas reducendo ad magisterium nostrum, quod est forma minor, sicut minor mundus per miraculum.

CAPUT III.

PRincipia naturalia primordialia & succedentia in opere naturæ, sunt universaliter omnes extremitates, quæ esse possunt, & eorum media, sicut declarabimus naturam primordialium principiorum sub posse naturæ & dei regis supremi & imperatoris cœlestis, qui solus in trinitate sine principio & fine creator est, & superior omnium prædictorum principiorum succedentium,

quæ

quæ extremitates & media in ſuis operibus naturæ ſunt nominata. Hanc naturam ſupremus deus primò de nihilo creavit ſua pura liberalitate & voluntate, in quadam pura ſubſtantia quæ vocatur eſſentia quinta, in qua tota natura comprehenditur, de meliori & puriori parte hujus ſubſtantiæ, in tres partes diviſæ, creavit altiſſimus angelos, de ſecunda cœlos, planetas & ſtellas. Et de tertia minus pura facit mundū inferiorē. Et hoc filius doctrinæ debet intelligere, non ſicut tradimus, ſed quemadmodum totum voluntate ſuperioris dei creatum eſt ſimul, ſine aliqua ſucceſſionis operatione, & ſine aliqua materia præcedente, quæ ſucceſſionē generis aſpiciat, quia aliter non eſſet creatio, nec operatio divina, quæ reſpicit creationem entitatis venientis ſcientificè per creationem de nihilo in vera entitate ſubſtantiali. Quapropter fili hoc quod dicemus & jam diximus, velis intelligere cum ſpiritu ſcientifico, & non agiographico, nec vulgarifico, quia ſic loquimur ad reſpectum naturę operationum, cujujus tu habes aſſimilari in noſtro magiſterio, & ideo dicimus cum ſermone exempli, & quod nos benè intelligas, ſicut jam dictū eſt, & non ut ſcribitur. Nam ſupremus creator hanc partē in quinq; diviſit. Creavit namq; de parte puriori eſſentiam quintā elementorum, rei cœleſtis participalem, quam per O. ſignificamus. Et de hac quatuor fecit partes, de quarum prima puriori fecit ignem, qui eſt primum elementum. De ſecunda poſt eam magis pura, fecit aërem, qui eſt ſecundum elementum. De tertia verò puriori poſt aërem, fecit aquam, quæ eſt tertium elementum. De quarta autem minus pura fecit terram, quæ eſt ultimum elementum. Primum autem volumus ſignificari per P. ſecundum per Q. tertium per R. & quartum per B. Inquantum natura in elementalibus eſt magis perfecta,



perfecta, cum parva perfectione in toto perficitur. Nam una ab alia perficitur, per concordantiam proprietatum suarum, & earum quinti instrumenti; rei cœlestis participantis, & in illa, quæ ab illis elementis postea descendit, cum parva natura, perfectione scilicet generationis, & corruptionis, & è converso, quia suus instinctus sive appetitus immediatè veniens est à creatione naturæ. Et ideo non perfectum est omnino, quod agit natura, respectu perfectionis, quæ à creatore venit, non per naturam. Quia tunc illud est sine destructione perfectum. Ille enim instinctus vel appetitus naturæ, non potest rem perfectam facere, nisi perficiatur divina scientia intellectuali, sicut in humana natura, quæ est rectificata per intelligentiam divinam, sicut per bonum artificem opus pulchrum & bonum perficitur. Per hoc potest artis filius intelligere primorum elementorum naturam, post divisionem substantiæ tertiæ primordialiter creatæ, non tamen intelligat, quòd substantia eorum sit simplex elementum quintum, sed substantia quarta, aut tertia, aut secunda, aut prima elementata de quinta parte, quam vocamus elementum primordiale & substantiam simplicem, per quam dictæ quatuor substantiæ elementales sunt elementatæ, quælibet secundum suam naturam, prout suprà declaravimus. Ista quatuor elementa sic creatà remanent pura & clara ratione claræ partis naturæ, ab eorum creatione usque ad tempus presbyteri, cujus peccato natura exivit, qui vocabatur genus, & ab eo à tempore à natu. Sed postmodum mortui sunt homines, aves, bestiæ, pisces, & aliqua nascentia terræ destructa & cremata, per destructionem generationis, quæ versa est de corruptione in generationem, & postmodum de generatione in corruptionem. Et similiter de corporibus impuris est mundus resolutus, & elementa corrupta, per quam corruptionem omnia per naturam facta & viventia sunt, & fuerunt parvæ durationis. Quia natura in sua materia grossa & corrupta non potest tam perfectum quid facere, sicut faciebat in principio, quod plus non habet ad continuandum suum opus primum. Imo natura utitur imperfectione ad corruptionem tendente, quia de die in diem naturam elementorum minus puram invenit, quia illud, quod posuit in in opere, perfectum opus emendare non potest, sed semper paulativè decrescit. Semper tamen natura secundum suum posse componit, & ponit simul partes fortiores ligamenti. Et per hanc doctrinam fili artis intendere potest verbum Salvatoris, quod in fine mundi omnia consumet, quando veniet ad judicandum seculum per ignem, videlicet omne illud, quod non erit de veritate dictorum elementorum, & omne illud, quod est de malo & impuro compositum & factum, confundetur, & projicietur in abyssum: omne autem illud, quod ignis prædictus cœlestis de virtutibus

tutibus & pura veritate reperiet ſupra ſuam ſphæram, vivaciter requieſcet in æternũ, & veniet ſupra ſalvatos felices: & malum & impurum ſupra damnatos cadit: per hoc autem poteſt elucidari & declarari conſideratio, quòd omnis res in fine ad proprium locũ ibit ſuum, unde primo mövebatur. Eſt etiã intelligendum, quòd terra hæc, quam colimus, non eſt verum elementum, ſed à vero quinto elementata eſt elemento, pòſt per quintam ſubſtantiam elementalem corporis benè elementati, cujus terra formata eſt de quinta cauſa, & tunc reperies vacuum à virtute formativa prout corpus ſine anima, & ſicut putredo congregata in uno in materia ſine forma, compoſitâ de prædicta infectione per reciprocam actionem elementorum unius ad alterum. In centro autem eſt terra pura, & verum elementum, quam ignis ardere non poterit in die terroris, & ſic de aliis elementis. Tu cum elucidatione per elucidationem intelligas clarè, & addas principalem ſubſtantiam materialem, de qua ſine diviſione omnia formata in uno fuerunt, quamvis per diviſionem rerum loquuti fuerimus, non tamen ſit ſeparata ſua ſpecies, quæ eſt eſſentia quinta, quia ſubtrahes totam principalitatem elementorum compoſitorum. Et clarè cognoſcas omnium rerum tria eſſe principia, videlicet artificiale, exemplare, & materiale.

Primum radicale principium artificiale Deus eſt, omnium creator. ſecundum principium exemplare ab ipſo Deo movetur, qui dictus eſt ſapientia, tertium verò ſuccedens principium, quod eſt materia, creata per ipſum, i.e. ſapientiam, quæ movetur ab ipſo, eſt primordiale elementum, quod appellamus hyle, quod tibi, ſi benè intellexiſti, declaravimus, quod quidem quærere non eſt tibi præſumendum in ſua ſimplici ſpecie, ad incipiendum opus noſtrum, quamvis ſine ipſo ſcire opus noſtrum nõ poſſemus, neq; ad finem deducere. Sed ipſum in cõpoſita ſpecie quærere debemus, ipſamq; purgare, & per ignem evacuare, ut ſit pura & clara; ut ſuprà diximus, quòd omnia elementa creata ſunt à dicta ſubſtantia; & ab ipſa vivificata, ad creandum & corrumpendum. Quia neceſſarium eſt, ut naturaliter appáret, cum omnis res ſub lunæ globo exiſtens ſit creata & formata à dicta materia, quæ eſt hyle vocitata, quòd de illa ſit major influentia in omni re elementata, plus in una, quàm in alia, ſicut per naturam reperimus; & quòd ibidem quieſcit. Per hoc autem, quòd ſis certus, quòd nulla res mundi poteſt eſſe ſine hac creata & generata, quia ipſe eſt collector & colligantia totius corporis elementati in opere naturæ; & ideò ipſum ὕλην vocamus, naturã, & totius elemẽtati primordiale principium hoc eſt, omnium rerũ elementatarum, quia in ſua ſubſtantia ſimplex. Elementa, quæ ſunt materia naturæ, primitiùs per divinam ſeparationem fuêre creata, videlicet, terra, aqua, & aer & ignis,

quæ

quæ ſunt elementata corpora ex primordiali principio, & ſimplici elemento, quod eſt in eis. Et ex iſto intellectu procedit cronica Methanoſtrica, quæ dicit, quod ſpecies elementorum in ſuis ſolis terminis inventa, & in dicto ſuo principio, quod eſt primordiale principium rerum ſuarum. Quare ſi iſtam quæris materiam, ad hanc intende, & illam eſſe purum ſubjectum, quod eſt unio & motio formarum, & in quo omnis forma in poſſibilitate retenta eſt, quia fluxibilitates & labilitates infinitas ipſa in motione continet, ſecundum illarum formarum diverſitatem tam extremas, quam medias, quas accipit in ſemetipſa. Et ideo per ſimilitudinem ab aliquibus nominatur receptaculum formarum, quæ ex materia naſcuntur cœleſti, quæ fieret ſupra naturam ſuam. Et per alios philoſophos fuit foreſtum vocitata, comparando eam rei groſſæ & crudæ, ratione ſuæ poſſibilitatis. Et per alios philoſophos fuit poſſibilitas appellata, quia nullam formã habet actualiter, ſed omnem formam per poſſibililatem ipſa continet, quaſi incluſam velut ſilentium ſine auditu, vel qui non vident, nec videri poſſunt propter tenebroſitatem. Et ſic debet intelligi iſta materia, quaſi de ipſa nihil intelligat. Et ideo ſcriptum eſt, quòd ipſa eſt forma mundi; in quo autem modo ordinata ſunt elementa in mundo, de quibus omnia ſunt generata, prout optime patebit, & declarabimus in capitulo ſequenti.

De forma minori, & de principiis naturæ mineralis ſimplicis per extremitates & media.

CAPUT III.

CUm de majori forma determinatum ſit, poſtea deſcendendo de minori determinabitur. In qua ſunt principia ſuccedentia in opere naturæ magis propinqua ſecundum extremitates mediis ſuarum operationum propinquiorum. Et cum dixerimus ſupra, quod principia ſunt univerſaliter omnes extremitates, & omnia ipſarum media, hîc dicimus, quod primum & principale medium extremum vel extremitas, ſunt quatuor elementa ſu-

ta ſuperius dicta, quæ ſunt extremitates elementatæ, & ſignificantur per B. Secundum ſunt vapores compoſiti ex ipſis elementis immediatè de prima compoſitione naturæ, & ſine medio dicti, ſignificati per C. in quos vapores omnia corpora elementata reſolvuntur, ad intrandum novam generationem, & velis hoc retinere & intelligere, quoniam generaliter tibi loquor, ad attingendum finem illius, quod perquiritur. Tertium eſt aqua clara compoſita ex dictis vaporibus per condenſationem ſuæ naturæ, quæ venit in dictos vapores quatuor elementorum, & illa eſt res argento vivo magis propinqua, quod quidem reperitur ſupra terram currens & fluens. Eſt iſtud argentum vivum in omni corpore elementato ſuccedente à materia aeris eſt proprie generatum. Et ideo ipſius humiditas eſt valde ponderoſa, per aeritatem homogeniam, diſcurrentem per motum venti, per venas perforatas ſubterraneas, & cadit in mineris ſulphureis cauſatis ex vaporibus calidis & ſiccis, & eſt ſignificatum per D. Quartum eſt quædam ſubſtantia procedens ex minera ſua, & infra ipſam, magis propinqua naturæ metallorum, quæ calcantis & azoth vitreus ab aliquibus nominatur, quæ eſt terra & minera metallorum, & alio nomine vocatur uriſius, lucens & album, in occulto rubeum, nigrum & viride publicè, habet colorem lacertæ venenoſæ, immedietè generatus ex argento vivo materia ſupra dicta, imprægnata ex dicto vapore calido & ſicco ſulfureo in ſua reſolutione congelata in lacertam, in quo eſt forma & ſpecies ſpiritus fœtentis in mixtione, cujus eſt calor mineralis multiplicatus, qui eſt vita metalli, & eſt ſignificatum per E. Quintum extremum vel extremitas, ſive medium ſunt vapores immediatè generati per reſolutionem & rarefactionem dicti vitrioli vitrificabilis, & hæc eſt prima & proximior materia generationi omnium metallorum imprægnata & apprehenſa à naturali calore vivificativo in forma & ſpecie aquæ vivæ, de qua omnes hujus artis inveſtigatores intelligere habent, in opere naturæ eſſe argentum vivum, ſed non tale, quale invenitur ſuper terram nec erit, quouſque in ſanguinem apoſtematum & venenoſum primitus vertatur, & ſignificatur per F. Sextum extremum ſunt ſulphura facta per ſucceſſionem, immediatè generata per naturam à ſubſtantia viva dictæ aquæ, de quorum vaporibus omne aliud argentum vivum coagulatur, & eſt retinaculum rectum dictorum vaporum in illo metallo, cujus eſt vapor. Et hoc fit ſecundum depurationem, quam materia recipit per naturam, cum informatione tali, qualis ſibi adminiſtratur ad formam & ſpeciem dicti metalli. Et talia ſulfura ſignificata ſunt per G. Septimum extremum ſunt metalla generata ex dictis vaporibus ſulfureis, & argento vivo per ſucceſſivam decoctionem, & ſunt vera extrema ſive extremitates, ſive

media

media imperfecta clauſura, & in omni opere naturæ ſignificato per H. Sed per corruptionē, quando extra ipſorum mineras extracta ſunt, intendit natura rubificare & rubiginare, ad redeundum per motus circulares, illa corrumpendo; & iterum generando; tantum quod terminentur in novam generationem, per digeſtionem in ſuis mineris, in quibus ſunt incluſi vapores reſoluti ab illis corrupti, propter gravitatem ſuorum elementorum inſtinctu naturali, & ibidem ſuo motu digeruntur, quouſque in ſpeciem meliorem terminentur, ſicut generatio carnis fit in corpore animalis, per cibi & potus digeſtionem, prout breviter declaratur in magica ſcientia & arte quod ſic incipit: manifeſtum de generatione & corruptione in metallis, &c. Et cum ibidem deſcribitur determinatione metaphorica & literali, quod cum alchymiſta nitatur dare aliquibus metallicis formam, quæ ſit ſimilis alteri metallo, ſimilis eſt pictori, qui in materia ligni vel lapidis infigit & figurat formam hominis, aut beſtiæ artificialiter, quæ forma diſcrepat & differt à materia. Quare in illo caſu dictum eſt, quod cum forma ſit ſuæ materiæ extranea, brevi tempore corrumpitur, taliaque opera non bonis naturæ operibus aſſimilantur, & de hac aſſimilatione vide capitulum, quod incipit: Cum igitur, &c. Tales enim alchimiſtæ & pictores in ſuis operibus & materia non aſſimilantur operi naturæ, quia dare neſciunt informativam virtutem materiæ convenienti, quæ inſtitutionem & inſtinctum habet recipiendi illam, quando ei adminiſtrata eſt per informatorem naturalem, ſed per ſcientiam & artem cognitam, ipſa quæ eſt naturæ ſubſtrata, quæ exemplaris eſt dicta. Magiſter ſubtilis ingenii ac ingenioſus in ſuo opere aſſimilatur operi naturæ in conſervatione ſpeciei mineralis, & format rem tali virtute, quod ſuperat omnem curſum naturæ. Et per hoc potes cognoſcere, quod opus naturale poteſt regi ſcientia & arte operatoris, ſecundum proprii inſtrumenti doctrinam. Et ſcito fili, quare homines neſciunt uti eorum memoria, entia & entitates mutabiles & vertibiles inveſtigando, neque eorum voluntatem eligendo, & recipiendo etiam bona, mala, quæ ſunt contra naturam, dimittendo. Et quia iſtas potentias in artificiis ponere neſciunt, quæ ſunt illorum inſtrumenta, & de quibus te in ſecunda parte artificiali noſtra informabimus, ut entia realia poſſis attingere in magiſterio noſtro, qui per activitatem illarum ſcientiam habituatam cum delectatione recipies, per quam intellectus cum una ſpecie attingit aliam, & in ordine unius ſpeciei attingit ordinem alterius ſpeciei, & ſic habebis ordinatam delectationem ad intelligendum proprium & commune. Et ob hoc ſcientiæ, quæ ſunt poſitivæ & non probativæ, groſſificant intellectum, & impediunt illum ad intelligendum neceſſitates entium veriſſimorum, ſicut declaratum eſt in arbo-

re philoſophiæ deſiderata in tertia diſtinctione, in capitulo, Intellectus de paſſionibus F. Q. Per quod apparet, quod multi in magiſterio noſtro per ignorantiam habent inordinatam paſſionem. Quare fili per capitulum ſuccedens, alia tibi dabimus principia, tali intentione, quod ante dicta metalla ſignificabuntur per H. Et ſit nota illorum, qui non habent patientiam in magiſterio.

De principiis hujus magiſterij, & de quibus factum eſt, & quot ſunt in numero, & de converſione ipſorum.

CAPUT IV.

PRima radicalia principia in noſtro magiſterio ſunt tria principaliter, videl aqua viva, & fœtens ſpiritus, de quibus creatur ſulphur, quod eſt lapis noſter. Sed cum illa non ſint in ſua actione ſuper terram prout nobis opus eſſet, imò in actione ſint terreſtria, in forma metalli, in qua eſt eorum potentia, ideo ſuæ naturæ extremitates accepimus per artis noſtræ media recurrendo ad ſubſtantiam unam infra ſuam mineram, ſcil. D.E. & H. Et cum illa ſint remota, & contraria per ſuæ extremitates naturæ, ſcientia diſtricta nobis oſtendit, quod capiamus F. quæ eſt diſpoſitio media extremitatum ſuæ naturæ, quæ diſpoſitio electa eſt de D. ſicut apparet per figuram A. inferius declaratam in ſecunda parte capituli ſubſequentis, ſicut per F D. convertatur in E. ut omnia vertantur in B. & quod B. per circulationem reducatur in E. à quo extrahes F. in magiſterio noſtro loco aquæ vivæ & fœtentis ſpiritus, quia ſic F. poteſtatem habet convertendi D. & H. per ſuarum formarum conſervationem, cui actualiter erit totum illud, quod erat in potentia in opere naturæ mediis melioribus extremitatum cauſa & ratione, quia in F. & D. ſunt actualiter F. & G. & H. cocta & pura, ac fortiter digeſta, naturæ ſapientis ingenio. Quare non convenit niſi removere & ſeparare unam partem de D. & unam partem de E. & tunc habebis F. in opere artis aſſimilare naturæ in omnibus melioribus modis per adjutorium C. & D. quæ venerunt de H. & F. qui deſcenderunt de H. in B. à quo fit F. qui converſus eſt in G. curſu naturæ in noſtro magiſterio. Et illud G. eſt prima & proximior materia, de qua creamus & facimus noſtram medicinam perfectam, quæ eſt fermentum elixiris.

De approximatione temperamenti reſpectu naturæ, de genere ſecundum regulam ſcientiæ, de extremitatibus, & de mediis, & de ipſorum diviſione in principiis eſſentialibus.

CAPUT V.

PRopter quæ potes conſiderare, quod res narurales ſunt illæ, quæ ſunt neceſſariæ habitudini temperamenti, ſecundum rationem

tionem generis ſui, quæ deſcenſum habuerunt ab extremitatibus & mediis ſuis, & ideo dictæ ſunt res, ſine quibus aliqua naturaliter corpora non poſſunt eſſe temperata. Quia quando res, cujus caput eſt rubeum, pedes albi, & oculi nigri, apparet, tunc eſt magiſterium, cum de iſta re temperamentum conſiſtat, quamvis enim corpus medicinale poſſit eſſe temperatum absque tali humore, ſcilicet innaturali, non tamen abſolutè ſine tali humore. Quare opus eſt, quod omne medium naturam ſentiat extremitatum ſuarum, cauſa & ratione ſui temperamenti, & per hoc invicem * elementa ſunt reciproca, ut primæ ipſorum qualitates ſe mutua & æquali actione corrumpant, tranſitione per virtutem, quod ambo-

Alias, ideo elementa & corpora unum in aliud ad finem.



bus participat, ſecundum appetitum naturæ, nec ad hoc eſt medicina ſine humiditate, vel calore, aut genere: quia ſine tali vel tali humore non habet inſtantiam aut potentiam in operationibus, & ideo ſolas operationes debet capere & operari ſolummodo per actiones debitas proprietati elixir per temperamenta magis generaliter: per ſiccum naturale, idque poſt ſuam transmutationem, & ideo cum metalla infirma & mollia convertantur in unam temperata actione ſuam ex ſe ſufferant ignitionem cum fuſibilitate, tunc dicitur operatio naturalis, licet ſit ceſſatio, ut requies beſtiæ ex actione ſenſibili, quæ veniebat in ſua transmutatione per virtutem elixiris: & ſic temperamentum corporum mundatorum transmutatorum non eſt ſine operatione naturali. Rationem hujus debes intelligere in medicina ſuprema, ipſaque in-

tegraliter verti & mutari. Sed quia nimis diffusè, per nimiam imaginationem phantasticam, posses errare casualiter secundum intellectum trium prædictorum, pertinentium theoricæ, quæ continet in se principia prætacta generaliter tradita, ideo specialiter nos instruemus terminos remotos trium principiorum necessariorum istius scientiæ, & artis divinæ. Quia cum tibi dixerimus, quod per intentam considerationem harum rerum naturalium, non naturalium, & contra naturam, debes habere noticiam materialem & essentialem temperamenti, per omnes suas partes substantiales, & etiam accidentales, ut scias te regere in dicto magisterio nostro, dictis principiis sic à te comprehensis. Habes tamen intendere non de pluribus aut multis, sed de tribus tantum, per se, singulariter stantibus, ut intelligere potes ex capitulo prædicto de principiis ipsis in nostro magisterio, per quæ nos comprehendimus hoc temperamentum. Et per hoc dicimus, quod rerum naturalium tria sunt genera, videlicet animale, vegetabile & minerale. Genus animale in sua specie multiplicatur, & dividitur in tres differentias, scilicet, in activo spermate, quod est naturale sperma, in passivo spermate, & illud est innaturale, & in sanguine menstruali, & illud est contra naturam. Genus vegetabilium est in sementis seminibus ac radicibus, quæ sunt naturalia, continentia non naturalia, & per hoc eorum complexio est Hermaphrodita, masculino & fœminino conjunctis, juxta humorem & humiditatem terræ menstruo pluviali per aerem aquam continentem, quæ sunt contra naturam. Genus verò mineralium in tres dividitur differentias, quamvis omnia metalla sint, & exitum habeant à materia una, & sic sunt complexionis Hermaphroditæ. Prima differentia naturalis est, ut aurum & argentum, quoniam argentum vivum in se suum proprium sulfur continet, quod per se congelatum est, pro medio in aurum, & pro alia medietate in argentum, post conversionem ejus in sulfur, albo & in rubeo. Ob hoc sunt duo spermata naturalia, scilicet aurum & argentum, sumendo large, quando large dicimus, hoc fit ad differentiam illius, quod perficit elixir nostrum. Et sperma innaturale est sicut plumbum, & innaturalium & immundorum metallorum, sicut plumbum, stannum, cuprum, ferrum, sulfur & argentum vivum, & rerum quæ contra naturam sunt, sicut atramenta, sales, alumina, tuthiæ, marchasitæ & arsenicum & omnia, quæ devallantur ab aliis generibus vegetabilium & animalium, de quibus potest fieri humidum menstruale, secundum magis & minus tendendo ad perfectionem vel imperfectionem. Et ideo minerale genus solummodo additum est per figuram similitudinis generaliter inter ista naturalia, innaturalia & contra naturam duorum generum,

scilicet

ſcilicet animalis & vegetabilis, quia de ipſorum natura propinquiorum alterationem accipiunt in claritate luminoſa. Et per hoc intelligere potes veram comprehenſionem reſpiciendo naturam magis propinquam ſuo generi, ſecundum quod te potes informare, per teſtificationem vulgaris experientiæ in terra lunariæ, natura cujus eſt noſtri lapidis rectificatio, quia propter hoc liberaliter nobis data eſt.

De qua re debet extrahi materia conveniens & magis propinqua ad faciendum magiſterium, de converſione unius elementi in alterum.

CAP. VI.

CUm igitur clarum ſit atque manifeſtum, quod proprietas temperamenti in corpore metallico ſit de natura metalli magis propinqua ſibi, ſicut experientia, quæ non mentitur, affirmat atque demonſtrat, effectu nobilis teſiſtentiæ in fuſione bona, & fuſione permanente in ignitione. Et hoc ſit propria forma & natura, ut dictum eſt, & magis propinqua ſuæ materiæ minerali, ſicut de ſua mineralitate deſcendebat in partes individuales ſuarum propriarum ſpecierum, de quibus trahes materiam ſuæ formæ convenientem, quæ eſt ſibi debita ſecundum exigentiam ſpei individualium ſine acceſſu ad extremitatem vel contrarietatem, diviſionem, ſed cum perfecto amoris vinculo ſine aliqua re alia ſe jungunt, ſimul à reali unione, nec diſconvenirent unquam individualia tamdiu, quamdiu firmari poterunt ſecundum curſum naturæ à ſuis nobilibus ſpeciebus, unde exit vera forma, quæ quidem in ſuæ proprietatis magna potentia vadit contra ſolem, quem natura creavit. Et ideo tibi dixi fili, quod accipies naturam dictæ progeniei, in quo luminaria duo & claritates eorum hoſpitatæ ſunt & permanentes, quæ ſuper terram radiare non ceſſant, & ſunt ſol & luna, qui per ſuos radios ignem obſcurant. Nota igitur fili, & qui non recipit hanc materiam in opere ſuo, aſſimilatur pictori, qui formam cognitam in materia remotam & longinquam depingit, ſicut ſupra diximus in capitulo, in quo de forma minori tractavimus. Et inter corpora innaturalia recipies volatile corpus, hoc eſt, argentum vivum, quod continet naturam ſuam in ſua concavitatem ventris ſui, quæ taliter ſibi adhæret, quod nullus habere poteſt, niſi quadam amicabili concordia, quam natura in quadam amoris attractione nos fideliter docuit, ex quo ei valdè multum tenemur, à quo ligamento amoroſo fortiter detinetur & arreſtatur. Et ideo inter innaturalia poſitum eſt, non omnino tamen tanquam non naturale. Quia tunc in numero illorum eſſet, quæ ſunt contra naturam. Et ideo dictum eſt medium, participans cum naturalibus & contra naturam, quia ab intra re-

tinet naturale corpus,& ſubſtantiam puram, quia eſt proprium ligamentum & retinaculum illius,& proprietatem ipſius,quod eſt exterius,educit id, quod eſt intus cum ipſo,quod eſt contra naturam. Quando igitur videre volueris naturam operari,projice intus,& conjunge ei naturale cum liga ſui amoris , iracundus erit. Iſtud autem nomen innaturale , large recipimus in hac arte, pro omnibus rebus continentibus in centro ſui corporis naturas paſſivas,ad reſpectum activorum. Et nos diximus ſuperius,quod in centro terræ terra eſt virgo,& verum elementum,& quod illud eſt creatum per naturã : igitur natura eſt in centro cujuslibet rei ſicut apparet per dictum capit. & in capitulo præcedenti , quod facit mentionem de prima forma mundi , quomodo dominus Deus noſter inſtituebat mundum , & formabat naturam, ut melius eorum naturæ detinerentur per noſtram theoricam ſecundum genus ſuum , ut ſcias quas accipere debes in magiſterio regali , & quas dimittere debes. Patet indubitanter quod per naturam dicuntur ad generationem ſui generis , qua ſunt ſecundum ſuas ſpecies,ſicut patet de ſpermate animalis , cum conjunctione caloris ſui naturalis maſculi.Et per hoc intelligere poteſt, quod innaturalium ſpecierum virtutes remotæ ſunt,& propinquæ medio, quod participat extremitatibus naturalium ſpecierum , & contra naturam ſecundum plus & minus , ſecundum quod tota generis illius natura diſcrepat,& recedit, vel concordat ſpeciei : quia per genus non debet diſcordare natura,niſi tantummodo per ſpeciem,cum appropinquitate amorum , quæ naſcitur à ſua proprietate, ſicut aer ab igne , & ab aqua , in quo eſt eorum proprietas media,ſicut eſt continens naturalium& contra naturam. Quando nos dicimus tota natura , dicimus hoc ad differentiam naturalium, innaturalium & contra naturam,quæ omnia ſunt unius generis. Et tamen ſi loquuti ſumus , quod natura generis in ſua generatione diſcordare non debet,hoc debes intelligere immediate ad recipiendum formam cujuslibet rei viventis. Quomodo natura bruta per alterationem revertitur cum operatione humana totum hoc videre poteſt,ſicut de vegetabilibus. Sed non recipiunt formam unquam animalia hominum,donec vertatur eorum genus in humanalibus. Tunc dico,quod ſpermata veniunt ad hoc,quod dictum eſt cum multiplicativa virtute, quæ eſt ſpiritus,ex quo individualia ſunt generis jam dicti,unde homines creantur per virtutẽ ſpiritus & hoc inſtitutum eſt per creatorem , ut quodlibet per hominem ei faciat honorem, vel minor natura vertitur ad majorem, quare exaltatur de multum magno valore. Igitur ſi volueris naturæ herbarum aſſimilare metalla ;noſtra, vel beſtiarum per entium realium naturam, facies genus eorum per menſuram,& tunc recipere poterunt ſpeciem & veras formas , ſi tu facias in igne

per

per fermentum fortiter & firmiter permanere. Et hoc tibi dicamus in ſecunda parte, dum tamen ſecretum teneas, quia totum ſit arte & ſcientia. Et nulli dices, niſi velis majeſtatem philoſophorum & ſecreta eorum accuſare. Et juro tibi ſupra animam meam, quod ea ſi reveles damnatus es. Nam à Deo omne procedit bonum, & ei ſolum debetur. Quare ſervabis, & ſecretum tenebis illud, quod ei debetur relevandum, & affirmabis quam per rectam proprietatem ſubtrahes, quæ ejus honori debetur. Quia ſi revelares brevibus verbis illud, quod longinquo tempore formavit, in die magni judicij condemnareris, tanquam qui perpetrator exiſteres contra majeſtatem Dei læſam, nec tibi remitteretur caſus læſæ majeſtatis. Talium enim revelatio ad Deum & non ad alterum ſpectat. Et inter illa, quæ ſunt contra naturam capiendo unum liquorem, qui eſt corruptio & ſeparatio ſpolij corporis dicti volatilis, hoc eſt, argenti vivi, quod eſt cauſa continuitatis partium illius liquoris in dictis duobus luminaribus & claritatibus ſine illarum perditione in ſuo genere, ſed remotè & propinquè participat ſecum vim re menſtruali infirma & corruptibili, ſicut res menſtrualis, de qua, quando fermentata eſt albificata in humiditate ſuorum ſpermatum, nutritur infans, ſicut ſub mammilla puer, quia virtute humiditatis duorum ſpermatum ſanguis menſtrualis virtute ſuæ naturæ vertitur in humiditatem radicalem. Et quando dicimus remotè; hoc eſt ad differentiam rerū, naturalium & quando propinque dicimus, hoc eſt, ad differentiā rerū, quæ ſunt contra naturam. De his tribus rebus fili magnum draconem extrahes, qui eſt initium radicale & principale firmæ alterationis. Et in iſto tuam firmabis diuturnam & continuam conſiderationem, per inſtrumentum rationis naturalis. Et melius tibi hæc declarabimus in capitulis ſubſequentibus practicis.

Quomodo non ſit niſi unus lapis philoſophicus, & de abiſatione ſuæ purgationis.

CAP. VII.

DIcimus, quòd non eſt niſi unus lapis philoſophicus à rebus ſupradictis noſtro extract? magiſterio. Et ideo quando de novo venit in mundum, non debes ei addere alium pulverem, vel aquā aliam nec aliquam rem extraneam, niſi illud, quod in eo natum eſt, ſuæ naturæ propriæ radicalis, & mater ejus, quæ eum paſcit, & portavit, & ſulphur, quod formavit lapidem ſuum in colore cœleſti. Sed antequam eum ex toto extrahas, foras purga eum, & munda ab omnibus ſuis infirmitatibus, quæ ſunt contra naturam ſuam, phlegmaticis terreſtribus & corruptibil: quia mors ejus ſunt. quibus circumdatur, quæ ipſius vivificativum ſpiritum mortificant, qui habet poſſe ſuſcitandi eum de morte ad vitam perennem

contra bellum ignis, donec mater in ſublimi naturæ mobili quieverit incorruptus, & honorabilis naturæ mobilis in magna puritate ſine aliqua corruptione quieſcat. Et ideo fili, niſi ille ſpiritus à ſua ſeparetur morte corruptibili, corpus ſuum tenebroſum radiare non poterit, neque de ipſo fieri matrimonium inter corpus & ſpiritum, ſcilicet inter ſulphur & argentum vivum.

Quomodo appellatur lapis, ratione ſuæ proprietatis, & naturæ ipſius.

CAPUT VIII.

ISTum ſpiritum appellamus in teſtamento noſtro ſpiritum petroſum ac lapideum, quia poteſtatem habet retinendi lapides contra ignem, & conſervandi ac vivificandi corpus mortuum, à quo exivit, cujus virtus & proprietas in nullo alio ſpiritu reperiri poteſt. Et ideo quando corpus ejus tranſivit de morte ad vitam, purum eſt, mundum, album, & clarum, reſplendens in ſubtilitate magna, qua ſuperare facere debes ſubtilitatem ſpiritus fermentabilis cum ſua fortitudine ac ingenio. Quia groſſitudo fermentabilis ſpiritus debet ſubtilitatem corporis circumdare, & aſcendere ſuper, & hoc per proprietatem ingrediendi quam portat in ſe, quæ eſt proprietas penetrativa. Et ideo nulla corporis groſſities debet aut poteſt amovere proprietatem ejus magnam & penetrativam, impedimento à ſuo contrario provenienti. Et hoc modo manet & manebit corpus indutum ab extra claritate pulchra, quia ſpiritus ejus potatus eſt, & corpus intravit ſpiritum qui eum ſuſcitavit. & terminavit in forma pulveris multum ſubtilis, fluentis & fundentis inſtrumento ignis fuſione levi ſine fumo, qui eſt ſicut ignis ardens, quando flamma tangit eum, cum alteratione permanente, quæ facta eſt amplexu amicabili naturæ, retinente propriã naturam ſuam alleviatione perenni, & illud leviter fit cum practica, quam à theorica reperimus, quæ nos his verbis pulchrè & leve monuit.

De præparatione lapidis.

CAP. IX.

PRæparatio lapidoſi ſpiritus ac fermentabilis eſt, quod recipias de ſucco lunariæ, & ſudorem ejus extrahe cum igne parvo & levi, & habebis in tuo poſſe unum de argentis vivis noſtris in liquore & forma aquæ albæ, quæ eſt ablutio & purgatio lapidis noſtri, & totius ejus naturæ. Et iſtud eſt unum de principalioribus ſecretis, & eſt prima porta, prout intelligere potes rationibus antedictis. In iſto liquore rectificatur magnus draco, & projicitur à magno deſerto Arabiæ, quia immediatè ſuffocaretur præ ſiti, & periret in mari mortuo, quia jam poteris ſcire quia frigiditas magna calorem parvum extinguit. verte igitur ipſum & mit-

te in

te in regnum Æthiopiæ, unde naturaliter nativus est: quia dicimus quod nisi vertatur, & ponatur in terra sua, recedet, & aliam intrabit regionem. Quare de certo scias, quod omne aliud elima, vel alia regio nostro lapidi mortem affert, velato non scientibus ac ignorantibus, & per nos cognito.

De qua re est lapis, & quid dicitur, & quomodo ipse est de quatuor elementis, & in quo loco reperitur, & de verbis, contra mendaces & derisores.

CAP. X.

IDeo debes cognoscere clarè, quod spiritus noster secum portat suæ regionis proprietatem. Et hac ratione allegoricè oportet dicere, quod magnus draco de quatuor est elementis, & non intellectu literali, prout scriptũ est, quia sit terra, aer, aqua vel ignis, sed sola natura est & una, quæ continet in se naturam & proprietatem quatuor elementorum, & hæc proprietas venit complexionaliter in dicta substantia naturæ, per actionem qualitatum primarum elementorum, & nunc transformatarum in proprietatem & speciem metalli, tolerantem ignem in suis perfectionibus: & sic abscinduntur & disrumpuntur dictæ primæ qualitates, per mutationem suæ mixtionis, quæ facta est per alterationem, usquequo sint in hoc substanriali medio, in quo est species solis aut lunæ, vel alterius, quæ debet & potest per naturam constitui: quia prædictum medium, in quo dicta species salvanda est. tantam habet latitudinem & longitudinem, quanta potest esse partium individualium similitudo hujus speciei. Et ideo cum sit de proprietate illius naturæ sustinendi ignem, non potest, nec habet aliquid, nec facit proficuum, quousque totus motus illius mobilis non corruptus arrestetur. Sed eo non obstante, quando jam effectus fuerit de proprietate ignis excellentissimi, potest tolerare corruptionem asperitatis ignis. Et ideo potest tua intelligere speculatio modum, per quem natura nobis ostendit operationem suam, quod est ad exemplum hujus scientiæ dicendo, quod non est transitus de primo ad tertium, nisi per secundum, quod participat cum eis secundum naturæ velle. Et per hoc desiderium nostrum conquisivimus, per media transeundo, quæ sunt conservatoria & retinacula suæ speciei contra bellum ignis. Et per hæc præambula potes intelligere rectum, & verum tempus limitatum respectu naturæ, quod debes habere & conservare in certa latitudine, quousque crees rectorem & principale medium, in quibus ultimatæ species se salvari habent, quia medium est subjectũ materiale vel reale genus, in quo continens influit suam virtutem, & primordiale generationis initiũ, in qua determinatè elementa fixanda sunt cum cœlesti virtute. Omnia enim antedicta coram oculis nostris manifestata

ſtata ſunt per experientiam, ſcientia clara nobis per naturam oſtenſa, divinæ præcepto prædeſtinationis. Et ultro tibi ſecurè dicimus, quòd de natura herbarum medium creavimus, conſervativum ſpeciei mineralis, & ſuum transmutavimus ignem, in colorem metallicum, in mutatione ſpeciei mineralis. Chariſſime fili intellige, quòd lapis non eſt niſi una natura, in quatuor partes diviſa, ſecundum proprietatem ſuarum concordantiarum, ut ſit ligamen, & ligamentum in poſſe omnium quatuor elementorum, ſicut largè tibi declarabitur. Nam alio modo ſpiritū per ſuū corpus ligare non poſſumus, niſi à propria ſua natura detineatur, & arreſtetur, quæ ligamenti eorū proprietas eſt Et ideo adverte diligenter, quòd ne proprietas ſpiritus, qui à corpore exivit à nimio calore, devoretur, quia non poſſet corpus ſuum reducere ad medium, in quo ſpiritus ſecundus influit ſuam virtutem, videlicet ſpeciem ſolis ac lunæ, & illud eſt argentum vivum noſtrum, quod aptè & habiliter noſtri ſulphuris tincturam accipit, in quo lapis noſter diſſolutus eſt, & reſolutus in tali aqua, utſupra diximus. Et in tali aqua nobis apparuit, non in aqua fontis aut pluviæ. Quare ſi cum igne magno fueris operatus, proprietas dicti ſpiritus, quæ inter vitā & mortem participat, ſeparabit ſe, & anima recedit in regionem ſuæ ſphæræ. Iterum tibi dicimus & clarius, quòd per creatorem, qui nec ſalvavit generare lapides, transeat rivos, quia ſic reperitur exaltatus in fluviis, eſt ipſe cum magno poſſe. Et nihil mundi appone extraneum, dando ſibi illud, quod de ipſo exit & naſcitur, & pro vero illud à dracone exivit, & à fœtido ventre. Et in ſecunda parte tibi totam dicemus ſententiam. Cuſtodi igitur illum à gigantibus & tyrannis mundi, ut ſupra diximus. Poſiti enim ſunt in unda aquæ, à quibus multum timemus. Quia nihil ſufficit eis, quin faciant populo pacis tale malum ac martyrium, unde gens confunditur, & ponunt totum mundum ad confuſionem. Quare iſtud ſecretum per ſuperiorem nobis datum eſt, tanquam ſurdo à domino revelandum, quousque filiis ſit manifeſtum per prudentiam divinam, per eorum nobilem intellectum. Et ideo quandoque garrulatores Clerici, Legiſtæ, Artiſtæ, ſeu mundani medici, & alii plures, de quibus loqui non audemus, qui credunt aquam vivam facere, & totum non valet unum ficum, quia noſtram credunt philoſophiam deprædari, & ſe deprædatos reperiunt, & ideo tales perdunt inde vitam. Cuſtoſtite igitur filii ignem & regimen ſpiritus, & videte, ne evaneſcat præ nimio calore, ſed retine cum amore, & cuſtodi eum à magno calore. Quia ſi anima receſſerit, ſpiritus non poterit vivificare corpus, cùm aliquid dare non poſſit, quod in eo non eſt

De

De divisione & resolutione lapidis ad convertendum ipsum.

CAP. IX.

IN toto magisterio nostro necessarii sunt tres spiritus principales, qui sine consummatione suæ resolutionis non possunt manifestari. Et nominantur alio modo tria viva argenta. In quibus lapis noster est dissolutus & versus, per suæ naturæ mutationem, per contrariam & diversam digestionem, quæ fit per elementariã circulationem, per reciprocationem, in sua primordialia generationis initia. Et quia resolutio est totius primæ portæ habitudo nostri magisterii, quam declarare volumus secundum exigentiam reductionis & conversionis sui lapidis in tribus spiritibus, quorum quemlibet habes conservare secundum propriam naturæ cujuslibet ipsorum proprietatem, secundum quod requiritur in perfectione ultimata nostri magisterii, per dictam resolutionẽ divisam in tres partes principales. Prima est corporalis, & vocatur in lingua Oritana, Recfage: secunda spiritualis est, & vocatur Agazoph. tertia autem spiritualis & corporalis, & vocatur Ubidrugal. Et in omnibus istis draco noster quiescit. Recfage est solutio humida in corpore, & sicca in spiritu. Agazoph in duas dividitur partes, in Periminel, & in Adulphur, & Ubidrugal consummatio est finalis nostræ trinæ dissolutionis, qua sine sorore sua nec haberi, nec cognosci potest. Prima pars solutionis Recfage, non est aliud, quàm diminutio partium grossarum in minutissimas partes & subtilissimas, vel reductio grossi in simplex, in mutatione formæ specificæ in formam contrariam & corruptam, stantem in suo corpore, & non in forma aquæ de nubibus cadentis, neque in forma metalli in diversis preciis constituti, sed in forma terræ aquosæ & aquæ mineralis subtilis, stans in vase profundi inferni. In cujus ventre natura sua mundatur in suis primis luminaribus in tenebras obscuras, quæ aqua & terra per excitationem suarum percussionum in diversas partes multum subtiles fœtentes, ut sulphur, fugiunt altius omnibus elementis in regionem ignis, quas tum oportet multum diligenter custodire, si per istud portellum vis intrare. Tibi enim opus est, ut benè scias regere te, & reducere, quæ possit ingredi & exire, si ad secundam solutionem Agazoph transire desideras. Idcirco attende hîc, quòd menstruale spermatum condensatur de sua aeritate in aquositatem grossam, per resolutionem spermatis fœminini, quod est in menstruali cum amplexu vaporis crudorum, quod est in forma aquæ, quæ est de vapore magis crudo. Et illud, quod est magis coctum cum magis continenti ex natura, altè descendit in forma corvi nigri in aere, cujus caput rubeum, pedes albi, & oculi ex saphyro. Et hoc totum

tum nihil est aliud, nisi aer & humiditas radicalis p. p. genefatum ex calore & naturâ supremi metalli Et alia natura cruda, quæ est causa condensationis menstrualis, quæ manet inferius, est causa, & materia conjunctiva & congregamentum lapidis regalis, qui in naturam frigidam est versus, quia calidam suam perdidit naturam per resolutionem. Quapropter sic definies dictam dissolutionem. Definitur autem sic: Dissolutio est actio & passio contrariarum qualitatum, per quas virtutes elementorum inter se moventur per minimum pulverem. Aut sic definitur: Est motus, qui facit comminutionem de partibus insensibilibus diversis in specie, & similibus in genere, conjunctis in forma confusa liquorosa, & per corruptionem subjecti. Nam de qualitatibus cõtrariis mediante excitatione elevatis in ignem nigrum absque extranea divisione affectantes tum divisas operationes germinante in generatione. Alio modo dissolutio definitur: Dissolutio est instrumentum subtiliativum, factum cum exercitatione caloris conjuncti cum motu continuo, per quem qualitates contrariæ in simul operationes tangunt se, & miscentur in corrumpendo partes individuales, sub conservatione suæ speciei ad opus generationis. Fili hæc prima dissolutio nihil aliud est, quàm disligatio simplex partium subtilium descendentium à prima natura in germen, in quo calor naturalis debet calefieri, qui est instrumentum, cum quo habet operari virtus informativa, quæ est introducta in materia absque separationibus actualibus partium germinosarum, unius ab altera, quæ separatio indiget, quòd cũ applicatione amoris naturæ in secunda camera fiat, prout declarabimus per beneficium secundæ resolutionis Agazoph, in secunda parte suarũ quatuor figurarum. Sed antequam ad illam transeamus opus est, quod inter Recfage & Agazoph conservetur digestio pepansis sui temporis spatio, prout declarabimus in practica nostra, quia calore pepantico putrefit germen nostrum termino naturæ, & facit eũ postea crescere & fructificare. Sed primum in suam naturam primam vertitur sulphuris & arg. vivi, quod fuit germen argent. vivi, quod mutabitur in lapidem albiorem nive Et ideo dissolvatur prima corporum forma in Mercuriale germen per solemnem operationem, & statim per inhumationem pepanticam in suo ventre intrat alia forma per corruptionem formæ germinis, & elementis mixtis corruptis in simul in forma corporis nigri. Quia elementa conversa virtute caloris naturalis, qui est in materia excitata & festinata calore tẽperato cœli in minimis partibus miscent se, alterant & corrumpunt sub conservatione speciei gubernatæ per calorem non cremantem: quæ corruptio est nostri arg. vivi generatio, prout in secunda parte, & rota circuli declarabimus. Quia ibi de suis principalib' coloribus determinabimus ac de saporibus, odoribus,

ribus, groſſitie, ſimplicitate, ſubtilitate, & ponderoſitate. Et hæc eſt præparatio ſolemnis, quæ eſt caput & fundamentum creationis noſtri cari infantis. Et modus hujuſmodi creationis eſt iſte: Abjice humorem, ubi ſubmerſus eſt draco uſque ſit corpus minutum ex cœleſti ſpiritu. Et hunc nominamus ignem, quem Deus ſanctis & ſapientibus philoſophis conceſſit per revelationem, antequam naſceremur, & poſtea nobis, ut ei abſque indigentia ſerviamus. Quia monſtrando nobis exempla per curſum naturæ qualiter ei teneamur, & ideo debemus eum precari, honorare, ſervire, laudare, benedicere, adorare, glorificare, & amare abſque aliqua ſorditie, vitio aut peccato. Ob hoc, quia ipſe monſtrat nobis cognoſcere ſuam veraciter poteſtatem, & nos amavit, poſtquam nos hæc videre fecit. Fili noſter lapis jam factus eſt, poſtquam creatus eſt congelans argentum vivum, & in elixir converſum. Et hanc operationem reiterabis, quamdiu lapidem multiplicare volueris, ſub conſervatione caloris naturalis, qui multiplicat ſpeciem ſuam cum ſubſtantia argenti vivi.

De diſſolutione lapidis in forma ſpeciali, & de mutatione nominis ſui.

CAP. XII.

SIc philoſophando potes habere noticiam, quod prima & principalis intentio in noſtro magiſterio eſt, lapidem diſſolvere per mutationem ſuæ naturæ in argent. vivum, & illud eſt primum elementum in ſua natura minerali propinquando, & per hoc radix eſt, & primum elementum compoſitum de omnibus corporibus liquabilibus, & pater duorum luminariũ. Ideo in hoc ſolo convertuntur per ſolemnem reſolutionem, & poſtea in ſulphur convertuntur. Quia arg. vivum natura continet ſuum ſulphur proprium per vaporem, cujus ſeipſum congelat in lapidẽ philoſophicum, qui poſtmodum poteſtatem habet congelandi omne aliud arg. vivum, per magiſterium noſtrũ, & hic lapis dictus eſt ſulphur, & materia appropinquata perfectæ naturæ metalli, per quam natura inter ſapientes nobilis & digniſſima reputatur, de qua philoſophi faciunt medicinam fortem, & ſolemnem multum, & hanc appellant elixir vitæ, quia in humano corpore ſuperlativa & ultima conſolatio eſt. Et hac intentione ſuæ compoſitionis dabimus notitiam in hujus libri parte ſecunda, per quam curſum omnem dictæ medicinæ concludemus in conſervando locutionem per modum medium, ut melius intelligamur, per modum & mediam viam naturæ. Et ideo apparet, quod intellectus inſtrumentaliter dirigitur, & ratione ducitur, per formam mediam in hac præſenti arte & ſcientia. Et ideo non convenit, nec eſt neceſſariũ, ut ducatur multùm ſubtiliter, nec eſſe multũ ſubtilis in diſcernendo

nendo entia realia, eò quòd converterctur in rebus phantasticis, de quibus ars aut natura non habet curam. Si vero lapis, quem tibi diximus, fuerit rubeus, clarus, & in ipso sit vis simplicis ignis non urentis, sic facies multa, de quo poteris ad aurum elixir cómponere, quæ est medicina, omnes activitates conservans in natura humana, & restaurans vires diminutas ex naturæ defectu. Et breviter si hanc medicinam habeas in hoc mundo; perennem habes thesaurum.

De ratione transitus lapidis, ad convertendum ipsum in medicinam, & quomodo operator debet considerare naturas mediorum, per quas transit, quia per ipsasmet facit mutationes secundum symbolum naturæ.

CAP. XIII.

POtes intelligere fili, quod de una extremitate ad aliam non potest fieri transitus nisi per medium, & elucidavimus rationem naturæ, quod extremitates lapidis nostri in primo gradu sunt argentum vivum, & secundus est elixir perfectum. Sed media harum duarum extremitatum sunt unguenta & olea, quorum aliqua sunt magis cocta, magis pura, & magis digesta, quam alia, & ista vocamus medicinam perficiendam ac elixiris fermentum. Illorum oleorum & unguentorum confectionem scies in secunda parte hujus operis, per hoc debet bonus operator & filius doctrinæ de argento vivo nigro facere sulphur album, ad argentum, & postea sulphur rubeum ad aurum. Quia nullum sulphur potest rubificari, nisi primo sit album. Quia natura non confert, quod transitus fieri posset de primo in tertium, nisi fiat transitus per secundum, sicut apparet per definitionem elementorum, quæ distinguit, quod terra sit nigra primitus, quàm aqua, & quod aer sit clarius intensus, & quod ignis sit rubeus. Quapropter apparet, quod terra non poterit converti in aerem, nisi prius vertatur & mutetur in aquam, nec aqua potest converti in ignem, nisi prius alterum eorum convertatur in aerem. Idcirco tu fili habes multum notare in temetipso cum consideratione philosophali naturam mediorum colorativorum in mutatione naturæ mineralis. Quoniam in eis est multa scientia illorum, qui se fortificant transmutare metalla de specie in speciem. Et jam tibi diximus, si nos intellexisti, quod tibi convenit primò transmutare corpora cum naturali reductione in illud medium per alterationem artificialem, imitando naturalem, in quo species auri aut argenti poterit salvari absque distemperantia individualium, quæ sunt unius generis. Et hæc est propinqua materia adjuvans ligamentum naturæ ratione primæ conjunctionis, qua lapis est resolutus

per

per alterationem ſuæ naturæ coctæ & crudæ, & multum infirma, quæ eſt corporis converſio in argentum vivum, & per reductionẽ illius poſtea converſa eſt in ſulphur album, deinde in rubeum ſulphur. Et ſic de gradu in gradum materia lapſa gradualiter appropinquat materiæ & naturæ magis propinquæ metallo per alterativam reſolutionem, per quam promtius & melius recipere poteſt ſpeciem auri vel argenti per ſcientiam & artem multiplicatam, ut infra dicemus in ſecunda parte, in capitulo. Nos dicimus per theoricam loquentem.

De gradualibus transmutationibus lapidis, ut fiat materia apta ad creandum elixir.

CAP. XIV.

POſt hoc dicimus fili, quod lapis noſter variatur & mutatur tribus mutationibus gradualibus, ante quam ſit materia ad concreandum elixir. Et iſtæ mutationes fiunt per tertiam digeſtionẽ. Una in liquorem, per modũ olei, homogenei. Et ſicut iſta fit concavitate cordis, ſic fit prima digeſtio in ſuo proprio vaſe actione caloris, qui ſtat unitus ad materiam. Alia eſt in quatuor humoribus, hoc eſt, quando corpora luminativa jam fluxerunt in corruptionem. Quia neceſſarium eſt naturæ ipſorum, quod eorum alteratio mala convertatur in bonam, & mala facta eſt bona, & ut per conſequens poſſint obviare corruptioni omniũ corporum infirmorum. Benedictus ſit ille dulcis & juſtus Jeſus Chriſtus filius Dei, qui pro peccatoribus in terram venit, & quia ei placuit mortem ſuſtinere & fundere ſuum ſanguinem altè in cruce, & in illa pro nobis exaltari & aliis peccatoribus, & à morte inferni, & à tormentis redimere. Per hanc figuram admoneo te, quod neceſſaria fuit quatuor humorum iſtorum duorum luminarium præſentia, de quibus facta ſunt, & conſtituta eſt regalis medicina. Et ſicut hęc digeſtio fit per animalia in concavitate fabricæ epatis epapanticæ: Sic ſecunda fit in capite Alembici deſcendendo in receptorium, ſcilicet in modum aquæ cum aeris liquore, cum omnibus elementorum mineralium virtutibus. Tertia digeſtio fit per mutationem dictorum humorum in ſulphur purum, ſicut in animalibus calor & humiditas ptiſanaria, quæ convertitur in ſanguinem, poſtea in eſſentiam & ſubſtantiam membrorum, ſecundum ordinationem naturæ. Ideo debes intelligere fili quod prima digeſtio fit, quando conjunctio & coitus fit amore naturæ, quæ eſt luxuria libidinoſa & deſiderata, tunc fit prima mixtio per conjunctionem & aſſimulationem inter corpus & ſpiritum, ut totum ſimul perveniat ad unitatem, & amoroſam ac unitam concordiam cum ligamento ſuarum qualitatum jam miſcibilium & compoſitarum, ac ſuarum elementatarum virtutum, unius ad alteram, virtute con-

ceptionis duorum in uno. Et si hanc conjunctionem & coitum nunquam facias, nusquam conceptionem facies. Et si conceptionem feceris, nunquā prægnationē habebis, & si nullam prægnationem, non habebis fructus. Quando igitur materia tua conceperit, expectare debes partus, & quando peperit, habere debes patientiam in puero nutriendo quousq, possit ignem pati, & tunc de ipso liberam poteris facere projectionem, quia prima digestio facta est: & idcirco in secunda digestione fit exuberatio ex sanguine, scilicet spiritus, qui virtutem portat in se cum approximatione vicina naturam ad finem, ut ei sit magis placabilis per decoctionem unius gradus, quando sua substantia subtiliatur secundum intentionem intellectus naturalis. Cum ista substantia imprægnes lapidem, qui nondum est factus, sicut tibi dicemus in secunda parte. Et ideo in tertia digestione nutritur cum perfectione, & augmentatur in crescendo, & lapis confortatur ad faciendum suas actiones in restaurando rem perditam, in terra albafoliata extensibili multum nobiliter augmentatam. Fili pacis & veritatis, in lapide nostro, fili, manet & movetur spiritus, proutin suo corpore proprio operante, tum virtute attractiva nostri lapidis, quam dictus spiritus cum substantia tota nostri lapidis in sua supradicta mixtione prima per modum exuberationis universaliter acquisivit, adjuvante cum toto hoc potentia magis propinqua, scilicet calore naturali lapidis, qui respicit naturam in majori proximitate generis, & naturæ metallicæ, & similiter adjuvando virtutem lapidis nostri imperfecti, perforati & porosi, quæ per corporis sui solutionem continuam insensibilis & sine tactu per certam operationem causata est in eo. De qua in secunda parte practicali specialius dicemus.

De ultimo termino transmutationis lapidis per reincrudationem cocti, & decoctionem crudi, & unde extrahitur argentum vivum Philosophorum.

CAP. XV.

ADhuc intellige fili, quod ultimus terminus nostræ reincrudationis & transmutationis cocti in crudum, scilicet cui naturaliter intendit Artista, est substantia sulphuris non urentis, quæ cū conversa est, est proximior nostri lapidis materia, naturalis & puri metalli prima & proximior natura, alterata tamen per calorem sui corporis, videlicet in alteratione prima, per quam melius & propinquius possit formam & speciem eorum recipere, voluntate & concordia suæ naturæ mineralis. Fili humiditas istius materiæ una vice non fuit, nisi argentum vivum projectum à corporibus liquefactis & fusis intus & extra. Et hoc est arg. vivum, in quo qualitates sulphuris per primam & secundam digestionē admixtæ sunt. Et ideo prout natura requirit, alteratur per calorē sui ipsius,

ratione

ratione ſuæ exuberantiæ, per converſionem naturæ ſuæ & congelatur, & convertitur in ſulphur purum. Quia ſcire potes per naturam, quod nulla humiditas alia poteſt promtius & proprius converti in ſubſtantiam ſulphuris, quàm illa, in qua ſuimet ſulphuris qualitates ſunt ſufficienter introductæ per ingenium naturale artificiosè factum, quæ humiditas eſt arg. vivum in forma aquæ claræ, ſicut lac in mamillis. Et ſulphur eſt ſicut ſperma in genitalibus. Hoc arg. vivum non habet aliquam contrarietatem, ex ejus pura complexione provenientem, quia neceſſarium eſt, quod tale arg. vivum ſit temperatum multum reſpectu complexionis ſui corporis, & per hoc notificamus, quod materia iſtius non eſt arg. vivum commune per totam ejus ſubſtantiam groſſam & terreſtrem, lutulentam & phlegmaticam, ſed tantummodo in ejus media ſubſtantia, quam opus eſt bene cuſtodire, & ab igne proprietatem ejus ſuper omnia defendere, nec etiam arg. vivum eſt in tota ejus natura, quia ad terminum digeſtionis venit, per quem de natura in naturam mutatum eſt. Sed iſtud eſt argen. vivum de arg. vivo, noſter verus ſpiritus erectus à ſuis extremis contrariis cum depuratione & converſione illius in lac virginis mutatum.

De inventione artis, per quam fit multiplicatio, & de diverſis digeſtionibus lapidis.

CAP. XVI.

IDeo fili chariſſime potes eſſe certificatus, quod abſque digeſtionibus ſive decoctionibus noſter lapis in ſua propria natura non poteſt emendari. Et in certo artem reperimus, qua naturam ſequimur, id quod natura in ſuis digeſtionibus multiplicare potuit informando materiam, prout digeſtio naturæ te docebit. Primam digeſtionem appellamus pepanticam, quam ſignificare volumus per H. Secunda eſt Jecoralis, quam nos vocamus Epteſis, quia caliditate humidi corporis facta eſt, & hæc ſignificatur per I. Et hæc in digeſtiones duas dividitur. harum prima ligata eſt in Epteſi, & in iſta trahimus diſſolutionem Periminel de potentia in actum, & hæc ſignificata eſt per K. Aliam clamamus Opteſis, quæ eſt inter Scaopteſis & Scateſis. Et per hanc calor ſpiritum melius deſiccat, in reſolvendo, & hanc reſolutionē vocamus Adulphuch, & eſt ſignificata per L. Tertia vero, quæ eſt ultima cōſummationis noſtræ terrę vel ternæ diſſolutionis, eſt digeſtio facta, quando arg. vivū convertitur in eſſentiā puri ſulphuris, quam appellamus Scoapteſis, quia eſt inter Opteſis & Eſcateſis, & eſt ſignificata M. Et cum illa de N. facimus decoctionē noſtrę dictæ medicinæ, quā nominamus Eſcateſim. Per primam digeſtionē extrahimus elementa, & ad concordiam ponimus, & per ſecundam nos diſſolvimus ſpiritum, informando vas ſuum, & ubi ſe converti habet cum ca-

lore de optesi post digestionem optesis. Et in tertia nos creamus & formamus lapidem nostrum de ipsa materia statim, sicut à vase recessit spiritus cum anima corporis, quæ est lapidis perfectio. Et in quarto nos nostrum elixir regale & verum creamus.

H Digestio pepantica, vel stomachalis.

I Jecoralis vel Epheſi, id est, balneum.

K Solutio Periminel, id est, cineres.

L Opsesi vel Adulphuc, id est, cineres, arena.

M Optesi, id est, flamma.

N Eschatesi, id est, furnus secretus.

De divisione lapidis in tres causas principales, & de mutatione sua, & de principalibus, & de qua materia specialiter extractus est.

CAPUT XVII.

PEr jam declaratam doctrinam notandum est, quod tria principia nobis sunt necessaria in hac parte, videlicet corpus nobis significatum per N. & spiritus, quē significant per O. & anima, quā significari volumus per P. Semper fili in mutatione lapidis intelliges tres colores principales. Primus ergo color est niger, & ille apparere incipit in fine digestionis I. & durat usque in finem M. quando argentum nostrum vivum congelatum est in sulphur, tunc in eo apparet color albus, subtilis, albior nive, & hic est secundus color, tertius autem apparebit in colore multùm rubeo, ut sanguis cum continuatione super albo lapide. Fili quando nigredo tibi apparebit, signum erit multum fortis & nobilis corruptionis, quia nulla res animata est per naturam sine putrefactione facta. Fac transire ergo eam per K. & L. quousque sit O. benè album, quod dealbescat N. per M. Post hæc rubificabis eum cum igne lapidis in digestione successiva de N. Debent tamen omnes artifices in hac dealbatione patienter operari usquequo nigrum dealbetur optimè, prout ostendemus per proprietatem elementorum in hoc primo lib. cap. 22. & 23. Quia de nigro non potest fieri citrinum, quousque sit bene album. Quia citrinitas causatur de re albissima, & modico rubeo claro essentialiter. Nec similiter fieri potest transitus citrini ad album, nisi per nigrum. Nec aurū potest fieri argentum medicinale, nisi destruatur primo, & fiat nigrū & corruptum. Neque melius potest fieri pejus, nisi per sui ipsius corruptionem. Quia generatio unius est corruptio alterius, & econverso. Experti ergo artifices, qui sciunt aurum convertere in argentum, sciunt argentum in aurum similiter transmutare. Quia illud album sulphur, quod ad argentum per digestionem N. potest citò fieri sulphur rubeum ad aurum, & hoc intelligatur cum solo igne lapidis excitato per M. Quia in substantia istius est calor naturalis

turalis bonitatis, & magnitudinis, & aliarum partium ſuæ nobilis ſubſtantiæ. Et quia in iſto eſt majoritas ſubſtantialis, quæ eſt ſuæ propriæ eſſentiæ, ideo habet ignem naturalē & proprietatē multiplicandi ſuam ſpeciē cum ſuo calore digerente ſe in alia elementa, quæ ſunt calefactibilia, ut ignis ſuo calore valeat uti, & eum in illis multiplicare per viam compoſitionis & generationis cum cō-tinuatione de M. quia calor M. eſt fortior, quàm digeſtio L. Et ideo fili ſcies, quòd hæc rubificatio nihil aliud eſt, quàm digeſtio completa. Quando enim de mane ſurgo & video urinam meam albam & indigeſtam, ſignum eſt paucæ dormitionis. Et ideo requieſco, & dormio, & reperio urinam, quaſi citrinam, & percipio, quod ſomnus eſt perfectus. Sed quando urina matutina citrina eſt, tunc calor ignis naturæ diffuſus eſt per omnes partes urinales, per quem natura manifeſte docet & oſtendit, quod citrinatio per cō-pletam digeſtionem completa eſt. Et ideo intelligere potes, quod ſulphur album & rubeum venit de una materia metallorū ſolummodo, ſcil. argenti fini cum igne auri fini. Sed primo neceſſarium eſt, quod dicta materia ſit fortiter depurata & cocta per modū differentialem, ſicut in cap. ſequente declaratur de ſuis mixtionibus. Fili tale ſulphur ſupra terram reperiri non poteſt, niſi illud, quod eſt in iſtis duobus corporibus. Nec etiam omne ſulphur eſt albū, aut rubeum, vel perfectum ad magiſterium, niſi iſtud, quod eſt in dictis corporibus. Et ideo corpora iſta debent nobiliter præparari, ut ſulphur & argentum vivum habeatur tale ſuper terram, de quibus aurum & argentum creata ſunt infra terrā. Cum iſtis corporibus per modum ſubtilem miſcetur argentum vivum. Et ideo ſi tu ſcis miſcere arg. cum corporibus, venies ad magnum ſecretum, quod nos vocamus ſulphur album, & lapidem benedictū, qui poſtmodum efficitur rubeus, & dicitur corona regia, & eſt lapis completus. De iſtis duobus corporibus ſolum extrahitur, tunc extracta ſunt ſulphura ad album & rubeum cum in iis duobus corporibus reperta ſunt meliora, & purior ſubſtātia ſulphuris in ſupremo gradu depurāti per ingenium naturæ. Et hæc res eſt melior, & altior & ſubtilior, in quam ars non poteſt conſequi naturam, & quia in omnib. caſibus ei non aſſimilatur. Quia ſi in prima natura vel materia vellet ars incipere ad ſimilitudinem naturæ, multum longa & inquieta eſſet, & eſſet ſine fine, nec eſſet aliquid magis vile, & caderent multæ ac infinitæ miſeriæ & expenſæ. Et per hoc etiam ars primam materiam depurando eſſet vilior & debilior, quàm natura, & ſic nunquam inſequi eam poſſet omnibus ſuis viribus pro pluribus aliis cauſis in arbore quæſtionaria hujus ſcientiæ contentis. Et ideo hæc ſcientia elegit aurum pro patre, & argentum pro matre. Quia de iſtis duobus corporibus in eorum ſulphure & arſenico præparatis noſtra medicina elicita eſt, & elucidata de auro

tanquam omnium precioſiſſimo metallorum. Ergo tinctura eſt rubedinis, & refertibilis, & reſplendens, tingens & transformans omne corpus ed perfectam claritatem, Argentum vero eſt albedinis tinctura, imperfecta claritate omne corpus tingens. Cum iſtis corporibus miſce Mercurium, non tamen talem, ſicut eſt communis, ut dicemus in ſecunda hujus libri parte. Quapropter ſcire debes, quod argentum vivum in ſua natura non eſt miſcibile cum corporibus.

Quomodo Artiſta debet eſſe Virtuoſus ad inquirendum notitiam primam lapidis, & ex qua materia ſit, & fortiter conſtans ad habendum intentionem ſecundam per experientiam artis cognitam in materia natura.

CAPUT XVIII.

FIli hujus indagator ſcientiæ oportet te firmum eſſe, & non quærere poſt hoc vel hoc: quoniam in multis rebus ars iſta nunquam perficitur. Et ideo tibi dicimus, quod non eſt niſi unus ſolus lapis, ſcilicet ſulfur, & una ſola medicina, ſcilicet compoſitio ſulphuris, cui nihil addere debes, niſi ſuperflua demere terreſtria & flegmatica, quoniam iſta ſunt & debent eſſe ſeparabilia, & ſeparata à noſtro argento vivo, quod eſt hominibus magis commune, quàm argentum vivum commune, & eſt majoris precij, meriti, & fortioris unionis naturæ, à quo & ſuis primis formis omne illud, quod non eſt de ſequela harmoniaca metallorum per gradus ſeparationis ſcitos & cognitos opus eſt ſeparare, quousque appropinquet, & ſit vicinum primæ rei, ſcilicet ſui generis propinquioris, in quantum erit poſſibile cum concordia reali, debet incorporari cum igne & terra. Et tunc repertum eſt multis nobilibus virtutibus multiplicatum, & multum ponderoſum. nullus à natura debet petere, quod non habet, nec habebit unquam. Quia omne ſulphur inquantum combuſtibile, noſtro argento vivo eſt extraneum, quia ſibi ipſi incombuſtibile eſt, & corruptibile, & à noſtro argento vivo alienum. Et ideo cum tale ſulphur ſuper terram non invenitur, convenit, quod per artificium componatur, eo quod in ſemetipſo ſulphur vulgi eſt combuſtibile. Ergo à contrario ſenſu. Res non eſt argento vivo noſtro extranea, in quam per Magiſterium habet converti, ſcilicet in aurum & argentum. Nota, quod nulla res convenit lapidi, niſi quæ eſt de materia propinqua naturæ ſuæ, quia de homine non generatur niſi unus homo, & alia animalia niſi ſibi ſimilia. Et ſic omnis res, quæ concipit, generare poteſt ſibi ſimile. Et idcirco nobili materia habes operari. Et ſcias ubi reperies. Ego dico tibi, quod in deſertis & depopulatis terris invenitur. Et dum per te reperies, & inceperis operari, noli

in ea ponere aquam, nec pulverem, nec aliquam aliam rem, nisi illud, quod de sua propria natura exierit. Nam si contrarium facias, statim deteriorabitur & corrumpetur, neque venies ad intentum. Et quia in habentibus symbolum facilior est transitus, ideo in omnibus rebus corporalibus, & magis convenientibus ac similioribus naturæ metallinæ, opus est tibi corporum diminutorum medicinam accipere. Cum sit opus habere in sua narura majorem eis convenientiam, ut melius & profundius possit eam amplecti, inhærentia & societate perpetua permanente, ut omne corpus in sua natura diminutum possit etiam perfectius in sua natura perfici & compleri in collecta exuberantia, & ultra ad finem, quòd Mercurius per minimas partes possit naturaliter in eisdem misceri metallis, antequam capiat fugam, & ideo subtilior substantia & levioris fusionis in liquabilitate est tibi necessaria ad nostram componendam medicinam, quàm sint corpora metallorum, & fortioris retentionis fixativæ, quàm argentum vivum naturale vel compositum sit in sua natura.

De prima cognitione lapidis, & de qua materia fit, & de virtute patientia, quam Artista habere debet in practica.

CAP. XIX.

CHarissime fili videre potes manifestè, quod nullum corpus stans in natura sua potest congelare Mercurium, neque ei firmiter adhærere, neq; similiter dictus Mercurius in sua natura specifica potest dare medicinam, per quam corpora infirma medicinare possit, atq; diminuta à perfectione perficere, neq; potest alterari à sua natura in specificatione alterius formæ, quin contingat ipsum ab eis separari. Propter hoc eligemus duo luminaria corpora, quæ fixant omne illud, quod non est fixum. Et ideo necessarium est, quod illa corpora luminaria per retrogradationē elementariam sint ad suam primam naturam reducta, scilicet in sulphur & argentum vivum per contrarias operationes, quæ sunt solutio, subtiliatio, & sublimatio, & congelatio, non tamen vulgares, sed Philosophicas. Tibi enim dicimus, quod nihil est in hac scientia secretum, nisi modus operis & operandi, quem tibi clarè in practica in secunda parte hujus libri monstrabimus, dum tamen velis nostram intelligere theoricam, quæ monet te, ut aliqualiter vexari velis in dictis operationibus. Quia corpora sunt fortis compositionis, & ideo longa indigent separatione, & contraria operatione, videlicet, quod primò Philosophicè calcinentur, & postea etiam Philosophicè solvantur, prout natura requirit sub conservatione, quæ ad generationem aspicit. Quia quando calcinantur, levius dissolvuntur: quia calor ignis corpus pene-

trat, & penetrando partes ejus facit aquam poſt eum ingredi. Et ſic corpus eſt magis diſſolutionis ſuſceptivum. Et quando bene diſſolutum eſt, ſpiritus congelatur: & quando ſpiritus eſt congelatus, corpus eſt diſſolutum. Quia ſine congelatione ſpiritus, non fit corporis diſſolutio, nec diſſolutio corporis ſine congelatione ſpiritus. In hoc facto fili ſis longus, lentus, dulcis, & lenis, nec in aliquo feſtinaris. Permitte omnia lento igne perfici. Quia primus error in hac arte eſt, multum coquere, quia ignis comburit totum, & portat in regionem perditionis. Et intellige, quod omnis mora in hac arte nec non tarditas electæ ſunt operando patienter, nec ſine patientia iter arripias. Cum tibi contigerit ſtudio cognoſcere multa, patientiam retine, ſemper operando directe, & ſic philoſophiam habebis habituatam, præſtaque virtutem, operi patientia datur. Patientia etenim morum ſemper eſt maxima, & majoritas in noſtro magno & ſecreto opere, quod quidem penetrare facit, & magnum ſcire ſecretum, tamen per experientiam cum inſtrumento erectivo, quod monſtravit natura dirigens, ac recte ducens intellectum ad philoſophiam. Et ideo aviſa te, quod non facias ignem nimium in principio mixtionis, quia ſtatim in tinctura veniret corruptio. Ideo in eorum prima calcinatione, in qua ſe habet conſervari tinctura, tu ibis ad digeſtionem de L. ab illa extrahes ſecurè F. de E. in modum, quem tibi dicemus in practica. Et poſtea pones D. junctum cum H. in F. in digeſtione I. & ibidem ſtatim calcinabuntur cum forma conſervata in illis, & ibidem permittas per terminum ſuæ propriæ naturæ, & non plus, ne patiatur ſpiritus, quem terminum præfixum reperies in ſecunda parte: poſt dictum terminum reperies corpus totum nigrum in colore intenſo. Inde deferes ipſum in digeſtionem de K. quia iſta dabit N. O. & P. cum quibus nihil aliud miſceas crudum neque coctum. Poſt hoc fac tranſire ſepties O. per digeſtionem de I. deinde P. fac tranſire per K. qui trahi debet de N. cum L. uſque ad ſeptimam exuberationem, Et ſic convenientem materiam habebis multum pulchram ad creandum lapidem noſtrum, in quo naturalis calor continetur. Et hæc eſt cauſa, quare natura ſeparata partes iſtas conjungit in uno, ut virtus unita fortior ſit diſperſa.

De creatione lapidis, quæ fit per virtutem certæ digeſtionis, & de ejus proprietatibus.

CAP. XX.

CReatio lapidis noſtri tantummodo facta eſt de N. & O. per digeſtionem de M. quouſque corpus nigrum vertatur in album. Quia tunc N. quantum poteſt ſuæ primæ naturę appropinquat, quæ eſt magis propinqua de H. quàm erat D. neque E. neq; F. Et ideo neceſſe eſt, quod N. revertatur in G. quia propinquior

eſt

est natura de H. & E. in O. propinquior est naturæ de N. à quo exibit P. quod est complementum totius nostri magisterii dicti. Tamen teneas secretum.

Quomodo species metallorum transmutant se. Et de igne natura elementalis causata, quia nullo modo convertuntur. Et ideo quando de ipsis apparet species, quæ est in esse veritatis, bonitatis & magnitudinis.

CAP. XXI.

POst hæc fit quæstio, utrum metalla vel species eorum possunt transmutari? Solutio. Illud quod effectualiter videtur probatione non indiget alia. In veritate est unum speciale metallificativum, metallificabile & metallificatum in natura minerali. Et ab istis speciebus concretis concretatis est species veritatis, quæ est species colorificativa, & colorificans. Et illæ duæ species sunt in esse, & in essentia. Et ideo species in esse, & species in essentia in quantum sunt, non convertuntur: sed eorum indididualia, in quibus per ingenium naturæ colligata sunt sua simplicia elementa mineralia, per quam colligantiam hæc species est in actu optimè convertuntur. Et per hoc media principalia vocata sunt in nostro magisterio, quia possunt mutari, mundari, purificari sub conservatione suæ speciei, tali modo, quod species prima, quæ erat in actu manifesto, est concreta, in essentia concretorum, quæ sunt in entibus creatis, quæ non convertuntur. Et cum ex illis constat species, quæ est in esse veritatis, & bonitatis, & magnitudinibus, quæ sunt in entibus creatis, non convertuntur, quoniam si converterentur, entia realia essent confusa, & ars & scientia non possent viam, quam sciunt, insequi, nec natura posset aliquam rem multiplicare ad similitudinem præcedentis generis. Et ideo in potestate naturæ fuit per creatorem positum, quod individua tantummodo, in quibus sunt entia realia, tracta ex speciebus eorum sine corruptione vel separatione eorum in genere cujuslibet speciei sub earum conservatione transmutantur ad multiplicationem faciendam. Et de ista noster ignis creatus est, & saltat, & ab illo exit lumen, & claritas. Et lumen est calor noster, qui multiplicatur per ignem innaturalem & contra naturam. Et hoc in partibus individualibus naturæ mineralis prout experientia etit tibi manifestata, si per artem in hac practica possis esse imbutus. Quia calor figurativus nostri rubei lapidis, qui habet ignem simplicis ignitionis, est pars ignis creati, & ab illo separatus, & cum ipso tingimus argentum vivum, quousque fiat ignis majoris compositionis. Et ideo ipsum vocamus ignem compositum, quoniam isti subtiliter infixus est calor ignis simplicis, quæ est ignificativa, ignificabilis, & ignificata. Et

trat, & penetrando partes ejus facit aquam poſt eum ingredi. Et ſic corpus eſt magis diſſolutionis ſuſceptivum. Et quando bene diſſolutum eſt, ſpiritus congelatur: & quando ſpiritus eſt congelatus, corpus eſt diſſolutum. Quia ſine congelatione ſpiritus, non fit corporis diſſolutio, nec diſſolutio corporis ſine congelatione ſpiritus. In hoc facto fili ſis longus, lentus, dulcis, & lenis, nec in aliquo feſtinaris. Permitte omnia lento igne perfici. Quia primus error in hac arte eſt, multum coquere, quia ignis comburit totum, & portat in regionem perditionis. Et intellige, quod omnis mora in hac arte nec non tarditas electæ ſunt operando patienter, nec ſine patientia iter arripias. Cum tibi contigerit ſtudio cognoſcere multa, patientiam retine, ſemper operando directe, & ſic philoſophiam habebis habituatam, præſtaque virtutem, operi patientia datur. Patientia etenim morum ſemper eſt maxima, & majoritas in noſtro magno & ſecreto opere, quod quidem penetrare facit, & magnum ſcire ſecretum, tamen per experientiam cum inſtrumento erectivo, quod monſtravit natura dirigens, ac recte ducens intellectum ad philoſophiam. Et ideo aviſa te, quod non facias ignem nimium in principio mixtionis, quia ſtatim in tinctura veniret corruptio. Ideo in eorum prima calcinatione, in qua ſe habet conſervari tinctura, tu ibis ad digeſtionem de L. ab illa extrahes ſecurè F. de E. in modum, quem tibi dicemus in practica. Et poſtea pones D. junctum cum H. in F. in digeſtione I. & ibidem ſtatim calcinabuntur cum forma conſervata in illis, & ibidem permittas per terminum ſuæ propriæ naturæ, & non plus, ne patiatur ſpiritus, quem terminum præfixum reperies in ſecunda parte: poſt dictum terminum reperies corpus totum nigrum in colore intenſo. Inde deferes ipſum in digeſtionem de K. quia iſta dabit N. O. & P. cum quibus nihil aliud miſceas crudum neque coctum. Poſt hoc fac tranſire ſepties O. per digeſtionem de I. deinde P. fac tranſire per K. qui trahi debet de N. cum L. uſque ad ſeptimam exuberationem, Et ſic convenientem materiam habebis multum pulchram ad creandum lapidem noſtrum, in quo naturalis calor continetur. Et hæc eſt cauſa, quare natura ſeparata partes iſtas conjungit in uno, ut virtus unita fortior ſit diſperſa.

De creatione lapidis, quæ fit per virtutem certæ digeſtionis, & de ejus proprietatibus.

CAP. XX.

CReatio lapidis noſtri tantummodo facta eſt de N. & O. per digeſtionem de M. quouſque corpus nigrum vertatur in album. Quia tunc N. quantum poteſt ſuæ primæ naturę appropinquat, quæ eſt magis propinqua de H. quàm erat D. neque E. neq; F. Et ideo neceſſe eſt, quod N. revertatur in G. quia propinquior

eſt

est natura de H. & E. in O. propinquior est naturæ de N. à quo exibit P. quod est complementum totius nostri magisterii dicti. Tamen teneas secretum.

Quomodo species metallorum transmutant se. Et de igne naturæ elementalis causata, quia nullo modo convertuntur. Et ideo quando de ipsis apparet species, quæ est in esse veritatis, bonitatis & magnitudinis.

CAP. XXI.

POst hæc fit quæstio, utrum metalla vel species eorum possunt transmutari? Solutio. Illud quod effectualiter videtur probatione non indiget alia. In veritate est unum speciale metallificativum, metallificabile & metallificatum in natura minerali. Et ab istis speciebus concretis concretatis est species veritatis, quæ est species colorificativa, & colorificans. Et illæ duæ species sunt in esse, & in essentia. Et ideo species in esse, & species in essentia in quantum sunt, non convertuntur: sed eorum indididualia, in quibus per ingenium naturæ colligata sunt sua simplicia elementa mineralia, per quam colligantiam hæc species est in actu optimè convertuntur. Et per hoc media principalia vocata sunt in nostro magisterio, quia possunt mutari, mundari, purificari sub conservatione suæ specici, tali modo, quod species prima, quæ erat in actu manifesto, est concreta, in essentia concretorum, quæ sunt in entibus creatis, quæ non convertuntur. Et cum ex illis constat species, quæ est in esse veritatis, & bonitatis, & magnitudinibus, quæ sunt in entibus creatis, non convertuntur, quoniam si converterentur, entia realia essent confusa, & ars & scientia non possent viam, quam sciunt, insequi, nec natura posset aliquam rem multiplicare ad similitudinem præcedentis generis. Et ideo in potestate naturæ fuit per creatorem positum, quod individua tantummodo, in quibus sunt entia realia, tracta ex speciebus eorum sine corruptione vel separatione eorum in genere cujuslibet speciei sub earum conservatione transmutantur ad multiplicationem faciendam. Et de ista noster ignis creatus est, & saltat, & ab illo exit lumen, & claritas. Et lumen est calor noster, qui multiplicatur per ignem innaturalem & contra naturam. Et hoc in partibus individualibus naturæ mineralis prout experientia etit tibi manifestata, si per artem in hac practica possis esse imbutus. Quia calor figurativus nostri rubei lapidis, qui habet ignem simplicis ignitionis, est pars ignis creati, & ab illo separatus, & cum ipso tingimus argentum vivum, quousque fiat ignis majoris compositionis. Et ideo ipsum vocamus ignem compositum, quoniam isti subtiliter infixus est calor ignis simplicis, quæ est ignificativa, ignificabilis, & ignificata. Et

ta. Et sic ignis in suis individualibus passivus movet potentiam ad multiplicandum suum effectum, actionem, complementum & finem, non tamen per potentiam, in quantum passiva est, moveat potentiam activam, sed sunt cognitæ similitudines entibus realibus ad finem, ut sint penetratæ, coctæ, & permutatæ in meliorem naturam, hoc de natura aeris in naturam ignis: sic movet potentiam, & sua objecta ad complendum & finiendum sicut ignis, qui movet oleum ad lumen dandum, & clarificandum locum, in quo est. Tene tamen fili pro regula generali naturæ, quod semper in omni tempore objectum, inquantum est appetibile, movet potentiam ad attrahendum ad se suum appetibile, sicut res, quæ perfici desiderat de suo, & non alio, ut possit secundum suum complementum habere quietem. Et quia natura, quæ semper operatur, non est infinita, cum sit composita ex partibus universalibus elementalibus ideo in suo opere non est infinita, nec opus suum infinitum, nec ipsum natura infinit. Intelligere igitur potes, quod omnia elementa alia suam ostendunt potentiam in lapide nostro secundum magis & minus suæ dominationis. Quia si ager in generatione lapidis dominatur super ignem, ipsum terminantem, lapis noster διαφανὴς supra aquam congelatam apparebit. Et si aqua dominatur, elementum albedinem ostendet, si terra, nigredinem manifestabit.

Quomodo totum factum lapidis est in cognitione elementorum, & conversione ipsorum.

CAP. XXII.

SI intelligas hæc elementa, & scias ea convertere per certas operationes habebis lapidis facturam, & intellectum, quia secundum eorum proportionem habemus formas eorum apparentes in diversis speciebus, & per diversas proportiones mixti datur diversa forma generato mixtibilium. Et diversa proportio mixtionis, est in metallis, ut ex eorum formis apparet. Et ex hoc movetur pars secreti, quod, nisi cognoscas lapides, & eorum virtutes in omnibus suis naturis, consulimus, quod non appropinques nostro lapidi. Fili forma & species tibi manifestant bonitatem materiæ, sive immunditiam, & utilitatem eorum, & grossitiem, & simplicitatem. Quoniam certa forma ac species secundum proprietatem suam data est suæ propriæ materiæ, & secundum fluxum materiæ formæ influxæ sunt, prout aurum & plumbum tibi manifestant. Et inquantum materia nobilior est, in tantum forma cujuslibet mixti nobilior existit. Et inquantum forma elementi puri est nobilior, in tantum forma corporis est nobilior, quod ab omni corruptione fuerit depuratum.

Quomodo elementa exiverunt ab una sola materia quæ in se continet speciem mineralem.

CAPUT XXIII.

ELementa nostra fili, ab una sola natura exiverunt, in qua species mineralis influxa est potentialiter, quæ postea per opus naturæ actu manifesto se ostendit in fine eorum elementariæ circulationis. Et hoc opus non est in actu, sed in ratione potestatis, per quam artista cum sua intelligentia ponit eum in actu proprio. Et idcirco nostrum opus assimilatur naturæ, & est in ratione tantum, quia sine illa cursus operationis naturalis nunquam inveniret finem, nisi per intellectivam rationem transeat. Et ideo pauci sunt, qui opus nostrum sciant in actionem ponere, nec est nisi una semita. Quia ferè nullus vadit per semitam rectam naturæ respectu, per quam mutari se habent elementa sub conservatione, & multiplicatione speciei in ipsis infusæ de potentia ad actum. Et sic appareret, quod scientia nostra non est in esse, nec in actione, sed in potentia, quam per intellectivam rationem traximus, & posuimus de potentia in actionem.

Quomodo artista debet cognoscere naturam, ut possit ei assimilari in aliquibus. Et de errore plurimorum operatorum, & de eorum advisamento & quomodo instrumenta natura æquiparantur instrumentis artis, in quibus gubernetur in sua formatione.

CAPUT XXIV.

QUando ergo volueris lapidem nostrum facere, scias primo, quomodo & qualiter natura operatur, & conducit seipsam. Et sequere hanc viam, & quadraturam, & habebis de dictis elementis quantum volueris, quia natura habet operari, & non tu ad formandum, mundandum, & purificandum. Et ideo tibi necessarium est, quod scias eam ducere per rectam carreriam, per semitam rectam, & materiam informare in qua natura est introducta, quia si bene scias eam custodire, qui tibi remaneat, dabit ultra quam scies petere. Postea scias specifice quot modis fatui Alchymistæ sensualiter errant, non instructi, nec experti in tribus principalibus rebus & experimentis, de quibus duæ ad unam revertuntur, scilicet, quia nesciunt ignem disponere, qui est totus magister operis, quia est ille, qui congelat & dissolvit simul, & ideo hæc intelligendi non habent potestatem, quia omnes imbuti sunt sua fatua ignorantia. Tertia causa est, quia disponere nesciunt materiam tali modo, per quem datur ei informativa virtus, per quam instrumentum, quod est in materia, directum est ad formandum per

dum per ſuum motum illud, quod petimus. Et eſt natura venerabilis abſcondita in profundo, quam fili ſi ſcias bene regere, apparebit tibi cara, & clara, ut nobis ipſis in claro apparuit lumine, in forma terræ albæ, ſubtilis, foliatæ, & fuſibilis, & erat prope naturam argenti fini, clari & pretioſi, quare in magiſterio noſtro noli habere artem incertam loco informativæ virtutis. Nec velis in ardenti igni operari loco inſtrumenti. Virtus informativa eſt gubernata per modum certum operandi, qui in certa ratione datus eſt ſcientifica, & hunc ante oculos habere debes in introitu magiſterii noſtri. Et antequam aliquid facias, vide quid vis facere, & ſapienter operare. De groſſo fac ſimplum, & de ponderoſo leve, alperum mollifica, & durum fac molle, & amarum dulce. Et tunc habebis complementum in notitia inſtrumenti, quod directum eſt informativa virtute, movente materiam ad formam, de qua eſt activus formator per potentiam, quæ infunditur in illo ex parte ſuperiori. Et eſt locus & locatum, quia per infuſionem generatus eſt in ſuo loco. Quia genus habet aliud locatum per proprietates cœli, quæ in materia ſua influxæ ſunt per radios ſolis & ſtellarum. Illud tamen, quod elementales ac cœleſtes virtutes agunt in ſuis naturalibus vaſis, illudmet faciunt in ſuis vaſis artificialibus, ſi ſint formata ad modum vaſorum naturalium. Et illud quod facit natura ſolis & ſtellarum calore, hoc idem facit per calorem ignis, dum taliter temperetur, quod non ſuperet virtutem motivam, & informativam, quæ eſt in materia influxa deſuper. Quia in omnibus rebus, quæ ſunt, & fuerunt corruptæ, & putridæ, vidimus influere virtutes ſtellarum, determinationem in re illa accipiendo, in quam materia convenientiam habet. Quia cœleſtis virtus fortis eſt & communiſſima, & capit determinationem, & finem, per virtutes ſui ſubjecti in rebus mixtis. Et ideo quando in materia infuſa eſt minerali, ſtatim recipit determinationem naturæ & virtutis mineralis. Et ſic eſt de vegetabilibus rebus, & animalibus, ſecundum eorum materiale genus. Et idcirco fili debes lapidis noſtri elementa cognoſcere, quæ ſunt de materia naturæ mineralis, quoniam in ipſis influitur virtus mineralis multiplicativa, quæ reſpicit ad perfectionem actus mineralis per determinationem, quam accepit à materia minerali, non vegetabili nec animali. Nihilominus quando voles habere mineralia elementa, non accipias de primis & ultimis pro noſtro lapide creando, quia prima ſunt multum, imo nimis ſimplicia, ultima vero ſunt nimis groſſa. Quando fames tibi advenit, accipe panem & dimitte farinam. Quando voles facere panem, farinam accipe, blatum dimitte. Et hoc verbum philoſophicale datum eſt tibi de elementis figurativè, in quibus elementis ſunt entia realia mineralia, de quibus movetur virtus cœleſtis inſtrumentalis. Et nota, quod virtus infor-

informativa movet instrumentum, & instrumentum movet materiam occultam, & materia movetur de potentia occulta in actum manifestum. Et virtus informativa in materia est per scientiam introducta per artificem in sua naturali operatione.

De virtute informativa, per quam lapis noster recipit creationem, & multiplicationem in suis instrumentis. Et de sulphureitate elementorum. Et de loco generationis.

CAPUT XXV.

POst hæc fili per præcedentia potes intelligere & discernere, quę sit virtus, per quam lapis noster potest, & habet se multiplicare, & unde exit. Et dicimus quod est virtus mineralis, quæ descendit à cœlo in naturam mineralem, per quam secundum naturæ suæ specificationem ipsa fortitudinem & virtutem accepit mineralem, quæ respectum habet ad totius materiæ suæ perfectionem, in quanto se extendere potest, secundum individuorum naturam, quæ quidem individua in universitate naturæ mineralis inclusa sunt, & in quibus virtute influentiæ descendit, & infunditur virtus formativa lapidis nostri, sicut in semine bruti generati à superfluitate nutrimenti putrida, à vasis testicularibus virtus formativa animalis descendit, quæ virtus postmodum per diligentiam naturæ specificæ informat individua in speciem animalis præcedentis. Et est sicut magister carpentator, qui informat suum artificiantem per suam artem operando. Sic enim est in materia lapidis nostri virtus informativa, quæ respicit perfectionem ejus & alterius. Et ideo dicimus, quod est una virtus mineralis, quæ format lapides ac metalla, ac omnia, quæ inter ea sunt media. Et ultro dicimus, quod ipsa est communis virtus naturæ mineralis, per eam sunt formati per determinationem, quam accipit à loco terrestri suæ generationis, & propter hoc in illo est fixa. Videas ergo si est res nimis communis cum ipsa sit in lapidibus, quos tu quotidie calcas. Et nota, quod ex hoc patet doctrina, in qua terra, anima debeat terminari, & conjungi Mercurius. Et super hoc passu videatur Epistola Alexandri, quæ loquitur de illis, qui dicunt lapides, qui inveniuntur inutiles & nullius valoris. Unde mirātur rustici quando eis dicitur, quod nostrum argentum vivum, aurum fit de natura lapidum. Adhuc fili potes melius cognoscere formativam virtutem per hanc similitudinem. In liquoribus enim gummosis ab arboribus exeuntibus, sicut thus, mastix, Terebentina pix & similes, cognoscere potes, quod sunt humiditates mixtæ in minimis partibus cum subtilibus partibus siccis, existentibus in arboribus suis virtute & mixtione caloris naturalis, quæ fecit humidum per siccum pati, & siccum per humidum. Quia quando tales

liquores

liquores ab arboribus exeunt, ſtatim humidum naturam ſuam ſiccam manifeſtat. Quia calor naturalis per totum humidum diſperſus, conſtringitur à ſicco contemperato cum humido, aut à frigido aereo ipſum circundante, & ſic amplius nequit ſe movere in humido, ad formandum illud in figura & forma fructus, cum ſit extra locum ſui vaſis ſuæ generationis. Videas igitur ne vas aperias, donec totum humidum terminetur & finiatur, ſecundum quod ſuas rotationes, & ſufflationes excluderet. Hoc intelligitur de terra, quæ non eſt ſeparata à vaſe de terræ terra. Et de hoc habes exemplum de grano frumenti, & de rebus terminatis, quando per frigus aëreum conſtrictivum ſe congelant. Iſtæ gummæ ſic congelantur, cum ſunt extra locum generationis earum, in quo eſt virtus formativa, quæ format dictos liquores cum ſuis duobus inſtrumentis in flores, folia & fructus ſecundum ſuam naturam tantum, quantum ſtant intus dictas ſuas arbores, ubi eſt dicta virtus, quæ eſt calor naturæ. Et per hoc intelligere potes, quod ſicut materia ſicci terreſtris, quæ paſſa eſt per humidum viſcoſum, cum materia humidi, quæ paſſa eſt per ignem, & ſiccum terreum, parata eſt ad lapidem, & in ipſum generata per infuſionem virtutum ſtellarum & loci, ut ſupra diximus de virtute formativa lapidis. Sic generatur per infuſionem ſimilis virtus in ſemine generalium, ſcilicet, quando ſemen deſcenſum eſt per totam ſpongioſitatem corporis, & attractum in vaſis ſeminariis, tali modo, quod dicta virtus accipit determinationē loci, ubi infuſa eſt, & per hoc accipit potentiam formandi figuras diverſas propter differentiam qualitatis loci generationis. Quia quando virtus informativa infuſa eſt in materia minerali, recipit materiam multum in complexione ſiccam, tendentem ad mineralitatem. Igitur ei neceſſe eſt, ut ſit fortis influentia, ut ſcilicet calor ſit ad dirigendum ſufficiens materiam metalli, pro prima digeſtione, aut quod illa materia ſit ſatis rara, ut calor ſimplex valeat ſe movere per totum, donec generetur fortior calor in materia fortiori compoſita, ut poſſit dirigere materiam fortiorem. Et ideo opus eſt, ut ſequatur mineralem materiam informando ſecundum loci qualitatem, in quo adjungitur natura ſecundum ſuam fortitudinem. Conſimiliter eſt in natura animalium, quæ eſt complexionata complexione calida & humida, quia locus ſuus proprius complexionatus eſt ipſamet complexione, ſicut animalium teſticuli ſunt calidi calore, & humidi atque madidi ſecundum plus & minus fortiter ſpongioſi. Et ſi virtus format naturæ qualitatem cuſtodiendo & ſpecificando ſecundum intelligentiam naturæ ad ſpeciem generis, unde exivit. Et ideo dicimus, quod in qualibet materia ſecundum ſuam ſpeciem eſt propria virtus infuſa. Et hoc eſt, quod dicit litera chronicæ Platonis. Secundum materiarum merita virtutes cœleſtes

leſtes infuſæ ſunt, quæ operantur & formant res naturæ in vegetabilibus,& mineralibus. Et nota, quod influentia caloris naturalis deſcendit à ſtellis in æſtate,& tunc calefit aer, omnia continens,& calefactus calefacit corpora,& diſſolvit ea. Denique venit influentia frigoris, calidum aeris comprimens, in centro corporis, & tunc vegetabilia incipiunt creſcere & germinare, & ſic faciunt mineralia. Propterea dicitur in rebus, quod dimittas ſtellis materiam ad conſtringendum calidum in profundum. Et ex iſto conſtat, calorem naturalem debere eſſe cum calore loci. Et iſtam vocamus virtutem cœleſtem, multiplicativam, vegetativam, mutativam. Quapropter declaratur, quod noſter lapis formatur per virtutem cœleſtem, & creſcit per virtutem multiplicativam, & pullulatur & gignitur per virtutem vegetativam,& mutatur per virtutem mutativam, & corrumpitur per virtutem corruptivam, & generatur per virtutem generativam de corruptione in generationem. Et ideo virtus cœleſtis dicitur multiplicativa,eo quod multiplicat: vegetativa,quia creſcit & fructificat; mutativa, quia mutat; corruptiva, quia corrumpit; generativa, quia generat. Et hæ ſunt ſex virtutes,quæ determinationem recipiunt a prima, quæ deſiderat formari. Et formatio non poteſt eſſe ſine mutatione & alteratione materiæ. Quare convenit & eſt neceſſitas, quod iſta prima ſola virtus induat ſe virtutibus omnium aliarum virtutum ſecundum proprietatem materiæ alterativæ, & paſſibilis. Quapropter apparet, quod non poteſt formari absq; mutatione materiæ, nec mutari ſine corruptione, nec generari,multiplicari,vegetari ſine alteratione materiæ illius. Per quod apparet,quod virtus cœleſtis propter formationem ſcilicet, ut valeat perficere & formare materiam, omnia prædicta facit, & ſic declaratur, qualiter natura tranſit per ſua media ad extrema. Declaratur etiam per hoc, quod nulla materia poteſt perfici, niſi patiatur diu. Et ideo neceſſarium eſt, quod in tua materia hæc virtus ſit infuſa, quæ anima eſt lapidis, quia anima lapidis noſtri de lapidibus eſt,ſicut anima vegetabilis de plantis,& anima vitalis de beſtiis: non tamen, quod intelligas, quod ſit illo modo vegetabilis ſicut plantæ, ſed duntaxat ordinem, in ſequendo,ſecundum ſuam potentiam, & ſecundum quod materia ſua ſuſtinere poteſt potentiam ſuæ nobiliſſimæ cœleſtis virtutis, & in tantum,quantum eſt ſua materia ſubtilior, de ipſa plus & minus ad nutum ſuum operatur. Non quod ſit ſicut anima vitalis, quæ eſt actio organicorum, & philoſophicalium membrorum,habens in ſe vitæ poteſtatem,quia materia naturæ ſuæ terreſtris,& duræ ac ſiccæ nõ patitur,ſed ſicut ars,cum qua Artiſta operatur in ſuo artificio. Et ideo tibi neceſſarium eſt ſcire,quod omnis talis virtus,quæ format materiam ſecundum genus naturæ, indiget duo-

get duobus propriis instrumentis, per quæ suum formet opus secundum suæ diversitatem materiæ, de quibus instrumentis loquemur in secunda parte capituli secundi. Quia hic te adhuc informare volumus de dictis virtutibus, & per exempla declarare, per vegetabilia sæpè dicta.

De morte lapidis, & de aliquibus causis, & de rebus impedientibus generationem, & multiplicationem: & quomodo removentur per exempli demonstrationem ad respectum naturæ communis.

CAPUT XXVI.

IN lapide nostro fili dicta virtus mortua est, quæ non habet multiplicandi potentiam, ratione suæ duræ, & nimis compactæ materiæ, quoniam per eam ligatus est calor, qui movere se non potest, per quem dicta virtus se regere deberet in informando lapidem nostrum. Et ex hoc tibi damus exemplum de grano frumenti ac omnibus aliis seminibus, quia frumenti granum per se solum existens in materia compacta ac sicca, non habet potentiam crescendi, secundum cursum naturæ, neque multiplicandi se, nisi resolutione quadam, & attenuatione per simplicitatem suæ duræ substantiæ, in qua substantia dura congelatus est calor infra existens incluſus, hæc substantia terminata est, & mortificata ratione siccitatis & duritiei, in qua terminata est materia, in qua retentus est calor naturæ. Quia siccitas & frigiditas excellentes causant mortificativam qualitatem. Et per hoc potest rusticus cognoscere, quod talis siccitas causans duritiem & mortificationem, aerea indiget humectatione, ut calor naturalis resuscitari possit & extendi in simplici materia aeris, qui est materialis cibus, sed hanc grossarum partium densitatem sive duritiem ponere in simplicitatem, non est datum naturæ, nisi per subtiliationem suarum partium siccarum, factam à resolutione, quæ est facta per reincrudationem madidi & humidi materialis gravis quod erat terminatum in cocto in digestione perfecta, per modum substantiæ albæ subtilis, de qua fit panis, quem comedis. Et re incrudatio dicti humidi seminalis terminati in sicco, causatur ab humido subtili frigido & crudo, quam accipit in sua dissolutione. Quare necessarium est, quod illud siccum terminetur, aut convertatur in humidum aereũ, quod est amicus & cibus ignis, qui sua virtute format nascentia. Sed cum siccum & humidum sint oppositæ qualitates per suæ contrarietatis differentiam, ideo est opus, quod per differentiam concordantiæ, elementa de qualitate in qualitatem transmutentur, & una qualitas in aliam, scilicet, siccum in frigidum, & frigus in humidum, & humidum in calidum, ut materia approprietur:

prietur & jungatur per ignem, per hujus concordantiæ differentiam. Hoc eſt dicere, quod materia ſicca grani convertatur in humidum materiale, in quo eſt naturalis calor, per differentiam concordantiæ, quæ poteſtatem habet recipere virtutem informativam cœli ab illo. Quapropter apparet, quod natura non tranſit de uno contrario ad aliud ſine medio, per quod cauſata eſt differentia concordantiæ, per quam materia transmutatur de natura in naturã, & hæc eſt ſpecialis differentia, quã habet cuſtodire. Nam aqua eſt aeris amica per humiditatem, & vicina terræ per frigiditatem. De qua per rarefactionem, alleviationem, & ſubtiliationem venit reincrudatio in rebus, quæ ſunt & fuerunt coctæ, condenſatæ, & terminatæ per naturam & artem. Et terra eſt vicina igni, propter ejus ſiccitatem, & ignis vicinus aeri propter ejus calorem, à qua terra per rarefactionem, & alleviationem vel ſubtiliationem fit reincrudatio in rebus, quæ ſunt & fuerunt coctæ, & condenſatæ, & terminatæ per artem & naturam. Fili condenſatio & rarefactio eſt via originalis in elementorum transmutatione, in gradibus rerum. Et hæc eſt communis doctrina, per quam natura ſagax convertit ſua elementa. Et ideo granum frumenti quando ſolutum, diſſolutum, & reincrudatum eſt, transmutatum eſt de ſua natura in aliud opus, ibidem operatur frigiditas, & humiditas, quæ eſt aqua cruda. Et ideo calor, in quo eſt vegetabilis virtus potentialiter, ſed ſentit adhuc formativam virtutem ſecundi inſtrumenti, quæ movetur à cœlo, ad informandum per aliam informationem naturalem calorem, & per hoc non poteſt habere modum penetrandi actualiter, nec ibi ſe movere in partibus humidi ſui materialis. Quoniam quaſi hebetatus eſt in ſuo materiali principio, ratione frigidi & humidi, quod intravit in ſuo materiali per reſolutionem dicti ſicci, cum ſuperfluitate multi, magni, frigidi, humidi. Sed poſtea à ſecundo inſtrumento deſcendit cœleſtis virtus per calorem ſolis, reſolvendo, & diminuendo à dicto humore frigido quantum opus eſt ad intentionem naturæ & non plus, ſed in tanto & uſque ad terminum excitationis & accelerationis naturalis caloris, quia perdit materia iſtam ſuperfluitatem frigiditatis, quæ eam tenebat mortificatam. Et quando iſte naturæ calor, qui eſt excitatus & acceleratus à calore ſolis, per continuationem inſtrumentationis illius caloris ſe movere incipit in ſuo madido & humido materiali, per quod ligatus fuit, tunc in ipſo ſe movendo penetrat, & penetrando dilatat, & dilatando format, & convertit ſuum humidum materiale in ſuam propriam ſpeciem, & in ſuum proprium eſſe, & ens, & ſic dictus calor non ceſſat operari intra ſuam materiam, vegetando, pullulando, creſcendo, & augmentando, elongando, & extendendo, & etiam multiplicando tantum, & à quousque veniat ad terminum, qui non

habet amplius materiam humidam, & tunc humor incipit terminari & inſpiſſari per informativam virtutem ab aliis differentem per concordiam, & calor per ſiccitatem mortificatur, quam granum frumenti accipit in ſua terminatione per compactibilitatem & duritiem, tantum & quouſque altera vice in reſolutionem revertitur & putrefactionem. Quapropter rota elementorum per naturam & in circuitu rotunda gyratur, & erit quousque venerit ad ſuum proprium terminatum punctum, & ſic per evidentem experientiam natura tibi oſtendit quod virtus, quæ eſt in potentia in ſemine bladi, in nullo tempore poſita eſt in effectū & actionem productivam & vegetativam, niſi poſt corruptionem & putrefactionem ſuæ materiæ propriæ, quæ cauſa eſt alleviationis & ſubtiliationis, & rarefactionis, quouſque veniat ad punctum generationis, quam vocamus multiplicationem, de uno grano in centum, de centum, in 10000. appellamus, & ideo vis eſt ruſticis credere, quod ſi granum frumenti non projiciatur in terram, nullo tempore virtus ejus multiplicabitur, quia natura ſua ſicca non vult illud pati propter cauſam ſuæ terminationis, factæ per converſionem ſubtilis in ſpiſſum, & ſi projiciatur in terram, alleviabit ſe per reſolutionem, & creſcet humiditas ſua per putrefactionē, per quam ejus animæ vis procedit, non tantum quod faciat eum multiplicare in calore cœleſti ſuperius aſcendēdo, ac ſi melius foret, quam hic inferius, ſed ſicut erat: vide igitur quomodo ſeparatur per ſubtiliationem mundum ac purum à vili & immundo & cœnoſo, viſcoſo per elementationem, quam accepit à putrido per rarefactionem, per quam exaltatum eſt, & fermentum appellatum. Dicimus ergo fermentum res exaltatas in altum, quæ per omnes mundi gentes ſunt deſideratæ ac ſic nominatæ. Quare dicimus, quod per opera ruſticorum virtutes cœleſtes adjuvantur, ſcilicet per arationem, culturationem, ſeminationem, impingvationem terræ. Et tali modo ruſtici juvant naturam, ut citius fructus expediantur, & emendantur. Simili modo tibi diximus in magiſterio noſtro, quia primitus nobis eſt opus, quod ſubſtantia, quæ eſt pura noſtri lapidis natura, reſolvatut per ſubtiliationem ſuæ ſubſtantiæ groſſæ: poſtea putrefiat, & humidum quod eſt frigidum, & innaturale bene ſeparetur per calorem ſolarem, qui contra ignem vadit: poſtea ſibi adminiſtretur ſuus competens cibus, quem virtus jam dicta habet in ſe permutari. Et per hunc modum materia mineralis adjuvabitur per induſtriam Alchymiſtæ: Tali forma, quod coram omni viro ipſa claro lumine manifeſtabit effectus ſuos, & potentias non indigentes probatione logicali. Quia benè concluſum eſt ad intellectum tuum hujus operis naturalis, in qua forma artifex hujus operis naturalis debet inclinari, & dirigi per conſiderationem inſtrumentalem aut rationalem, & non

ſophiſticam, cum ſententiis philoſophiæ naturalis. Quoniam adhuc non obſtante, quamvis ingenium profundum habeat logicus argumentabile, aut naturale de rebus extrinſecis, nunquam cum hoc toto per aliquam rationem, quæ veniat ad ſenſum, poterit directè cognoſcere nec judicare, cum quali natura aut virtute per fortitudinem intrinſecus habeat ſua multiplicatio creſcere ſuper terram, niſi pro ſimilitudine, quaſi ſimpliciter credendo noſtrum magiſterium eſſe aut non eſſe, nec quomodo fieri poteſt, quod noſtrum ſemen in terra ſua pullulat, creſcit, & colligit fructus ſuos & ſuas meſſes, hoc nunquam ſcies niſi cum doctrina experientiæ prius intraveris in philoſophia naturali, & non ſophiſtica, quæ naſcitur per diverſas præſumptiones fantaſticas infuſas in illorum capitibus, qui cum prænoſticationibus elevatis contra vim & voluntatem rationis & naturæ faciunt multos pertinaciter errare in ſophiſticatione mentis. Quapropter concludo per rationes ſupra dictas, quod ſi per induſtriam naturalem, cum claris & evidentibus experimentis tu non habueris rectam rei cognitionem jam inquiſitæ, nunquam ad tam precioſum epulum eris invitatus per naturam. Qui ergo lapidum virtutem ignorat ac proprietatem eorum, qui de potentia deferunt corpora in effectum, & in actum, prout experimentaliter cognitum eſt, noſtro de cibo precioſo non guſtabit. Eſt igitur tibi neceſſarium, ut lapidum noſtrorum experientia naturam agnoſcas per practicæ viam, mediante theorica, & doctrina oſtenſibili, aut per revelationem ſecreti, quia pauca format theorica, niſi per practicam habeas experientiam, & per experientiam practica formatur, ac etiam clara veritas, quæ humanum intellectum illuminat. Fili ergo bene cognoſcere debes proceſſum, qui tibi naturam oſtendet lapidum ac virtutem, quæ per vim ſuam convertit illud, quod nulla res alia facere poteſt, niſi ipſa per ſimilitudinem ſuam, & illa eſt res ignorantibus ſecreta. Eſt tamen omnibus ſapientibus communis, ut lux mundi, noticiam cujus per experimentorum viam habebis, & non ſine illis, aut eorum aliquo. Quia de ipſa experientia exivit veritas rei, per quam multiplicatur tinctura adjutorio informationis noſtri magiſterii naturalis.

De corruptione & putrefactione omnium rerum. Et quomodo omnis res naſcitur, & recipit vitam, & animam naturalem à putrefactione, ſicut de ventre putredo matris ſuæ, per mutationem elementorum.

CAP. XXVII.

HIc cognoſcere potes, quod nulla res poteſt eſſe animata, nata, aut creata, niſi poſt ſui corruptionem & putrefactionem, ac mortificationem. Quia tunc natura materiæ mutatur de natu-

ra in naturam, ſicut res fragilis, & materia quæ non habuit ſuæ perfectionis complementum. Trahe igitur formam à ſua materia per corruptionem illius, ut ipſa materia ſeparata à ſua corruptione poſſit perfici in ſua ſublimatione. Fili in omni materia eſt quædam potentia activa, ſicut dictum eſt, ſi intellexiſti nos, quæ forma nominatur non completa, & ratione ſuæ imperfectionis communis eſt duobus cõtrariis, quæ quaſi nominantur informativa ipſius, ſecundum ſuum inſtinctum, & inſtitutionem. Nam quando hæc potentia per virtutem informativam ducitur de potentia in actum alicujus formæ, ſtatim habet appetitum ſtandi ſub forma contraria, ſicut hæc potentia, quæ communiter ſe habet in frigido & humido, nam exiſtente ſub uno eorum, ſtatim appetit eſſe ſub forma contraria, i. qualitate contraria. Quia nulla forma corporis corruptibilis aut generabilis poteſt unquam ſufficienter complere potentiam ſuæ materiæ activam, quoniam compleri ſub forma alia deſideret, nec forma hæc (cum ſit deſperata) poteſt eam introducere in materiam, niſi poſt primæ formæ corruptionem. Et ideo ſecundum quod virtus agens formæ introducendæ, corrumpit præſentem, ſic excitatur, & acceleratur forma activa ad formam contrariam, & dat paulative, quod ſit magis & melius completa ad majus complementum, quousque ſit facta ſub actione completa illius formæ, & ſine ſuis proprietatibus non poteſt eſſe, nec eſt tota materia. Quando igitur fili corrumpere lapidem noſtrum volueris, hoc fac per ſiccum ignem, ut ſiccum illud in frigidum convertatur. Et quando voles generationi appropinquare, fac quod humidum in calorem convertatur per frigiditatem. Et quando eris in puncto generationis, pone frigidum humidum cum calido ſicco ſuæ naturæ. Et quando voles aquam cum calore refrigerare, calefac eam magis. Et quando voles ignem accendere, cum aqua frigida balneetur intus. Et ſi nivem per frigiditatem F. diſſolvere volueris, congeles melius, & ſic verſæ ſunt, & invenies mutationes naturæ graduales, ſecundum gradus ſcalæ naturæ, quæ eſt rotunda, & elementa rotundat, ut dictum eſt. Si ergo convertas ſiccum in frigidum, frigidum in humidum, & humidum in calidum, habebis magiſterium. Quia tali modo natura exit de natura mala, & convertitur in bonam, bonaq; in meliorem. Et ideo hac in arte naturam modo duplici capimus. Primò, recipimus pro retento, ut eſt ignis naturæ. Secundò, accipimus pro continente ipſius, ut eſt aër, in quo ignis ſe habet movere ad formare res naturæ. Et quia aër eſſe non poteſt, niſi habeat naturam ignis, nec ullus poteſt aliquam formare ſpeciem materialem ad ſuam ſimilitudinem, niſi in natura propinqua, patet, quod lapis noſter eſt de materia aëris cõpoſitus, quia niſi eſſet materialis tinctura, ignem non poſſet manifeſtare in effectu vel actione, nec ignis ardere poſſet ſine cibo

aëris

aëris, (noli intelligere, quod totum sit plus, quam una natura, ex qua fit totum nostrũ ingenium,) nec claritatem daret per se absq; aëre. Quia in quolibet composito est ignis naturæ, & ille certa in formatione movetur, & movendo se movet materiam, omni tempore ipsam & semper terminando. Et est necessarium, quod ducat movendo ad aliquam speciem, secundum quod formator scict ipsam benè informare, scil. ad illã, ad quam materia habebit convenientiam secundum cursum naturæ. Propter quod extitit declaratum, quod non opereris, nisi de nobiliori materia, quam habere poteris, quia res non fit, nisi secundum naturam in ea emendatur.

De humiditate nostri lapidis, & quomodo ipsa est aqua permanens, & de diversis actionibus ignis, & de subtiliatione elementorum grossorum, & de nigredine.

CAPUT XXVIII.

HUmiditas nostra fili, est aqua permanens, quia suum humidum radicale non amittit, neq; per ignem combustum est, nec ignis maris nostri potest ipsum consumere, quin de uno calore in alium mutare videatur, imò augmentari, meliorari, & crescere in proprietate videatur. Nam ignis est ejus rectum nutrimentum, & causa ejus nobilis incrementi. Ideo quando volueris præparationẽ nostri magisterii incipere, recipe aquam proportionatam in qualitate secundum naturam corporis, quod dissolvere volueris, tali modo, quod virtus ignis contra naturam, non superet calorem naturalem. Quia corpora non sunt ejusdem qualitatis in mensura, quamvis semel fuerunt omnia unius virtutis, in mensura in Domino Deo nostro, modo habent participationem in differentia concordantiæ. Nam aliqua ipsorum non adeo fortis compositionis sunt, neque ipsorum sulphur jam subtile nec temperatum. Et ideo fragiliori virtute se disligare possunt. Charissime fili, ignis, qui calefacit hominem, leonem frigescit, & ignis calefaciens leonem, ardet & cremat hominem. Per hoc autem scire habes, quarum fortitudinum sunt virtutes nostrorum lapidum, ad finem, quod arg. vivum respectu potentiæ sulphuris naturæ possit temperari per notitiam certam graduationis in sua prima resolutione, quia in eo jacet totum periculum. Et ideo tibi notifico, quod habeas sulphura per calorem destructa simplorum argentorum vivorum in forma tali, quod eorum proprietas activa non exterminetur extraneo calore, & quod separari non possit à suo subjecto humido, quod ex toto apparet nigrum plenum de nobili spiritu. Ista nigredo demonstrat signum primæ portæ, ad intrandum nostrum magisterium. Et sine ipsa non potest aliquid fieri, quia est ignis naturæ, qui habet lapidem creare qui sine sui corporis corruptione manifestari non potest. Et nisi manifestetur, nunquam in actione erit,

per quam possit crescere aut generare. Cum autem sit revelatum, quod initium operationis nostræ est in forma capitis corvi, & operationes præcedentes absque nostræ initio operationis sunt erroneæ omnes, quousque compositum totum nigrum se manifestet: ideo fili intelligere noli, quod nigredo nostra subito veniat, neque cito, sed suaviter & paulativè, quia necessarium est, quod calores per sua media transeant sicut elementa. Quia ignis naturæ cum sit inclusus in profundiori sui corporis, non potest se ostendere statim, quo usque sit apertum. Nam in grossis elementis ignis est inclusus & absconditus. Et ideo necesse est elementa subtiliare, scilicet, terram, & aquam, per debilem digestionem, unde causatur viriditas, quæ est primus color, cujus signum dat cognoscere, quod actio caloris resoluti frivola est & lenta, & per consequens insufficiens dissolvere & rarificare partes terrestres. Ideo in cute & superficie, & ubique color viridis manifestatur indigestus & terrestris in ventre, cujus calor naturæ multiplicatur, qui propter causam humidi excellentis, tenentis eum hebetatum, non potest manifestari, sed ut prædictum est, calor naturalis paulativè vigoratur calore ignis adjutorio, administrati ab Artista & operatore, qui benè scit intellectu suo disponere, informare, & coquere materiam suam quousque appareat desuper induta nigra. Quia tunc ignis naturalis pugnat contra humorem, à quo creatur nigredo. Quando igitur apparere incipit, cresce eam, & multiplica per naturalem informationem, per quam se habet regere naturalis ignis, qui incipit materiam digerere, ut apparet ex nigredine. Et ex hoc extitit declaratum, quod in puncto nigredinis noster ignis incipit operari, & non alias. Et ideo nostri magisterii principium dictus est, quia tunc excitatus & acceleratus est nostræ materiæ calor, qui habet potentiam putrefiendi omnia elementa sua, usque ad hujusmodi digestionis finem, quæ est prima caloris in nostro artificio, donec sit completa materia, quia humor ponticus & terrestris per suum contrarium alteratus, & adjutus à suo simili habiliter & aptè se digerit. Et tunc in materia completa per gradum dictæ digestionis color niger multiplicatur, non tantum in superficie, vel in cute, sed per omnes partes subtiles, & separatas in tota materia per multiplicationem, quæ est generata à calore naturali in humiditate radicali. Unde nostra fit alba tinctura sicut nix, & tunc dicimus, quod corpus fusum est, & liquefactum intus & extra, & non potentia vel actione ignis communis, sed potentia ignis, qui est calor naturalis. Quia iste ignis apprehendit, imprægnat fortiori calore lapidem nostrum, quam sit elementalis ignis. Et sic videmus potentias & virtutes rerum, & causare, & per earum effectus cognoscimus. Hanc rem tene secretã fili, quod calor naturalis prædominans post diminutionem humidi extollentis omnis

grossi-

groſſitiem & ſubſtantiæ terreſtreitatem, quam prius non potuit benè diſſolvere. Poſtea per ſuam fortiorem actionem reſolvit & digerit tantum, quod venit ad ultimum ſuæ actionis punctum in digeſtione prima. Et quando materia ſic digeſta, & putrefacta, & optimè coćta eſt per dictam digeſtionem, natura ſeparat ſubtile à ſpiſſo, & groſſum projectum eſt ad partes & remotas per actionem ſecundæ digeſtionis. Et tantum, quantum oportet, convertit ex ſubtili in ſubſtantiam ſulphuris, ab argento vivo creati, ſecundum hoc converſio facta eſt per informationem datam calori naturæ in tertia digeſtione.

De modo philoſophandi. Et quomdo iſta ſcientia & ars non eſt data, niſi philoſophis. Et quod congelatio argenti vivi eſt principale ſecretum & finale. Et de patientia operatoris, uſque ad albedinem tranſeundo.

CAPUT XXIX.

HUjus ſcientiæ libri loquũtur per voces tacitas fortiter notandas, ad finem, ut principalis res in ipſis contenta. Et quod illud ſecretum non manifeſtetur niſi philoſophis, & filiis philoſophiæ noſtræ, qui ſunt indagatores & inquiſitores veritatis, & amatores ejus, & non ſophiſtis plenis mendaciis, nec avaris, nec amatoribus mundanis, ſicut ſunt uſurarii, mercatores, & renovatores monetæ, cambiatores, & congregatores theſaurorum, condemnatis & per diabolum incantatis, qui nolunt laborare, nec inquirere, niſi in rebus palpabilibus, quia imbibiti ſunt & potionati in rebus mundanis, nec poſſunt aperire intellectum ipſorum ad intelligendum bonas doctrinas noſtras, per quas poſſent habere theſaurum perdurabilem & ſalvationem. Ideoque tibi dicemus fili, quod ſapienter conſideres doctrinas, quas tibi dabimus in libris noſtris, & nota illas, & gloſa fortiter per multas conſiderationes, & reiterationis ſpeculationes, ſi deſideras nos intelligere. Et quando nos intelligas, capias cum ambabus manibus coopertum cum tua camiſia veſtimento philoſophiæ, & ſic aliis relinquas doctrinas, ſicut patres noſtri nobis reliquerunt, & non aliter. Et ſi contrarium feceris, tu eris maledictus, ſicut ille qui eſt participans de confuſione mundi. Et noli ipſam revelare per vocẽ vivam, quia nemo ſine labore debet artem poſſidere, nec ſine conſideratione alicui manifeſtare actualiter, niſi per cooperturam philoſophiæ, & illis, qui per intellectum illuminati & levati ſunt, & qui habent inſtrumenta rectificata ad penetrandum cauſas & res naturæ ſecretas. Et tu qui deſideras eſſe filius noſter, & nutritus in philoſophia, debes perſcrutari per revelationem tui nobilis intellectus, id quod dicemus eſſe verum in noſtro magiſterio. Videlicet, quod fumus auri noſtri fermentati, poſt fixationem ſuæ reductionis in terra ſua

apparebit visibiliter in igne philosophiæ. Et ideo fili necessariæ sunt considerationes multæ, antequã procedas ad formationem lapidis nostri,& quod sis scrutator per revelationem nobilis intellectus eorum,quæ dicimus esse vera in nostro magisterio, videlicet, qualiter fumus auri nostri fermentati post fixionem & reductionem in terram suam visibiliter apparet in philosophico igne. Scito ergo, quod terra,in qua nostrum aurum debet seminari ac plantari,primitus est alba antequã visum ignis nostri manifestare possit, habebis tamen fili in dealbatione patientiam, quoniam ibi magna tarditas est. Fac igitur dealbari terram tuam,&nutriri eam, si vis quod filius patris subveniat tibi in necessitatibus. Hæc terra est magnesia nostra,in qua jacet secretum nostrum. Et nostrum finale secretum est,nostri arg. vivi congelatio,sine qua jamq; fieri non potest certitudo scientiæ nostræ, quæ in principio magisterii nostri est nostri arg. vivi congelatio in magnesia nostra per ingenium,certumque regimen. Spiritus essentiæ quintæ in magnesia nostra est. Nostra magnesia est arg. vivum,quale tibi diximus. Et ex isto exivit fumus auri nostri & argenti, per quem venit omnis color. Et si scias eum extra corpora projicere,medietatem habebis secreti. Et si facias eum reverti,habebis coloratam suã magnesiam,ut nivem. Nam sicut à corporibus projicitur, ita in ea revertitur,scilicet,tam à mediis mineralibus, quam à metallis cum arg. vivo. Nam cum arg. vivum sit medium conjungendi tincturas in puro subjecto: ita erit medium separandi eas ab impuro,quod est res contra naturam. Et pro isto Mercurio intellige aquam,in qua deportatur tinctura. Quia ignis quando ab uno subjecto separatur, immediatè introducitur in aliud, nisi per ignem impediatur extraneum cum sit incorruptibilis. Et ideo est necesse, cum non possit haberi sub forma essentialiter,quod habeatur sub forma substantialiter, scilicet in materia Mercurii, quæ est aqua nostra. Et scias fili, quod noster ignis trahitur à corpore parum & parum,& postea vertitur in corpus per suum nobilem calorem. Fili hoc est necessarium semen, cum quo fixatur nostra tinctura in corpore, quando trahitur ab illo cum aqua ignis. Fili imprægna igitur corpus ab igne,& multiplica suam combustionem, & fortem habebis tincturam. Et intellige secretum. Nam initium est atque complementum totius,prout in secunda parte dicemus practicæ.

Unde propria tinctura philosophorum trahitur, quæ tingit argentum vivum congelatum in album in medicinam rubeam per fermentationem.

CAP. XXX.

TInctura,quam dicimus fili,extracta est ab auro nostro,& illam in auro vulgari fermentamus, quod portat illam de potentia ad actum,

ad actum, nec in isto eramus ex toto certi, nec possemus credere, quousque vidissemus nostræ magnesiæ potestatem, quæ magno calore suo spiritum congelat per suæ exuberantis naturæ mutationem, multiplicatæ in calore permanente, & hæc fermentatio facta est adjutorio sulphuris rubei fixi, & postea nō est nisi ignis, aqua & terra, pleni quinta essentia, & per aquam terra abluitur, per ignem terra tingitur & coloratur, & tunc omni homini manifestatur. Hæc enim est tinctura, quæ à vili terra se spoliat, & de alia multum nobili re induit se. Et scias, quare nostrum primum venenum nō facit deauratum fumum, quando de ipso Mercurius sublimatur. Ideo, quia in suo ventre Mercurius totam accepit tincturam fumi, & est imprægnatus à dicto fumo, qui est noster ignis dictus, & per successivam decoctionem, quæ in natura sua est correspondens naturæ dicti ignis, qui absconditus est in ventre dicti argenti vivi congelati per extensionem partium subtilium suæ ignibilitatis essentialis in dirigendo partes dicti Mercurij colorat, & transmutat eum in suam propriam naturam ignis, qui est pura tinctura, infixa essentiæ materiali individuorum metallorum, quem clamamus spiritum Mercurialem, cùm in eo manifestè sit resolutus, & adhuc sit resolutivus in eodem, & erit, quamdiu poterit, quia sic volvitur natura per circulationem.

De modo procedendi in practica, & quanta res requiritur in magisterio.

CAP. XXXI.

AD informandum super hac re filium artis opus est magna scientia, scilicet revelatione, vel ostensibili doctrina, ut possit nostri magisterii practicam intrare, & indiget forti ac magna theorica, quæ vires revelet per velle naturæ. Et si es negligens perlegere, & perscrutari contentum in nostris libris, cæcus ibis ad practicam sicut ignorans. Et ideo fili debes præmeditari, cui rei debes manum apponere ad operandum. Et debes scire, quot, & quę requiruntur principaliter in nostro magisterio vel propinquitate suæ operationis. Et idcirco fili tibi dico, quod tria requiruntur, scilicet, Ingenium subtile, naturale, non sophisticum manuum operatio, & liberum arbitrium, & hoc requirit sapientiam, divitias, & libros. Sapientiam, ad sciendum facere. Divitias, ad habendū potestatem faciendi. Libros, ad intellectum aperiendum diversum, qui est in multis gentibus. Quoniam hoc, quod unus comprehendit per doctrinam unius, nunquam poterit comprehendi, nisi per doctrinam alterius. Et sic doctrina unius aperiet doctrinā alterius, fortassis datam per figuram, & secundum traditionem plus vel minus valentem. Sed hîc tibi nos manifestabimus in clara voce principale celatum, ad intrandum secreta secretorum naturæ.

turæ. Unde tu videbis multa pulchra mirabilia, quæ in ſecretis naturæ ſunt repoſita, & quaſi miracula reputabuntur per ſecretum dominæ naturæ. In quo eſt neceſſarium, quod incipias ad intrandum per iſtum modum. Fili neceſſarium eſt tibi, quod primò habeas in cognoſcentia virtutem formativam, ex ſupradictis rememoratam, quæ dependet à noſtro magiſterio ex certa ſcientia cognita. Quia ars, id eſt, ſcientia, quando veraciter eſt cognita, ſine aliqua ignorantia, per ſenſum intelligentiæ, qui venit de nobili operatore, informat materiam ad illud eſſe, ad quod calor naturalis inſtrumentalis, in quo à virtute informativa influitur virtus activa, & dirigitur ex ſua materia ad operandum & formandum directè, tunc apparet, quod dictus calor inſtrumentalis ſit directus per virtutem formativam, & virtus formativa dependet de ſcientia operatoris, in cuſtodiendo curſum naturæ in magiſterio, per quod iſta eſt inuſixa in materia, quia calor excitatus & auctus ipſemet movet illam. Sicut in naturam omnis alterius rei influitur virtus formativa de cœlo & de ſtellis. Quia cœlum eſt principium movens totius naturæ, ſicut ſapiens operator eſt in magiſterio noſtro, per doctrinam ſuæ nobilis intelligentiæ. Revelatum ergo tibi ſit, ea duo ſunt in magiſterio noſtro neceſſaria, ſcilicet, virtus informativa, & inſtrumentum elevatum, per quod noſtrum debet formari magiſterium. Informativa virtus eſt gubernata per quatuor virtutes principales, convertibiles & convertentes, ſcilicet, calor, frigus, humidum & ſiccum, ad finem, quod materia tractetur cum inſtrumento directo & conducta & deducta ad illum actum, per quam pati debet ſuam operationem ſecundum intentionem convertentis & convertibilis, & in actione debet informari materia, ut per ipſam informationem ipſius inſtrumentum gubernetur ad complementũ ſuæ operationis, voluntati operatoris correſpondens in materia informata per artem ſecundum exigentiam naturæ venerabilis, qua ſagax eſt, & intenta pervenire & perficere ſuum perfectionis opus.

De quatuor naturalibus virtutibus mutativis, & quomodo appellantur, & quomodo operantur.

CAP. XXXII.

INtellige fili, cum dicta formativa virtus ſe habeat regere per quatuor antedictas qualitates elementales, à quibus ſine medio, & ſucceſſivè quatuor virtutes naturales mutativæ cauſatæ ſunt. Et ideo habes dividere gradualiter informationem, quam omnis bonus operator debet influere in materia convenienti, & ſucceſſivè in quatuor partes, videlicet, In attractivam naturam, vel appetitivam, in naturam retentivam & coagulativam, & in naturam expulſivam, & contentivam, & digeſtivam. Natura attractiva

operatur

operatur per calorem & temperatam ſiccitatem; natura retentiva per ſiccitatem, & temperatam frigiditatem; expulſiva per humiditatem & temperatum calorem; & natura digeſtiva per calorem & temperatam humiditatem. Et in illa actione, in qua materia melius operatur in complexione ipſius, habes tu eam adjuvare, quia ſecundum plus & minus fortitudinis ſuæ complexionis materia tibi oſtendet ſuam velocitatem aut tarditatem, vel temperamentum ſuæ differentiæ tranſmutationis, unde ſui cauſantur effectus ſecundarii, qui tracti ſunt de potentia in actum, ſicut ſunt ponderoſitas, levitas, gravitas, durities, mollities, dulce, amarum, album, & nigrum, &c. Scias ergo fili, ad quam virtutem, ad quam formam debes tuam tractare materiam, vel ad virtutem appetitivam, vel ad virtutem digeſtivam, vel ad virtutem retentivam, aut ad virtutem expulſivam. Quia tibi opus eſt, quod materia accipiat talem informationem per artem cognitam, & ſcitam, tali forma, quod ſuum inſtrumentum ibi ſit motum, & bene directum, usque ad ſuæ operationis finem, qui finis certum ſignum monſtrat ſuo magiſterio. Quapropter ſi ipſe habuerit in memoria ſua ſigna, habebit ſcientiam certam, & habitudinem corrigendi & emendandi confortationem, & debilitationem, quæ ſunt extremitates operationum naturalium. Et ideo intellige, quod ignis eſt inſtrumentum naturæ, ſicut inſtrumentum, quo faber operatur, eſt martellus, qui movet materiam ferri ad talem diſpoſitionem, quæ ſit de intentione fabri, qui informat malleum, per formalem motum. Sic autem facit calor ignis in magiſterio noſtro, quia ſecundum artem dirigitur ad intentionem Artiſtæ. Nam vel dirigitur ad deſtruendum & corrumpendum, vel ad generandum, vel ad ligandum, aut alias. Et ideo tibi neceſſarium eſt, quod per hanc ſcientiam cognitam habeas directionem eligendi & cognoſcendi talem ignem, ſecundum quem per artem formatum debet materia de natura in naturam mutari, quousque motus naturæ ſupremæ, quæ eſt in igne, per terminationem & expulſionem extranearum motuum in ſua propria materia ſine corruptione aliqua poſſit perpetuo quieſcere. Et iſte eſt calor omnium generatorum, ſicut eſt ſolis calor, qui eſt effectus principalis omnis generationis. Ideo tibi ſit certum, quod ſi ars operatoris ſit incerta ad diſponendum materiam, in illa lapis noſter formari non poterit, in potentia cujus formaliter & naturaliter totus curſus virtutum, quæ ſunt in centro medicinæ noſtræ eſt incluſus. Benedictus ſit Deus glorioſus omnipotens, qui humano generi dedit intellectū ad conjungendum & integrandum particularitates confuſas totius medicinæ cum univerſitate reali, per quam remanebunt rectificata omnino. Et ideo fili monemus te, ſi deſideras eſſe perfectus medicus, non ponas te complacentiæ particularitatum medicinæ,

quia

habet amplius materiam humidam, & tunc humor incipit termi
nari & inſpiſſari per informativam virtutem ab aliis differentem
per concordiam, & calor per ſiccitatem mortificatur, quam gra
num frumenti accipit in ſua terminatione per compactibilitatem
& duritiem, tantum & quouſque altera vice in reſolutionem re
vertitur & putrefactionem. Quapropter rota elementorum pe
naturam & in circuitu rotunda gyratur, & erit quousque veneri
ad ſuum proprium terminatum punctum, & ſic per evidentem ex
perientiam natura tibi oſtendit quod virtus, quæ eſt in potentia
in ſemine bladi, in nullo tempore poſita eſt in effectū & actionem
productivam & vegetativam, niſi poſt corruptionem & putrefa
ctionem ſuæ materiæ propriæ, quæ cauſa eſt alleviationis & ſub
tiliationis, & rarefactionis, quouſque veniat ad punctum genera
tionis, quam vocamus multiplicationem, de uno grano in centum
de centum, in 10000. appellamus, & ideo vis eſt ruſticis credere,
quod ſi granum frumenti non projiciatur in terram, nullo tem
pore virtus ejus multiplicabitur, quia natura ſua ſicca non vult il
lud pati propter cauſam ſuæ terminationis, factæ per converſio
nem ſubtilis in ſpiſſum, & ſi projiciatur in terram, alleviabit ſe per
reſolutionem, & creſcet humiditas ſua per putrefactionē, per quam
ejus animæ vis procedit, non tantum quod faciat eum multipli
care in calore cœleſti ſuperius aſcendēdo, ac ſi melius foret, quam
hic inferius, ſed ſicut erat: vide igitur quomodo ſeparatur per
ſubtiliationem mundum ac purum à vili & immundo & cœnoſo,
viſcoſo per elementationem, quam accepit à putrido per rarefa
ctionem, per quam exaltatum eſt, & fermentum appellatum.
Dicimus ergo fermentum res exaltatas in altum, quæ per omnes
mundi gentes ſunt deſideratæ ac ſic nominatæ. Quare dicimus,
quod per opera ruſticorum virtutes cœleſtes adjuvantur, ſcilicet
per arationem, culturationem, ſeminationem, impingvationem
terræ. Et tali modo ruſtici juvant naturam, ut citius fructus expe
diantur, & emendantur. Simili modo tibi diximus in magiſterio
noſtro, quia primitus nobis eſt opus, quod ſubſtantia, quæ eſt pu
ra noſtri lapidis natura, reſolvatut per ſubtiliationem ſuæ ſubſtan
tiæ groſſæ: poſtea putrefiat, & humidum quod eſt frigidum, &
innaturale bene ſeparetur per calorem ſolarem, qui contra ignem
vadit: poſtea ſibi adminiſtretur ſuus competens cibus, quem
virtus jam dicta habet in ſe permutari. Et per hunc modum ma
teria mineralis adjuvabitur per induſtriam Alchymiſtæ: Tali for
ma, quod coram omni viro ipſa claro lumine manifeſtabit effe
ctus ſuos, & potentias non indigentes probatione logicali. Quia
benè concluſum eſt ad intellectum tuum hujus operis naturali
in qua forma artifex hujus operis naturalis debet inclinari, &
rigi per conſiderationem inſtrumentalem aut rationalem, &

lor

sophisticam, cum sententiis philosophiæ naturalis. Quoniam adhuc non obstante, quamvis ingenium profundum habeat logicus argumentabile, aut naturale de rebus extrinsecis, nunquam cum hoc toto per aliquam rationem, quæ veniat ad sensum, poterit directè cognoscere nec judicare, cum quali natura aut virtute per fortitudinem intrinsecus habeat sua multiplicatio crescere super terram, nisi pro similitudine, quasi simpliciter credendo nostrum magisterium esse aut non esse, nec quomodo fieri potest, quod nostrum semen in terra sua pullulat, crescit, & colligit fructus suos & suas messes, hoc nunquam scies nisi cum doctrina experientiæ prius intraveris in philosophia naturali, & non sophistica, quæ nascitur per diversas præsumptiones fantasticas infusas in illorum capitibus, qui cum prænosticationibus elevatis contra vim & voluntatem rationis & naturæ faciunt multos pertinaciter errare in sophisticatione mentis. Quapropter concludo per rationes supra dictas, quod si per industriam naturalem, cum claris & evidentibus experimentis tu non habueris rectam rei cognitionem jam inquisitæ, nunquam ad tam precioſum epulum eris invitatus per naturam. Qui ergo lapidum virtutem ignorat ac proprietatem eorum, qui de potentia deferunt corpora in effectum, & in actum, prout experimentaliter cognitum est, nostro de cibo precioso non gustabit. Est igitur tibi necessarium, ut lapidum nostrorum experientia naturam agnoscas per practicæ viam, mediante theorica, & doctrina ostensibili, aut per revelationem secreti, quia pauca format theorica, nisi per practicam habeas experientiam, & per experientiam practica formatur, ac etiam clara veritas, quæ humanum intellectum illuminat. Fili ergo bene cognoscere debes processum, qui tibi naturam ostendet lapidum ac virtutem, quæ per vim suam convertit illud, quod nulla res alia facere potest, nisi ipsa per similitudinem suam, & illa est res ignorantibus secreta. Est tamen omnibus sapientibus communis, ut lux mundi, noticiam cujus per experimentorum viam habebis, & non sine illis, aut eorum aliquo. Quia de ipsa experientia exivit veritas rei, per quam multiplicatur tinctura adjutorio informationis nostri magisterii naturalis.

De corruptione & putrefactione omnium rerum. Et quomodo omnis res nascitur, & recipit vitam [illegible] animam naturalem à putrefactio [illegible] de Gen[illegible]o matris suæ, [illegible]nem [illegible]m.

[illegible]p. [illegible]

Hic cognos[illegible]iodr[illegible]esse animata, nata, aut crea[illegible]i co[illegible]putrefactionem, ac [illegible]a tur[illegible]iæ mutat[illegible]natu-

habet amplius materiam humidam, & tunc humor incipit terminari & inspissari per informativam virtutem ab aliis differentem per concordiam, & calor per siccitatem mortificatur, quam granum frumenti accipit in sua terminatione per compactibilitatem & duritiem, tantum & quousque altera vice in resolutionem revertitur & putrefactionem. Quapropter rota elementorum per naturam & in circuitu rotunda gyratur, & erit quousque venerit ad suum proprium terminatum punctum, & sic per evidentem experientiam natura tibi ostendit quod virtus, quæ est in potentia in semine bladi, in nullo tempore posita est in effectū & actionem productivam & vegetativam, nisi post corruptionem & putrefactionem suæ materiæ propriæ, quæ causa est alleviationis & subtiliationis, & rarefactionis, quousque veniat ad punctum generationis, quam vocamus multiplicationem, de uno grano in centum, de centum, in 10000. appellamus, & ideo vis est rusticis credere, quod si granum frumenti non projiciatur in terram, nullo tempore virtus ejus multiplicabitur, quia natura sua sicca non vult illud pati propter causam suæ terminationis, factæ per conversionem subtilis in spissum, & si projiciatur in terram, alleviabit se per resolutionem, & crescet humiditas sua per putrefactionē, per quam ejus animæ vis procedit, non tantum quod faciat eum multiplicare in calore cœlesti superius ascendēdo, ac si melius foret, quam hic inferius, sed sicut erat: vide igitur quomodo separatur per subtiliationem mundum ac purum à vili & immundo & cœnoso, viscoso per elementationem, quam accepit à putrido per rarefactionem, per quam exaltatum est, & fermentum appellatum. Dicimus ergo fermentum res exaltatas in altum, quæ per omnes mundi gentes sunt desideratæ ac sic nominatæ. Quare dicimus, quod per opera rusticorum virtutes cœlestes adjuvantur, scilicet per arationem, culturationem, seminationem, impingvationem terræ. Et tali modo rustici juvant naturam, ut citius fructus expediantur, & emendantur. Simili modo tibi diximus in magisterio nostro, quia primitus nobis est opus, quod substantia, quæ est pura nostri lapidis natura, resolvatut per subtiliationem suæ substantiæ grossæ: postea putrefiat, & humidum quod est frigidum, & innaturale bene separetur per calorem solarem, qui contra ignem vadit: postea sibi administretur suus competens cibus, quem virtus jam dicta habet in se permutari. Et per hunc modum materia mineralis adjuvabitur per industriam Alchymistæ: Tali forma, quod coram omni viro ipsa claro lumine manifestabit effectus suos, & potentias non indigentes probatione logicali. Quia benè concluſum est ad intellectum tuum hujus operis naturalis, in qua forma artifex hujus operis naturalis debet inclinari, & dirigi per considerationem instrumentalem aut rationalem, & non

ſophiſticam, cum ſententiis philoſophiæ naturalis. Quoniam adhuc non obſtante, quamvis ingenium profundum habeat logicus argumentabile, aut naturale de rebus extrinſecis, nunquam cum hoc toto per aliquam rationem, quæ veniat ad ſenſum, poterit directè cognoſcere nec judicare, cum quali natura aut virtute per fortitudinem intrinſecus habeat ſua multiplicatio creſcere ſuper terram, niſi pro ſimilitudine, quaſi ſimpliciter credendo noſtrum magiſterium eſſe aut non eſſe, nec quomodo fieri poteſt, quod noſtrum ſemen in terra ſua pullulat, creſcit, & colligit fructus ſuos & ſuas meſſes, hoc nunquam ſcies niſi cum doctrina experientiæ prius intraveris in philoſophia naturali, & non ſophiſtica, quæ naſcitur per diverſas præſumptiones fantaſticas infuſas in illorum capitibus, qui cum prænoſticationibus elevatis contra vim & voluntatem rationis & naturæ faciunt multos pertinaciter errare in ſophiſticatione mentis. Quapropter concludo per rationes ſupra dictas, quod ſi per induſtriam naturalem, cum claris & evidentibus experimentis tu non habueris rectam rei cognitionem jam inquiſitæ, nunquam ad tam precioſum epulum eris invitatus per naturam. Qui ergo lapidum virtutem ignorat ac proprietatem eorum, qui de potentia deferunt corpora in effectum, & in actum, prout experimentaliter cognitum eſt, noſtro de cibo precioſo non guſtabit. Eſt igitur tibi neceſſarium, ut lapidum noſtrorum experientia naturam agnoſcas per practicæ viam, mediante theorica, & doctrina oſtenſibili, aut per revelationem ſecreti, quia pauca format theorica, niſi per practicam habeas experientiam, & per experientiam practica formatur, ac etiam clara veritas, quæ humanum intellectum illuminat. Fili ergo bene cognoſcere debes proceſſum, qui tibi naturam oſtendet lapidum ac virtutem, quæ per vim ſuam convertit illud, quod nulla res alia facere poteſt, niſi ipſa per ſimilitudinem ſuam, & illa eſt res ignorantibus ſecreta. Eſt tamen omnibus ſapientibus communis, ut lux mundi, noticiam cujus per experimentorum viam habebis, & non ſine illis, aut eorum aliquo. Quia de ipſa experientia exivit veritas rei, per quam multiplicatur tinctura adjutorio informationis noſtri magiſterii naturalis.

De corruptione & putrefactione omnium rerum. Et quomodo omnis res naſcitur, & recipit vitam, & animam naturalem à putrefactione, ſicut de ventre putredo matris ſuæ, per mutationem elementorum.

CAP. XXVII.

HIc cognoſcere potes, quod nulla res poteſt eſſe animata, nata, aut creata, niſi poſt ſui corruptionem & putrefactionem, ac mortificationem. Quia tunc natura materiæ mutatur de natu-

ra in naturam, ſicut res fragilis, & materia quæ non habuit ſuæ perfectionis complementum. Trahe igitur formam à ſua materia per corruptionem illius, ut ipſa materia ſeparata à ſua corruptione poſſit perfici in ſua ſublimatione. Fili in omni materia eſt quædam potentia activa, ſicut dictum eſt, ſi intellexiſti nos, quæ forma nominatur non completa, & ratione ſuæ imperfectionis communis eſt duobus cõtrariis, quæ quaſi nominantur informativa ipſius, ſecundum ſuum inſtinctum, & inſtitutionem. Nam quando hæc potentia per virtutem informativam ducitur de potentia in actum alicujus formæ, ſtatim habet appetitum ſtandi ſub forma contraria, ſicut hæc potentia, quæ communiter ſe habet in frigido & humido, nam exiſtente ſub uno eorum, ſtatim appetit eſſe ſub forma contraria, i. qualitate contraria. Quia nulla forma corporis corruptibilis aut generabilis poteſt unquam ſufficienter complere potentiam ſuæ materiæ activam, quoniam compleri ſub forma alia deſideret, nec forma hæc (cum ſit deſperata) poteſt eam introducere in materiam, niſi poſt primæ formæ corruptionem. Et ideo ſecundum quod virtus agens formæ introducendæ, corrumpit præſentem, ſic excitatur, & acceleratur forma activa ad formam contrariam, & dat paulative, quod ſit magis & melius completa ad majus complementum, quousque ſit facta ſub actione completa illius formæ, & ſine ſuis proprietatibus non poteſt eſſe, nec eſt tota materia. Quando igitur fili corrumpere lapidem noſtrum volueris, hoc fac per ſiccum ignem, ut ſiccum illud in frigidum convertatur. Et quando voles generationi appropinquare, fac quod humidum in calorem convertatur per frigiditatem. Et quando eris in puncto generationis, pone frigidum humidum cum calido ſicco ſuæ naturæ. Et quando voles aquam cum calore refrigerare, calefac eam magis. Et quando voles ignem accendere, cum aqua frigida balneetur intus. Et ſi nivem per frigiditatem F. diſſolvere volueris, congeles melius, & ſic verſæ ſunt, & invenies mutationes naturæ graduales, ſecundum gradus ſcalæ naturæ, quæ eſt rotunda, & elementa rotundat, ut dictum eſt. Si ergo convertas ſiccum in frigidum, frigidum in humidum, & humidum in calidum, habebis magiſterium. Quia tali modo natura exit de natura mala, & convertitur in bonam, bonaq; in meliorem. Et ideo hac in arte naturam modo duplici capimus. Primò, recipimus pro retento, ut eſt ignis naturæ. Secundò, accipimus pro continente ipſius, ut eſt aër, in quo ignis ſe habet movere ad formare res naturæ. Et quia aër eſſe non poteſt, niſi habeat naturam ignis, nec ullus poteſt aliquam formare ſpeciem materialem ad ſuam ſimilitudinem, niſi in natura propinqua, patet, quod lapis noſter eſt de materia aëris cõpoſitus, quia niſi eſſet materialis tinctura, ignem non poſſet manifeſtare in effectu vel actione, nec ignis ardere poſſet ſine cibo

aëris

aëris, (noli intelligere, quod totum sit plus, quam una natura, ex qua fit totum nostrũ ingenium,) nec claritatem daret per se absq; aëre. Quia in quolibet composito est ignis naturæ, & ille certa in formatione movetur, & movendo se movet materiam, omni tempore ipsam & semper terminando. Et est necessarium, quod ducat movendo ad aliquam speciem, secundum quod formator sciet ipsam benè informare, scil. ad illã, ad quam materia habebit convenientiam secundum cursum naturæ. Propter quod extitit declaratum, quod non opereris, nisi de nobiliori materia, quam habere poteris, quia res non fit, nisi secundum naturam in ea emendatur.

De humiditate nostri lapidis, & quomodo ipsa est aqua permanens, & de diversis actionibus ignis, & de subtiliatione elementorum grossorum, & de nigredine.

CAPUT XXVIII.

HUmiditas nostra fili, est aqua permanens, quia suum humidum radicale non amittit, neq; per ignem combustum est, nec ignis maris nostri potest ipsum consumere, quin de uno calore in alium mutare videatur, imò augmentari, meliorari, & crescere in proprietate videatur. Nam ignis est ejus rectum nutrimentum, & causa ejus nobilis incrementi. Ideo quando volueris præparationẽ nostri magisterii incipere, recipe aquam proportionatam in qualitate secundum naturam corporis, quod dissolvere volueris, tali modo, quod virtus ignis contra naturam, non superet calorem naturalem. Quia corpora non sunt ejusdem qualitatis in mensura, quamvis semel fuerunt omnia unius virtutis, in mensura in Domino Deo nostro, modo habent participationem in differentia concordantiæ. Nam aliqua ipsorum non adeo fortis compositionis sunt, neque ipsorum sulphur jam subtile nec temperatum. Et ideo fragiliori virtute se disligare possunt. Charissime fili, ignis, qui calefacit hominem, leonem frigescit, & ignis calefaciens leonem, ardet & cremat hominem. Per hoc autem scire habes, quarum fortitudinum sunt virtutes nostrorum lapidum, ad finem, quod arg. vivum respectu potentiæ sulphuris naturæ possit temperari per notitiam certam graduationis in sua prima resolutione, quia in eo jacet totum periculum. Et ideo tibi notifico, quod habeas sulphura per calorem destructa simplorum argentorum vivorum in forma tali, quod eorum proprietas activa non exterminetur extraneo calore, & quod separari non possit à suo subjecto humido, quod ex toto apparet nigrum plenum de nobili spiritu. Ista nigredo demonstrat signum primæ portæ, ad intrandum nostrum magisterium. Et sine ipsa non potest aliquid fieri, quia est ignis naturæ, qui habet lapidem creare qui sine sui corporis corruptione manifestari non potest. Et nisi manifestetur, nunquam in actione erit,

per quam possit crescere aut generare. Cum autem sit revelatum, quod initium operationis nostræ est in forma capitis corvi, & operationes præcedentes absque nostræ initio operationis sunt erroneæ omnes, quousque compositum totum nigrum se manifestet: ideo fili intelligere noli, quod nigredo nostra subito veniat, neque cito, sed suaviter & paulativè, quia necessarium est, quod calores per sua media transeant sicut elementa. Quia ignis naturæ cum sit inclusus in profundiori sui corporis, non potest se ostendere statim, quo usque sit apertum. Nam in grossis elementis ignis est inclusus & absconditus. Et ideo necesse est elementa subtiliare, scilicet, terram, & aquam, per debilem digestionem, unde causatur viriditas, quæ est primus color, cujus signum dat cognoscere, quod actio caloris resoluti frivola est & lenta, & per consequens insufficiens dissolvere & rarificare partes terrestres. Ideo in cute & superficie, & ubique color viridis manifestatur indigestus & terrestris in ventre, cujus calor naturæ multiplicatur, qui propter causam humidi excellentis, tenentis eum hebetatum, non potest manifestari, sed ut prædictum est, calor naturalis paulativè vigoratur calore ignis adjutorio, administrati ab Artista & operatore, qui benè scit intellectu suo disponere, informare, & coquere materiam suam quousque appareat desuper induta nigra. Quia tunc ignis naturalis pugnat contra humorem, à quo creatur nigredo. Quando igitur apparere incipit, cresce eam, & multiplica per naturalem informationem, per quam se habet regere naturalis ignis, qui incipit materiam digerere, ut apparet ex nigredine. Et ex hoc extitit declaratum, quod in puncto nigredinis noster ignis incipit operari, & non alias. Et ideo nostri magisterii principium dictus est, quia tunc excitatus & acceleratus est nostræ materiæ calor, qui habet potentiam putrefiendi omnia elementa sua, usque ad hujusmodi digestionis finem, quæ est prima caloris in nostro artificio, donec sit completa materia, quia humor ponticus & terrestris per suum contrarium alteratus, & adjutus à suo simili habiliter & aptè se digerit. Et tunc in materia completa per gradum dictæ digestionis color niger multiplicatur, non tantum in superficie, vel in cute, sed per omnes partes subtiles, & separatas in tota materia per multiplicationem, quæ est generata à calore naturali in humiditate radicali. Unde nostra fit alba tinctura sicut nix, & tunc dicimus, quod corpus fusum est, & liquefactum intus & extra, & non potentia vel actione ignis communis, sed potentia ignis, qui est calor naturalis. Quia iste ignis apprehendit, imprægnat fortiori calore lapidem nostrum, quam sit elementalis ignis. Et sic videmus potentias & virtutes rerum, & causare, & per earum effectus cognoscimus. Hanc rem tene secretã fili, quod calor naturalis prædominans post diminutionem humidi extollentis omnis

grossi-

groſſitiem & ſubſtantiæ terreſtreitatem, quam prius non potuit benè diſſolvere. Poſtea per ſuam fortiorem actionem reſolvit & digerit tantum, quod venit ad ultimum ſuæ actionis punctum in digeſtione prima. Et quando materia ſic digeſta, & putrefacta, & optimè. cocta eſt per dictam digeſtionem, natura ſeparat ſubtile à ſpiſſo, & groſſum projectum eſt ad partes & remotas per actionem ſecundæ digeſtionis. Et tantum, quantum oportet, convertit ex ſubtili in ſubſtantiam ſulphuris, ab argento vivo creati, ſecundum hoc converſio facta eſt per informationem datam calori naturæ in tertia digeſtione.

De modo philoſophandi. Et quomdo iſta ſcientia & ars non eſt data, niſi philoſophis. Et quod congelatio argenti vivi eſt principale ſecretum & finale. Et de patientia operatoris, uſque ad albedinem transeundo.

CAPUT XXIX.

HUjus ſcientiæ libri loquũtur per voces tacitas fortiter notandas, ad finem, ut principalis res in ipſis contenta. Et quod illud ſecretum non manifeſtetur niſi philoſophis, & filiis philoſophiæ noſtræ, qui ſunt indagatores & inquiſitores veritatis, & amatores ejus, & non ſophiſtis plenis mendaciis, nec avaris, nec amatoribus mundanis, ſicut ſunt uſurarii, mercatores, & renovatores monetæ, cambiatores, & congregatores theſaurorum, condemnatis & per diabolum incantatis, qui nolunt laborare, nec inquirere, niſi in rebus palpabilibus, quia imbibiti ſunt & potionati in rebus mundanis, nec poſſunt aperire intellectum ipſorum ad intelligendum bonas doctrinas noſtras, per quas poſſent habere theſaurum perdurabilem & ſalvationem. Ideoque tibi dicemus fili, quod ſapienter conſideres doctrinas, quas tibi dabimus in libris noſtris, & nota illas, & gloſa fortiter per multas conſiderationes, & reiterationis ſpeculationes, ſi deſideras nos intelligere. Et quando nos intelligas, capias cum ambabus manibus coopertum cum tua camiſia veſtimento philoſophiæ, & ſic aliis relinquas doctrinas, ſicut patres noſtri nobis reliquerunt, & non aliter. Et ſi contrarium feceris, tu eris maledictus, ſicut ille qui eſt participans de confuſione mundi. Et noli ipſam revelare per vocẽ vivam, quia nemo ſine labore debet artem poſſidere, nec ſine conſideratione alicui manifeſtare actualiter, niſi per cooperturam philoſophiæ, & illis, qui per intellectum illuminati & levati ſunt, & qui habent inſtrumenta rectificata ad penetrandum cauſas & res naturæ ſecretas. Et tu qui deſideras eſſe filius noſter, & nutritus in philoſophia, debes perſcrutari per revelationem tui nobilis intellectus, id quod dicemus eſſe verum in noſtro magiſterio. Videlicet, quod fumus auri noſtri fermentati, poſt fixationem ſuæ reductionis in terra ſua

apparebit visibiliter in igne philosophiæ. Et ideo fili necessariæ sunt considerationes multæ, antequã procedas ad formationem lapidis nostri,& quod sis scrutator per revelationem nobilis intellectus eorum,quæ dicimus esse vera in nostro magisterio, videlicet, qualiter fumus auri nostri fermentati post fixionem & reductionem in terram suam visibiliter apparet in philosophico igne. Scito ergo, quod terra,in qua nostrum aurum debet seminari ac plantari,primitus est alba antequã visum ignis nostri manifestare possit, habebis tamen fili in dealbatione patientiam, quoniam ibi magna tarditas est.Fac igitur dealbari terram tuam,&nutriri eam, si vis quod filius patris subveniat tibi in necessitatibus. Hæc terra est magnesia nostra,in qua jacet secretum nostrum. Et nostrum finale secretum est,nostri arg. vivi congelatio,sine qua jamq; fieri non potest certitudo scientiæ nostræ, quæ in principio magisterii nostri est nostri arg. vivi congelatio in magnesia nostra per ingenium,certumque regimen. Spiritus essentiæ quintæ in magnesia nostra est.Nostra magnesia est arg. vivum,quale tibi diximus. Et ex isto exivit fumus auri nostri & argenti, per quem venit omnis color. Et si scias eum extra corpora projicere,medietatem habebis secreti.Et si facias eum reverti,habebis coloratam suã magnesiam,ut nivem.Nam sicut à corporibus projicitur, ita in ea revertitur,scilicet,tam à mediis mineralibus, quam à metallis cum arg. vivo. Nam cum arg. vivum sit medium conjungendi tincturas in puro subjecto: ita erit medium separandi eas ab impuro,quod est res contra naturam. Et pro isto Mercurio intellige aquam,in qua deportatur tinctura. Quia ignis quando ab uno subjecto separatur, immediatè introducitur in aliud, nisi per ignem impediatur extraneum cum sit incorruptibilis. Et ideo est necesse, cum non possit haberi sub forma essentialiter,quod habeatur sub forma substantialiter, scilicet in materia Mercurii, quæ est aqua nostra. Et scias fili, quod noster ignis trahitur à corpore parum & parum,& postea vertitur in corpus per suum nobilem calorem. Fili hoc est necessarium semen, cum quo fixatur nostra tinctura in corpore, quando trahitur ab illo cum aqua ignis. Fili imprægna igitur corpus ab igne,& multiplica suam combustionem, & fortem habebis tincturam.Et intellige secretum. Nam initium est atque complementum totius,prout in secunda parte dicemus practicæ.

Unde propria tinctura philosophorum trahitur, quæ tingit argentum vivum congelatum in album in medicinam rubeam per fermentationem.

CAP. XXX.

TInctura,quam dicimus fili,extracta est ab auro nostro,& illam in auro vulgari fermentamus, quod portat illam de potentia ad actum,

ad actum, nec in isto eramus ex toto certi, nec possemus credere, quousque vidissemus nostræ magnesiæ potestatem, quæ magno calore suo spiritum congelat per suæ exuberantis naturæ mutationem, multiplicatæ in calore permanente, & hæc fermentatio facta est adjutorio sulphuris rubei fixi, & postea nõ est nisi ignis, aqua & terra, pleni quinta essentia, & per aquam terra abluitur, per ignem terra tingitur & coloratur, & tunc omni homini manifestatur. Hæc enim est tinctura, quæ à vili terra se spoliat, & de alia multum nobili re induit se. Et scias, quare nostrum primum venenum nõ facit deauratum fumum, quando de ipso Mercurius sublimatur. Ideo, quia in suo ventre Mercurius totam accepit tincturam fumi, & est imprægnatus à dicto fumo, qui est noster ignis dictus, & per successivam decoctionem, quæ in natura sua est correspondens naturæ dicti ignis, qui absconditus est in ventre dicti argenti vivi congelati per extensionem partium subtilium suæ ignibilitatis essentialis in dirigendo partes dicti Mercurij colorat, & transmutat eum in suam propriam naturam ignis, qui est pura tinctura, infixa essentiæ materiali individuorum metallorum, quem clamamus spiritum Mercurialem, cùm in eo manifestè sit resolutus, & adhuc sit resolutivus in eodem, & erit, quamdiu poterit, quia sic volvitur natura per circulationem.

De modo procedendi in practica, & quanta res requiritur in magisterio.

CAP. XXXI.

AD informandum super hac re filium artis opus est magna scientia, scilicet revelatione, vel ostensibili doctrina, ut possit nostri magisterii practicam intrare, & indiget forti ac magna theorica, quæ vires revelet per velle naturæ. Et si es negligens perlegere, & perscrutari contentum in nostris libris, cæcus ibis ad practicam sicut ignorans. Et ideo fili debes præmeditari, cui rei debes manum apponere ad operandum. Et debes scire, quot, & quę requiruntur principaliter in nostro magisterio vel propinquitate suæ operationis. Et idcirco fili tibi dico, quod tria requiruntur, scilicet, Ingenium subtile, naturale, non sophisticum manuum operatio, & liberum arbitrium, & hoc requirit sapientiam, divitias, & libros. Sapientiam, ad sciendum facere. Divitias, ad habendũ potestatem faciendi. Libros, ad intellectum aperiendum diversum, qui est in multis gentibus. Quoniam hoc, quod unus comprehendit per doctrinam unius, nunquam poterit comprehendi, nisi per doctrinam alterius. Et sic doctrina unius aperiet doctrinã alterius, fortassis datam per figuram, & secundum traditionem plus vel minus valentem. Sed hîc tibi nos manifestabimus in clara voce principale celatum, ad intrandum secreta secretorum naturæ.

turæ. Unde tu videbis multa pulchra mirabilia, quæ in ſecretis naturæ ſunt repoſita, & quaſi miracula reputabuntur per ſecretum dominæ naturæ. In quo eſt neceſſarium, quod incipias ad intrandum per iſtum modum. Fili neceſſarium eſt tibi, quod primò habeas in cognoſcentia virtutem formativam, ex ſupradictis rememoratam, quæ dependet à noſtro magiſterio ex certa ſcientia cognita. Quia ars, id eſt, ſcientia, quando veraciter eſt cognita, ſine aliqua ignorantia, per ſenſum intelligentiæ, qui venit de nobili operatore, informat materiam ad illud eſſe, ad quod calor naturalis inſtrumentalis, in quo à virtute informativa influitur virtus activa, & dirigitur ex ſua materia ad operandum & formandum directè, tunc apparet, quod dictus calor inſtrumentalis ſit directus per virtutem formativam, & virtus formativa dependet de ſcientia operatoris, in cuſtodiendo curſum naturæ in magiſterio, per quod iſta eſt inuſitxa in materia, quia calor excitatus & auctus ipſemet movet illam. Sicut in naturam omnis alterius rei influitur virtus formativa de cœlo & de ſtellis. Quia cœlum eſt principium movens totius naturæ, ſicut ſapiens operator eſt in magiſterio noſtro, per doctrinam ſuæ nobilis intelligentiæ. Revelatum ergo tibi ſit, ea duo ſunt in magiſterio noſtro neceſſaria, ſcilicet, virtus informativa, & inſtrumentum elevatum, per quod noſtrum debet formari magiſterium. Informativa virtus eſt gubernata per quatuor virtutes principales, convertibiles & convertentes, ſcilicet, calor, frigus, humidum & ſiccum, ad finem, quod materia tractetur cum inſtrumento directo & conducta & deducta ad illum actum, per quam pati debet ſuam operationem ſecundum intentionem convertentis & convertibilis, & in actione debet informari materia, ut per ipſam informationem ipſius inſtrumentum gubernetur ad complementũ ſuæ operationis, voluntati operatoris correſpondens in materia informata per artem ſecundum exigentiam naturæ venerabilis, qua ſagax eſt, & intenta pervenire & perficere ſuum perfectionis opus.

De quatuor naturalibus virtutibus mutatiuis, & quomodo appellantur, & quomodo operantur.

CAP. XXXII.

INtellige fili, cum dicta formativa virtus ſe habeat regere per quatuor antedictas qualitates elementales, à quibus ſine medio, & ſucceſſivè quatuor virtutes naturales mutativæ cauſatæ ſunt. Et ideo habes dividere gradualiter informationem, quam omnis bonus operator debet influere in materia convenienti, & ſucceſſivè in quatuor partes, videlicet, In attractivam naturam, vel appetitivam, in naturam retentivam & coagulativam, & in naturam expulſivam, & contentivam, & digeſtivam. Natura attractiva

operatur

operatur per calorem & temperatam ſiccitatem; natura retentiva per ſiccitatem, & temperatam frigiditatem; expulſiva per humiditatem & temperatum calorem; & natura digeſtiva per calorem & temperatam humiditatem. Et in illa actione, in qua materia melius operatur in complexione ipſius, habes tu eam adjuvare, quia ſecundum plus & minus fortitudinis ſuæ complexionis materia tibi oſtendet ſuam velocitatem aut tarditatem, vel temperamentum ſuæ differentiæ tranſmutationis, unde ſui cauſantur effectus ſecundarii, qui tracti ſunt de potentia in actum, ſicut ſunt ponderoſitas, levitas, gravitas, durities, mollities, dulce, amarum, album, & nigrum, &c. Scias ergo fili, ad quam virtutem, ad quam formam debes tuam tractare materiam, vel ad virtutem appetitivam, vel ad virtutem digeſtivam, vel ad virtutem retentivam, aut ad virtutem expulſivam. Quia tibi opus eſt, quod materia accipiat talem informationem per artem cognitam, & ſcitam, tali forma, quod ſuum inſtrumentum ibi ſit motum, & bene directum, usque ad ſuæ operationis finem, qui finis certum ſignum monſtrat ſuo magiſterio. Quapropter ſi ipſe habuerit in memoria ſua ſigna, habebit ſcientiam certam, & habitudinem corrigendi & emendandi confortationem, & debilitationem, quæ ſunt extremitates operationum naturalium. Et ideo intellige, quod ignis eſt inſtrumentum naturæ, ſicut inſtrumentum, quo faber operatur, eſt martellus, qui movet materiam ferri ad talem diſpoſitionem, quæ ſit de intentione fabri, qui informat malleum, per formalem motum. Sic autem facit calor ignis in magiſterio noſtro, quia ſecundum artem dirigitur ad intentionem Artiſtæ. Nam vel dirigitur ad deſtruendum & corrumpendum, vel ad generandum, vel ad ligandum, aut alias. Et ideo tibi neceſſarium eſt, quod per hanc ſcientiam cognitam habeas directionem eligendi & cognoſcendi talem ignem, ſecundum quem per artem formatum debet materia de natura in naturam mutari, quousque motus naturæ ſupremæ, quæ eſt in igne, per terminationem & expulſionem extranearum motuum in ſua propria materia ſine corruptione aliqua poſſit perpetuo quieſcere. Et iſte eſt calor omnium generatorum, ſicut eſt ſolis calor, qui eſt effectus principalis omnis generationis. Ideo tibi ſit certum, quod ſi ars operatoris ſit incerta ad diſponendum materiam, in illa lapis noſter formari non poterit, in potentia cujus formaliter & naturaliter totus curſus virtutum, quæ ſunt in centro medicinæ noſtræ eſt incluſus. Benedictus ſit Deus glorioſus omnipotens, qui humano generi dedit intellectū ad conjungendum & integrandum particularitates confuſas totius medicinæ cum univerſitate reali, per quam remanebunt rectificata omnino. Et ideo fili monemus te, ſi deſideras eſſe perfectus medicus, non ponas te complacentiæ particularitatum medicinæ,

quia

quia confuſæ ſunt, nec ſunt hodie integræ. Natura enim eas pati non poteſt propter confuſionem nimiam, ſed complacere in unica medicina, quia non eſt niſi una ſanativa totius maliciæ, pravitatis & infirmitatis, & confortativa ſpiritualium virtutum. Habe ergo & tene opinionem ſecuram emorroytorum. Quia tota ſcientia medicinæ eſt, & eſſe poteſt reducta ſtabiliter opinioni illorum, qui tantummodo contemplantur in univerſalitate, in qua eſt operativarum virtutū congregatio, intellige curſu naturæ. Quia qui multas & plures particularitates ſciet ad univerſitatem reducere, inter alios erit melior. Quia in particularitatibus ſunt virtutes confuſæ, & in univerſalitatibus ſunt reales virtutes in unum congregatæ, & excitatæ, ſicut totius naturæ curſus manifeſtat, & eſt medicinarum medicina. Et qui talem habet medicinam, donum Dei habet, quia theſaurus eſt incomparabilis. Recupera igitur ſcientiam, per quam tuam poſſis naturam informare, à qua tale jocale, & tale bonum creatur & formatur per artificium, ſuperans totum naturæ curſum, quia ſi ars incerta operetur in materia, non poterit benè diſponi ſecundum exigentiam intentionis naturæ, nec natura poterit creare illud, quod ſibi manet, neque illud, quod petit operator, quia materia defecit, in informativa virtute. Et quia inſtrumentum, quod erat ad formandum motum, non erat bene rectum, & hoc fecit ignorantia in intellectu tota, quando Artiſta non habet ſcientiam cognoſcendi certam informationem, de qua dicta materia debet recipere ſuum motum, per influentiam ſcientiæ cognitæ ab operatore naturali. Et ideo, quando influit ignorantia & incertitudo ſcientiæ, natura deviat ab intellectu talis artificis. Et etiam bene debes conſiderare, & quod virtus, quæ eſt in medicina non ei uniatur plus per calorem extraneum, quàm poſſit dirigere. Quia calor ardens & combuſtivus, qui venit ab igne elementali, ſibi datus eſt per inſtrumentum, quæ res nunquam fuit de intentione naturæ, & ideo formare fecit illud, quod petebat Artiſta.

De informatione caloris naturalis per excitationem factam per ignem communem, vel de informatione naturalis caloris cum calore, qui eſt contra naturam.

CAPUT XXXIII.

FIli intelligere potes, quod ſolus ignis naturalis, aut ignis naturæ confortatus cum igne non naturali, cum operatione confortationis, vel creationis, vel transmutationis, uniformiter operatur in materia, excitata ſolummodo per ignem contra naturam, tali modo, quod ignis naturalis, in quo eſt virtus activa, non ſit ſuperatus per elementalem ignem. Et in operatione prima ſuæ corruptionis

ptionis obſervare debes, quod ignis contra naturam ſuperet calorem naturalem innatum in mobili ſubjecto uno gradu tantum, & non ultra illum numerum. Quia ſpiritus individuus, qui eſt ſpeciei conſervativus, deſiderans ſimilem generationem recto inſtinctu ſuæ naturæ corrumperetur, per ſuæ deſtructionem eſſentiæ, & tunc amplius non haberet appetitum ſimilem generationem faciendi. Quia natura exiret per corruptionem & deſtructionem, quæ contra naturam ſunt, & terminum acciperet, & finem conſummationis, quia non haberet locum, in quo requieſceret, nec aerem, in quo reſpiraret. Et debet intrare vacuitas, de qua locus erat plenus extranea natura. Et debes habere magnum alembicum, ut materia liberius poſſit aſcendere, & cum parvo igne excitari, ut veniat in aerem. Et non eſt neceſſarium, quod per ignē excitatum aer multum condenſetur in aquam, eò quòd virtus activa ſubmergeretur, & ſuffocaretur nimis in aqua, & tincturæ naturales comburerentur, quando actio caloris ignis elementalis occuparet partes ignis naturalis, aut locum, ubi deportatur. Sicut videtur, quod magna flamma parvam deſtruit, & iſtam in ſe convertit. Non enim volumus, quod ignis contra naturam convertat naturalē in tota ſui ſubſtantia eſſentiali & accidentali: ſed quod naturalis convertat ſua prima potentia in parte jam alterata ignē contra naturam. Et ideo tibi exiſtat revelatum, quod duæ operationes certæ ſunt tibi neceſſariæ, ſcilicet, corruptio, quæ facta ſit ſub ſuæ formæ conſervatione, & per ignem contra naturam fit, cùm ignis elementalis excitatione adjutorio naturalitatis nominis naturalis. Alia operatio eſt generatio, quæ fit cum igne naturali multiplicato ab igne non naturali & contra naturam. Quia duo ignes iſti converſi in igne proprio naturali, ſcilicet ignis non naturalis de per ſe, & per accidens, & ignis contra naturam per accidens amore attrectationis ignis non naturalis. Et in iſto naturali igne ſunt reperti & converſi. Quare igitur ſunt inter ambo inſtrumenta naturæ calida, & multùm temperata, ex multùm forti virtute, quæ eſt alta, & potentiſſima ad faciendum novam generationem aut colligationem multarum virtutum conjunctarum in uno proprio ſubjecto, quod eſt ſecretum naturæ per artem magiſterii conjunctum ad naturam humidi radicalis.

Quomodo materia noſtri argenti vivi reperitur. Et poteſt invenire in omni corpore elementali.

CAPUT XXXIV.

SI vis fili noſtri magiſterii effectum habere, arg. vivi noſtri naturam ignorare non debes, quod in omni elementali corpore reperitur. Et omne corpus elementale in quacunque forma natura formaverit illud, compoſitum eſt de quatuor elementis principa-

libus,

libus, ut per revolutionem circuli naturæ manifestè patet, qui ostendit, quod nulla res creata vel generata per naturam, jam non erit adeo diversæ formæ seu figuræ, quin per principia naturalia reperiamus eam esse compositam ex uno genere materiali, scilicet arg. vivi, quod quidem volumus nominari genus naturæ propinquius generale, tanquã proprjum ejus subjectum naturale, in quo domina natura pingit & protrahit suas figuras diversas. Et nota, quando dicimus, propinquius nos ad differentiam generis universalis dicimus, à quo istud descendit. Et quando dicimus illud generale, dicimus ad differentiam majoris propinquitatis alterius generis, quam habet ad naturam. Et ideo cum de isto sit genus, in eum convertitur, quando pet artem vel naturã appropinquat, est primæ formę generis universalis, à quo alia genera omnia descendunt, quæ sunt argenta viva nostra. Et ideo, cum omnia genera veniant successione naturali graduali à primo arg. vivo, quod est generalissimum, remotum à principali & propinquiori, medio naturæ: quare dictum est materia prima omni generi succedenti, nec sic discordant vel discrepant in natura primi generis, quod est universale vel generalissimum clamatum in philosophia nostra, unde decepti sunt logici & logistæ, quia tantummodo habent in specie vel figura, prout manifestè vides die qualibet, quod genus nutrimenti convertitur in genus nutritæ rei, quod natura facere non posset, nisi genus convertentis generi & naturæ conversi concordantiam haberent. Hæc concordantia fili descendit à primo genere rei in tria genera diviso, scilicet animale, vegetabile & minerale. A primo genere venit vapor, generatus ab elementis immediatè & sine medio. Et iste vapor est compositionis primæ, & de secunda sunt corpora mineralia, & de tertia compositione vegetabilia. A quarta bestiæ, bruta, & à quinta sunt homines. Sed omnia hæc descendunt à genere principali principalissimo, à quo natura recipit arg. vivi naturam, ad creandum omne illud compositum. Et omne compositum ratione dictæ materiæ tanquam in prima re Mercuriali transmutatur in aliud, sicut dictũ est, in naturam & materiam alterius compositi, videlicet quod genus Mercuriale vegetabile transmutatur in genus animale & minerale, & genus animale in minerale, & hoc quando appropinquat ad retrogradationẽ ad secundæ gradum compositionis, ex qua sunt corpora mineralia, sicut natura facit transmutationem talem subtili separatione puri ab impuro, scilicet homogeneæ rei, & heterogeneæ. Quia naturæ intentio talis est, quod quando vult disponere ad destructionem suum compositum, immediatè cogitat separare naturam, quæ participat cum re quinta, & in illa salvat & conservat primam speciem, quia consilium aliud recipere nequit. Et si sic est quod causa magnæ excitationis, hoc non possit facere, mo-

ratur

ratur in materia magis grossa, qua transmutat dictam materiam in genus alterius compositi, vegetabilis vel animalis aut mineralis. Nam secundum quod corruptio in potentia sè extendit, & secundum corporis materiam, secundum hoc transmutatur in illā, vel aliam, aut similem, ut si materia simplex quintæ compositionis corrumpatur, absque conservatione formæ, statim appetit quartæ compositionis materiam, per naturam immediatè grossam. Sed ista divisio fieri non potest per artem, neq; per naturam ad perfectionem materiæ, nisi convertens activum reddat materiam totā homogeneam, & quod pars illius similis sit totalitati, vel simplex sit forma, ut est forma elementorum, aut forma mixta, sicut est forma lapidis aut metallorum. Et hæc homogeneitas facta est, ut materia separetur ab omnibus formis, quæ non sunt de sequela harmoniacæ commixtionis corporum, ad quæ natura, vel ars intendunt dictam constituere materiam. Aut forte dictū convertens est naturale, aut contra naturam. Si est naturale, tunc creabuntur lapides fusibiles per calidum & siccum. Et si contra naturā, tunc creabuntur lapides non fusibiles, in quibus non remansit humiditas, quæ erat informanda per naturam convertentem, nisi sit secundum continuitatem materiæ. Quapropter lapides non possunt fundi, nec funduntur. Et quando dicta materia per gradus separationis est disgregata, tunc est vicina primæ causæ. Et quanto illi proximior, tanto multiplicabilior nobilissimis virtutibus, videlicet, quando corp⁹, ex quo est perfectio, quod vocamus unguentum fixum, infigit in illum suas figuras, quæ sunt multiplicatæ tincturæ aureitatis & argenteitatis, per quas figuras virtus nobilissimæ materiæ perficit effectus & officia, & suas transmutationis proprias actiones, sicut in sua vidimus projectione, tam in corporibus mineralibus, quàm animalibus.

De genere supremo, à quo omnis natura exigit.

CAPUT XXXV.

IDeo fili satis elucidatus esse debes, & videre, quod nisi esset universale & supremum genus, per quod natura gubernatur: nulla res, quæ per naturam creanda, vel generanda esset, posset esse, neque res animata vivere, nisi sustentatione generis supremi, quod genus est materia naturæ, sed perderet natura suum esse. Quapropter cum in tali genere inesse materiali licet confuse sit potentialiter, in materia & substantia cujuscunq; generis: necessitas est tibi, quod per transmutationem suæ formæ per certos gradus superationis convertat dictas materias de potentia ad actionem scilicet in primam materiam, non tamen remotam à genere metallino, sed propinquam & vicinam ad lineam, aut ad genus, in qua erant in eorum initio. De qua materia vel genere natura incipit operari,

rari, antequam alia forma esset materiæ primæ introducta, seu generata propinquiori ac viciniori generi.

De materia, quæ desiderat habere unitatem formæ, ut de sua perfectione in unitate spiritus quintæ essentiæ integretur.

CAP. XXXVI.

ISta prima materia fili, est terra subtilis sulphurea, quæ multum optat integrationem de unitate spiritus quintæ essentiæ, sicut prima materia desiderat aliquam propriam formam, causa & ratione sui complementi: & ideo præparetur materia argenti vivi humidi per septem distillationes, ut materia sit pura, cum qua per resolutionem pura forma habeatur: & ideo hoc intelligatur in materia sicca & humida: & ideo quantò materia nobilior & melior est, tantò desiderat formam nobiliorem, & quantò nobilior est forma, tantò magis materiam nobilitat suam, tamen quod materia sit habilis ad resumendum illam, sicut est quando approximata fuerit, aut per artem, aut per naturam ad actum primæ causæ tunc multum habilis est ad recipiendum formam mineralem aureicam, quæ clarificat, illustrat, & eam penitus nobilitat. Ideo hæc mobilis terra, dictum est subjectum Mercuriale, cum in primam substantiam ar. vivi conversa sit, & nullam recipit terminationem. Et in hac terra fili debes fixare elementa, in quibus opus est, quod quiescat fumus auri nostri, tanquam ad primum elementum, quod est omnium aliorum subjectum & fundamentum, quæ debent fixari super. Ideo, quia est magis materiale aliorum omnium, quamvis subtile sit multum, ac spirituale in forma terræ albæ, multæ, & magnæ virtutis. Si hæc fili tibi sit abscondita, habes omnem artem nostram, atque scientiam ignorare, quia est totius magisterii nostri principale fundamentum. Et si vis ejus habere noticiam per doctrinam nostram, tibi est & erit revelata. In omni loco eam reperies, & ab hoc trahes, sicut in secunda parte dicemus, quia est sulphur & argenti vivi, ut ex ejus apparet proprietate, quando recipit in se rubeam & sanguineam tincturam supremi metalli, & accipit ingressum & fixationem perpetuam, non tamen sine magisterio nostro tibi fili revelato in secunda parte. Et quia proprietas argenti vivi est dissolvendi & dealbandi suum sulphur. Et proprietas sulphuris est congelandi & rubificandi suũ Mercurium, talem reperies eam suis virtutibus munitam à primo genere receptis. Et adhuc multas alias proprietates habes perfectionis, ut audies postea. Scias tamẽ, quòd non est arg. vivum vulgare in tota sua substantia, nec in sua natura, sed est arg. vivum philosophicũ, auri, scilicet, & argenti, appropinquatum generi creato ab entibus realibus, certis mensuris naturæ, per artem jam notam.

Quomodo

Quomodo omnes res mundi sunt de sulphure, & de argento vivo, sicut de universali materia, & de suis succedentibus, & quod in omni loco reperitur per suas proprietates.

CAP. XXXVII.

ADhuc fili tibi manifestamus, quod omnis res mundi conmposita ex substantia quatuor elementorum substantialiter, non est nisi sulphur & argentum vivum pura, munda & incombustibilia in primo suæ creationis puncto, & hoc scire & videre poteris per artem, quæ hoc facit per operationem magisterii nostri, scilicet, quando humidum terreum, siccum congelatur, sicut per vivum apparet, de quo Mercurialis substantia in naturam humanã convertitur, hoc est primum genus, vel prima materia, & media substantia in qua natura infigit, & fixat omnes colores suos, diversas substantias figurando. Isti colores & proprietates adveniunt à proprietate naturæ conjuncta sulphuris, & arg. vivi per instinctum suæ naturæ. Adhuc multas alias proprietates habet hæc prima materia, per quas scimus de natura sulphuris hanc esse & arg. vivi. Nam in igne corrumpi non potest, nec in aere, aqua, vel terra, Et habet proprietates dissolvendi, congelandi, trahendi in appetitum, attrahendi, retinendi, expellendi, pellendi, & dirigendi, quod est perfectio & complementum rei animatæ cum contrariis passionibus, per quas proprietates constat certissimè, quod est de natura sulphuris & arg. vivi, cùm in illis fiant contrariæ operationes, quas facere non posset, nisi esset de natura amborum ac proprietate ipsorum. Et cùm proprietates dictæ nequeant esse sine substantia, sicut nullum accidens sine materia, nos dicimus, quòd hæc substantia non est nisi sulphur & argentum vivum collecta secundum suam compositionem. Per quæ patet, quod lapis noster in omni loco reperitur causa & ratione proprietatum suarum, & ex illa experientia cognoscimus, quod est prima materia omnium rerum universalium, quæ per generationem & corruptionem formatæ sunt secundum compositionem earum. Quare nobis declaratum est, quod est de natura sulphuris & argenti vivi, & propter hoc non est argentum vivum in tota sui substantia, nec in tota sui natura, respectu argenti vivi communis, sed in parte de ipso est, & ideo amicabiliter adhæret suæ naturæ, & ipsius est perfectiva, ratione potentis digestionis suæ, per quam crudum convertitur in coctum, tunc enim natura lætatur natura, & est ipsius mater & ejus naturæ mansio per concordantiam ejus, quæ movetur à prima causa, & unum congelat alterum reliquum, & perpetuò se fixant, & jungunt sine ulla disjunctione, quæ res fieri non posset, nisi natura unius esset affinitate participans naturæ alterius, & hoc

ra in naturam, ſicut res fragilis, & materia quæ non habuit ſuæ perfectionis complementum. Trahe igitur formam à ſua materia per corruptionem illius, ut ipſa materia ſeparata à ſua corruptione poſſit perfici in ſua ſublimatione. Fili in omni materia eſt quædam potentia activa, ſicut dictum eſt, ſi intellexiſti nos, quæ forma nominatur non completa, & ratione ſuæ imperfectionis communis eſt duobus cõtrariis, quæ quaſi nominantur informativa ipſius, ſecundum ſuum inſtinctum, & inſtitutionem. Nam quando hæc potentia per virtutem informativam ducitur de potentia in actum alicujus formæ, ſtatim habet appetitum ſtandi ſub forma contraria, ſicut hæc potentia, quæ communiter ſe habet in frigido & humido, nam exiſtente ſub uno eorum, ſtatim appetit eſſe ſub forma contraria, i. qualitate contraria. Quia nulla forma corporis corruptibilis aut generabilis poteſt unquam ſufficienter complere potentiam ſuæ materiæ activam, quoniam compleri ſub forma alia deſideret, nec forma hæc (cum ſit deſperata) poteſt eam introducere in materiam, niſi poſt primæ formæ corruptionem. Et ideo ſecundum quod virtus agens formæ introducendæ, corrumpit præſentem, ſic excitatur, & acceleratur forma activa ad formam contrariam, & dat paulative, quod ſit magis & melius completa ad majus complementum, quousque ſit facta ſub actione completa illius formæ, & ſine ſuis proprietatibus non poteſt eſſe, nec eſt tota materia. Quando igitur fili corrumpere lapidem noſtrum volueris, hoc fac per ſiccum ignem, ut ſiccum illud in frigidum convertatur. Et quando voles generationi appropinquare, fac quod humidum in calorem convertatur per frigiditatem. Et quando eris in puncto generationis, pone frigidum humidum cum calido ſicco ſuæ naturæ. Et quando voles aquam cum calore refrigerare, calefac eam magis. Et quando voles ignem accendere, cum aqua frigida balneetur intus. Et ſi nivem per frigiditatem F. diſſolvere volueris, congeles melius, & ſic verſæ ſunt, & invenies mutationes naturæ graduales, ſecundum gradus ſcalæ naturæ, quæ eſt rotunda, & elementa rotundat, ut dictum eſt. Si ergo convertas ſiccum in frigidum, frigidum in humidum, & humidum in calidum, habebis magiſterium. Quia tali modo natura exit de natura mala, & convertitur in bonam, bonaq; in meliorem. Et ideo hac in arte naturam modo duplici capimus. Primò, recipimus pro retento, ut eſt ignis naturæ. Secundò, accipimus pro continente ipſius, ut eſt aër, in quo ignis ſe habet movere ad formare res naturæ. Et quia aër eſſe non poteſt, niſi habeat naturam ignis, nec ullus poteſt aliquam formare ſpeciem materialem ad ſuam ſimilitudinem, niſi in natura propinqua, patet, quod lapis noſter eſt de materia aëris cõpoſitus, quia niſi eſſet materialis tinctura, ignem non poſſet manifeſtare in effectu vel actione, nec ignis ardere poſſet ſine cibo

aëris

aëris, (noli intelligere, quod totum sit plus, quam una natura, ex qua fit totum nostrũ ingenium,) nec claritatem daret per se absq; aëre. Quia in quolibet composito est ignis naturæ, & ille certa in formatione movetur, & movendo se, movet materiam, omni tempore ipsam & semper terminando. Et est necessarium, quod ducat movendo ad aliquam speciem, secundum quod formator scit ipsam benè informare, scil. ad illã, ad quam materia habebit convenientiam secundum cursum naturæ. Propter quod extitit declaratum, quod non opereris, nisi de nobiliori materia, quam habere poteris, quia res non fit, nisi secundum naturam in ea emendatur.

De humiditate nostri lapidis, & quomodo ipsa est aqua permanens, & de diversis actionibus ignis, & de subtiliatione elementorum grossorum, & de nigredine.

CAPUT XXVIII.

HUmiditas nostra fili, est aqua permanens, quia suum humidum radicale non amittit, neq; per ignem combustum est, nec ignis maris nostri potest ipsum consumere, quin de uno calore in alium mutare videatur, imò augmentari, meliorari, & crescere in proprietate videatur. Nam ignis est ejus rectum nutrimentum, & causa ejus nobilis incrementi. Ideo quando volueris præparationẽ nostri magisterii incipere, recipe aquam proportionatam in qualitate secundum naturam corporis, quod dissolvere volueris, tali modo, quod virtus ignis contra naturam, non superet calorem naturalem. Quia corpora non sunt ejusdem qualitatis in mensura, quamvis semel fuerunt omnia unius virtutis, in mensura in Domino Deo nostro, modo habent participationem in differentia concordantiæ. Nam aliqua ipsorum non adeo fortis compositionis sunt, neque ipsorum sulphur jam subtile nec temperatum. Et ideo fragiliori virtute se disligare possunt. Charissime fili, ignis, qui calefacit hominem, leonem frigescit, & ignis calefaciens leonem, ardet & cremat hominem. Per hoc autem scire habes, quarum fortitudinum sunt virtutes nostrorum lapidum, ad finem, quod arg. vivum respectu potentiæ sulphuris naturæ possit temperari per notitiam certam graduationis in sua prima resolutione, quia in eo jacet totum periculum. Et ideo tibi notifico, quod habeas sulphura per calorem destructa simplorum argentorum vivorum in forma tali, quod eorum proprietas activa non exterminetur extraneo calore, & quod separari non possit à suo subjecto humido, quod ex toto apparet nigrum plenum de nobili spiritu. Ista nigredo demonstrat signum primæ portæ, ad intrandum nostrum magisterium. Et sine ipsa non potest aliquid fieri, quia est ignis naturæ, qui habet lapidem creare qui sine sui corporis corruptione manifestari non potest. Et nisi manifestetur, nunquam in actione erit,

ra in naturam, ſicut res fragilis, & materia quæ non habuit ſuæ perfectionis complementum. Trahe igitur formam à ſua materia per corruptionem illius, ut ipſa materia ſeparata à ſua corruptione poſſit perfici in ſua ſublimatione. Fili in omni materia eſt quædam potentia activa, ſicut dictum eſt, ſi intellexiſti nos, quæ forma nominatur non completa, & ratione ſuæ imperfectionis communis eſt duobus cõtrariis, quæ quaſi nominantur informativa ipſius, ſecundum ſuum inſtinctum, & inſtitutionem. Nam quando hæc potentia per virtutem informativam ducitur de potentia in actum alicujus formæ, ſtatim habet appetitum ſtandi ſub forma contraria, ſicut hæc potentia, quæ communiter ſe habet in frigido & humido, nam exiſtente ſub uno eorum, ſtatim appetit eſſe ſub forma contraria, i. qualitate contraria. Quia nulla forma corporis corruptibilis aut generabilis poteſt unquam ſufficienter complere potentiam ſuæ materiæ activam, quoniam compleri ſub forma alia deſideret, nec forma hæc (cum ſit deſperata) poteſt eam introducere in materiam, niſi poſt primæ formæ corruptionem. Et ideo ſecundum quod virtus agens formæ introducendæ, corrumpit præſentem, ſic excitatur, & acceleratur forma activa ad formam contrariam, & dat paulative, quod ſit magis & melius completa ad majus complementum, quousque ſit facta ſub actione completa illius formæ, & ſine ſuis proprietatibus non poteſt eſſe, nec eſt tota materia. Quando igitur fili corrumpere lapidem noſtrum volueris, hoc fac per ſiccum ignem, ut ſiccum illud in frigidum convertatur. Et quando voles generationi appropinquare, fac quod humidum in calorem convertatur per frigiditatem. Et quando eris in puncto generationis, pone frigidum humidum cum calido ſicco ſuæ naturæ. Et quando voles aquam cum calore refrigerare, calefac eam magis. Et quando voles ignem accendere, cum aqua frigida balneetur intus. Et ſi nivem per frigiditatem F. diſſolvere volueris, congeles melius, & ſic verſæ ſunt, & invenies mutationes naturæ graduales, ſecundum gradus ſcalæ naturæ, quæ eſt rotunda, & elementa rotundat, ut dictum eſt. Si ergo convertas ſiccum in frigidum, frigidum in humidum, & humidum in calidum, habebis magiſterium. Quia tali modo natura exit de natura mala, & convertitur in bonam, bonaq; in meliorem. Et ideo hac in arte naturam modo duplici capimus. Primò, recipimus pro retento, ut eſt ignis naturæ. Secundò, accipimus pro continente ipſius, ut eſt aër, in quo ignis ſe habet movere ad formare res naturæ. Et quia aër eſſe non poteſt, niſi habeat naturam ignis, nec ullus poteſt aliquam formare ſpeciem materialem ad ſuam ſimilitudinem, niſi in natura propinqua, patet, quod lapis noſter eſt de materia aëris cõpoſitus, quia niſi eſſet materialis tinctura, ignem non poſſet manifeſtare in effectu vel actione, nec ignis ardere poſſet ſine cibo

aëris

aëris, (noli intelligere, quod totum ſit plus, quam una natura, ex qua fit totum noſtrũ ingenium,) nec claritatem daret per ſe abſq; aëre. Quia in quolibet compoſito eſt ignis naturæ, & ille certa in formatione movetur, & movendo ſe movet materiam, omni tempore ipſam & ſemper terminando. Et eſt neceſſarium, quod ducat movendo ad aliquam ſpeciem, ſecundum quod formator ſciet ipſam benè informare, ſcil. ad illã, ad quam materia habebit convenientiam ſecundum curſum naturæ. Propter quod extitit declaratum, quod non opereris, niſi de nobiliori materia, quam habere poteris, quia res non fit, niſi ſecundum naturam in ea emendatur.

De humiditate noſtri lapidis, & quomodo ipſa eſt aqua permanens, & de diverſis actionibus ignis, & de ſubtiliatione elementorum groſſorum, & de nigredine.

CAPUT XXVIII.

HUmiditas noſtra fili, eſt aqua permanens, quia ſuum humidum radicale non amittit, neq; per ignem combuſtum eſt, nec ignis maris noſtri poteſt ipſum conſumere, quin de uno calore in alium mutare videatur, imò augmentari, meliorari, & creſcere in proprietate videatur. Nam ignis eſt ejus rectum nutrimentum, & cauſa ejus nobilis incrementi. Ideo quando volueris præparationẽ noſtri magiſterii incipere, recipe aquam proportionatam in qualitate ſecundum naturam corporis, quod diſſolvere volueris, tali modo, quod virtus ignis contra naturam, non ſuperet calorem naturalem. Quia corpora non ſunt ejuſdem qualitatis in menſura, quamvis ſemel fuerunt omnia unius virtutis, in menſura in Domino Deo noſtro, modo habent participationem in differentia concordantiæ. Nam aliqua ipſorum non adeo fortts compoſitionis ſunt, neque ipſorum ſulphur jam ſubtile nec temperatum. Et ideo fragiliori virtute ſe disligare poſſunt. Chariſſime fili, ignis, qui calefacit hominem, leonem frigeſcit, & ignis calefaciens leonem, ardet & cremat hominem. Per hoc autem ſcire habes, quarum fortitudinum ſunt virtutes noſtrorum lapidum, ad finem, quod arg. vivum reſpectu potentiæ ſulphuris naturæ poſſit temperari per notitiam certam graduationis in ſua prima reſolutione, quia in eo jacet totum periculum. Et ideo tibi notifico, quod habeas ſulphura per calorem deſtructa ſimplorum argentorum vivorum in forma tali, quod eorum proprietas activa non exterminetur extraneo calore, & quod ſeparari non poſſit à ſuo ſubjecto humido, quod ex toto apparet nigrum plenum de nobili ſpiritu. Iſta nigredo demonſtrat ſignum primæ portæ, ad intrandum noſtrum magiſterium. Et ſine ipſa non poteſt aliquid fieri, quia eſt ignis naturæ, qui habet lapidem creare qui ſine ſui corporis corruptione manifeſtari non poteſt. Et niſi manifeſtetur, nunquam in actione erit,

per quam possit crescere aut generare. Cum autem sit revelatum, quod initium operationis nostræ est in forma capitis corvi, & operationes præcedentes absque nostræ initio operationis sunt erroneæ omnes, quousque compositum totum nigrum se manifestet: ideo fili intelligere noli, quod nigredo nostra subito veniat, neque cito, sed suaviter & paulativè, quia necessarium est, quod calores per sua media transeant sicut elementa. Quia ignis naturæ cum sit incluſus in profundiori sui corporis, non potest se ostendere statim, quo usque sit apertum. Nam in grossis elementis ignis est incluſus & absconditus. Et ideo necesse est elementa subtiliare, scilicet, terram, & aquam, per debilem digestionem, unde causatur viriditas, quæ est primus color, cujus signum dat cognoscere, quod actio caloris resoluti frivola est & lenta, & per consequens insufficiens dissolvere & rarificare partes terrestres. Ideo in cute & superficie, & ubique color viridis manifestatur indigestus & terrestris in ventre, cujus calor naturæ multiplicatur, qui propter causam humidi excellentis, tenentis eum hebetatum, non potest manifestari, sed ut prædictum est, calor naturalis paulativè vigoratur calore ignis adjutorio, administrati ab Artista & operatore, qui benè scit intellectu suo disponere, informare, & coquere materiam suam quousque appareat desuper induta nigra. Quia tunc ignis naturalis pugnat contra humorem, à quo creatur nigredo. Quando igitur apparere incipit, cresce eam, & multiplica per naturalem informationem, per quam se habet regere naturalis ignis, qui incipit materiam digerere, ut apparet ex nigredine. Et ex hoc extitit declaratum, quod in puncto nigredinis noster ignis incipit operari, & non alias. Et ideo nostri magisterii principium dictus est, quia tunc excitatus & acceleratus est nostræ materiæ calor, qui habet potentiam putrefiendi omnia elementa sua, usque ad hujusmodi digestionis finem, quæ est prima caloris in nostro artificio, donec sit completa materia, quia humor ponticus & terrestris per suum contrarium alteratus, & adjutus à suo simili habiliter & aptè se digerit. Et tunc in materia completa per gradum dictæ digestionis color niger multiplicatur, non tantum in superficie, vel in cute, sed per omnes partes subtiles, & separatas in tota materia per multiplicationem, quæ est generata à calore naturali in humiditate radicali. Unde nostra fit alba tinctura sicut nix, & tunc dicimus, quod corpus fusum est, & liquefactum intus & extra, & non potentia vel actione ignis communis, sed potentia ignis, qui est calor naturalis. Quia iste ignis apprehendit, imprægnat fortiori calore lapidem nostrum, quam sit elementalis ignis. Et sic videmus potentias & virtutes rerum, & causare, & per earum effectus cognoscimus. Hanc rem tene secretã fili, quod calor naturalis prædominans post diminutionem humidi extollentis omnis grossi-

groſſitiem & ſubſtantiæ terreſtreitatem, quam prius non potuit benè diſſolvere. Poſtea per ſuam fortiorem actionem reſolvit & digerit tantum, quod venit ad ultimum ſuæ actionis punctum in digeſtione prima. Et quando materia ſic digeſta, & putrefacta, & optimè. cocta eſt per dictam digeſtionem, natura ſeparat ſubtile à ſpiſſo, & groſſum projectum eſt ad partes & remotas per actionem ſecundæ digeſtionis. Et tantum, quantum oportet, convertit ex ſubtili in ſubſtantiam ſulphuris, ab argento vivo creati, ſecundum hoc converſio facta eſt per informationem datam calori naturæ in tertia digeſtione.

De modo philoſophandi. Et quomdo iſta ſcientia & ars non eſt data, niſi philoſophis. Et quod congelatio argenti vivi eſt principale ſecretum & finale. Et de patientia operatoris, uſque ad albedinem transeundo.

CAPUT XXIX.

HUjus ſcientiæ libri loquũtur per voces tacitas fortiter notandas, ad finem, ut principalis res in ipſis contenta. Et quod illud ſecretum non manifeſtetur niſi philoſophis, & filiis philoſophiæ noſtræ, qui ſunt indagatores & inquiſitores veritatis, & amatores ejus, & non ſophiſtis plenis mendaciis, nec avaris, nec amatoribus mundanis, ſicut ſunt uſurarii, mercatores, & renovatores monetæ, cambiatores, & congregatores theſaurorum, condemnatis & per diabolum incantatis, qui nolunt laborare, nec inquirere, niſi in rebus palpabilibus, quia imbibiti ſunt & potionati in rebus mundanis, nec poſſunt aperire intellectum ipſorum ad intelligendum bonas doctrinas noſtras, per quas poſſent habere theſaurum perdurabilem & ſalvationem. Ideoque tibi dicemus fili, quod ſapienter conſideres doctrinas, quas tibi dabimus in libris noſtris, & nota illas, & gloſa fortiter per multas conſiderationes, & reiterationis ſpeculationes, ſi deſideras nos intelligere. Et quando nos intelligas, capias cum ambabus manibus coopertum cum tua camiſia veſtimento philoſophiæ, & ſic aliis relinquas doctrinas, ſicut patres noſtri nobis reliquerunt, & non aliter. Et ſi contrarium feceris, tu eris maledictus, ſicut ille qui eſt participans de confuſione mundi. Et noli ipſam revelare per vocẽ vivam, quia nemo ſine labore debet artem poſſidere, nec ſine conſideratione alicui manifeſtare actualiter, niſi per cooperturam philoſophiæ, & illis, qui per intellectum illuminati & levati ſunt, & qui habent inſtrumenta rectificata ad penetrandum cauſas & res naturæ ſecretas. Et tu qui deſideras eſſe filius noſter, & nutritus in philoſophia, debes perſcrutari per revelationem tui nobilis intellectus, id quod dicemus eſſe verum in noſtro magiſterio. Videlicet, quod fumus auri noſtri fermentati, poſt fixationem ſuæ reductionis in terra ſua

apparebit visibiliter in igne philosophiæ. Et ideo fili necessariæ sunt considerationes multæ, antequã procedas ad formationem lapidis nostri,& quod sis scrutator per revelationem nobilis intellectus eorum,quæ dicimus esse vera in nostro magisterio, videlicet, qualiter fumus auri nostri fermentati post fixionem & reductionem in terram suam visibiliter apparet in philosophico igne. Scito ergo, quod terra,in qua nostrum aurum debet seminari ac plantari,primitus est alba antequã visum ignis nostri manifestare possit, habebis tamen fili in dealbatione patientiam, quoniam ibi magna tarditas est.Fac igitur dealbari terram tuam,&nutriri eam, si vis quod filius patris subveniat tibi in necessitatibus. Hæc terra est magnesia nostra,in qua jacet secretum nostrum. Et nostrum finale secretum est,nostri arg. vivi congelatio,sine qua jamq; fieri non potest certitudo scientiæ nostræ, quæ in principio magisterii nostri est nostri arg. vivi congelatio in magnesia nostra per ingenium,certumque regimen. Spiritus essentiæ quintæ in magnesia nostra est.Nostra magnesia est arg. vivum,quale tibi diximus. Et existo exivit fumus auri nostri & argenti, per quem venit omnis color. Et si scias eum extra corpora projicere,medietatem habebis secreti.Et si facias eum reverti,habebis coloratam suã magnesiam,ut nivem. Nam sicut à corporibus projicitur, ita in ea revertitur,scilicet,tam à mediis mineralibus, quam à metallis cum arg. vivo. Nam cum arg. vivum sit medium conjungendi tincturas in puro subjecto: ita erit medium separandi eas ab impuro,quod est res contra naturam. Et pro isto Mercurio intellige aquam,in qua deportatur tinctura. Quia ignis quando ab uno subjecto separatur, immediatè introducitur in aliud, nisi per ignem impediatur extraneum cum sit incorruptibilis. Et ideo est necesse, cum non possit haberi sub forma essentialiter,quod habeatur sub forma substantialiter, scilicet in materia Mercurii, quæ est aqua nostra. Et scias fili, quod noster ignis trahitur à corpore parum & parum,& postea vertitur in corpus per suum nobilem calorem. Fili hoc est necessarium semen, cum quo fixatur nostra tinctura in corpore, quando trahitur ab illo cum aqua ignis. Fili imprægna igitur corpus ab igne,& multiplica suam combustionem, & fortem habebis tincturam.Et intellige secretum. Nam initium est atque complementum totius,prout in secunda parte dicemus practicæ.

Vnde propria tinctura philosophorum trahitur, quæ tingit argentum vivum congelatum in album in medicinam rubeam per fermentationem.

CAP. XXX.

TInctura,quam dicimus fili,extracta est ab auro nostro,& illam in auro vulgari fermentamus, quod portat illam de potentia ad actum,

adactum, nec in isto eramus ex toto certi, nec possemus credere, quousque vidissemus nostræ magnesiæ potestatem, quæ magno calore suo spiritum congelat per suæ exuberantis naturæ mutationem, multiplicatæ in calore permanente,& hæc fermentatio facta est adjutorio sulphuris rubei fixi,& postea nõ est nisi ignis,aqua & terra,pleni quinta essentia, & per aquam terra abluitur,per ignem terra tingitur & coloratur, & tunc omni homini manifestatur. Hæc enim est tinctura, quæ à vili terra se spoliat,& de alia multum nobili re induit se. Et scias, quare nostrum primum venenum nõ facit deauratum fumum, quando de ipso Mercurius sublimatur. Ideo, quia in suo ventre Mercurius totam accepit tincturam fumi, & est imprægnatus à dicto fumo, qui est noster ignis dictus,& per successivam decoctionem, quæ in natura sua est correspondens naturæ dicti ignis, qui absconditus est in ventre dicti argenti vivi congelati per extensionem partium subtilium suæ ignibilitatis essentialis in dirigendo partes dicti Mercurij colorat, & transmutat eum in suam propriam naturam ignis, qui est pura tinctura, infixa essentiæ materiali individuorum metallorum, quem clamamus spiritum Mercurialem,cùm in eo manifestè sit resolutus, & adhuc sit resolutivus in eodem, & erit, quamdiu poterit, quia sic volvitur natura per circulationem.

De modo procedendi in practica, & quanta res requiritur in magisterio.

CAP. XXXI.

AD informandum super hac re filium artis opus est magna scientia, scilicet revelatione, vel ostensibili doctrina, ut possit nostri magisterii practicam intrare, & indiget forti ac magna theorica, quæ vires revelet per velle naturæ. Et si es negligens perlegere, & perscrutari contentum in nostris libris, cæcus ibis ad practicam sicut ignorans. Et ideo fili debes præmeditari, cui rei debes manum apponere ad operandum. Et debes scire, quot,& quę requiruntur principaliter in nostro magisterio vel propinquitate suæ operationis. Et idcirco fili tibi dico, quod tria requiruntur, scilicet, Ingenium subtile, naturale, non sophisticum manuum operatio, & liberum arbitrium, & hoc requirit sapientiam,divitias, &libros. Sapientiam, ad sciendum facere. Divitias, ad habendũ potestatem faciendi. Libros, ad intellectum aperiendum diversum, qui est in multis gentibus. Quoniam hoc, quod unus comprehendit per doctrinam unius, nunquam poterit comprehendi, nisi per doctrinam alterius. Et sic doctrina unius aperiet doctrinã alterius, fortassis datam per figuram, & secundum traditionem plus vel minus valentem. Sed hîc tibi nos manifestabimus in clara voce principale celatum, ad intrandum secreta secretorum naturæ.

turæ. Unde tu videbis multa pulchra mirabilia, quæ in ſecretis naturæ ſunt repoſita, & quaſi miracula reputabuntur per ſecretum dominæ naturæ. In quo eſt neceſſarium, quod incipias ad intrandum per iſtum modum. Fili neceſſarium eſt tibi, quod primò habeas in cognoſcentia virtutem formativam, ex ſupradictis rememoratam, quæ dependet à noſtro magiſterio ex certa ſcientia cognita. Quia ars, id eſt, ſcientia, quando veraciter eſt cognita, ſine aliqua ignorantia, per ſenſum intelligentiæ, qui venit de nobili operatore, informat materiam ad illud eſſe, ad quod calor naturalis inſtrumentalis, in quo à virtute informativa influitur virtus activa, & dirigitur ex ſua materia ad operandum & formandum directè, tunc apparet, quod dictus calor inſtrumentalis ſit directus per virtutem formativam, & virtus formativa dependet de ſcientia operatoris, in cuſtodiendo curſum naturæ in magiſterio, per quod iſta eſt inuſixa in materia, quia calor excitatus & auctus ipſemet movet illam. Sicut in naturam omnis alterius rei influitur virtus formativa de cœlo & de ſtellis. Quia cœlum eſt principium movens totius naturæ, ſicut ſapiens operator eſt in magiſterio noſtro, per doctrinam ſuæ nobilis intelligentiæ. Revelatum ergo tibi ſit, ea duo ſunt in magiſterio noſtro neceſſaria, ſcilicet, virtus informativa, & inſtrumentum elevatum, per quod noſtrum debet formari magiſterium. Informativa virtus eſt gubernata per quatuor virtutes principales, convertibiles & convertentes, ſcilicet, calor, frigus, humidum & ſiccum, ad finem, quod materia tractetur cum inſtrumento directo & conducta & deducta ad illum actum, per quam pati debet ſuam operationem ſecundum intentionem convertentis & convertibilis, & in actione debet informari materia, ut per ipſam informationem ipſius inſtrumentum gubernetur ad complementũ ſuæ operationis, voluntati operatoris correſpondens in materia informata per artem ſecundum exigentiam naturæ venerabilis, qua ſagax eſt, & intenta pervenire & perficere ſuum perfectionis opus.

De quatuor naturalibus virtutibus mutativis, & quomodo appellantur, & quomodo operantur.

CAP. XXXII.

INtellige fili, cum dicta formativa virtus ſe habeat regere per quatuor antedictas qualitates elementales, à quibus ſine medio, & ſucceſſivè quatuor virtutes naturales mutativæ cauſatæ ſunt. Et ideo habes dividere gradualiter informationem, quam omnis bonus operator debet influere in materia convenienti, & ſucceſſivè in quatuor partes, videlicet, In attractivam naturam, vel appetitivam, in naturam retentivam & coagulativam, & in naturam expulſivam, & contentivam, & digeſtivam. Natura attractiva

operatur

operatur per calorem & temperatam ſiccitatem; natura retentiva per ſiccitatem, & temperatam frigiditatem; expulſiva per humiditatem & temperatum calorem; & natura digeſtiva per calorem & temperatam humiditatem. Et in illa actione, in qua materia melius operatur in complexione ipſius, habes tu eam adjuvare, quia ſecundum plus & minus fortitudinis ſuæ complexionis materia tibi oſtendet ſuam velocitatem aut tarditatem, vel temperamentum ſuæ differentiæ tranſmutationis, unde ſui cauſantur effectus ſecundarii, qui tracti ſunt de potentia in actum, ſicut ſunt ponderoſitas, levitas, gravitas, durities, mollities, dulce, amarum, album, & nigrum, &c. Scias ergo fili, ad quam virtutem, ad quam formam debes tuam tractare materiam, vel ad virtutem appetitivam, vel ad virtutem digeſtivam, vel ad virtutem retentivam, aut ad virtutem expulſivam. Quia tibi opus eſt, quod materia accipiat talem informationem per artem cognitam, & ſcitam, tali forma, quod ſuum inſtrumentum ibi ſit motum, & bene directum, usque ad ſuæ operationis finem, qui finis certum ſignum monſtrat ſuo magiſterio. Quapropter ſi ipſe habuerit in memoria ſua ſigna, habebit ſcientiam certam, & habitudinem corrigendi & emendandi confortationem, & debilitationem, quæ ſunt extremitates operationum naturalium. Et ideo intellige, quod ignis eſt inſtrumentum naturæ, ſicut inſtrumentum, quo faber operatur, eſt martellus, qui movet materiam ferri ad talem diſpoſitionem, quæ ſit de intentione fabri, qui informat malleum, per formalem motum. Sic autem facit calor ignis in magiſterio noſtro, quia ſecundum artem dirigitur ad intentionem Artiſtæ. Nam vel dirigitur ad deſtruendum & corrumpendum, vel ad generandum, vel ad ligandum, aut alias. Et ideo tibi neceſſarium eſt, quod per hanc ſcientiam cognitam habeas directionem eligendi & cognoſcendi talem ignem, ſecundum quem per artem formatum debet materia de natura in naturam mutari, quousque motus naturæ ſupremæ, quæ eſt in igne, per terminationem & expulſionem extranearum motuum in ſua propria materia ſine corruptione aliqua poſſit perpetuo quieſcere. Et iſte eſt calor omnium generatorum, ſicut eſt ſolis calor, qui eſt effectus principalis omnis generationis. Ideo tibi ſit certum, quod ſi ars operatoris ſit incerta ad diſponendum materiam, in illa lapis noſter formari non poterit, in potentia cujus formaliter & naturaliter totus curſus virtutum, quæ ſunt in centro medicinæ noſtræ eſt incluſus. Benedictus ſit Deus glorioſus omnipotens, qui humano generi dedit intellectū ad conjungendum & integrandum particularitates confuſas totius medicinæ cum univerſitate reali, per quam remanebunt rectificata omnino. Et ideo fili monemus te, ſi deſideras eſſe perfectus medicus, non ponas te complacentiæ particularitatum medicinæ,

quia

quia confuſæ ſunt, nec ſunt hodie integræ. Natura enim eas pati non poteſt propter confuſionem nimiam, ſed complacere in unica medicina, quia non eſt niſi una ſanativa totius maliciæ, pravitatis & infirmitatis, & confortativa ſpiritualium virtutum. Habe ergo & tene opinionem ſecuram emorroytorum. Quia tota ſcientia medicinæ eſt, & eſſe poteſt reducta ſtabiliter opinioni illorum, qui tantummodo contemplantur in univerſalitate, in qua eſt operativarum virtutū congregatio, intellige curſu naturæ. Quia qui multas & plures particularitates ſciet ad univerſitatem reducere, inter alios erit melior. Quia in particularitatibus ſunt virtutes confuſæ, & in univerſalitatibus ſunt reales virtutes in unum congregatæ, & excitatæ, ſicut totius naturæ curſus manifeſtat, & eſt medicinarum medicina. Et qui talem habet medicinam, donum Dei habet, quia theſaurus eſt incomparabilis. Recupera igitur ſcientiam, per quam tuam poſſis naturam informare, à qua tale jocale, & tale bonum creatur & formatur per artificium, ſuperans totum natutæ curſum, quia ſi ars incerta operetur in materia, non poterit benè diſponi ſecundum exigentiam intentionis naturæ, nec natura poterit creare illud, quod ſibi manet, neque illud, quod petit operator, quia materia defecit, in informativa virtute. Et quia inſtrumentum, quod erat ad formandum motum, non erat bene rectum, & hoc fecit ignorantia in intellectu tota, quando Artiſta non habet ſcientiam cognoſcendi certam informationem, de qua dicta materia debet recipere ſuum motum, per influentiam ſcientiæ cognitæ ab operatore naturali. Et ideo, quando influit ignorantia & incertitudo ſcientiæ, natura deviat ab intellectu talis artificis. Et etiam bene debes conſiderare, & quod virtus, quæ eſt in medicina non ei uniatur plus per calorem extraneum, quàm poſſit dirigere. Quia calor ardens & combuſtivus, qui venit ab igne elementali, ſibi datus eſt per inſtrumentum, quæ res nunquam fuit de intentione naturæ, & ideo formare fecit illud, quod petebat Artiſta.

De informatione caloris naturalis per excitationem factam per ignem communem, vel de informatione naturalis caloris cum calore, qui eſt contra naturam.

CAPUT XXXIII.

FIli intelligere potes, quod ſolus ignis naturalis, aut ignis naturæ confortatus cum igne non naturali, cum operatione confortationis, vel creationis, vel transmutationis, uniformiter operatur in materia, excitata ſolummodo per ignem contra naturam, tali modo, quod ignis naturalis, in quo eſt virtus activa, non ſit ſuperatus per elementalem ignem. Et in operatione prima ſuæ corruptionis

ptionis obſervare debes, quod ignis contra naturam ſuperet calorem naturalem innatum in mobili ſubjecto uno gradu tantum, & non ultra illum numerum. Quia ſpiritus individuus, qui eſt ſpeciei conſervativus, deſiderans ſimilem generationem recto inſtinctu ſuæ naturæ corrumperetur, per ſuæ deſtructionem eſſentiæ, & tunc amplius non haberet appetitum ſimilem generationem faciendi. Quia natura exiret per corruptionem & deſtructionem, quæ contra naturam ſunt, & terminum acciperet, & finem conſummationis, quia non haberet locum, in quo requieſceret, nec aerem, in quo reſpiraret. Et debet intrare vacuitas, de qua locus erat plenus extranea natura. Et debes habere magnum alembicum, ut materia liberius poſſit aſcendere, & cum parvo igne excitari, ut veniat in aerem. Et non eſt neceſſarium, quod per ignē excitatum aer multum condenſetur in aquam, eò quòd virtus activa ſubmergeretur, & ſuffocaretur nimis in aqua, & tincturæ naturales comburerentur, quando actio caloris ignis elementalis occuparet partes ignis naturalis, aut locum, ubi deportatur. Sicut videtur, quod magna flamma parvam deſtruit, & iſtam in ſe convertit. Non enim volumus, quod ignis contra naturam convertat naturalē in tota ſui ſubſtantia eſſentiali & accidentali: ſed quod naturalis convertat ſua prima potentia in parte jam alterata ignē contra naturam. Et ideo tibi exiſtat revelatum, quod duæ operationes certæ ſunt tibi neceſſariæ, ſcilicet, corruptio, quæ facta ſit ſub ſuæ formæ conſervatione, & per ignem contra naturam fit, cùm ignis elementalis excitatione adjutorio naturalitatis nominis naturalis. Alia operatio eſt generatio, quæ fit cum igne naturali multiplicato ab igne non naturali & contra naturam. Quia duo ignes iſti converſi in igne proprio naturali, ſcilicet ignis non naturalis de per ſe, & per accidens, & ignis contra naturam per accidens amore attrectationis ignis non naturalis. Et in iſto naturali igne ſunt reperti & converſi. Quare igitur ſunt inter ambo inſtrumenta naturæ calida, & multùm temperata, ex multùm forti virtute, quæ eſt alta, & potentiſſima ad faciendum novam generationem aut colligationem multarum virtutum conjunctarum in uno proprio ſubjecto, quod eſt ſecretum naturæ per artem magiſterii conjunctum ad naturam humidi radicalis.

Quomodo materia noſtri argenti vivi reperitur. Et poteſt inveniri in omni corpore elementali.

CAPUT XXXIV.

SI vis fili noſtri magiſterii effectum habere, arg. vivi noſtri naturam ignorare non debes, quod in omni elementali corpore reperitur. Et omne corpus elementale in quacunque forma natura formaverit illud, compoſitum eſt de quatuor elementis principalibus,

libus, ut per revolutionem circuli naturæ manifestè patet, qui ostendit, quod nulla res creata vel generata per naturam, jam non erit adeo diversæ formæ seu figuræ, quin per principia naturalia reperiamus eam esse compositam ex uno genere materiali, scilicet arg. vivi, quod quidem volumus nominari genus naturæ propinquius generale, tanquã proprjum ejus subjectum naturale, in quo domina natura pingit & protrahit suas figuras diversas. Et nota, quando dicimus, propinquius nos ad differentiam generis universalis dicimus, à quo istud descendit. Et quando dicimus illud generale, dicimus ad differentiam majoris propinquitatis alterius generis, quam habet ad naturam. Et ideo cum de isto sit genus, in eum convertitur, quando pet artem vel naturã appropinquat, est primæ formę generis universalis, à quo alia genera omnia descendunt, quæ sunt argenta viva nostra. Et ideo, cum omnia genera veniant successione naturali graduali à primo arg. vivo, quod est generalissimum, remotum à principali & propinquiori, medio naturæ: quare dictum est materia prima omni generi succedenti, nec sic discordant vel discrepant in natura primi generis, quod est universale vel generalissimum clamatum in philosophia nostra, unde decepti sunt logici & logistæ, quia tantummodo habent in specie vel figura, prout manifestè vides die qualibet, quod genus nutrimenti convertitur in genus nutritæ rei, quod natura facere non posset, nisi genus convertentis generi & naturæ conversi concordantiam haberent. Hæc concordantia fili descendit à primo genere rei in tria genera diviso, scilicet animale, vegetabile & minerale. A primo genere venit vapor, generatus ab elementis immediatè & sine medio. Et iste vapor est compositionis primæ, & de secunda sunt corpora mineralia, & de tertia compositione vegetabilia. A quarta bestiæ, bruta, & à quinta sunt homines. Sed omnia hæc descendunt à genere principali principalissimo, à quo natura recipit arg. vivi naturam, ad creandum omne illud compositum. Et omne compositum ratione dictæ materiæ tanquam in prima re Mercuriali transmutatur in aliud, sicut dictũ est, in naturam & materiam alterius compositi, videlicet quod genus Mercuriale vegetabile transmutatur in genus animale & minerale, & genus animale in minerale, & hoc quando appropinquat ad retrogradationẽ ad secundæ gradum compositionis, ex qua sunt corpora mineralia, sicut natura facit transmutationem talem subtili separatione puri ab impuro, scilicet homogeneæ rei, & heterogeneæ. Quia naturæ intentio talis est, quod quando vult disponere ad destructionem suum compositum, immediatè cogitat separare naturam, quæ participat cum re quinta, & in illa salvat & conservat primam speciem, quia consilium aliud recipere nequit. Et si sic est quod causa magnæ excitationis, hoc non possit facere, mo-

ratur

ratur in materia magis grossa, qua transmutat dictam materiam in genus alterius compositi, vegetabilis vel animalis aut mineralis. Nam secundum quod corruptio in potentia sè extendit, & secundum corporis materiam, secundum hoc transmutatur in illā, vel aliam, aut similem, ut si materia simplex quintæ compositionis corrumpatur, absque conservatione formæ, statim appetit quartæ compositionis materiam, per naturam immediatè grossam. Sed ista divisio fieri non potest per artem, neq; per naturam ad perfectionem materiæ, nisi convertens activum reddat materiam totā homogeneam, & quod pars illius similis sit totalitati, vel simplex sit forma, ut est forma elementorum, aut forma mixta, sicut est forma lapidis aut metallorum. Et hæc homogeneitas facta est, ut materia separetur ab omnibus formis, quæ non sunt de sequela harmoniacæ commixtionis corporum, ad quæ natura, vel ars intendunt dictam constituere materiam. Aut forte dictū convertens est naturale, aut contra naturam. Si est naturale, tunc creabuntur lapides fusibiles per calidum & siccum. Et si contra naturā, tunc creabuntur lapides non fusibiles, in quibus non remansit humiditas, quæ erat informanda per naturam convertentem, nisi sit secundum continuitatem materiæ. Quapropter lapides non possunt fundi, nec funduntur. Et quando dicta materia per gradus separationis est disgregata, tunc est vicina primæ causæ. Et quanto illi proximior, tanto multiplicabilior nobilissimis virtutibus, videlicet, quando corp⁹, ex quo est perfectio, quod vocamus unguentum fixum, infigit in illum suas figuras, quæ sunt multiplicatæ tincturæ aureitatis & argenteitatis, per quas figuras virtus nobilissimæ materiæ perficit effectus & officia, & suas transmutationis proprias actiones, sicut in sua vidimus projectione, tam in corporibus mineralibus, quàm animalibus.

De genere supremo, à quo omnis natura exigit.

CAPUT XXXV.

IDeo fili satis elucidatus esse debes, & videre, quod nisi esset universale & supremum genus, per quod natura gubernatur: nulla res, quæ per naturam creanda, vel generanda esset, posset esse, neque res animata vivere, nisi sustentatione generis supremi, quod genus est materia naturæ, sed perderet natura suum esse. Quapropter cum in tali genere inesse materiali licet confuse sit potentialiter, in materia & substantia cujuscunq; generis: necessitas est tibi, quod per transmutationem suæ formæ per certos gradus superationis convertat dictas materias de potentia ad actionem scilicet in primam materiam, non tamen remotam à genere metallino, sed propinquam & vicinam ad lineam, aut ad genus, in qua erant in eorum initio. De qua materia vel genere natura incipit operari,

rari, antequam alia forma esset materiæ primæ introducta, seu generata propinquiori ac viciniori generi.

De materia, quæ desiderat habere unitatem formæ, ut de sua perfectione in unitate spiritus quintæ essentiæ integretur.

CAP. XXXVI.

ISta prima materia fili, est terra subtilis sulphurea, quæ multum optat integrationem de unitate spiritus quintæ essentiæ, sicut prima materia desiderat aliquam propriam formam, causa & ratione sui complementi: & ideo præparetur materia argenti vivi humidi per septem distillationes, ut materia sit pura, cum qua per resolutionem pura forma habeatur: & ideo hoc intelligatur in materia sicca & humida: & ideo quantò materia nobilior & melior est, tantò desiderat formam nobiliorem, & quantò nobilior est forma, tantò magis materiam nobilitat suam, tamen quod materia sit habilis ad resumendum illam, sicut est quando approximata fuerit, aut per artem, aut per naturam ad actum primæ causæ tunc multum habilis est ad recipiendum formam mineralem aureicam, quæ clarificat, illustrat, & eam penitus nobilitat. Ideo hæc mobilis terra, dictum est subjectum Mercuriale, cum in primam substantiam ar. vivi conversa sit, & nullam recipit terminationem. Et in hac terra fili debes fixare elementa, in quibus opus est, quod quiescat fumus auri nostri, tanquam ad primum elementum, quod est omnium aliorum subjectum & fundamentum, quæ debent fixari super. Ideo, quia est magis materiale aliorum omnium, quamvis subtile sit multum, ac spirituale in forma terræ albæ, multæ, & magnæ virtutis. Si hæc fili tibi sit abscondita, habes omnem artem nostram, atque scientiam ignorare, quia est totius magisterii nostri principale fundamentum. Et si vis ejus habere noticiam per doctrinam nostram, tibi est & erit revelata. In omni loco eam reperies, & ab hoc trahes, sicut in secunda parte dicemus, quia est sulphur & argenti vivi, ut ex ejus apparet proprietate, quando recipit in se rubeam & sanguineam tincturam supremi metalli, & accipit ingressum & fixationem perpetuam, non tamen sine magisterio nostro tibi fili revelato in secunda parte. Et quia proprietas argenti vivi est dissolvendi & dealbandi suum sulphur. Et proprietas sulphuris est congelandi & rubificandi suũ Mercurium, talem reperies eam suis virtutibus munitam à primo genere receptis. Et adhuc multas alias proprietates habes perfectionis, ut audies postea. Scias tamẽ, quòd non est arg. vivum vulgare in tota sua substantia, nec in sua natura, sed est arg. vivum philosophicũ, auri, scilicet, & argenti, appropinquatum generi creato ab entibus realibus, certis mensuris naturæ, per artem jam notam.

Quomodo

Quomodo omnes res mundi sunt de sulphure, & de argento vivo, sicut de universali materia, & de suis succedentibus, & quod in omni loco reperitur per suas proprietates.

CAP. XXXVII.

ADhuc fili tibi manifestamus, quod omnis res mundi conmposita ex substantia quatuor elementorum substantialiter, non est nisi sulphur & argentum vivum pura, munda & incombustibilia in primo suæ creationis puncto, & hoc scire & videre poteris per artem, quæ hoc facit per operationem magisterii nostri, scilicet, quando humidum terreum, siccum congelatur, sicut per vivum apparet, de quo Mercurialis substantia in naturam humanã convertitur, hoc est primum genus, vel prima materia, & media substantia in qua natura infigit, & fixat omnes colores suos, diversas substantias figurando. Isti colores & proprietates adveniunt à proprietate naturæ conjuncta sulphuris, & arg. vivi per instinctum suæ naturæ. Adhuc multas alias proprietates habet hæc prima materia, per quas scimus de natura sulphuris hanc esse & arg. vivi. Nam in igne corrumpi non potest, nec in aere, aqua, vel terra, Et habet proprietates dissolvendi, congelandi, trahendi in appetitum, attrahendi, retinendi, expellendi, pellendi, & dirigendi, quod est perfectio & complementum rei animatæ cum contrariis passionibus, per quas proprietates constat certissimè, quod est de natura sulphuris & arg. vivi, cùm in illis fiant contrariæ operationes, quas facere non posset, nisi esset de natura amborum ac proprietate ipsorum. Et cùm proprietates dictæ nequeant esse sine substantia, sicut nullum accidens sine materia, nos dicimus, quòd hæc substantia non est nisi sulphur & argentum vivum collecta secundum suam compositionem. Per quæ patet, quod lapis noster in omni loco reperitur causa & ratione proprietatum suarum, & ex illa experientia cognoscimus, quod est prima materia omnium rerum universalium, quæ per generationem & corruptionem formatæ sunt secundum compositionem earum. Quare nobis declaratum est, quod est de natura sulphuris & argenti vivi, & propter hoc non est argentum vivum in tota sui substantia, nec in tota sui natura, respectu argenti vivi communis, sed in parte de ipso est, & ideo amicabiliter adhæret suæ naturæ, & ipsius est perfectiva, ratione potentis digestionis suæ, per quam crudum convertitur in coctum, tunc enim natura lætatur natura, & est ipsius mater & ejus naturæ mansio per concordantiam ejus, quæ movetur à prima causa, & unum congelat alterum reliquum, & perpetuò se fixant, & jungunt sine ulla disjunctione, quæ res fieri non posset, nisi natura unius esset affinitate participans naturæ alterius, & hoc

propinquitate & vicinitate primi generis, à quo omnia processerunt. Et ideo dicimus esse cognitum manifestè, quod hæc materia prima est de natura argenti vivi, & est ei propinqua, cum in sua projectione defendat argentum vivum vulgare contra ignem ab aduſtione absque fuga, & eum congelet, & mirabiliter retineat post ipsius perfectam fixionem. Unde notandum, quod natura medicina non est, nisi argentum vivum benè digestum, & coctum per naturam sui sulphuris depurati. Et cum materia argenti vivi sit de natura metalli, ideo penetrat illud & mixtionatur secum, quoniam ipsum est de substantia & natura illius. Quare debes intelligere, quod argentum vivum fixari debet, primò in quadam decoctione descendente ab una proprietate, quæ est digestio & perfectio ipsius per fermentum solis & lunæ, antequam projectionem facias super argentum vivum vulgare, quia tota aerea est, & propter hoc ad totum volaret ab igne vel totaliter maneret, quia tota ejus substantia est incombustibilis & aerea, quæ res est operativa & similitudo totius perfectionis.

Quomodo in omni loco lapis noster reperitur. Et de ingenio quomodo poreſt reperiri.

CAP. XXXVIII.

CUm ergo fili tibi dixerimus, quod à talibus materiis omnes mundi res suam accipiant formam substantialem, accidentalem, & spiritualem, propter hoc dicimus, quod in omni loco nostrum lapidem reperies, cum de illa omnes res mundi fuerunt procreatæ, hoc cognito, vide qua materia cupis esse philosophus, quia ab omni re, vel aliquibus eorum tu extrahes primam materiam, etiam de potentia in actum, de facto & actualiter, ut jam tibi revelavimus, quod de illius tantummodo materia, quod ex ipsa solummodo sunt in veritate, magnitudine & potentia erunt procreatæ, verbi gratia, quando faber vult clavum facere, opus est, quod materiam convenientem accipiat, scilicet, ferrum, quia sine materia ferri non potest clavum fabricare: deinde per sua instrumenta habet figurare, per informationem ab intellectu suo venientem, quousque ad optatum finem veniat: sic est de natura, quia quando vult aliquam rem incipere figurare in forma substantiali materiam primam accipit simplicem, quæ est sine forma completa, & in illa fixare incipit elementa, quæ sunt de natura diversa, secundū quod sunt depurata & magis simplicia facta in naturali præparatione per actionem caloris temperati, figurando formas diversas, colores, odores, sapores, & in complexionibus diversis, secundum diversitatem mixtionum elementorum in hac prima materia, sive sit in animalibus, seu vegetabilibus aut mineralibus rebus, quoniam ad omnia habet respectum convertibile dicta materia ratione

tione ſuæ incommixtionis Idcirco in omnia ſe habet converti, veluti generale ſemen omnium rerum, ſecundum operationem influentiarum rerum, & cauſarum conjunctarum & ſecundum attractionē loci, in quo eſt materia. Et propterea genus ſimile primo, in quo eſt materia per individualitatem primi generis, quod dicitur genus generaliſſimum, quod per corruptionem naturalē cum artificio trahitur ab illa materia jam completè formata per naturam & per generationem, convertimus & congelamus in propriam naturam ſimilem formæ ſui primi generis, quod dicitur argentum vivum, quod eſt ſubjectum receptivum omnium colorum & formarum, cum conjunctione ſuorum elementorum, talium, quales ſibi appropiantur, nam materiæ proprietas eſt appetere formas infinitas. Idcirco huic nobili materiæ eſt nobilis adjungenda forma, habet ergo nobiliſſima elementa, quæ contineant formam aut ſpeciem, quam petis, quia recipiet talia, qualia ibi miniſtrabis, & ex illis tingetur, & de toto convertetur. Quia fermenti proprietas eſt lapidem vertere in naturam fermenti, ſcilicet, in naturam liquabilem & fundentem ratione oleaginitatis ſubtilis, & olei incombuſtibilis & fermentabilis, quod leniter intrat omnes partes dictæ materiæ, quæ in liquore permanente ſubmergitur, quæ poſtmodū vocatur fermentum potens. Nam in ſua natura omne metallum convertit, ſecundum potentiam eidem limitatam, & ſecundum quod ſua elementa pura ſunt & temperata. Sic ſimiliter erit temperata. Et quoniam hæc materia convertitur, & in omnem formam, & in omnem complexionem temperatam, ad quam appropriatur, vocamus eum Mercurium noſtrum, ad inſtar Mercurii cœleſtis planetæ, qui eſt frigidus, calidus, humidus & ſiccus ſecundum revolutionem circuli reperitur, vel eſt temperatus, vel intemperatus ſecundum diverſitatem pluris aut minoris ſuarum oppoſitionum, conjunctionum, aut reſpectuum, & eo modo hic lapis, quando eſt in aqua, tunc eſt valdè frigidus, & quando eſt in igne, tunc eſt multum calidus, & quando eſt in aere, tunc eſt valde humidus, & ſic de aliis elementis. Et iſtud temperamentū debet eligi, ſicut dicit Arnoldus de Villa nova in ſuo Roſario in c. 14. quod incipit: Omnia ſub termino definito, &c. & in fine, &c. Conſimiliter fili, eſt hæc materia convertens ſe ad naturam, cum qua conjungitur, tam conjunctum, quam diviſim ſecundum modum & virtutem conjunctionis aut diviſionis terræ fermenti. Idcirco fili, ſi velis, quod vertatur ad naturam metalli, conjunge cum natura metalli, cum quo approximatur usque ad paſſum ſuæ virtuoſæ fermentationis, videlicet, quod adjungatur ſiccum, quod eſt materia, videlicet ſulphuris metallicum materia humidi metalli, videlicet aeris, ut poſſit fluere & fundere, eo quod de homine exivit homo, de tauro taurus, & de metallo metallū. Et in hoc evita-

bis errores illorum, qui tempore ſuo fecerunt lapidem rubeum ſine aliqua fuſione effectiva, quod in illo venit per proprietatem metalli, quæ eſt liquefacere ſemper. Et notare debes, nullũ eſt fermentum metallicum, niſi in auro & argento, quia ſunt tincturæ, per quas noſtrum argentum vivum coloratur Et qui ſine tali argento vivo metalla tingere credit, cæcus ad practicam tendit, & ad transmutationum ſuarum effectum, nam aurum tingit metalla in colore aureico rubeo, ſicut ſanguis, & argentum tingit metalla in colore albedinis benè penetrantis ac intrantis omne metallicum corpus. Si ergo cum auro & argento ſcis tingere in arg. vivo, tum venies ad magnum ſecretum, quod eſt ignis noſter, & iſta ſunt media materialia depurata per ingenium naturæ, in quibus ſunt entia realia intenſa & virtuoſa cum omnibus ſuis accidentibus, per quæ debes ſemper contemperare lapidem in mixtione, nutritione, fermentatione.

Ad tenendum ſecretè lapidis inſgentionem.

CAPUT XXXIX.

TEne ſecretum, quod in omnibus rebus creatis & formatis per naturam in eorum ultima depuratione reperta eſt materia prima omnium rerum & cujuslibet ipſarum in forma Mercurii. Et hoc nobili videmus experientia, ſi facere velis, quæ materia dicta eſt genus generaliſſimum, non tamen quod accipias ſicut capiunt laici, qui capiunt per terminum conſideratum, vel per ens phantaſticum, ſed ſicut eſt ens reale, qui eſt terminus materialis naturæ, à qua recipit ſua principia materialia in actione generationis, quia eſt ens primum; qui eſt terminus materialis in natura, & philoſophia noſtra ſub umbra logicali clamat eum generaliſſimum genus quia eſt primæ naturæ ſubjectum, quod in tribus eſt diviſum, per quod eſt genus generis mineralis: item eſt genus generis vegetabilis: & iterum eſt genus generis animalis, & ideo philoſophiam noſtram volumus comprehendi à tribus principalibus generibus in arte experientiæ, ſcilicet, de minerali, vegetabili, & animali. Scito fili, quod plures libros noſtros legent & eos intelligere non poterunt, quia in eis erunt ignoti & abſconditi, atque cooperti termini principales noſtri veri intellectus, & aliorum ſimiliter, qui per eorum ignorantiam & defectum laborabunt de die in diem nos reprobare, quia dicimus veritatẽ, & in fine cognoſcentur omnia cum illorum reprobatione. Ideo ſi poſſes attingere ad libros noſtros à talium manibus abſconditos tene, & maximè ab illis, qui hanc tractant artem. In quibus libris apertè revelamus totum ſecretum. Et ſuper omnia cuſtodi præſentem librum ab inimicis mundi, quia magna mirabilia ibi ſunt & erunt inventa per certas experientias, ſicut dicemus in ſecunda parte hujus libri.

Quomodo

Quomodo lapis post inventionem suam recipit adjutorium ab aliis rebus, ad efficiendum elixir completum.

CAP. LX.

CUm ulterius tibi dixerimus, quod dictum genus custodiatur ab omni nigra combustione, hoc est tibi necessarium, quia per illud genus omne tuum opus perficies adjutorio tincturarũ solis ac lunæ, sed opus est, ut scias illud per artem & scientiã nostri magisterii extrahere, prout dicemus tibi in secunda parte, & expoliare ipsũ ab omnibus suis extrinsecis figuris, quas natura in ipso posuit, sicut sunt diversorum planetarũ figuræ, ac diversorũ mineraliũ & diversorũ liquorum. Et de omnibus istis tamen plus in quibusdã quã in aliis propinquius reperta est, & majoris abundantiæ & adhæsionis majoris substantiis & naturis metallorũ; secundũ quod plus cõtinent de spiritũ quintę essentię, sicut inter vegetabilia vitis dicta materia masculina, & magna lunaria, quæ est succus vitalis, & radix frumenti sive straminis & portis & portulaca, malua & Mercurialis & chelidonia, & aliæ arbores, & herbæ, quæ sunt calidæ & humidæ naturæ, quæ portant flores, & gummas, unde potest fieri oleum, quorum genus multum adjungitur materiæ & naturæ metallorum & mineralium, & alia omnia quæ natura sunt calida & humida. Et inter bestias est species basilisci, & apũ quæ faciunt mel, & niel. Et inter liquores sunt sanguis humanus & capilli juvenum hominum ac urina, lac animalium & aliæ humiditates viscosæ. Et inter mineralia sunt sol & luna, quia lapidum sunt fermenta. Et de ipsis propinquius exivit dictum genus, quod melius adhæret propriis substantiis & naturis metallorum, scilicet, auro & argento. De quibus debes fermentationem facere lapidis per conjunctionem naturalem, & postmodum habebit in omne aliud metallum ingressionem mediante fermento, quod attrahit ipsum in naturam propinquam veræ medicinæ, quæ participat essentiæ perfectorum corporum & essentiali corruptioni perfectorum. Et per hoc tibi extitit revelatum, quod quanto magis appropinquat naturæ gradualiter, tanto melius naturæ participat, & quanto magis participat, citius amore naturæ eidem se adjungit, & in eam convertitur. Quia natura sapiens citius gaudet & lætatur cum sua natura, quàm cum extranea. Et sic appareret, quod per media naturæ habes transire suaviter ad extremitates, & lapidem nostrum trahere de potentia ad actum.

De terminatione ac fine lapidis in diverſis figuris. Et quomodo eſt inter lapides, & inter ſales, & inter vitra, quæ omnes exierunt de ſua natura. Et quomodo debet naſci.

CAPUT XLI.

IN hac nobili natura terminatur, & finitur genus (tibi ſupra dictum) quod à lapidibus traximus, de herbis & animalibus in forma aquæ claræ imprægnatæ à ſpiritu quintæ eſſentiæ, quam poſtea congelamus cum vapore ſui ſulphuris, & tunc apparet lapis, qui antea nobis erat abſconditus cum ſua homogeneitate liquoroſa. Fili noſtrum ſulphur inter lapides creatum eſt, & creſcit inter ſales, & inter vitra de prima ſubſtantia, de prima re, quæ eſt dicta ſubſtantia arg. vixi. Fili de hac ſubſtantia arg. vivi facimus omne opus noſtrum, quia incorruptibile eſt, ſed non de ſale, quod terminatur in rupem, nec de vitro, neque de alterius lapidis ſubſtantia, ſed inter illa creamus, quia ipſa credimus eſſe vaſa naturæ, quę dictum genus elegit. Et ideo, quando lapis noſter creabitur, facum naſci de ventre matris ſuæ, nec amodo aliud ponas, quia ſecum defert virtutem ventris matris ſuæ, ſcilicet illam naturam ſulphuream, quæ omne argentum vivum congelat. Illa eſt terra, in qua noſtrum aurum ſeminamus, quia poſſe habet eum retinendi. Et talem intentionem habere debes in extractione lapidis à principiis naturalibus tam lapidum, quàm herbarum: cum Deus glorioſus poſuit virtutes plures in lapidibus & herbis, per quas ſi bene cognoſcerentur, multa ex eis mirabilia fierent ſupra terram, quæ ſimplices absque dubio miracula reputarent.

De magna conjunctione. Et de modo maſculi & feminæ. Et de ſolis & lunæ eclipſi. Et de ſecunda naſcentia noſtri argenti vivi, ad faciendum elixir compoſitum.

CAPUT XLII.

MOdo tibi revelatus eſt locus, unde poteſt exire noſtrũ argentum vivum, quod facit conjunctionem femellæ & maſculi. Non credas, quod ſit in loco femellæ nec maſculi in magno magiſterio, imo eſt quaſi mediator ſolis & lunæ, quoniam ſine arg vivo iſto bene conjungerentur in perfectione lapidis majoris, propter hoc cum diſſolveris ſolem ſubtilia cum noſtro arg. vivo videbis ſanguinem hominis, qui requirit retinaculum opportunum, hoc eſt femellam convenientem, quæ portat eum intra ſuum ventrem. Et hoc erit luna, quæ imprægnabitur ab igne noſtri ſolis, donec ſit nigra ſicut carbo. Hoc facit noſter Mercurius, qui reſolvit tincturam ſolis, quæ eſt rubicundior ſanguine draconis, &

ipſe

ipſe remanet totus tinctus. Poſtea venit femella, quæ concipit totum hoc, & exinde fermentatur donec ad partum. Igitur fili tibi clariſſimè reveletur, quod generatio noſtri lapidis virtuoſi & magni precii non poteſt fieri niſi cum maſculo jungatur femella conveniens. Quoniam licet absque femella dictum compoſitum ſolis poſſit diſſolvi, attamen actio & paſſio non poteſt eſſe ſine proportionato in actu generationis & corruptionis. Et per hoc te facimus ſcire, quod ſecundum terminationem graduum naturæ componimus & diſcomponimus, ſic, quòd Mercurius in primo gradu ſuæ conjunctionis tenet actum corruptionis illius, cum quo commiſcetur, quousque ambo decollentur, ſcilicet, & Mercurius & Sol, & Mercurius & luna. Sed luna reſpicit actum generationis ad faciendum magnum lapidem, videlicet, quando Mercurius cum Mercurio conjungitur, tunc non eſt niſi unum compoſitum, verum nigrum ſicut carbo. Quapropter tunc apparet, quod noſter Mercurius non eſt femella conveniens, cum corpus ſit de tam magna puritate, quod per ſuam magnam claritatem corpus compoſitum corrumpit, & habet potentiam dividendi ſuam naturam ab natura extranea, quæ venit ab elementis in eorum conjunctione. Ob hoc indiget alia nobili femella, quæ habeat poteſtatem per vicinitatem recipiendi & portandi, & nutriendi noſtrum charum infantem absque deperditione ſuæ nobilis materiæ, propterea vertitur nigra, quia ipſum totum vult retinere. Tunc poteris dicere quando videris hoc, quod luna patitur eclipſim ſupra totam terrā, quam portat in ſuo ventre, & ſol ſimiliter, quoniam nihil inde videtur, quoniam ambo eclipſim patiuntur. Et ſic vidimus Unde ſunt multi Aſtrologi, qui credere nolunt, dicentes, quod hoc eſt contra naturam, & de hoc dicunt verum. Sed non habent intellectum naturæ, qui contra naturam eſt corrumpere compoſitum, quod ipſamet creavit per ſuam diligentiam magnam. Igitur neceſſe eſt fili, quod dicta femella ſit ſubſtantioſa in natura, & propinqua generi minerali ad omnia accidentia totius ſubſtantiæ univerſalis reſpectu maſculi in complexione. Quoniam de carne exit caro, & ab aqua ventus, & de vento pluvia. Et ideo neceſſarium eſt, quod habeamus duas ſubſtantias materiales & principales, quæ concordant ad unam naturam, & ſunt magis approximantes ad illam, ut natura paſſiva de ſua plenaria voluntate, & de ſua propria natura habeat appetitum recipiendi formam virtutis maſculinæ. Velut femina appetit virum per inſtinctum naturæ magis, quàm ulla res alia. Veruntamen fieri non poterit per ſimplicem femellam, cum ipſa venerit, & devallatur à genere generaliſſimo, ex quo omnes aliæ res ſunt generatæ cum linea graduali: ſed cum multis operationibus & cum longa digeſtione, in qua multæ, & quaſi infinitæ expenſæ indigerent, cum adhuc opus noſtrum

non sit inceptum: & quando lapis per artificiũ subtile natura metallorum cum dicto argento vivo exuberato fuerit creatus. Quoniam necessarium est, quod noster Mercurius misceatur cum natura duorum corporum, & postea ab illis expellatur, antequam de illis poterit fieri elixir completum. Et ideo sunt delusi Artistæ moderni, qui credunt esse ad finem, quando deberent incipere, & faciunt projectionem cum magna abusione, quoniam non integraverunt totum cursum naturæ, qui durat per spacium duorum annorum, complete, unde lapis est unius anni, & elixir alterius omni novo Artistæ, qui nunquam fecerit. Sed omni bono Artistæ experto, qui est subtilis, habetur unus annus, & tres menses, quia secundum quod corrumpitur, similiter generatur. Idcirco si est expertus in sua corruptione, tantum magis erit expertus in sua creatione, quoniam id, quod corrumpit, hoc idem creat, & totum hoc per operationem fit, quæ per nos clamatur solutio & congelatio, quas tibi dabimus per practicam scitam, & per nos cognitam in secunda parte hujus testamenti.

De naturis radicalibus ad consequendum, & citius attingendum perfectionem, & naturam specialiorem matrimonii. Et de virtute, quæ exit ab hoc matrimonio.

CAP. XLIII.

PEr hoc fili, cùm noster sol masculus indigeat magis appropriata femella in natura, idcirco eligimus materiam magis coctam, per quam decoctionem sua natura vertitur in naturam metalli medii, mediante quo nostrum magisterium melius completur cum magna perfectione. Ideo fili, tu debes eligere & cognoscere meliores radices minerales naturæ, quæ sunt magis approximatæ & approximandæ in natura liquabili cum toto eorum ingenio. Cum quibus precor te, quod nostrum magisterium teneas secretum, quoniam generans activè, & generatum passivè, esse debent in una specie & forma consimili, scilicet, forma metallina, quia sic requirit natura, sicut loquemur plenius in fine nostræ theoricæ pro melius intelligendo perfectionem nostri magisterii, quod comparatur generationi humanæ, ratione distinctionis sui sexus aut generis. Sed licet dicta femella mineralis sit de calidiori natura, quàm prima, quæ non habet aliquid de calore nec frigore complexionali, nisi in termino excellenter simplici, dicta tamen femella mineralis est frigida in natura complexionaliter sui masculi respectu, qui est calidior actu, quàm ipsa sit secundũ gradus naturales in complexione generationis. Et sic secundum diversas actiones per naturam introductas, diversæ formæ productæ sunt in complexionibus diversis de potentia in actum. Et ideo

si fe-

si femella esset adjuncta & addita primæ femellæ simplici, quæ descendit à genere generalissimo intentione, quod generatio de ipsis duobus fieret, femella mineralis in hoc casu, esset dictus masculus ratione sui magni caloris, & teneret locum masculi, sed non est talis, sicut masculus perfectus agens, qui est dator formæ per actionem generationis, & in quo est generatio perfecta forma, quæ portat materiam in esse completo. Et quia licet in luna est forma activa & materialis, est tamen remota usque ad certam gradualitatem, & illi convenit dare activum tale materiale, quod habeat posse dare ei certam formam spiritualem, quoniam aliter esset nimis tarda in generatione sibi similis. Et ad evitandum talem errorem, natura nobis ostendit experientiam certam, qua virtutes ejus debent augmentari. Unde tibi dicimus, quod hoc fit sui masculi calore, tam in prima conjunctione solutionis ipsorum, quam in secunda de sui germinis reductione, tunc copiose & in abundantia magna concepit femella nostra in suo ventre humido sui masculi calore, quem postea reddit libenter cum magno impinguato & amplexatione crassa in sua reductione, & hoc per attractionem & appetitum, quos natura cepit de calore sui masculi in prima conjunctione. De hoc damus exemplum, prout potes videre de aquis, quæ fluunt & defluunt per conductum fortium virtutum mineralium, quibus se adaquant & imbibunt, & per illas virtutes convertuntur in lapides, citius aut tardius, secundum virtutem mineralem, prout ipsa fuerit per suum locum continentem confortata aut debilitata. Et ideo confortamus nostræ femellæ virtutem cum calore sui masculi, ut levius & sine vi, sed amicabili amplexu naturæ possit suum germen primum fermentare, & infra suum ventrem tractum, convertere, & congelare per calorem sui masculi, per quem calorem dictum germen venit in magnam fertilem exultationem, & tunc nihil agendum in transmutatione naturæ, quia virtus corporalis femellæ nostræ confortata, jam retinet & alterat nutrimentum cum materiali calore, & per virtutem attractivam eidem per concordiam naturæ infusam, trahit ad ipsam, & sic inspissat per subtilem vaporem sulphuris, qui est in nostra minera in similitudine fumi Mercurialis sicci & sulphurei in ventre, cujus est ignis non urens nec ardens, qui est vicinus & amicus naturæ. Et ideo dicimus, quod aurum est magis placens nostro arg. vivo, quam quodvis aliud metallum, sicut manifestat suæ puræ naturæ conjunctio, virtute cujus argentum nostrum vivum purè congelatur in sulphur multum placens.

Quare tibi dicimus, quod ubi hæc est virtus, ibi est proprie locus certus generationis nostri sulphuris, & transmutationis nostri proprii germinis.

Quomodo generatio non potest venire de qualitatibus nimis remotis. Et de differentia quæ est inter masculum & fœminam. Et de calore philosophico.

CAP. XLIV.

POst hæc fili satis tibi potest esse declaratum, quod de fœmella nimis frigida, & masculo etiam nimis calido non potest fieri generatio, propter extremitatem, & intemperantiam suarum qualitatum. Ideo capere debes aliam fœmellam, si vis nostrum facere magisterium, quæ sit calidior, & habeat qualitatem frigoris temperati & complexionati ac materialem humorem, respectu proportionis caloris sui masculi, secundum quod corpus naturale requirit. Nam à tali proportione fit patenter, & extrahitur generativa virtus de potentia ad actum. Vis ergo fili, quod dicamus tibi, in quot rebus debes cognoscere virtutem, qualitatem & quantitatem philosophici caloris. In quatuor igitur rebus eum habes cognoscere, scilicet, in subjecto, in quo est secundum naturā, quod est arg, vivum. Nam secundum qualitatem materiæ, vel proprietatem recipit propriam determinationem, ut patet in elementis, in quibus est secretum secundum naturam, & in illo, quod est procedens ab informativa virtute, habentem respectum ad cœlestem virtutem, quæ est naturæ naturatæ informativa virtus, & hæc dependet à naturali calore. Tertiò habes considerare in virtute potentiæ generativæ simplicis, & ista depēdet à calore ignis communis simplicis benè informato. Et ultra debes considerare proportionem hujus tertiæ virtutis inter alias, scilicet, quod virtus potentiæ generativæ teneat in se captam formativam virtutem, scilicet calorem artificialem rectum & gubernatum ab Artista respectu cœlestis virtutis, & quod dicta formativa virtus, scilicet, calor artificialis excitans, captam teneat sua temperantia magna, quæ fit frigiditate contemperante ac temperante calorem stimulativum & cogente calorem, remanente in profunda compositi compositione. Nota, quod ignis philosophorum constat ex quatuor: Igne videlicet innaturali apposito in subjecto proprio argenti vivi, sicut præcipit philosophus, cum dicit, quod proprius ponatur ignis in corporibus, & calor naturalis simplex illius subjecti, est calor virtus informativa, & proportio istorum trium, quia si unus excedit alium, præoccupat ipsum, & diminuit ab actione sua, sicut per calorem digestibilem apparet, videlicet, quod virtus potentiæ possit operari, & si non, quod operetur sub potentia virtutis informativæ & ejus influentiæ. Et quod subjectum dictæ potentiæ non sit excedens, vel caloris in quantitate, & hoc fit per solutionem. Unde nota de temperamento ignium similitudinariè in quantitate substantiæ, hoc est quod non excedat in potentia dictā virtutem, tali

tem, tali actione, & quod non diminuatur materia, nec sit in qualitate contraria repugnans, & hoc habes scire, quod alterum elementorum debet poni in alterum. Et quanta proportio erit talis potentiæ in actione sua, tanto etit activum productum majoris virtutis operativæ in suis naturalibus operationibus secundum cursum naturæ. Et quia fili fortè tibi videbitur impossibile esse cognoscere ad faciendum magisterium nos tibi declarabimus clarius in secunda parte, cum pro hoc faciendum tibi dixerimus, quod addes solem & lunam quousque patiantur eclipsim, & sunt in capite & cauda draconis, tunc fili feciſti unitatem de pluralitate, de qua natura novam generationem faciet, quando dicta unitas in se pluralitatem continet essentialem, & non accidentalem, quæ venit ex parte Mercurii vulgaris, qui accidentibus plenus est. Et ideo venit error illorum, qui decipiunt homines per suas accidentales tincturas, & credunt, quod illud sit arg. vivum nostrum essentiale & substantiale, quod quidem habet majorem virtutem in centuplo, quàm accidentale, quia operationes essentiales & substantiales nobiliores sunt, quàm accidentales, & melius in nostro magisterio. Et in illo casu declinat ars à similitudine naturæ, quia materiæ naturæ respectu materiarum artis, nō sunt nisi accidentia philosophicè loquendo vel mediocriter. Quare opus est naturæ, quod subtilius habeat formare creaturas suas omnes, & cum ars non possit adeò subtiliter operari, opus est, quod ei secundum suam potentiam succurratur, & adjuvetur. Et hoc est, quod ei non administretur materia tam subtilis, scilicet per pluralitatem essentialis & substantialis materiæ per omnia ejus accidentia. Et quantò natura est magis essentialis per unitatem pluralitatis, tantò virtus est pluris majoritatis & magnitudinis in essentia activa & passiva, nec dicta virtus habebit in se operationem nec aliquod subjectum essentiale, in quibus benè se sustentare possit sine tali actione & passione. Et ideo talis pluralitas in nostro magisterio naturaliter desiderabilis est.

Quomodo ex unitate argenti vivi nostri, quod est factum de pluralitate, exit virtus simplex assimilativa lapidis.

CAPUT XLV.

AB hac unitate fili facta in pluralitate exivit quædam nobilis potentia, & unū secretum principium naturale, quod per suam simplicitatem à se transmittit foras de primis realibus entibus ad finem, quod in illis manifestentur sua secreta. Et sic per simplicia secundaria revelantur potentiæ primæ speciales in unum conjunctæ, quod nominamus chaos, natura, origo, leo viridis, argentum vivum, unguentum, oleum, pastura & liquor magni valoris. Ideo, quia multæ virtutes unitæ sunt in unum potentia naturæ,

per

per artem magiſterii gubernatæ. Et de illa exeunt operationes ſecundariæ, quæ ad generationem tendunt. Quia finis realium entium prædictorum eſt in fine primorum ſimplicium, & ſic eſt in toto curſu naturæ, ſecundum quod unum ejus reale per ſuã ſubſtantiam nobilem, ac ejus dignitatem habet plus vel meliorem virtutem, quam aliud. Et quantò majoris virtutis eſt, de tanto ejus operatio eſt in majori & meliori virtute ac potentia. Et ideo in ſophiſticis operationibus poſſunt revelari omni inquiſitori hujus ſcientiæ & ſcrutatori ſecretorum naturæ, & ſuæ nobilitates ſecretorum, quæ ſunt in entibus realibus, quod dictum eſt, ſi ſciat ea conſiderare, per quas notitias ad magnum noſtrum ſecretum poterit devenire, dum tamen habeat primo notitiam de ſubſtantiis materialibus, à quibus exeunt entia realia de potentia in actum. Et ideo fili ſcias, quæ ſpecies ſunt in majori virtute, & illas ſub quibus partes individuales erãt virtuoſiores reſpectu proprii generis ipſorum. Et ideo aliqua individualia ſunt in natura mineralium, quæ majorem & nobiliorem habent operationẽ, quam alia, ſicut ſunt primò ſol, poſtea luna, & ſic ſecundum quod virtus eſt major in uno genere, quam in alio, ſic ejus operatio virtuoſior eſt in illo, quam in alio. Et ideo noli operari niſi in dictis duobus luminaribus, & in eorum mediatore, qui eſt noſter Mercurius, quia eorum operatio eſt nobilior & majoris virtutis in ſua ſpecie, quam in aliqua alia. Et quando videbis, quod pluralitas duorum convertetur in unitatem, aut totum in genus unum per potentiam principii activi & ſimplicitatis dictæ noſtræ materiæ, tunc omnes ubique in uno participant fines ſpecierum, & in iſto generis principio, & in iſta unitate fines individuorum incipient primorum, quas natura poſſidebit. Et ideo neceſſariùm eſt, quod corruptio iſtorum ſit incipienda & principianda ad diſſolutionem ſui generis novi, in quo ſua prima materia vel natura ſalvata eſt. Quare patet manifeſtè, quod ſine ſimplicitate non eſſet potentia & dominatio in curſu naturæ, & ſine poſſe non eſſet ſpecies, & ſine ſpecie individualia non eſſent, quia neceſſarium eſt, quod habeant eſſe ſub una ſpecie propria. Et ſic tibi revelatum eſt fili, quod cum intenſa ſimplicitate omnia entia realia, & eorum naturæ movent ſe, & etiam phantaſtica, & quanto eorum major eſt motus, tantò melius potes cognoſcere, quod virtus naturalis eſt majoris poteſtatis, & per conſequens ejus operationes, & ideo in majori rate, & in virtute motus, multiplicatur majoritas & virtus ſuæ operationis. Notitiam autem majoris vitutis habebis per notitiam amplioris motus, ſi ſcias ejus majorem finem cognoſcere, quia motus venit à potentia, & potentia à ſimplicitate, intellige corporaliter & naturaliter. Et ſimplicitas venit à ſubtilitate, & ſubtilitas venit à ſolutione, quæ eſt finis corruptionis individuorum veterum vel

antiquo-

antiquorum. Ideo dicimus, quod per ſolutionem trahitur lapis noſter de potentia in actum, cum de illa deſcendant entia realia concreta, quæ ſunt inſtrumenta omnium naturarum phantaſticarum & realium per cõfuſionem nobilis mixtionis, & inde veniunt omnia nobilia agentia, in quibus ſunt majores motus, & in nobilibus patientibus, in quibus ſemper moventur ſua agentia propria. Et quando motus habent majores virtutes ad agentia, unde recipiunt naſcentiam & originem immediatè, quam non habent in patientibus, de tanto ipſorum operatio eſt majoris virtutis in activis, quam paſſivis. Et ideo ſol eſt majoris virtutis, & majorem inſtinctum habet generationis, & citius creandi ſibi ſimile, ratione ſui motus, quam luna vel alius quivis planeta in toto curſu naturæ, ſicut homo majorem habet appetitum, quam fœmina, & anima melius, quam corpus. Si ergo fili ſcis talem maſculum appropriare tali fœmellæ, habebis puerum, qui nunquam morietur, imò faciet mortuos vivere, & poſt mortem vivet cum illis.

Quando Artiſta debet conſiderare potentias duorum argentorum vivorum poſt conjunctiones ipſorum, & differentias ſui effectus reſpectu ſuorum effectuum.

CAPUT XLVI.

POſtea fili non debes ignorare potentiam iſtorum duorum argentorum vivorum, quando ſcilicet ſimul conjuncta ſunt per diſſolutionem, cum unum ſit activum, aliud paſſivum. De iſtis duobus per concordantiam differentialem, quæ venit à potentiis & virtutibus unitis, exeunt quatuor naturæ principales, quæ vocantur alio modo quatuor virtutes naturæ regitivæ. Prima nominatur attractiva vel appetitiva. Secunda natura retentiva & coagulativa. Tertia natura expulſiva. Quarta quæ eſt continens, digeſtiva. Natura attractiva facta ex dominio caloris per ſiccitatem temperatam. Retentiva fit per dominium ſiccitatis. Expulſiva fit ex dominio humiditatis & conſtrictivæ frigiditatis. Et natura digeſtiva fit per putrefactionem, quæ facta eſt per dominationem caloris per moderatam ac temperatam humiditatem. Natura attractiva movetur à maſculo calido, & retentiva à terra patiente. Expulſiva movetur ab humoribus parentum, qui miſcent ſe in dicto genere, quod nominamus arg. vivum, quod quidem propinquius deſcendit à genere generaliſſimo. Et digeſtiva movetur à qualitate ignis corporis temperati cum ipſorum humore per decoctionem omnia ſimul immiſcendo. Quare nos vocamus & dicimus omnem meliorem partem totius compoſiti digeſtam & ſeparatam, unguentum, animam, aurum noſtrum & oleum.

Unguen-

Unguentum, quod colorat & tingit & fundit, & facit fluere omne arg. vivum ſuæ ratione perfectionis, quam acquiſivit per dictam digeſtionem, quia in eo frigidū converſum eſt in calidum, ſiccum in humidum, ponderoſum in leve, quodlibet per ſua media, & quilibet per ſuum motorem. Fili ſi neſcis differentias, quæ ſunt inter calidum & frigidum, maſculum & fœminam. nunquam ſcies opus noſtrum facere. Scias, quod nihil poteſt naſci niſi ex fœmella & maſculo, nec aliquod germen generari niſi ex calore & humiditate. Fortitudines appetitivæ ſunt maſculinæ calidæ & ſiccæ, & ſunt ignis coagulantis. Retentivæ ſunt etiam maſculinæ, frigidæ & ſiccæ, & ſunt terra. Et fortitudines mundificativæ, aut digeſtivæ, ſcilicet alterantes ſunt fœmellæ calidæ & humidæ, & ſunt aer. Fortitudines expulſivæ ſunt ſimiliter fœmellæ frigidæ & humidæ, & ſunt aqua. Et quinta fortitudo vita eſt infantis noſtri, quæ amplius non eſt alicujus qualitatis, ſcilicet frigiditatis, humiditatis, ſiccitatis, & caloris, quia non amplius calida, ſicca, frigida, nec humida, neque fœmina, vel maſculus. Fili noſter infans habet duos patres, & tot matres, ideo delicatè nutritus eſt ab eorum tota ſubſtantia, regnat & regnabit in mundo, nec morietur. Fili fortitudines appetitivæ ſunt calidæ & ſiccæ, & ſunt illæ, quæ attrahunt, tingunt, & colorant, formant colores ſine ſeparatione vel alteratione, & iſtæ exeunt ab igne, qui eſt eorum pater. Fortitudines retentivæ, frigidæ & ſiccæ ſunt illæ, quæ adjungunt colores corporibus, & ea mollificant ligando forti vinculo dictas tincturas ſine ſeparatione aliqua. Fortitudines digeſtivæ, mundicativæ, ſunt illæ, quæ mundant & lavant immunditias corporum, & de ipſis extrahunt primam naturam & ipſam ardentem, accenſam, & illuminatam conſtituunt & ordinant, quia ſunt calidæ & humidæ. Fortitudines expulſivæ, frigidæ, & humidæ ſunt illæ, quæ expellunt vitia mundi, & quando ſit opus, ipſa transmutant corpora inter ſe ſimul, quouſque in illorum crudam naturam transierint, & poſt, quando quodlibet elementorum, omnia verſa ſunt in unum. nunquam ſeparabuntur neque dividentur. Et ſicut quodlibet ipſorum fuit in corpus redactum totum, ſic etiam in corpus vertitur, & ſic per artem ſe componunt, & in unum addunturtur, & adjunguntur eorum naturæ. Quinta verò virtus eſt illa, quæ totum facit, & omnia ducit & conducit ad finem ſuæ compoſitionis, & eſt ſpiritus quintæ eſſentiæ per naturam influxus in compoſitorum ſubſtantias ad finem, quod ſua virtus per artem ſit reflexa, & infixa in ipſis corporibus.

Quomodo lapis ſortitur diverſa nomina per ſuos diverſos effectus.

CAPUT XLVII.

FIli, quando voles noſtrum magiſterium incipere, non opereris, niſi

nisi de naturis melius lucentibus. De quibus naturis melius lucentibus minor mundus creatus est, quas tibi nominabimus per suas proprietates. Scias ergo fili, quod sulphur est ignis, & magnesia est charissima nostra terra, & secundariè est aër noster, & argentum vivum est aqua nostra viva, quæ fluit & currit per totum corpus. Sed spiritus secretus est aqua secunda, à qua omnis res habet accipere nutrimentum, & omne germen, vegetationem, & omne lumen illuminationem debet habere. Si autem operationem desideras facere magistraliter, & per artem sine falso, necessarium est, quod in coæqualitate naturali ducas omnes istas naturas, scilicet calidum & frigidum, humidum & siccum masculum & fœmellam magistraliter. Ex hac conjunctione patet principium generationis lapidis, & postea nutries per aquam, quæ secum portat in illa lumen & vitam, ac spiritum, coquendo æqualiter opus tuum cum residentia, constantia, existentia, atque compone istud secundum compositionem illorum, de quibus vult componi, scilicet, sol & luna, & Mercurius noster. Fili de diversis naturis fundatur nostrum compositum, quoniam corpus & quantitas ipsius à melancholia fiunt, tunc ignis, qui est cholera rubea compositus & additus est cordi vel epati ad benè dirigendum illud, quod ad cor venit, post hanc digestionem materia per ignem digesta est expulsa & trusa ad epar, cui additur aër, qui est sangvis fluens & decurrens per omnes venas corporis, & tunc apparet color, quando in rubeum totum versum est. Et aqua, quam phlegma vocamus, posita est in pulmone, & ascendit in lingua, & aliis oris instrumentis. Sic fili opus est tibi, quod per scientiam & mensuram artis, addas naturas, quousque corpora facta sint spiritus per fortitudines accidentales introductas in cursu philosophiæ nostræ per artem magisterii. Adde ergo duas naturas, quousque traxeris totam naturam puram & lucentem, atque claram. nam de illis duabus debet una clara nasci, quæ totum genus suum illuminare debet. Custodi tamen corpora in suis liquefactionibus, quando eris in opere, noli transcendere mensuram, quam signa naturæ tibi monstrabunt in qualibet decoctione, quia natura in naturam mutatur, quousque corpora in eo remaneant permanentia ad liquefactionem, & ad fusionem, propter permanentiam materiarum fixarum, quæ sunt nostra secreta benè temperata & humida, in quibus corpora versa sunt, per artem magisterii, & sunt ungventa, olea, fermenta, & animæ, & soles, qui lucere non cessant supra terram nostram, atque radiare, quare laborare oportet te, in attenuatione naturæ, ad formandum corpus philosophiæ, quousque sit aqua clara, quæ aqua vocatur aqua sapientiæ, nam tota est aurum & argentum, delata in actionem elementorum spiritualium,

tualium, in quibus quiescit & gaudet quintæ essentiæ spiritus, qui totum facit.

Quomodo Artista & operator debet custodire naturam spiritus quintæ essentiæ sicut formam formarum. Et quomodo debet illam intelligere. Et de mensura ignis.

CAPUT XLVIII.

1 Deo fili necessarium est tibi custodire naturam spiritus quintæ essentiæ, si vis aliquid facere, quæ quidem à prima causa dependet, sicut forma formarum, quæ posuit se in dictis quatuor naturis honorabilioribus, & est nominata anima elementorum, lumen clarum, & spiritus quintæ essentiæ. Et quia omne formatum substantiale immediatè descendit ab ista causa proxima quinta, & nos clamamus eam matrem matrum omnium aliarum formarum. Fili non debes intelligere, quod hæc forma & spiritus sit nec calidus, frigidus, siccus, nec humidus, nec masculus aut fœmella, sed intellige, quod causa magnæ perfectionis ejus attingit ad quamlibet earum quatuor naturarum, nam sine spiritu isto non esset complexio in aliquo complexionato, sicut manifestè cognoscimus & videmus cum certa experientia in ligamento & complexione quator elementorum, quæ quidem contraria qualitate sibi ipsis repugnant, quia repugnantia dictorum elementorum contrariorum non possent concordare quod in unum redirent, nisi esset illud nobilissimum medium, quod confusè per omnia vadit elementa, & in qualitate suarum naturarum participat. Idcirco fili, si istud vis cognoscere, illud est quod ponit inter inimicos pacem, & ad illud convenit attendere, & gratia exempli, aër & aqua sunt inter duos inimicos, aër inter calidum & frigidum, & aqua similiter cum sit inter humidum & siccum, scilicet inter aërem & terram. Et ideo quando volumus, quod siccum convertatur in humidum capimus instrumentum quod est in aqua, quæ quidem participat per humidum humido radicali, scil. vapori humiditatis aëreæ discordante à suo phlegmate aquatiço, in quo spiritus quintus delatus est, sine quo vapore, qui est materia nostri germinis deportati in suo phlegmate, quod descendit à dicto genere generalissimo, non posset congelari. Ideo tibi dictum est, quod benè scias substantiem aëream disponere lapidis nostri, & substantiam terræ ejusdem lapidis, quæ est sua mater, quosque sint absque separatione benè conjuncti. Fili substantia aërea est materia nostri germinis, quæ alio modo aqua nominatur permanens, humiditas cujus multum calida est, quia induta est proprietate ignis naturæ, & ideo opus est, quod scias eam disponere & cognoscere, supra quam terram debes eam congregare. Nam ibi est vis tota,

omnes-

omnesque virtutes ibi jacent noſtri lapidis. Nam ſi ſubſtantia germinis eſſet congelata & converſa in ventre matris ſuæ, quæ eſt vas naturæ expirata aeritate, quæ ſuæ participat eſſentiæ per vim excitativi caloris, germen ſine anima remaneret, nec amplius haberet pulſum, neque motum alicujus ſpiramenti. Et ſic ad modum terræ mortificaretur in albo colorato, quæ indigeret ſpiritu vivificativo, ſcil. aere, in quo omnis res vivificatur & inſpiratur.

Quare terra noſtra absque ſpiritu iſto non portaret aliquem fructum, nam iſte ſpiritus eam perficit. Velis ergo fili aeritatem volatilem in terra ſua congelare, amoroſo nutrimento ignis appropriati, ſicut infans inter brachia matris ſuæ, videlicet, quod dictus ignis ſit in iſto gradu proportionatus quod vim ſpiritus calidi & humidi non ſuperet. Nam ipſius ſpiritus natura calida citò reſolveretur per ignis improprii flammam, ſicut virtus magnæ flammæ virtutem parvæ annihilat. Et debes in hoc caſu aſſimilare naturæ, ſcilicet, quod non capias de igne elementali in generatione rerum naturæ, niſi inquantum indigebis ad proportionem excitationis ignis naturæ, qui movetur per totam materiam. Et de tali ſimilitudine natura, in qua eſt virtus generativa, eſt tua directrix & magiſtra. Quare ſcias eam intelligere. Nam ipſa magna ſapientia proviſa, & magna ſolicitudine in ſuo naturali opere non capit de igne elementali, niſi tantum, quantum indiget ad informationem ſuæ materiæ. Sic fili debes tu facere, ſcilicet, ſpiritum humidum dictum infigere in ſuam terram, & ſuaviter deſiccare per calorem, quem nominamus eſcateſim, ipſe enim patitur ſenſum naturæ, quia ſufficit ei, quod ſiccitas terræ ſuſtentetur per ſiccitatem multum debilis ac tenuis ignis. Et cum toto hoc per calorem ſubtilem dicti ignis ſua ſibi natura excitetur, absque transgreſſione virtutis illius, quia per illam ſpiritus calidus ad profundius honorabilis materiæ penetrat & intrat, ſicut anima corpns intrat hominis ad vitam dandum. Fili, hæc eſt veriſſima ſubſtantia aerea, quam debes per ingenium naturale cogere, & eam in corpore fixare, ne mortificata remaneat. Et poſt hoc projicias ſuum phlegma cum omnibus ſuperfluitatibus, & tunc habebis ſubſtantiam terream benè diſpoſitam per humiditatem & calorem, ſine ſeparatione unius ab altera, & totam converſam ad naturam aeris, quod ligamen factum fuit per dictam aquam, quæ eſt medium ſicci & humidi, & inceratio naturæ vocatur, aut naturalis, eo quod natura facit eam per generationem & vivificationem rerum mortificatarum, quando per ſublimationem conterminat ſiccum cum humido, & econverſo. Hæc enim mixtio eſt naturæ, quia cum igne fit, & ſine illo non. Ideo neceſſe eſt, quod de multum ſubtili terreſtri, & fortiter digeſto ac ſubtili calore aereo ſulphur ſit compoſitum, ſicut in vaſe naturæ; in quo dictum

humidum & dictum terreſtre ſimul miſcentur ſubtiliter, & pe
minima, & inſenſibiles petas, ſic ut minimum terreſtris ſicci &
minimum humidi ad quantitatem unius grani de uno,& ad quan
titatẽ ſimilem de alio congregentur ſimul,tali modo, quod unum
nec aliud ſeparetur à partibus generis ſui, ſicut per eorum ſubli
mationem apparet manifeſtè. In qua certa & approbata experien
tia videtur,quod hoc totum volat & aſcendit,vel in toto remane
inferius. Et ſic per artem invenitur, quod nulla partium ſepara
tur ab altera, poſtquam natura hæc colligaverit cum majori &
minori,& cum magna & miraculoſa ſolicitudiṅe. Fili,hoc totũ fi
in prima noſtri lapidis creatione, & eſt alterarum rerum mixtio
alias vivorum argentorum alterorum unio,quæ poſſunt colligar
in eſſentiali ſpiritus quintæ unitate eſſentiæ per alterationem
adeo quod nunquam poſtea ſeparabuntur à ſuis homogeneitati-
bus,ſicut poſtea videbitur per experientiam ſublimationis, qua
poteſt aggregare hoc,quod de uno genere eſt. Poſtea non debes
ignorare, quod neceſſe eſt,ut medicina noſtra de una natura &
uno genere componatur & componi debeat.

Quomodo ſublimatio ſeparat purum & mundum ab impuro & immundo, per ſubtilitatem ingenii artis & naturæ. Et quomodo debes intelligere animam. Et quid eſt anima.

CAP. XLIX.

POſtea fili ſublimatio noſtra ſeparat totum purum & mundum quod collectum eſt Mercuriali unitate, à fecibus groſſis, terreſtribus & immundis. Et ideo tibi neceſſe eſt legere,ſcrutari,& multis conſiderationibus rationalibus ſtudere ſuper iſto regimine, quia hic eſt totum periculum, & utilitas tota,totumque magiſterium,ſcilicet,puerum noſtrum informando, ac animam in corpus ejus inſpirando cum humore & calore veri luminis & clari quinti, quandoquidem tunc videbis transmutari materiam de colore in colorem,nec intellige, quod hoc vi fieri debeat,ſed per ingenium & ſubtilitatem, quas à natura debes intelligere,nam per ipſius ſapientiam habet natura multam ſolicitudinem habendi, & deportandi materiam ad ſuam perfectionem. Quare ſi omni tempore deſideras opus invenire per naturam, adminiſtra ſemper naturæ diſponere ſuam materiam cum ſcientia tota in igne, ſecundum quod natura eum diſponere requirit & petit. Nam tunc ſuum proprium faciet debitum,quia format, collocat, & permutat materiam & non tu, quando eum reperit, quod per artem reſpectu principiorum naturaliũ ſibi appropriato ſtabilitata eſt & præparata materia,tunc natura per ſolicitudinem & intelligentiam in obedienda materia totam perficit materiam. Et ſicut nihil habes age-

bes agere nisi administrare naturæ, eo quod nulla forma excepta anima est movens materiam secundum proprium suum actum, & sine motu res non potest generari. Et ideo ab anima totus provenit effectus. Non quod intelligas quod hoc sit secundum quod sit organicum corpus philosophicum, & habeat potestatem vitæ in animalibus, sed sicut opetator est in artificio suo. Et ideo fili hæc anima non est virtus sexta, sed est virtus quinta quatuor elementorum, quæ supra resultat, & de puriori essentia quatuor elementorum. Et ideo in sphæra ignis quiescit, & ibi habitat per continuum motum, & causa sui motus est ejus calor excitatus naturalis per ignem simplicem elementalem, sicut in eodem gradu. Custodi ergo ipsum ne exeat præ calore nimio, & habeas eum in amore.

Quomodo naturæ elementales exeunt à masculo & fœmina ad faciendum generationem.

CAPUT L.

CUm autem fili de quatuor naturis supra dictis duæ à masculo, ac aliæ duæ à femella dependent, unde vis est quod in simul habeant pati in mutatione suarum naturarum tantum, donec supra dicta virtus quinta ponet ea in vera concordantia, & ligatura cum eis per talem ligam, quod nunquam ad finem termini suæ mixtionis, aut per se aut per aceedens separatur ab eo quousque per corruptam separationem edictæ virtutis venit ad finem termini suæ commixtionis, & sit de toto separata, dissoluta, & deligata à toto composito. Et tunc elementa potentiam non habent se retinendi, sed separata remanent, & disligata elementariè unum ab altero, quando eorum ligamen, hoc est virtus quinta prædicta separata & dissoluta est ab eis, tanquam res confusa & desolata, quæ suum gubernatorem amisit. O vos pueri filii doctrinæ deauratæ, notetis hanc nobilissimam virtutem, si vultis quatuor elementa simul per unitatem ligare, quia sine illa mixtio vera aurigraphiæ neque unio fieri potest ipsorum. Et cum ista fit suo temperamento quod ex nobili concordantia nascitur cum propria mensura descendente à superiori natura, quæ natura habet in se philosophiam & scientiam septem artium liberalium, quibus operatur. Quoniam ipsa in se portat omnem Geometricam formam, & omnem rem terminat virtute Arithmeticæ suæ per æqualitatem numeri certi, & per notitiam Rhetoricalem, intellectum suum ducit de potentia in actionem. Vos ergo filii doctrinæ, debetis hoc instrumentum cognoscere, si scire velitis & experientia certa videre virtutes influxas, & reinfluendas, tam naturæ sapientia, quam artis sagacitate in suis compositis.

De intentione, per quam fit unio quatuor elementorum. Et quomodo potest fieri, & quando, & quare est factum.

CAPUT LI.

ANtequam facias fili unionem ſpiritualium elementorum, opus eſt ſcire, quod per intentionem fixandi ea velis unire a finem, ut iſta unitas fixari poſſit quouſque ipſa reſiſtere poſſit co tra bellum ignis. Fili ignis eſt proprietatis talis, quod nulla rem corruptionem habentem pati poteſt, imo ipſam omnino f cundum ejus potentiam annihilat, cum ſua proprietate veli quod nulla corruptio poſt eum ſit, per differentiam magnæ co trarietatis, quæ eſt inter proprietatem ignis, & impuritatem ali rum elementorum. Ideo fili neceſſe eſt tibi, quod primò habea elementa præparare cum purgatione philoſophicali, quouſque t habeas illam puram naturam, quæ puro elemento eſt appropriat & primæ rei à centro ipſorum extractæ in forma cryſtallina cla ra & reſplendenti, & hic, id eſt, illud elementũ, ignis dicitur, qui e incorruptibilis, per quem dicunt philoſophi, quod corpora reſo vuntur in argentum vivum quem auferre ſapientia eſt. Qui jam tibi diximus in capitulo formæ majoris, quod terra quan calcamus non eſt purum elementum, ſed elementatum à ver quinto elemento, quia in ſuo centro reperta eſt virgo & verum virgineum elementum & ſic de aliis elementis intelligere debe Hic iterum tibi dicimus, quod omne illud, quod non erit de pur elementorũ natura comburetur, & ex toto annihilabitur, & tun ipſa elementa pura, clara, & munda remanebunt, & terra reſplen dens clarior cryſtallo. Et hanc purgationem faciet ſupremu creator quouſque magnus mundus in ſuam primam rem con vertetur, ſcilicet, omnia elementa in ſuam primam eſſentiam quæ poſtea ignem cœli non timebit, quia tunc motus naturæ ſu premæ in ſemet remanebit absque aliqua corruptione. Sic fil opus tuum habes huic operi aſſimilari, quod nominatum eſt mi nor mundus, purgationi magni mundi quouſque motus eju absque aliqua corruptione permaneat. Et tunc amplius non ti mebit ignem, ſed ſimul omnia elementa magno quieſcent amo re. Vide igitur quantum creatori ſummo tenearis, qui tibi dedi eſſe ad ſalvandum te, & talia tibi demonſtravit ſi ea videre vi aut habere. Ideo fili ſcito cum nulla res imbuta corruption poſſit pati vel tolerare ignem, nec ignis in ſe pati corruptionem oportet, quod lapis mundus magiſtraliter trahatur ſeparatus a omnibus immunditiis & fœtulentiis corruptibilibus, antequam præſumas eum fixare, quouſque ſit natura pura, quæ eſt res pur elemento appropriata & primæ rei.

Quo

Quomodo tota ſubſtantia lapidis eſt impregnata igne ſpiritus quintæ eſſentiæ. Et de gummæ philoſophorum.

CAPUT LII.

SCias fili, quod ſubſtantia lapidis noſtri eſt tota pingvis & igne imprægnata, in quo movetur, & eſt abſconditus ſpiritus quintæ eſſentiæ, & ibi habitat, ſcilicet in ſphæra ignis, cum lapis noſter qui eſt ſpiritus quintus eſt totus igne plenus, & eſt in omnibus quatuor elementis diviſis, vel non diviſis, & in omnibus habitat draco, ſcilicet ignis, in quo eſt lapis noſter aereus, hæc proprietas eſt in omnibus mundi compoſitis. Et ideo dictum eſt, quod lapis noſter eſt in omnibus compoſitis mundi, & per totum mundum per illos qui benè intelligunt, ſed differentia eſt inter lapidem, & lapidem. Nam temperamentum fieri non poteſt, niſi per fermenta, quæ habent neceſſario fixare lapidem, poſtquam verſus eſt in naturam metalli, ſcilicet ſulphur & argentum vivum, & non exit fermentum de hoc vel hoc, ſed de ſole & luna tantum. Cum nihil petimus, niſi quod lapis convertatur in ſuum ſimile, quia de ipſis eſt totum temperamentum, nec fermentum eſt antequam dicta corpora in ſuam primam materiam convertantur. Nam convenit, quod de oleo & multum ſubtili terra fermentum ſit componendum, ſimiliter & medicinam per inceration em naturalem ſolutionem & indurationem, quouſque ſit tanquam ſubſtantia una gummoſa. Et hæc gumma potentiam habet convertendi ad ſe omnem aliam rem, cui adjungetur. Fili hæc gumma eſt noſtrum compoſitum fermentum, & ſimiliter medicina, quæ poteſtatem habet convertendi poſt ſupremam medicinam, quæ poſtea formata eſt de dicto fermento compoſito. Et dicta noſtra fermenta ſimplicia ſint noſtra prima olea, de quibus compoſita noſtra fermenta facimus, quæ ſunt magni valoris medicinæ. Quare niſi ſcias duo corpora perfecta ad primam ſuam naturam reducere, non poteris ulla fermenta compoſita habere.

De virtute univerſali, qua ſeparat elementa, & qua conjungit ea & unde illa eſt creata in univerſali cognitione.

CAP. LIII.

CErtum eſt fili, quod quædam virtus influxa eſt in omnibus elementatis corporibus, quia ſine illa eſſe non poſſent, ſed in homogeneis rebus terminatis dicta remanet virtus in mineralitate perpetua, & eſt illa, quæ omnem calorem habet pati, ratione ſuæ perfectæ decoctionis in forma humiditatis liquoroſæ. Et ideo neceſſe eſt, quod de metallis perfectis eam trahes, quia de ipſis

venit noſtræ perfectionis terminatio & claritas quinti luminis. Hanc igitur virtutem extrahes per ſimilem virtutem, quæ eſt in rebus crudis non terminatis per extremitatem, ſed terminatis tantummodo à mediocritate, à quibus ſeparabis aquam, ignem, aerem & terram, & iſta quatuor elementa cruda ſunt imprægnata ſimili virtute, ſed magis cruda per ſuorum vaſorum materiam & ratione potentiæ ſuæ naturæ crudæ, debes attrahere naturam magis coctam, calidam, & humidam & aeream ſubtilem, quæ ingenio naturæ congelata eſt in ſpeciem & naturam metalli in ſua propria minera influxa. Nam iſta eſt magis propinqua naturæ, quam prima, quia magis propinquè deſcendit à forma formarum, quæ nullo tempore adjungit ſe nec convertitur in formam metalli, neque faciet, quouſque habeat in ſua natura cruda & pontica, & amarum metallum, & quod illud crudum paſſum fuerit cum cocto, & econtra coctum per crudum. Et tali modo, fili velis antiquam formam recipere cum omnibus ſuis partibus ſubſtantialibus, quia hæc eſt vera ſpecies & pura natura claritatis veræ, & per novam velis eam confortare, vel ejus augmentare vires per cœleſtis influentiæ adminiſtrationem. Nam opus eſt, quod natura juvetur à natura & inferior ſuperiori indiget, ſicut materia femellæ indiget confortatione: & quod perficiatur à materia maſculi ſui, ſicut diximus, quod virtus maſculi temperata in calore & humore, temperat ac confortat virtutem paſſivam, ad retinendum germinoſam virtutem, & rumpit, & ducit omnes frigiditates ſuas exceſſivas, ad remotam regionem per ſuum appetitum in virtute cœleſti, quæ dicitur forma, & mater formarum, deſcendens in virtute conjuncta cum propinquiore natura metalli, cum ſua virtuoſa & ſubtili influentia, implendo formas medias, ſecundum genus & formam materiæ, cum complexione veriſſimi amoris. Nota ergo fili has tres virtutes. Prima enim deſcendit à primo motore, aut à motu ſtellato, & ſuis figuris. Et iſtam in noſtro teſtamento nominamus primam formam formarum. Hæc eſt prima forma, per quam inferiores materiæ transmutantur de forma in formam tantum per curſum & inſtitutione naturæ. Et de iſta forma natura ſatis habet ad formandum, & ponendum, de potentia in actum ſua prima compoſita per materias elementorum. Et iſta forma non poteſt obediens eſſe arti, Secunda virtus eſt virtus infuſa in materiis elementalibus compoſitis, quam trahere ab illis materiis opus eſt tibi in quibus eſt, per modum convertendi genus ſuum ad primam ſuam naturam, vel appropinquandi, quantum eſt poſſibile ſuæ primæ rei, & hæc eſt arti ſufficiens, quia materialis eſt. Et in hoc puncto ars non poteſt aſſimilari naturæ, quia dare non poteſt formam ſubſtantialem rebus, ſicut facit natura per ingenium ſuæ nobilis

operationis,& intentivæ. Et ideo neceſſe eſt arti,quod ad naturam recurrat ad obtinendum de ſuis ſubſtantialibus formis,quas jam creavit,ad formandum unum corpus cum tali potentia, quod mas ipſum nunquam teneat: & docere te, quomodo poteris illud corpus trahere à ſuis compoſitis creatis,& tibi oſtendere ſuam creationem,qualiter convertit materiam de potentia in actum generationis. Artiſta igitur, fili, ſubtilis habet multum inſpicere, qualiter operatur natura,ut per artem ei aſſimilari valeat, & eam inſequi, quantum eſt poſſibile, & illud quod non eſt poſſibile, quod per ingenium intellectuale ſciat ſupplere ad reſpectum naturæ,ſi rem noſtram deſiderat,quæ perficitur per naturam, & illa ſimpliciter naſcitur de tertia virtute, quam intelligere potes per ſecundam. Et quamvis dixerimus,quod ſunt tres formæ, non eſt tamen, niſi una tantum ſola, quia non accipit finem terminationis,niſi per naturam ſui generis,in qua per curſum naturæ influxa eſt & capta & condenſata per illam in formam ſubſtantialem,ſine qua nulla res mundi poteſt vivere. Et ad hoc faciendum intelligere nos fortificamus ad aperiendum intellectum humanum,ut ſciamus,quod dicta virtus eſt influxa humidis radicalibus,quę ſunt imbuta in partibus eſſentialibus rerum compoſitarum Mercurialium, & elementorum purorum, & non purorum, quia de dicto humido factæ ſunt omnes partes eſſentiales omnium Mercuriorum,& omnium, quæ in mundo ſunt. Et per hanc omnia,quæ habent crementum & nutrimentum,creſcunt & nutriuntur. Fili generaliter tibi loquimur in omni re, & ſi intelligas ea,quæ tibi revelabuntur, ea tene ſecreta. Nam talis eſt hæc virtus, quod ſine ipſa non poſſis ligare, nec ſolvere, formare, transmutare,lavare,deſiccare,calefacere, humectare, neque animam corpus ponere, per hanc autem elementa ligantur. Et niſi fili per theoricam naturas intelligas, nullo tempore per practicam ſcies opus tuum corrigere,nec eorum menſuras intelligere,ſed potius in errorem cades, deviando per punctum contrarium,qui jacet in caſu fortuito.

De natura menſtrualis fœtentis, in qua eſt ignis contra naturam. Et de re,qua corrumpit totam naturam.

CAPUT LIV.

POſt hæc fili volumus tibi revelare naturam menſtrualis fœtentis,in quo ignis contra naturam eſt,qui totum lapidem noſtrum in quendam draconem transmutat fortem, guttoroſum, qui ingroſſat & imprægnat matrem ſuam. Et dicimus, quod natura ipſius eſt in ſua nativitate prima in complexione frigida & ſicca in quarto gradu,& ſubſtantia ejus eſt pontica: ſed per ſuas digeſtio-

nes & decoctiones de natura in naturam mutatur & de ſapore in ſaporem. Nam cum materia ſubjectum ſit transmutationis, ſtatim ipſa per ſuum proprium numerum in ſe contrarietatem recipit. Et ſic etiam movens ſecundum id, in quo licet contrarietatem poſſedit, contrietatem transmutationum, ſecundum contrarium captum illius entis, à quo movetur contrarietas. Nulla res aliam corrumpit, niſi illa, quæ ſuperat aliam in qualitate contraria, ſicut eſt calor & frigiditas. Et niſi ſit ejusdem generis, ſicut calor tolerabilis & intolerabilis deſtruens naturalem ſenſum. Et ideo parva flamma citò devaſtatur per majorem, ratione ſuæ excellentiæ magnæ, quam habet contrà illam. Nam humidum, quod magno tempore nutriret ſuam parvam flammam ac longius, comburitur & conſumitur parvo tempore per magnam flammam, & tunc aboletur parva. Et ſic tibi ſit revelatum, quod omnes res naturæ in uno momento factæ ſunt, in uno momento corruptæ. Et poſtea in alio momento conſtant & ſunt, quoniam omnes contrarietatem habent, & in illa contrarietate aliæ res ſunt excellentes, & ſunt omnes unius generis, & aliquæ aliæ omnino contrariæ, & in omnibus tamen hoc ſuperantur virtutibus. Et ideo in eis operantur continuatim in illis, & continuatim patiuntur, quare potes intelligere lapidis noſtri corruptionem per vitæ noſtræ abbreviationem longitudinemque & durationem ejus, ſecundum complexionem aeris continentis. In hoc magiſterio fili duobus aereis indiges, unus eſt temperatæ complexionis, & per iſtum lapis noſter generatur, quia in eo virtus vivificativa, quæ eſt ſicut inſtrumentum animæ ad corpus. Alius aer eſt complexionis non temperatæ, ſicut ponticitas terreſtris acuta & amara tibi certificat. Quare tibi ſit revelatum, quod de natura frigida eſt in quarto gradu, & calida in primo: frigiditas eſt cauſa ponticitatis. Caliditas verò cauſa eſt amaritudinis & acuitatis, per quam acuitatem fœtet & pungit multum, & habet virtutem aperitivam & inciſivam, ſicut apparet per ſuæ actionis potentiam. Nam illud, quod pungit & penetrat, facit unum ab altero ſeparari, & comminuit & corrodit. Et ideo potes cognoſcere, quod res acutæ inter alios ſapores, qui ſunt de caliditate cauſati, ſunt magis calidæ, quam aliæ, quia nullam poſſunt impreſſionem facere talem, ſicut fecit illa, quæ à caliditate excellenti procedit. Et ideo talis res ſic complexionata per ſuum calorem poteſt ſemper diſſolvere & reſolvere humidum, & in vaporem convertere, & illud putreſcere, virtute caloris innaturalis, vel ejus impreſſione, quæ quidem à noſtro argento vivo venit, cujus amaritudo deſcendit à natura lapidum, & eſt acuitati vicina, quia rodit & pungit, ſicut acutum ponticum, ſed non ita profundè. Et ideo reputata eſt ſubſtantiæ groſſæ, prout aliàs patet experientia. Nam quãdo calidum

acutum

acutum incorporatum cum amaro in forma aquæ humidæ, ingreditur magis profundum corporis dissoluti, & corpus si sit continuatum in partibus humidis impediunt partes grossas salis, quæ non possunt intrare corpus cum calido acuto. Et ideo cum sit sequestratum à suo loco, non potuit humidum habere, in quo possit continuari, sed capit se ad congelandum in profundo sui vasis, & remanet metallum dissolutum, & impræ gnatum à calido acuto in forma aquæ, unde exit nostrum arg. vivum, id quod ab eo est dissolutum. Ratio quare sal apponatur, est ad extra trahendum ignem contra naturam, qui lapidem nostrum corrumpit. Alia ratio est, quia absterssivum est, & mundificativum unctuositatis. Indiges tamen conservare pondus, quia non expedit, quod amarum superet calidum acutum, ut non impediat nostri lapidis putrefactionem. Quia nullum animal potest generari per ineptitudinem & inhabilitatem suæ putrefactionis. Natura animalis, quæ est in nostro menstruali, talis est, quod mortificat & obscurat omnem rem, & obumbrat atque denigrat aerea nostra omnia, & omnem animatam rem corrumpit, & desiccat res virides, & humidas naturales, quæ sunt generatæ, aut in via generationis, acerbat res dulces, solutas, & reincrudat res coctas & terminatas, & facit de calido frigidum, de sicco madidũ, de duro molle, de ponderoso leve, de grosso subtile facit. Et hæc omnia facit à propria natura sua prima per operationes suas certas. Item alias potentias habet meliores, quia vivificat omne mortuum, omne nigrum dealbat, omne animatum generat, res siccas humectat, hæc à combustione conservat, dulcificat & dulcescit res agrestes, humidas & frigidas lenit, res siccas, amaras, & calidas mollescit, & in temperatam complexionem portat, & reincrudatam in majorem decoctionẽ ducit, de frigido calidum facit, de sicco humidum temperatum, de levi ponderosum cum mediocritate, de subtili facit grossum, quod cum simplo participat, simplex condensat, rarificat spissum, & sic operationes contrarias habet quæ sunt operationes naturæ. Nam quando congelatum est congelat, quando dissolutum est dissolvit congelatum. Non mirum ergo fili, si virtus talis menstrualis ponatur in corde tuo, & diligenter perquiratur, cum sit generatrix & gubernatrix totius naturæ. Et ista est res vilis, quæ per seipsam vertitur in rem nobilissimam, mirabilem ac preciosissimam, quam rem non credidissemus, nisi vidissemus ejus effectũ. Nota, quod hæc virtus recipit animationem & finem à suo elemento. Et super hoc videas capitulum in nostra practica, quando dicemus de corpore & spiritu, simul dando exemplum de generatione humana. Et de ista dicemus adhuc in capitu. 27. & alibi in 48. & 49. ante Sed spiritus secretus. Quoniam ibi intelligitur de proprietate indurationis menstrualis, quæ participat inter duas

Unguentum, quod colorat & tingit & fundit, & facit fluere omne arg. vivum ſuæ ratione perfectionis, quam acquiſivit per dictam digeſtionem, quia in eo frigidū converſum eſt in calidum, ſiccum in humidum, ponderoſum in leve, quodlibet per ſua media, & quilibet per ſuum motorem. Fili ſi neſcis differentias, quæ ſunt inter calidum & frigidum, maſculum & fœminam. nunquam ſcies opus noſtrum facere. Scias, quod nihil poteſt naſci niſi ex fœmella & maſculo, nec aliquod germen generari niſi ex calore & humiditate. Fortitudines appetitivæ ſunt maſculinæ calidæ & ſiccæ, & ſunt ignis coagulantis. Retentivæ ſunt etiam maſculinæ, frigidæ & ſiccæ, & ſunt terra. Et fortitudines mundificativæ, aut digeſtivæ, ſcilicet alterantes ſunt fœmellæ calidæ & humidæ, & ſunt aer. Fortitudines expulſivæ ſunt ſimiliter fœmellæ frigidæ & humidæ, & ſunt aqua. Et quinta fortitudo vita eſt infantis noſtri, quæ amplius non eſt alicujus qualitatis, ſcilicet frigiditatis, humiditatis, ſiccitatis, & caloris, quia non amplius calida, ſicca, frigida, nec humida, neque fœmina, vel maſculus. Fili noſter infans habet duos patres, & tot matres, ideo delicatè nutritus eſt ab eorum tota ſubſtantia, regnat & regnabit in mundo, nec morietur. Fili fortitudines appetitivæ ſunt calidæ & ſiccæ, & ſunt illæ, quæ attrahunt, tingunt, & colorant, formant colores ſine ſeparatione vel alteratione, & iſtæ exeunt ab igne, qui eſt eorum pater. Fortitudines retentivæ, frigidæ & ſiccæ ſunt illæ, quæ adjungunt colores corporibus, & ea mollificant ligando forti vinculo dictas tincturas ſine ſeparatione aliqua. Fortitudines digeſtivæ, mundicativæ, ſunt illæ, quæ mundant & lavant immunditias corporum, & de ipſis extrahunt primam naturam & ipſam ardentem, accenſam, & illuminatam conſtituunt & ordinant, quia ſunt calidæ & humidæ. Fortitudines expulſivæ, frigidæ, & humidæ ſunt illæ, quæ expellunt vitia mundi, & quando ſit opus, ipſa transmutant corpora inter ſe ſimul, quouſque in illorum crudam naturam transierint, & poſt, quando quodlibet elementorum, omnia verſa ſunt in unum. nunquam ſeparabuntur neque dividentur. Et ſicut quodlibet ipſorum fuit in corpus redactum totum, ſic etiam in corpus vertitur, & ſic per artem ſe componunt, & in unum addunturtur, & adjunguntur eorum naturæ. Quinta verò virtus eſt illa, quæ totum facit, & omnia ducit & conducit ad finem ſuæ compoſitionis, & eſt ſpiritus quintæ eſſentiæ per naturam influxus in compoſitorum ſubſtantias ad finem, quod ſua virtus per artem ſit reflexa, & infixa in ipſis corporibus.

Quomodo lapis ſortitur diverſa nomina per ſuos diverſos effectus.

CAPUT XLVII.

FIli, quando voles noſtrum magiſterium incipere, non opereris, niſi

niſi de naturis melius lucentibus. De quibus naturis melius lucentibus minor mundus creatus eſt, quas tibi nominabimus per ſuas proprietates. Scias ergo fili, quod ſulphur eſt ignis, & magneſia eſt chariſſima noſtra terra, & ſecundariè eſt aër noſter, & argentum vivum eſt aqua noſtra viva, quæ fluit & currit per totum corpus. Sed ſpiritus ſecretus eſt aqua ſecunda, à qua omnis res habet accipere nutrimentum, & omne germen, vegetationem, & omne lumen illuminationem debet habere. Si autem operationem deſideras facere magiſtraliter, & per artem ſine falſo, neceſſarium eſt, quod in coæqualitate naturali ducas omnes iſtas naturas, ſcilicet calidum & frigidum, humidum & ſiccum maſculum & fœmellam magiſtraliter. Ex hac conjunctione patet principium generationis lapidis, & poſtea nutries per aquam, quæ ſecum portat in illa lumen & vitam, ac ſpiritum, coquendo æqualiter opus tuum cum reſidentia, conſtantia, exiſtentia, atque compone iſtud ſecundum compoſitionem illorum, de quibus vult componi, ſcilicet, ſol & luna, & Mercurius noſter. Fili de diverſis naturis fundatur noſtrum compoſitum, quoniam corpus & quantitas ipſius à melancholia fiunt, tunc ignis, qui eſt cholera rubea compoſitus & additus eſt cordi vel epati ad benè dirigendum illud, quod ad cor venit, poſt hanc digeſtionem materia per ignem digeſta eſt expulſa & truſa ad epar, cui additur aër, qui eſt ſangvis fluens & decurrens per omnes venas corporis, & tunc apparet color, quando in rubeum totum verſum eſt. Et aqua, quam phlegma vocamus, poſita eſt in pulmone, & aſcendit in lingua, & aliis oris inſtrumentis. Sic fili opus eſt tibi, quod per ſcientiam & menſuram artis, addas naturas, quouſque corpora facta ſint ſpiritus per fortitudines accidentales introductas in curſu philoſophiæ noſtræ per artem magiſterii. Adde ergo duas naturas, quousque traxeris totam naturam puram & lucentem, atque claram. nam de illis duabus debet una clara naſci, quæ totum genus ſuum illuminare debet. Cuſtodi tamen corpora in ſuis liquefactionibus, quando eris in opere, noli tranſcendere menſuram, quam ſigna naturæ tibi monſtrabunt in qualibet decoctione, quia natura in naturam mutatur, quouſque corpora in eo remaneant permanentia ad liquefactionem, & ad fuſionem, propter permanentiam materiarum fixarum, quæ ſunt noſtra ſecreta benè temperata & humida, in quibus corpora verſa ſunt, per artem magiſterii, & ſunt ungventa, olea, fermenta, & animæ, & ſoles, qui lucere non ceſſant ſupra terram noſtram, atque radiare, quare laborare oportet te, in attenuatione naturæ, ad formandum corpus philoſophiæ, quouſque ſit aqua clara, quæ aqua vocatur aqua ſapientiæ, nam tota eſt aurum & argentum, delata in actionem elementorum ſpiritualium,

tualium, in quibus quiescit & gaudet quintæ essentiæ spiritus, qui totum facit.

Quomodo Artista & operator debet custodire naturam spiritus quintæ essentiæ sicut formam formarum. Et quomodo debet illam intelligere. Et de mensura ignis.

CAPUT XLVIII.

1 Deo fili necessarium est tibi custodire naturam spiritus quintæ essentiæ, si vis aliquid facere, quæ quidem à prima causa dependet, sicut forma formarum, quæ posuit se in dictis quatuor naturis honorabilioribus, & est nominata anima elementorum, lumen clarum, & spiritus quintæ essentiæ. Et quia omne formatum substantiale immediatè descendit ab ista causa proxima quinta, & nos clamamus eam matrem matrum omnium aliarum formarum. Fili non debes intelligere, quod hæc forma & spiritus sit nec calidus, frigidus, siccus, nec humidus, nec masculus aut fœmella, sed intellige, quod causa magnæ perfectionis ejus attingit ad quamlibet earum quatuor naturarum, nam sine spiritu isto non esset complexio in aliquo complexionato, sicut manifestè cognoscimus & videmus cum certa experientia in ligamento & complexione quator elementorum, quæ quidem contraria qualitate sibi ipsis repugnant, quia repugnantia dictorum elementorum contrariorum non possent concordare quod in unum redirent, nisi esset illud nobilissimum medium, quod confusè per omnia vadit elementa, & in qualitate suarum naturarum participat. Idcirco fili, si istud vis cognoscere, illud est quod ponit inter inimicos pacem, & ad illud convenit attendere, & gratia exempli, aër & aqua sunt inter duos inimicos, aër inter calidum & frigidum, & aqua similiter cum sit inter humidum & siccum, scilicet inter aërem & terram. Et ideo quando volumus, quod siccum convertatur in humidum capimus instrumentum quod est in aqua, quæ quidem participat per humidum humido radicali, scil. vapori humiditatis aëreæ discordante à suo phlegmate aquatiço, in quo spiritus quintus delatus est, sine quo vapore, qui est materia nostri germinis deportati in suo phlegmate, quod descendit à dicto genere generalissimo, non posset congelari. Ideo tibi dictum est, quod benè scias substantiem aëream disponere lapidis nostri, & substantiam terræ ejusdem lapidis, quæ est sua mater, quosque sint absque separatione benè conjuncti. Fili substantia aërea est materia nostri germinis, quæ alio modo aqua nominatur permanens, humiditas cujus multum calida est, quia induta est proprietate ignis naturæ, & ideo opus est, quod scias eam disponere & cognoscere, supra quam terram debes eam congregare. Nam ibi est vis tota,

omnes-

omnesque virtutes ibi jacent noſtri lapidis. Nam ſi ſubſtantia germinis eſſet congelata & converſa in ventre matris ſuæ, quæ eſt vas naturæ expirata aeritate, quæ ſuæ participat eſſentiæ per vim excitativi caloris, germen ſine anima remaneret, nec amplius haberet pulſum, neque motum alicujus ſpiramenti. Et ſic ad modum terræ mortificaretur in albo colorato, quæ indigeret ſpiritu vivificativo, ſcil. aere, in quo omnis res vivificatur & inſpiratur.

Quare terra noſtra absque ſpiritu iſto non portaret aliquem fructum, nam iſte ſpiritus eam perficit. Velis ergo fili aeritatem volatilem in terra ſua congelare, amoroſo nutrimento ignis appropriati, ſicut infans inter brachia matris ſuæ, videlicet, quod dictus ignis ſit in iſto gradu proportionatus quod vim ſpiritus calidi & humidi non ſuperet. Nam ipſius ſpiritus natura calida citò reſolveretur per ignis improprii flammam, ſicut virtus magnæ flammæ virtutem parvæ annihilat. Et debes in hoc caſu aſſimilare naturæ, ſcilicet, quod non capias de igne elementali in generatione rerum naturæ, niſi inquantum indigebis ad proportionem excitationis ignis naturæ, qui movetur per totam materiam. Et de tali ſimilitudine natura, in qua eſt virtus generativa, eſt tua directrix & magiſtra. Quare ſcias eam intelligere. Nam ipſa magna ſapientia proviſa, & magna ſolicitudine in ſuo naturali opere non capit de igne elementali, niſi tantum, quantum indiget ad informationem ſuæ materiæ. Sic fili debes tu facere, ſcilicet, ſpiritum humidum dictum infigere in ſuam terram, & ſuaviter deſiccare per calorem, quem nominamus eſcateſim, ipſe enim patitur ſenſum naturæ, quia ſufficit ei, quod ſiccitas terræ ſuſtentetur per ſiccitatem multum debilis ac tenuis ignis. Et cum toto hoc per calorem ſubtilem dicti ignis ſua ſibi natura excitetur, absque transgreſſione virtutis illius, quia per illam ſpiritus calidus ad profundius honorabilis materiæ penetrat & intrat, ſicut anima corpns intrat hominis ad vitam dandum. Fili, hæc eſt veriſſima ſubſtantia aerea, quam debes per ingenium naturale cogere, & eam in corpore fixare, ne mortificata remaneat. Et poſt hoc projicias ſuum phlegma cum omnibus ſuperfluitatibus, & tunc habebis ſubſtantiam terream benè diſpoſitam per humiditatem & calorem, ſine ſeparatione unius ab altera, & totam converſam ad naturam aeris, quod ligamen factum fuit per dictam aquam, quæ eſt medium ſicci & humidi, & inceratio naturæ vocatur, aut naturalis, eo quod natura facit eam per generationem & vivificationem rerum mortificatarum, quando per ſublimationem conterminat ſiccum cum humido, & econverſo. Hæc enim mixtio eſt naturæ, quia cum igne fit, & ſine illo non. Ideo neceſſe eſt, quod de multum ſubtili terreſtri, & fortiter digeſto ac ſubtili calore aereo ſulphur ſit compoſitum, ſicut in vaſe naturæ; in quo dictum

humidum & dictum terreſtre ſimul miſcentur ſubtiliter, & pe
minima, & inſenſibiles petas, ſic ut minimum terreſtris ſicci &
minimum humidi ad quantitatem unius grani de uno,& ad quan
titatẽ ſimilem de alio congregentur ſimul,tali modo, quod unum
nec aliud ſeparetur à partibus generis ſui, ſicut per eorum ſubli
mationem apparet manifeſtè. In qua certa & approbata experien
tia videtur,quod hoc totum volat & aſcendit,vel in toto remane
inferius. Et ſic per artem invenitur, quod nulla partium ſepara
tur ab altera, poſtquam natura hæc colligaverit cum majori &
minori,& cum magna & miraculoſa ſolicitudiné. Fili,hoc totũ fi
in prima noſtri lapidis creatione, & eſt alterarum rerum mixtio
alias vivorum argentorum alterorum unio,quæ poſſunt colligari
in eſſentiali ſpiritus quintæ unitate eſſentiæ per alterationem
adeo quod nunquam poſtea ſeparabuntur à ſuis homogeneitati
bus,ſicut poſtea videbitur per experientiam ſublimationis, qua
poteſt aggregare hoc,quod de uno genere eſt. Poſtea non debes
ignorare, quod neceſſe eſt,ut medicina noſtra de una natura &
uno genere componatur & componi debeat.

Quomodo ſublimatio ſeparat purum & mundum ab impuro
& immundo,per ſubtilitatem ingenii artis & naturæ.
Et quomodo debes intelligere animam. Et
quid eſt anima.

CAP. XLIX.

POſtea fili ſublimatio noſtra ſeparat totum purum & mundum
quod collectum eſt Mercuriali unitate, à fecibus groſſis, terre-
ſtribus & immundis. Et ideo tibi neceſſe eſt legere,ſcrutari,& mul-
tis conſiderationibus rationalibus ſtudere ſuper iſto regimine,
quia hic eſt totum periculum, & utilitas tota,totumque magiſte-
rium,ſcilicet,puerum noſtrum informando, ac animam in corpus
ejus inſpirando cum humore & calore veri luminis & clari quinti,
quandoquidem tunc videbis transmutari materiam de colore in
colorem,nec intellige, quod hoc vi fieri debeat,ſed per ingenium
& ſubtilitatem, quas à natura debes intelligere,nam per ipſius ſa-
pientiam habet natura multam ſolicitudinem habendi, & depor-
tandi materiam ad ſuam perfectionem. Quare ſi omni tempore
deſideras opus invenire per naturam, adminiſtra ſemper naturæ
diſponere ſuam materiam cum ſcientia tota in igne, ſecundum
quod natura eum diſponere requirit & petit. Nam tunc ſuum
proprium faciet debitum,quia format, collocat, & permutat ma-
teriam & non tu, quando eum reperit, quod per artem reſpectu
principiorum naturaliũ ſibi appropriato ſtabilitata eſt & præpa-
rata materia,tunc natura per ſolicitudinem & intelligentiam in
obedienda materia totam perficit materiam. Et ſicut nihil ha-
bes age-

bes agere nisi administrare naturæ, eo quod nulla forma excepta anima est movens materiam secundum proprium suum actum, & sine motu res non potest generari. Et ideo ab anima totus provenit effectus. Non quod intelligas quod hoc sit secundum quod sit organicum corpus philosophicum, & habeat potestatem vitæ in animalibus, sed sicut opetator est in artificio suo. Et ideo fili hæc anima non est virtus sexta, sed est virtus quinta quatuor elementorum, quæ supra resultat, & de puriori essentia quatuor elementorum. Et ideo in sphæra ignis quiescit, & ibi habitat per continuum motum, & causa sui motus est ejus calor excitatus naturalis per ignem simplicem elementalem, sicut in eodem gradu. Custodi ergo ipsum ne exeat præ calore nimio, & habeas eum in amore.

Quomodo naturæ elementales exeunt à masculo & fœmina ad faciendum generationem.

CAPUT L.

CUm autem fili de quatuor naturis supra dictis duæ à masculo, ac aliæ duæ à femella dependent, unde vis est quod in simul habeant pati in mutatione suarum naturarum tantum, donec supra dicta virtus quinta ponet ea in vera concordantia, & ligatura cum eis per talem ligam, quod nunquam ad finem termini suæ mixtionis, aut per se aut per aceedens separatur ab eo quousque per corruptam separationem edictæ virtutis venit ad finem termini suæ commixtionis, & sit de toto separata, dissoluta, & deligata à toto composito. Et tunc elementa potentiam non habent se retinendi, sed separata remanent, & disligata elementariè unum ab altero, quando eorum ligamen, hoc est virtus quinta prædicta separata & dissoluta est ab eis, tanquam res confusa & desolata, quæ suum gubernatorem amisit. O vos pueri filii doctrinæ deauratæ, notetis hanc nobilissimam virtutem, si vultis quatuor elementa simul per unitatem ligare, quia sine illa mixtio vera aurigraphiæ neque unio fieri potest ipsorum. Et cum ista fit suo temperamento quod ex nobili concordantia nascitur cum propria mensura descendente à superiori natura, quæ natura habet in se philosophiam & scientiam septem artium liberalium, quibus operatur. Quoniam ipsa in se portat omnem Geometricam formam, & omnem rem terminat virtute Arithmeticæ suæ per æqualitatem numeri certi, & per notitiam Rhetoricalem, intellectum suum ducit de potentia in actionem. Vos ergo filii doctrinæ, debetis hoc instrumentum cognoscere, si scire velitis & experientia certa videre virtutes influxas, & reinfluendas, tam naturæ sapientia, quam artis sagacitate in suis compositis.

De intentione, per quam fit unio quatuor elementorum. Et quomodo potest fieri, & quando, & quare est factum.

CAPUT LI.

ANtequam facias fili unionem ſpiritualium elementorum, opus eſt ſcire, quod per intentionem fixandi ea velis unire a finem, ut iſta unitas fixari poſſit quouſque ipſa reſiſtere poſſit co tra bellum ignis. Fili ignis eſt proprietatis talis, quod nulla rem corruptionem habentem pati poteſt, imo ipſam omnino cundum ejus potentiam annihilat, cum ſua proprietate veli quod nulla corruptio poſt eum ſit, per differentiam magnæ co trarietatis, quæ eſt inter proprietatem ignis, & impuritatem ali rum elementorum. Ideo fili neceſſe eſt tibi, quod primò habe elementa præparare cum purgatione philoſophicali, quouſque habeas illam puram naturam, quæ puro elemento eſt appropriat & primæ rei à centro ipſorum extractæ in forma cryſtallina cl ra & reſplendenti, & hic, id eſt, illud elementũ, ignis dicitur, qui e incorruptibilis, per quem dicunt philoſophi, quod corpora reſo vuntur in argentum vivum quem auferre ſapientia eſt. Qu jam tibi diximus in capitulo formæ majoris, quod terra quae calcamus non eſt purum elementum, ſed elementatum à ver quinto elemento, quia in ſuo centro reperta eſt virgo & verum virgineum elementum & ſic de aliis elementis intelligere debe Hic iterum tibi dicimus, quod omne illud, quod non erit de pu elementorũ natura comburetur, & ex toto annihilabitur, & tun ipſa elementa pura, clara, & munda remanebunt, & terra reſplen dens clarior cryſtallo. Et hanc purgationem faciet ſupremu creator quouſque magnus mundus in ſuam primam rem con vertetur, ſcilicet, omnia elementa in ſuam primam eſſentiam quæ poſtea ignem cœli non timebit, quia tunc motus naturæ ſu premæ in ſemet remanebit absque aliqua corruptione. Sic fi opus tuum habes huic operi aſſimilari, quod nominatum eſt m nor mundus, purgationi magni mundi quouſque motus ejus absque aliqua corruptione permaneat. Et tunc amplius non t mebit ignem, ſed ſimul omnia elementa magno quieſcent amo re. Vide igitur quantum creatori ſummo tenearis, qui tibi ded eſſe ad ſalvandum te, & talia tibi demonſtravit ſi ea videre v aut habere. Ideo fili ſcito cum nulla res imbuta corruption poſſit pati vel tolerare ignem, nec ignis in ſe pati corruptionem oportet, quod lapis mundus magiſtraliter trahatur ſeparatus a omnibus immunditiis & fœtulentiis corruptibilibus, antequam præſumas eum fixare, quouſque ſit natura pura, quæ eſt res pur elemento appropriata & primæ rei.

Qua

Quomodo tota ſubſtantia lapidis eſt impregnata igne ſpiritus quintæ eſſentiæ. Et de gummæ philoſophorum.

CAPUT LII.

SCias fili, quod ſubſtantia lapidis noſtri eſt tota pingvis & igne imprægnata, in quo movetur, & eſt abſconditus ſpiritus quintæ eſſentiæ, & ibi habitat, ſcilicet in ſphæra ignis, cum lapis noſter qui eſt ſpiritus quintus eſt totus igne plenus, & eſt in omnibus quatuor elementis diviſis, vel non diviſis, & in omnibus habitat draco, ſcilicet ignis, in quo eſt lapis noſter aereus, hæc proprietas eſt in omnibus mundi compoſitis. Et ideo dictum eſt, quod lapis noſter eſt in omnibus compoſitis mundi, & per totum mundum per illos qui benè intelligunt, ſed differentia eſt inter lapidem, & lapidem. Nam temperamentum fieri non poteſt, niſi per fermenta, quæ habent neceſſario fixare lapidem, poſtquam verſus eſt in naturam metalli, ſcilicet ſulphur & argentum vivum, & non exit fermentum de hoc vel hoc, ſed de ſole & luna tantum. Cum nihil petimus, niſi quod lapis convertatur in ſuum ſimile, quia de ipſis eſt totum temperamentum, nec fermentum eſt antequam dicta corpora in ſuam primam materiam convertantur. Nam convenit, quod de oleo & multum ſubtili terra fermentum ſit componendum, ſimiliter & medicinam per inceration em naturalem ſolutionem & induration em, quouſque ſit tanquam ſubſtantia una gummoſa. Et hæc gumma potentiam habet convertendi ad ſe omnem aliam rem, cui adjungetur. Fili hæc gumma eſt noſtrum compoſitum fermentum, & ſimiliter medicina, quæ poteſtatem habet convertendi poſt ſupremam medicinam, quæ poſtea formata eſt de dicto fermento compoſito. Et dicta noſtra fermenta ſimplicia ſint noſtra prima olea, de quibus compoſita noſtra fermenta facimus, quæ ſunt magni valoris medicinæ. Quare niſi ſcias duo corpora perfecta ad primam ſuam naturam reducere, non poteris ulla fermenta compoſita habere.

De Virtute univerſali, quæ ſeparat elementa, & quæ conjungit ea & unde illa eſt creata in univerſali cognitione.

CAP. LIII.

CErtum eſt fili, quod quædam virtus influxa eſt in omnibus elementatis corporibus, quia ſine illa eſſe non poſſent, ſed in homogeneis rebus terminatis dicta remanet virtus in mineralitate perpetua, & eſt illa, quæ omnem calorem habet pati, ratione ſuæ perfectæ decoctionis in forma humiditatis liquoroſæ. Et ideo neceſſe eſt, quod de metallis perfectis eam trahes, quia de ipſis

venit noſtræ perfectionis terminatio & claritas quinti luminis.
Hanc igitur virtutem extrahes per ſimilem virtutem, quæ eſt in
rebus crudis non terminatis per extremitatem, ſed terminatis tan-
tummodo à mediocritate, à quibus ſeparabis aquam, ignem, ae-
rem & terram, & iſta quatuor elementa cruda ſunt imprægnata ſi-
mili virtute, ſed magis cruda per ſuorum vaſorum materiam &
ratione potentiæ ſuæ naturæ crudæ, debes attrahere naturam ma-
gis coctam, calidam, & humidam & aeream ſubtilem, quæ inge-
nio naturæ congelata eſt in ſpeciem & naturam metalli in ſua pro-
pria minera influxa. Nam iſta eſt magis propinqua naturæ, quam
prima, quia magis propinquè deſcendit à forma formarum, qua
nullo tempore adjungit ſe nec convertitur in formam metalli, ne-
que faciet, quouſque habeat in ſua natura cruda & pontica, & a-
marum metallum, & quod illud crudum paſſum fuerit cum co-
cto, & econtra coctum per crudum. Et tali modo, fili velis anti-
quam formam recipere cum omnibus ſuis partibus ſubſtantiali-
bus, quia hæc eſt vera ſpecies & pura natura claritatis veræ, &
per novam velis eam confortare, vel ejus augmentare vires per
cœleſtis influentiæ adminiſtrationem. Nam opus eſt, quod na-
tura juvetur à natura & inferior ſuperiori indiget, ſicut materia
femellæ indiget confortatione: & quod perficiatur à materia
maſculi ſui, ſicut diximus, quod virtus maſculi temperata in calo-
re & humore, temperat ac confortat virtutem paſſivam, ad re-
tinendum germinoſam virtutem, & rumpit, & ducit omnes frigi-
ditates ſuas exceſſivas, ad remotam regionem per ſuum appeti-
tum in virtute cœleſti, quæ dicitur forma, & mater formarum,
deſcendens in virtute conjuncta cum propinquiore natura me-
talli, cum ſua virtuoſa & ſubtili influentia, implendo formas me-
dias, ſecundum genus & formam materiæ, cum complexione
veriſſimi amoris. Nota ergo fili has tres virtutes. Prima enim
deſcendit à primo motore, aut à motu ſtellato, & ſuis figuris. Et
iſtam in noſtro teſtamento nominamus primam formam forma-
rum. Hæc eſt prima forma, per quam inferiores materiæ transmu-
tantur de forma in formam tantum per curſum & inſtitutionem
naturæ. Et de iſta forma natura ſatis habet ad formandum, &
ponendum, de potentia in actum ſua prima compoſita per ma-
terias elementorum. Et iſta forma non poteſt obediens eſſe
arti, Secunda virtus eſt virtus infuſa in materiis elementali-
bus compoſitis, quam trahere ab illis materiis opus eſt tibi in qui-
bus eſt, per modum convertendi genus ſuum ad primam ſuam
naturam, vel appropinquandi, quantum eſt poſſibile ſuæ primæ
rei, & hæc eſt arti ſufficiens, quia materialis eſt. Et in hoc puncto
ars non poteſt aſſimilari naturæ, quia dare non poteſt formam
ſubſtantialem rebus, ſicut facit natura per ingenium ſuæ nobilis
operа-

operationis,& intentivæ. Et ideo neceſſe eſt arti,quod ad naturam recurrat ad obtinendum de ſuis ſubſtantialibus formis,quas jam creavit,ad formandum unum corpus cum tali potentia, quod mas ipſum nunquam teneat: & docere te, quomodo poteris illud corpus trahere à ſuis compoſitis creatis,& tibi oſtendere ſuam creationem,qualiter convertit materiam de potentia in actum generationis. Artiſta igitur, fili, ſubtilis habet multum inſpicere, qualiter operatur natura,ut per artem ei aſſimilari valeat, & eam inſequi, quantum eſt poſſibile, & illud quod non eſt poſſibile, quod per ingenium intellectuale ſciat ſupplere ad reſpectum naturæ,ſi rem noſtram deſiderat,quæ perficitur per naturam, & illa ſimpliciter naſcitur de tertia virtute, quam intelligere potes per ſecundam. Et quamvis dixerimus,quod ſunt tres formæ, non eſt tamen, niſi una tantum ſola, quia non accipit finem terminationis,niſi per naturam ſui generis,in qua per curſum naturæ influxa eſt & capta & condenſata per illam in formam ſubſtantialem,ſine qua nulla res mundi poteſt vivere. Et ad hoc faciendum intelligere nos fortificamus ad aperiendum intellectum humanum,ut ſciamus,quod dicta virtus eſt influxa humidis radicalibus,quę ſunt imbuta in partibus eſſentialibus rerum compoſitarum Mercurialium, & elementorum purorum, & non purorum, quia de dicto humido factæ ſunt omnes partes eſſentiales omnium Mercuriorum,& omnium, quæ in mundo ſunt. Et per hanc omnia,quæ habent crementum & nutrimentum,creſcunt & nutriuntur. Fili generaliter tibi loquimur in omni re, & ſi intelligas ea,quæ tibi revelabuntur, ea tene ſecreta. Nam talis eſt hæc virtus, quod ſine ipſa non poſſis ligare, nec ſolvere, formare, transmutare,lavare,deſiccare,calefacere, humectare, neque animam corpus ponere, per hanc autem elementa ligantur. Et niſi fili per theoricam naturas intelligas, nullo tempore per practicam ſcies opus tuum corrigere,nec eorum menſuras intelligere,ſed potius in errorem cades, deviando per punctum contrarium,qui jacet in caſu fortuito.

De natura menſtrualis fœtentis, in qua eſt ignis contra naturam. Et de re,qua corrumpit totam naturam.

CAPUT LIV.

POſt hæc fili volumus tibi revelare naturam menſtrualis fœtentis,in quo ignis contra naturam eſt,qui totum lapidem noſtrum in quendam draconem transmutat fortem, guttoroſum, qui ingroſſat & imprægnat matrem ſuam. Et dicimus, quod natura ipſius eſt in ſua nativitate prima in complexione frigida & ſicca in quarto gradu,& ſubſtantia ejus eſt pontica: ſed per ſuas digeſtio-

nes & decoctiones de natura in naturam mutatur & de sapore in saporem. Nam cum materia subjectum sit transmutationis, statim ipsa per suum proprium numerum in se contrarietatem recipit. Et sic etiam movens secundum id, in quo licet contrarietatem possedit, contrietatem transmutationum, secundum contrarium captum illius entis, à quo movetur contrarietas. Nulla res aliam corrumpit, nisi illa, quæ superat aliam in qualitate contraria, sicut est calor & frigiditas. Et nisi sit ejusdem generis, sicut calor tolerabilis & intolerabilis destruens naturalem sensum. Et ideo parva flamma citò devastatur per majorem, ratione suæ excellentiæ magnæ, quam habet contra illam. Nam humidum, quod magno tempore nutriret suam parvam flammam ac longius, comburitur & consumitur parvo tempore per magnam flammam, & tunc aboletur parva. Et sic tibi sit revelatum, quod omnes res naturæ in uno momento factæ sunt, in uno momento corruptæ. Et postea in alio momento constant & sunt, quoniam omnes contrarietatem habent, & in illa contrarietate aliæ res sunt excellentes, & sunt omnes unius generis, & aliquæ aliæ omnino contrariæ, & in omnibus tamen hoc superantur virtutibus. Et ideo in eis operantur continuatim in illis, & continuatim patiuntur, quare potes intelligere lapidis nostri corruptionem per vitæ nostræ abbreviationem longitudinemque & durationem ejus, secundum complexionem aeris continentis. In hoc magisterio fili duobus aereis indiges, unus est temperatæ complexionis, & per istum lapis noster generatur, quia in eo virtus vivificativa, quæ est sicut instrumentum animæ ad corpus. Alius aer est complexionis non temperatæ, sicut ponticitas terrestris acuta & amara tibi certificat. Quare tibi sit revelatum, quod de natura frigida est in quarto gradu, & calida in primo: frigiditas est causa ponticitatis. Caliditas verò causa est amaritudinis & acuitatis, per quam acuitatem fœtet & pungit multum, & habet virtutem aperitivam & incisivam, sicut apparet per suæ actionis potentiam. Nam illud, quod pungit & penetrat, facit unum ab altero separari, & comminuit & corrodit. Et ideo potes cognoscere, quod res acutæ inter alios sapores, qui sunt de caliditate causati, sunt magis calidæ, quam aliæ, quia nullam possunt impressionem facere talem, sicut fecit illa, quæ à caliditate excellenti procedit. Et ideo talis res sic complexionata per suum calorem potest semper dissolvere & resolvere humidum, & in vaporem convertere, & illud putrescere, virtute caloris innaturalis, vel ejus impressione, quæ quidem à nostro argento vivo venit, cujus amaritudo descendit à natura lapidum, & est acuitati vicina, quia rodit & pungit, sicut acutum ponticum, sed non ita profundè. Et ideo reputata est substantiæ grossæ, prout aliàs patet experientia. Nam quãdo calidum

acutum

acutum incorporatum cum amaro in forma aquæ humidæ, ingreditur magis profundum corporis dissoluti, & corpus si sit continuatum in partibus humidis impediunt partes grossas salis, quæ non possunt intrare corpus cum calido acuto. Et ideo cum sit sequestratum à suo loco, non potuit humidum habere, in quo possit continuari, sed capit se ad congelandum in profundo sui vasis, & remanet metallum dissolutum, & imprægnatum à calido acuto in forma aquæ, unde exit nostrum arg. vivum, id quod ab eo est dissolutum. Ratio quare sal apponatur, est ad extra trahendum ignem contra naturam, qui lapidem nostrum corrumpit. Alia ratio est, quia absterſivum est, & mundificativum unctuositatis. Indiges tamen conservare pondus, quia non expedit, quod amarum superet calidum acutum, ut non impediat nostri lapidis putrefactionem. Quia nullum animal potest generari per ineptitudinem & inhabilitatem suæ putrefactionis. Natura animalis, quæ est in nostro menstruali, talis est, quod mortificat & obscurat omnem rem, & obumbrat atque denigrat aerea nostra omnia, & omnem animatam rem corrumpit, & desiccat res virides, & humidas naturales, quæ sunt generatæ, aut in via generationis, acerbat res dulces, solutas, & reincrudat res coctas & terminatas, & facit de calido frigidum, de sicco madidū, de duro molle, de ponderoso leve, de grosso subtile facit. Et hæc omnia facit à propria natura sua prima per operationes suas certas. Item alias potentias habet meliores, quia vivificat omne mortuum, omne nigrum dealbat, omne animatum generat, res siccas humectat, hæc à combustione conservat, dulcificat & dulcescit res agrestes, humidas & frigidas lenit, res siccas, amaras, & calidas mollescit, & in temperatam complexionem portat, & reincrudatam in majorem decoctionē ducit, de frigido calidum facit, de sicco humidum temperatum, de levi ponderosum cum mediocritate, de subtili facit grossum, quod cum simplo participat, simplex condensat, rarificat spissum, & sic operationes contrarias habet quæ sunt operationes naturæ. Nam quando congelatum est congelat, quando dissolutum est dissolvit congelatum. Non mirum ergo fili, si virtus talis menstrualis ponatur in corde tuo, & diligenter perquiratur, cum sit generatrix & gubernatrix totius naturæ. Et ista est res vilis, quæ per seipsam vertitur in rem nobilissimam, mirabilem ac precioſissimam, quam rem non credidissemus, nisi vidissemus ejus effectū. Nota, quod hæc virtus recipit animationem & finem à suo elemento. Et super hoc videas capitulum in nostra practica, quando dicemus de corpore & spiritu, simul dando exemplum de generatione humana. Et de ista dicemus adhuc in capitu. 27. & alibi in 48. & 49. ante Sed spiritus secretus. Quoniam ibi intelligitur de proprietate indurationis menstrualis, quæ participat inter duas

operationes, ſcilicet inter durationem, & mollificationem. Et hoc benè ſi intelligis, cognoſces, quod virtus mineralis, ſive in terra ſive in aqua portatur, & deportatur, & conſidera bene ſuper potentiam ſuā, quia non recipit determinationem, niſi à ſua propria materia, & recolderis, quod poteſt eſſe terreſtris vel cœleſtis per intromiſſam virtutem quæ in aliquo ab agente extraneo ſuffocari non debet. Sublima ergo Mercuriū in quo eſt talis virtus, quia ſublimatus virtute ſua congelabit Mercurium in altam medicinam. Sed hoc non fiet niſi ſublimatus. Unde dicit Avicenna, quod primo noſter Mercurius debet ſublimari, & primum quod debet fieri in opere, eſt quod ſublimes Mercurium.

Quomodo Artiſta & operator ſe habituare debeat ad inveniendum dictum menſtruale, & intelligere naturam ſuam.

CAP. LV.

POſt fili menſtruale quærendo, ſine quo nihil naturaliter fieri poteſt, opus eſt ad naturalia principia recurrere, ad illa, ſcilicet, in quibus natura incipit immediatè operari, quæ quidem principia naturalia ſunt adhærentia multum curſu naturæ ſuis propriis ſubſtantiis, ſicut ſunt prædicta humida radicalia, quæ per eorum naturalem calorem excitatione ignis ſolis terminantur & finiuntur in ſubſtantiā metalli, quod nunquam poſſibile eſſet fieri, niſi naturæ metalli participarent. Quare dicimus, quod hæc radicalis humiditas non eſt niſi argentum vivum ſubſtantia calore ſulphuris imprægnata. Et hic ſulphuris calor, eſt cauſa congelationis humidi radicalis Mercurialis, & ſuæ terminationis in metallum perfectum. Ergo patet, quod illa metallina humiditas jam terminata in formam metalli habet actualiter potentiam & naturam menſtrualis, & ideo vocata eſt prima noſtri lapidis extremitas. Apparet ergo, cum lapis noſter à natura ſua proveniat, quod diſſolvitur in illud absque præjudicio ſuæ naturæ, & ſui crementi, cum primum regimen & gubernamentum lapidis noſtri ſit reſolutio & terminatio ſua in argentum vivum, & ideo declaratur tibi, in qua forma lapis noſter eſt tractus tam à corporibus, quàm ab argento vivo. Quoniam natura menſtrualis fœtentis erat, & eſt adhuc eorum continens cum natura argenti vivi, cum per calorem illius in naturam metalli ſit congelatum, quia calor illius multiplicatus eſt in ſubſtantiam argenti vivi, eſt ubique in ſubſtantia humida argenti vivi vaporaliter mixtus, primæ virtute mixtionis vel continuationis homogeneæ in forma liquoris aut aquę claræ. Et per ſimilitudinem principii naturalis diximus, quod diſſolvere facias lapidem, quousque ſit factus aqua, quod argentum vivum vulgare facere nequit, propter defectum caloris & humorum,

morum, in quo neceſſe eſt, quod lapis continuetur in forma liquoris, cum non fiat tranſitus de extremo ad extremum, niſi per medium. Igitur apparet, ſi bene nos intellexiſti, quod lapis ſine menſtruali non poteſt in humidum diſſolvi, quod eſt ſpiritus fœtens, unde aqua viva extracta eſt quæ nobis apparet ſicca. Nam argentum vivum vulgariter intellectum in ſua pura exiſtens natura, non poteſt aliqua corpora mutare, niſi in ſuam naturam in quam commutatum convertitur, quando mutatur, ſi fit aqua clara in aquam claram mutat. Et niſi mutetur, non poteſt mutare, niſi in ſuam naturam. Et iſta mutatio fit per rationes capituli præcedentis. Et hoc quia imprægnatur tali virtute, quæ ſemper determinationem recipit in materia, ſive fuerit materia terrea, ſive aquea, & ideo plures decepti ſunt, qui præter rationem credunt, quod argentū vivum tale vulgariter intellectum, poſſet per naturam, quæ in ipſo non eſt, corpus in aquam vivam transmutare, ſed totum non valet unum ficum putrefactum. Ideo intellige ut prædiximus, nam ſic intellectū, videlicet vulgariter, non transmutat corpora ſolis & lunæ in aquam humoroſam, niſi ſecundum ſuam naturam alteratione modica, quam appellamus proprie combuſtionem & perditionem elementorum realium & cōfuſionem ſpiritus animæ & corporis. Ratio eſt, quia non habet rem quæ participat inter corpus & ſpiritum, ſcilicet argentum vivum prædictum, & metallum perfectum. Et hæc res eſt illud medium, quod potentiam habet faciendi contrarias operationes, ſcilicet elementa diſligandi, & illa ligandi, & ab omni combuſtione & combuſtibilitate conſervandi contra bellum ignis. Et tamen oportet, quod ignis excitans ei moderetur, quoniam ſicut plumbum adjuvat argentum, quando examinatur, & cuſtodit à combuſtione contra pugnam ignis, & eſt ibi plumbum loco medii poſitum inter argentum & ignem, ſic illud medium defendit elementa à combuſtione, & adjuvat, & jungit per proprietatem ſuæ naturæ, corpus cum ſpiritu, & ſpiritum cum corpore. Et ideo clamamus ipſum medium inter corpus & ſpiritum. Sed eſt adhuc aliud medium, quando corpus conjunctum eſt cum ſpiritu, & econtra, & illud eſt generi metallico propinquiſſimum. Unde per media fit tranſitus ad extrema perfecta, per quæ patet, quod nullus tranſitus fit de uno contrario in aliud, niſi per mediam diſpoſitionem, prout tibi per figuram arboris practicalis declarabitur. Fili diſpoſitio illa eſt media illa, quæ participat mollitiei argenti vivi in primo ſuo eſſe, & duritiei metalli in alio latere. Cum de propria ſubſtantia illius natura ſua poſuerit de potentia ad actum, & de facto ponit, ideo tibi reveletur, quod extremitas immediata in opere naturæ & primo eſſe ad argentum vivum, non tamen tale, ſicut ſcimus facere per artem. Et ideo illud nos accipimus, pro

menſtruali

menſtruali in reali. Et in alio latere ſunt omnia metalla, quia in ipſis repertus eſt finis circularitatis perfectæ operationis naturæ. Media diſpoſitio iſta duarum extremitatum, eſt argentum vivum extractum à dicta prima extremitate. Quod quidem appellamus menſtruale in opere artis in forma aquæ claræ factæ ingenio naturæ, quæ in ſulphure congelatur. Quare dicta eſt aqua ſicca, non aqua nubis aut phlegmatica, ſed aqua cholerica, igne calidior. Sed principia vera radicaliter nata, de quibus operatur natura illud, quod ſuprà dictum eſt, ſunt veraciter ſulphur & argentum vivum. Unde exeunt extremitates duæ, quæ multum remotæ ſunt cum proprio medio, quæ neceſſarium eſt quod ſcias, ſi velis principiare, & incipere reſpectu naturæ & ſcientiæ, qualiter ſermone ruſtico nominantur.

De principiis naturalibus confuſis. Et quomodo generantur per virtutem ſucceſſivæ operationis in altis naturis.

CAP. LVI.

PRincipia naturalia confuſa in opere naturæ, ſunt ſpiritus fœtentes & aqua viva, quæ vocatur aqua ſicca, & tunc dicta eſt medium reale. Spiritus fœtentes ſunt media ſecunda, quæ participant inter corpus & ſpiritum. Et alio modo nominantur ſulphur & ignis. Et ſunt quemadmodum ſperma maſculinum, quod eſt medium activum inter menſtruum & fœtum. Et aqua viva eſt argentum vivum congelatum in ſulphur, ſicut menſtruale, quod congelatur in ſubſtantiam embrionis. De materia iſta poſtmodum ſucceſſivè in ſuo proprio vaſe minerali generatur, ſcilicet, in ſuæ terræ viſceribus, vel venis mineralibus, quædam fumoſa ſubſtantia, ſubtilis multum, quæ vaporabiliter conjungitur in unum, & illic coquitur & depuratur multum. Poſtea ſupra illam venit virtus mineralis ſulphurea in forma vaporis ſicci, quæ eam penetrat, & congelat amoris ligamine tali, quod nunquam ſeparabuntur. Dum tamen maſculi virtus ſuperet femellæ virtutem per coæqualitatem rei quintæ, tunc remanent in una re fixa per artem temperamento decoctionis naturalis, quam habuit materia in ſua minerali forma, quod humidum Mercuriale à ſicco ſulphureo, neque ſiccum ſulphureum ab humido Mercuriali nullo ſeperabuntur tempore, quoniam ſunt unita per actionem & paſſionem in illud materiale medium, in quo metalli forma eſt planè conſtituta, non quod ſit argentum vivum in tota ſua natura, cum pars ſuæ naturæ jam ſit alterata per coactionem, aut conſtrictionem, quas ſuæ ſubtiles partes acceperunt via colligationis vaporis ſulphuris, nec per hoc ſulphur in tota ſua natura. Quoniam ſi eſſet ſulphur, cremaret ſubſtantiam argenti vivi per eminentiam actionis ſuæ dominationis.

minationis. Et ideo, quoniam virtus ſulphuris non dominatur ſuper virtutem argenti vivi, non poteſt ſuam claritatem metallinam conſumere ſpecificam, ſed ſolummodo congelat eam, & fixat usq; ad gradum poteſtatis ſuæ virtutis ſub conſervatione ſpeciei metalli, quam argentum vivum tenet materialiter, ſecundum ſuam naturam, & talis proportio ſulphuris & argenti vivi conſtituit ſpecialiter formam & ſpeciem talis metalli, à quo vapor ſulphuris & argenti vivi erit auri vel argenti, vel alterius metalli corpus. Et omne illud venit à diverſa depuratione dicti vaporis digeſtione, vel decoctione, quam accepit in propria ſua minera. Et ideo bonus Artiſta capit metalla pro mediis in opere magiſterij, & ſpecialiter ſolem & lunam. Ideo, quia iſta duo venerunt in coæqualitate temperata, & multùm depurata dè ſulphuris & argenti vivi ſubſtantia cocta pura, & bene digeſta ingenio naturæ, ad quam proportionem Artiſta in vanum ſe vexaret, ſi à principiis naturalibus ſine realibus mediis pro intentione faciendi velit incipere.

De materia ſulphuris proportionati, & de aquipollentia ſua ad operationem natura.

CAPUT LVII.

FIli, hæc eſt metallica materia, in qua noſtrum ſulphur proportionatum eſt, quod natura ſagax nobis paravit, ut diximus, quo mediante noſtrum totum facimus ſecretum magiſterium. Quare noli ignorare, quod illud, quod eſt dictum ſecunda extremitas in opere naturæ, dicimus medium in noſtro philoſophico opere. Nam opus eſt, quod per artificium ſuppleatur illud, quod natura reliquit, nam potentiam non habet transeundi motu ſuo ultra generationem metalli, quia ſuam circulationem complevit. Poſt hæc tibi relucere debet, & ſubvenire manifeſtè cauſa & res perfectiva, manifeſtata omnibus experientiis, quod humidum metallorum in ſuis calcinationibus non poteſt conſumi, neque ab eis ſeparari, ratione ſuæ homogeneitatis unionis elementorum, quæ paulativè ſunt ligata & conjuncta ſimul. Sed humidum lapidum ſeparatur, ut in eorum calcinatione patet, tantummodo per ignē abſque medicinali applicatione. Et hoc eſt, quod humiditas in groſſa lapidum ſubſtantia terreſtri non eſt ligata, per ſiccum in minimis partibus unius & alterius, ſed in groſſis & in pluribus partibus humidi & ſicci. Contra eſt in materia vitri, per quam materiam ars vitraria ſubalternatur iſti arti. Quare dicit Philoſophus, quod vitrum ſit tibi exemplar in noſtro magiſterio. Et hæc eſt cauſa, quare humidum lapidum, & mediorum mineralium, ſunt atramenta, vitriola, & azoquea, Marcaſitæ, Alumina, Sales & baurax, quæ non habent humiditatem ſuam in natura

fixam per ſiccum materiale, ſed eſt volatile ac fugiens ab igne, humiditas autem metallorum eſt fixa & permanens in igne. Ideo tali aqua fixamus aviculas in aere volantes virtute lapidis noſtri, qui de ipſorum ſubſtantia propria creatus eſt. Apparet igitur, quod argentum vivum noſtrum materialis eſt ſubſtantia, & humiditas radicalis omnium corporum liquabilium. Fac ergo corpora eſſe aquam liquefactionis, faciendo & fundendo in argentum vivum. Nam cum ipſum ſit elementum principiale dictorū liquabilium, cum liquantur, reſolvuntur in ipſum. Et ſulphur eſt pater. Et ideo dictum eſt medium in opere naturæ, ſed argentum vivum & metalla dicta ſunt extremitates ſuæ, quia ſunt materia exceptionis, & materia finis. Et ideo tibi poteſt apparere, quoniam teneamur aſſimilari noſtrum magiſterium, quantum eſt poſſibile operationi naturæ, non poſſumus tamen propriè ſuam inſequi naturam, niſi per operationis modum, & non capiendo materiam crudam, ſicut ipſa facit in ſuo primordiali principio, quamvis ſine ipſa materia incipere non poſſumus, cum ipſa ſit res neceſſaria, & cum neceſſe ſit, quod metallum totum, quod eſt ſulphur & argentum vivum in iſto ſe habent reincrudari, inſequendo ſimilitudinem operis naturæ in noſtro magiſterio cum propinquioribus materialibus, ſicut convenit ſcire omni ſapienti Artiſtæ.

Quomodo ars corrigit & ſupplet fortitudines, quas materia natura invenit, per mutationem illius in actione puræ formæ.

CAPUT LVIII.

FIli, ne tœdeat te, nec diſpliceat ſermo & doctrina, quam dabimus, quia per artem ſcitam nos corrigimus & ſupplemus fortitudines & virtutes naturæ. In adjutorio ejus nos per artem incipimus operari, ubi natura dimittit opus. Cum viſum ſit, quod metalla tingere non poſſunt, niſi quantum ipſorum natura extenditur per potentiam ſuæ primæ circulationis, ſuæ naturæ ſulphureæ. Et ideo factum eſt opus certum, in noſtri generatione lapidis, ut eorū tinctura magis accreſcat, quā erat in ſua natura ſive comparatione. Si ſcias fili lavatorium noſtrum, tu poteris argenti vivi lavare naturam, tali modo, ad quem natura nullo tempore non potuit pervenire, quod illa natura arg. vivi fiet elixir completū. Sed cum in natura, & in ſuo opere arg. vivum & metalla ſint extrema, & extremitates, nec habeant poſſe conjungendi ſe, niſi per virtutē diſpoſitionis mediæ, quæ eſt inter molliciem argenti vivi, & duriciē metalli, quia per iſtam mediam diſpoſitionem conſtat una obedientia naturalis, quæ eſt cauſa conjunctionis inter corpus & ſpiritum, ſicut eſt in omni generato & generabili. Item in natura ſunt plura media, quorum duo ſunt puriora & magis viſcoſa, quàm

alia,

alia, ſicut ſunt azoquea, vitriola viridia cum natura lapidea, quæ eſt ſal & natura lapidum. Fili adjutorio naturæ hujus vilis materiæ procreatur lapis noſter, quem tantum quæſivimus, quia medium eſt in opere naturæ inter ſpiritum, & corpus materiale ſicut ſulphur in materia argenti vivi.. Et ideo natura mediante illo cõvertit arg. viv. in metallum perfectum, quod metallum in noſtro magiſterio ratione ſuæ depurationis dicitur medium reale, inter corpus & ſpiritum. Corpus dicitur, quando eſt terra combuſta. Spiritus verò, quando tractum eſt à corpore in forma aquæ claræ,arg. viv. dicitur. Intelligas, quod in opere naturæ ſunt propria duo media electa inter omnia alia, ſcilicet azoc prædictum, & ſal naturæ, qui argentum vivum convertit in liquorem ignis, unde ſulphur creatur, quod arg. viv. congelat. Fili pari modo habemus in noſtro magiſterio duo, quæ narura nobis dedit, & depuravit à ſuis mediis confuſis, & ſunt aurum & argentum, quæ ratione ſuæ naturæ puræ majori perfectione participant. Quare noſtri lapidis extremitates in ſua creatione eſt argentum vivum extractum à corporibus in ſuo primo latere, & in ſecundo eſt elixir completum, quod eſt ultimum noſtri magiſterii lapidis,& cõplementum magiſterii noſtri. Fili oſtendemus tibi per gradus certos extremitatum, & mediorum,usque ad finem, ut intelligas media, per quæ de gradu in gradum natura tranſit, eundo ad extrema, ſecundum perfectionem, & plus & minus. Nam in hoc eſt notitia totius operis naturæ ac omnium ſecretorum ſuorum, & per conſequens totius alterius ſcientiæ.

De natura extremitatum argenti vivi noſtri.

CAP. LIX.

HAbes ergo noſtri lapidis extrema. Nunc arg.viv. noſtri dicemus extremitates. Et dicimus, quod extrema ejus in latere primo cum tota ſubſtantia ejus, ſunt aquæ leonis viridis cum metallo conjuncta, & in ſecundo latere, lapis qui creatus eſt, & illorum medium eſt ſol & luna, à quibus exit argentum vivum noſtrũ, quod eſt corpus liquefactũ, putrefactum,à quo lapis creatur, quando à ſua originali natura purgatum eſt. Fili leo azoqueus, qui dictus eſt vitriolum,per naturam factus eſt de propria ſubſtantia argenti vivi communis, quod eſt radix naturale, unde metallum creatur in ſua propria mtnera. Quare in noſtro magiſterio tribus principalibus radicibus indigemus naturaliter, ſicut opus naturæ, ſcilicet, extremitates duæ, & medium. Unde opus eſt tibi, quod iſta cum magna patientia habeas ſcire, & opus facias ſecundum quod ſagax ſapiensque natura vult monere te, cum intentione tali, quod habere debes & habes creare primum noſtrum argentum vivum, ut habeas convenientem materiam, de qua

poſſis

possit lapis creari, quia media nostri argenti vivi sunt duo propria metalla, & ipsorum natura habet converti argent. vivum in lapidem virtutis per artificium, quoniam natura non habuit potestatem metalla dicta transeundi in aliam digestionem, ut per aliam circulationem feciſſet elixir completum, & hoc ratione spissitudinis duritiei, & compactibilitatis humidi Mercurialis terminati, & inspissati per vaporem sui sulphuris, & caloris naturalis in forma metalli, quemadmodum solem & lunam creavit de subtili substantia suorum propriorum mediorum virtute sui primi circularis operis. Ideo in hoc casu supplemus impotentias naturæ, scilicet, faciendo corpora dura, mollia, grossaque gracilia adjutorio naturæ, quæ non recedit hinc. Et liquefacimus cum putrefactionibus, quousq; ad naturā arg. viv. reversa sint per sublimationem grossi in simplum, & reductionem cocti in crudum, & resolutionem & dissolutionem sicci in humidum Et omnia hæc opus est facere complementaliter usque ad finem, ut materia simplex melius & plus obediat naturæ digestivæ. Quoniam constat jam manifestè omni sapienti, sicut in principio naturalibus ostensum est, quod res subtilis substantiæ similis suo toti, sicut corpus simplex homogeneum citius mutatur & generatur virtute suæ naturæ, quam aliud duræ substantiæ grossæ ac spissæ. Et ideo aurum & argentum dissolvimus in rebus radicalibus sui proprii generis, scilicet in liquore, & per liquorem argentorum vivorum suorum, quorum primum est menstruale fœtens, quod in prima materia duorum prædictorum luminarium intrat, sicut intelligere potes per principia naturalia in sua propria minera. Et ideo tibi dicimus, quod in in illud immediatè resolvuntur & dissolvuntur, ac in illo, à quo facta sunt resolvuntur ad aspectum oculi, & convertuntur in menstruale fœtens. Nec alio modo haberet actionem & passionem, nisi per concordiam & convenientiam naturæ, quæ est inter unum & aliud. Item recorderis, quod cum menstruali nihil ponere velis, nisi rem, quæ de illo nata sit in principio suæ commixtionis. Nam si rem extraneam ponas, statim corrumpetur per extraneam naturam, nec unquam habebis illud, quod habere vis. Aurum & argentum, & Mercurius dissolvuntur in nostro menstruali, quia participat cum eis in proximitate & vicinitate primæ naturæ. Et hinc extrahes fumum album, quod est sulphur nostrum, & leo viridis, qui est unguentum nostrum, & aqua fœtens, quæ est argentum vivum nostrum. Attamen opus cum est, quod leo viridis aqua fœtente dissolvatur solemni dissolutione, antequam dictum fumum, qui est sulphur nostrum, habere possis, quod quidem sulphur eodem modo à corpore dissolvitur spiritum congelando, in forma aquæ siccæ, quam lapidem appellamus, & medium supremum totius operis nostri, qui est connexio, & aggregatio omniū natura-

naturarum, ſcilicet corporis & ſpiritus Fili hæc aqua dicitur aqua ignis, quia comburit & cremat aurum & argentum melius, quàm ignis elementalis facere poteſt. Et quia in ſe continet calorem naturæ terreſtris, quia ſine vi diſſolvit, quod ignis communis facere nequit. Quare tibi præcipimus, quod de rebus calidioribus, quas in natura percipere poteris, facias magiſterium, & aquam calidam habebis, quæ omnia diſſolvit.

De natura aquarum fortium, & de earum approbatione.

CAPUT LX.

MUlti dicunt & affirmant, aquas fortes eſſe noſtri lapidis corruptionem, & non mentiuntur, quia qui ſuam corruptionem non intelligit, difficile eſt, quod intelligat ſuam generationem, cum fieri non poſſit ſine corruptione & transmutatione individuorum, quæ ſunt entia realia materialia noſtri lapidis in ſua natura propria, quæ quidem corrumpenda ſunt, & corrumpi debent per dictum menſtruale, amore pio ſine tota eorum deſtructione, quia mater pia nunquam vult filium, quem nutrivit, interficere. Fili, omne, quod pones, quod non eſt de genere ſuo, ſuam diſſolutionem refutabit. Sed hæc putrefit, quoniam eſt res generis recipiendi totam naturam, cum qua appropriatur. Vide ergo, ne miſceas cum aqua noſtra rem aliam, niſi quæ ſit de propria ſua natura. Nam res, quæ melius & citius putrefacit corpus perfectum eſt aqua noſtra ratione ſuæ ponticitatis amaræ, & naturæ crudæ, & hæc eſt quæ cremat, ardet, & corrumpit omne quod eſt cremabile & corruptibile per annihilationem ſuæ propriæ naturæ ardentis & combuſtivæ. Et ſi humidum oleaginoſum, impurum & unctuoſum eſt in ſuo compoſito, quod habet corrumpere per ſuam proprietatem & operationem, omnia ad nihil redigit. Et illud, quod eſt purum & mundum, atque melius diſſolutum manet totum, ac illud ab igne defendit, quia ipſa eſt pura natura, & propria materia eſſentialis lapidis noſtri, virtute aquæ prædictæ diſſolutæ, quæ cremari nec ardere poteſt, vel comburi, ſed creſcit ejus humiditas quando in igne eſt. Et quod iſta aqua potentiam habeat cremandi & comburendi omne illud, quod ei extraneum eſt, nos certa experientia probavimus & vidimus, nos in iſta aqua per artificium diſſolvimus ſulphur commune memequinũ. Et poſtea ſublimavimus humidum illius, quod magis purum erat in natura per diſtillationem. Inde intus poſuimus argentum vivum vivificatum, & ſtatim congelatum eſt in forma amalgamæ nigræ nimis mollis, quia ſulphureitas ſicca vaporoſa non vicit molliciem arg. vivi. Deinde ſuper ejus luciditate voluimus experiri, & ideo miſcuimus aquam dicti ſulphuris, & aquam arg. fini, poſt hæc con-

gelavimus argentum & fecimus, & reperimus illud nigrum & ter
reſtre, & illud per cineritium purgavimus, & fuit bonum ſicu
prius, ſed plus quam medietas fuit devaſtata, propter quod ma
nifeſtum eſt, quod humiditas tota à ſulphure tracta erat combu
ſtibilis & fortis adhuc, quando aqua non habuit potentiam vin
cendi immunditiam & malitiam ſulphuris. Et poſt hæc iterum
miſcuimus de nova aqua cum aqua ſulphuris, & diſtillavimus a
quam, & reperimus, quod tota ſubſtantia humida ſulphuris cre
mata, & combuſta erat, quia nullo modo contra Mercurium ope
rata eſt. Et ideo tibi ſit revelatum, quod virtus aquæ noſtræ ha
beat potentiam congregandi res purè homogeneas, & partienc
atque dividendi heterogeneas, per combuſtionem & conſum
ptionem ipſorum, quæ non ſunt ejusdem generis.

*Qualiter Artiſta bonos & malos ſpiritus intelligere debet, &
eos cognoſcere per virtutes aquarum fortium, & per natu
ram illarum aquarum. Et de igne elementali, qui
elementat elementa.*

CAPUT LXI.

ET ſimili modo fuimus experti arſenici vulgaris naturam, quam
minus fœtentem non reperimus, neque minus combuſtibi
lem. Et ſimiliter de aliis ſpiritibus ruſticaliter intellectis, qui ſun
omnes de prima imperfectione acceſſionis. Ergo ad argent. viv
quod ſcimus, & ipſum reperimus ab omni combuſtione cuſtodi
tum dicto naturali experimento. Ideo fili revelatum ſit, quod per
aquam noſtram viſibiliter cognoſcere potes, quis ſpiritus in na
tura ſua ſit melior, & in opere noſtro ſit propinquior, cum ſecun
dum rei veritatem argentum vivum purgatum ſit ab ea, ſine con
ſumptione ſuæ puræ ſubſtantiæ, ſicut per naturam videtur, &
quod nos & alij vidimus per artem, quod natura eum in purum
metallum permutat, & per artem in puram medicinam, quòd fie
ri non poſſet, niſi ejus pura ſubſtantia perpetua eſſet contra ignē
qui non vult niſi res puras, & quia ſubſtantia ſua eſt pura, in igne
quieſcit ſine terminatione conſumptivi finis. Et ſic apparet quo
modo per aquam bonum poteris cognoſcere ſpiritum, & per ſpi
ritum aquam, quæ cauſa eſt ſuæ rectificationis. Fili elementa li
ignis, & qui elementat elementa, non poteſt à corporibus anima
trahere, ſed aqua fœtens benè trahit virtute amoris participanti
inter ea per media eorum præparationum, quia in præparationi
bus inuniunt ſe animæ & vires, quæ faciant noſtrum magiſterium
in diſtillando & rediſtillando, ſolvendo & congelando. Et ſic fili
aqua noſtra facit totum corpus ſpiritum, & argentum mortuum
in ſubſtantiam vivam vertit. Poſtea mortificat & revivificat in
ſuam propriam naturam. Et poſtea, quando congelatum eſt,

dicitur

dicitur noſtra magneſia, quæ quidem magneſia non eſt, niſi aqua compoſitâ, & congelata, quæ igni repugnat, nec poſt ipſa timet ignem, quia ipſamet ignis eſt, & de natura ignis facta, In igne conſervatur, & regimen ejus, & nutrimentum in igne eſt. Qualiter ergo poſſet pater interficere, vel mactare filium ſuum, quem generavit, vel mater pia infantem, quem nutrivit verè: quamvis ambo vellent eum interficere, tamen nullo tempore poſſent eum confundere, imo poſſunt citius extingui per calorem laboris, quia filius ipſorum tali calore eſt indutus, quem ignis amodo corrumpere non poteſt, cum calore majore ſit munitus, quàm elementum ignis. Et ideo tibi manifeſtavimus aquam noſtram poſt congelationem cum ſuo fermento. Et ſi aquas noſtras intelligis, viva argenta etiam intelliges, quæ ſucceſſivè veniunt, & quotidie ſuccedens habet ampliorem potentiam ad fermentandū ſuum præcedens. Et ſic eſt de ultimo, quod majorem habet potentiam, quàm omnia præcedentia. Ideo fili, ſi intelligis noſtra argenta viva, & eorum fortitudines, tum intelliges fermentorum noſtrorum potentiam, & inde multam philoſophiam, quæ totum oſtendere poteſt experientia viſibili per patientiam benè & cautè ordinata, & cum mora temporis anticipata, ad habendam medicinam talem, quæ non ſemper invenitur. Qui hanc habet, theſaurum æternum habet, & omni alio incomparabilem.

De natura fermentorum, & de eorum aquis, & de noſtris argentis vivis, & de terris ipſorum. De magiſterio, & de cognitione aquæ fortis, & de rebus, quæ eis debent jungi per concordiam contrarietatis.

CAPUT LXII.

POſt hæc fili intendimus in ſumma dicere fermentorum naturam, & aquarum ſuarum, & noſtrorum argentorum vivorum, quæ omnia ſunt unum, cum non ſit, niſi una ſola natura, & de terris noſtris. Et dicimus, quod hoc totum non eſt, niſi una res, quæ variatur in numero trium per ſuas operationes, & variando per unam decoctionem eſt una res unius poteſtatis ſimplicis, & poſt hoc gradualiter transeundo ad informationem per aliam digeſtionē, erat alia res, quam ar. viv. appellamus, terram, aquam, & fermentum, gummam, & noſtram ſalſaturam ſecundam, amaram, & aſperam, quæ totum corpus ſolvit, virtute compoſita, & proprietate per ſecundam digeſtionem acquiſitam. Et poſt per aliam digeſtionem habet majus poſſe. Et ſic intelligere potes, quod in noſtro magiſterio ſunt tres propriæ terræ, tres aquæ, & tria propria fermenta, tres propriæ gummæ, tres propriæ ſalſaturæ, & tria

propria argenti vivi congelantia, ſicut potes intelligere per ope-
rationem triangularis figuræ, per quam conſtitutæ ſunt tres prin-
cipales reductiones, quæ ſunt totius magiſterij noſtri complemen-
tum, ſicut in noſtra declarabimus practica. Ideo fili arg. viv. cu
ſtodi, quod congelatum, & in mineris terræ ſuæ. Nam illud eſ
arg. vivum noſtrum, noſtra gumma, terra noſtra, ſalſa noſtra, ama-
ra, quæ dulcificatur virtute reductionis tertiæ. Et eſt fermentum
noſtrum, noſtrum elixir, & medicina noſtra ad omnes infirmita-
tes. Hæc eſt aqua noſtra, non aqua vulgaris mercurialis de phleg-
maticis, ſed eſt illa, quam diximus quæ eſt in multum calidior
natura, quàm ſit ignis. Quapropter Hippocrates, Avicenna, A-
verrois, Galenus & alii Philoſophi appellarunt urinam juvenum
cholericorum. ſ. aqua fortis acuta. Et de his, quæ ſupra diximus
tracta converſa & congelata in aquam fermenti, ſicut diximus. E
ſcito fili, quod res cholerica non eſt niſi ignis, & hæc fili eſt aqua
noſtræ primæ ac ultimæ expoſitio. Diſſipa ergo rem captā prius
per rem ſatis aptam, & iſta qua eſt res leviter extracta ſic maſſam
contere factam, ſc. cum igne aquæ, nam album urinæ diſponit
membra ruinæ. Quia nulla res eſt in toto mundo ad tincturam,
niſi aqua quam in memoria habemus. Scias fili, quod per artem
& naturam argentum vivum per aquam acutam congelatur. Ideo
intellige philoſophicaliter, quia ſi non eſſet acuta, non penetraret,
quæ eſt prima actio in diſſolutione, poſt quam ſolutionem in ſan-
guinem apoſtematum revertitur per mutationem ſuæ naturæ in
aliam. Fili duæ res ſunt, quæ debent adhærere per concordan-
tiam contrarietatis, una pura; alia impura. Impura recedit, cum
ſit ignis inimica ſuæ ratione corruptionis. Alia remanet in igne,
cauſa ratione ſuæ puritatis transmutatæ in ſanguinem & hæc eſt
argentum vivum noſtrum, atque totum noſtrum ſecretum indu-
tum indumento tripartito, videlicet, nigra, alba, & rubea. Et iſta
ſolum indigemus pro intentione noſtri magiſterii, cum ſit argen-
tum vivum continens omne illud, quod indigemus pro ſubſtan-
tia quinta. Eſt in Mercurio quicquid quærunt ſapientes, nam
ſub umbra ejus latet ſubſtantia quinta: nam ejus ſubſtantia eſt
pura & incombuſtibilis. Et omne illud non eſt niſi aurum & ar-
gentum liquefacta & fuſa intus & exterius per virtutem ignis, &
poſt depurata & ſeparata ab eo, & à tota ſua originali labe ac ma-
cula, non aurum, quod eſt incombuſtibile remanet fuſum & li-
quefactum, & eſt aurificans in dicto Mercurio, quia ſubſtantia ſul-
phuris fit univerſaliter diſperſa per totam ſuam ſubſtantiam. Et
Mercurius eſt in re ſeminali totus fermentatus propter dulcedinē
auri, quæ nutrit ſemen, movet & multiplicat, ut videre poteris in
rebus naturæ. Intellige ergo fili Mercurium noſtrum & ſuam
proprietatem & modum ſuæ copulationis, in tali loco jungitur

cum

cum arg- viv. tractione ab arg. viv. copulatur multum cum auro. Ne quæras igitur operari, nisi cum Mercurio & luna pro argento, & Mercurio & sole pro auro. Nã aurum non est resolubile, nec reducibile, nisi in propriam suã naturam. Quare debes bene discernere, quæ sunt materiæ, quæ sic nominantur, & in qua figura & materia ipsa sunt.

De præparatione lapidis per ipsius divisionem in quatuor elementa post putrefactionem suam.

CAP. LXIII.

INtentio naturæ, fili ad faciendum magisterium nostrum est, quod lapis in quatuor elementa sit divisus, ad finem, quod quodlibet per se secundum exigentiam suæ naturæ melius possit præparari, & hæc est purificatio rerum, præcedens operationem perfectæ præparationis, & est propriè dicta, elementorum separatio, & ipsorum ablutio, quia hæc operatio dividit omnes partes impuras à partibus puris, ut per illas puras, leves, & mundas fiat successivè per naturalem conjunctionem nostra præparatio perfecta, quæ facta est per reductionem humidi in siccum appropriatum, statim & immediatè post beneficium separationis elementorum. Alio modo humidum non amaret siccum, nec corpus spiritum, nisi prius essent optimè à suis infectionibus abluta & mundificata per distillationes, calcinationes, dissolutiones & congelationes. Fili propter elementorum separationem corpus remanet combustum per salsaturam sulphureitatis comburentis & ardentis, quæ venit à labe & macula originali nostri menstrualis, quod est nostri lapidis corruptio. Et ideo terra corporum calcinatur post extractionem aeris ad finem, quod de sulphureitatibus salsis, & combustibilibus benè purgetur & depuretur. Apparet ergo, quod si talis materia combustibilis non fuisset posita per corruptionem lapidis in suo principio, quod nunquam oporteret eum purgare Et cum sic sit, necesse est, quod per corruptionem lapidis compositum depuretur ab omnibus suis immunditiis, post separationem illius per quatuor elementa, per distillationem & calcinationem, antequam Mercurius corpori conjungatur proincipienda reali præparatione, quæ est lapidis nostri creatio, scilicet præparationem, quam natura facit per dissolutionem corporis, & congelationem spiritus, cujus naturæ simplæ prudenter artifex minittrare debet materiam, per illum modum, natura requirit in actibus suis. Et ideo necessarium est, quod lapis per quatuor elementa dividatur, & ista divisio solutio est, quæ facta est ad finem, quod substantia lapidis facta sit mundissima, & quod totum non sit nisi purus Mercurius, qui portat in proprietate naturam

fiaxandi & fundendi. Quando igitur vis corpus post suam calcinationem dissolvi, illud cum argento vivo dissolve, quod exivit ab eo bene purgatum atque mundatum per septenam distillationem, quia tunc corpus est multum dissolutioni habilitatum, & argentum vivum est multum efficax ad penetrandum illud, & ad intrandum per spongiositatem corporis sui, in qua spiritus congelatur beneficio dissolutionis naturæ fixæ corporis ac illius mixtionis cum argento vivo. Et fili si nos intelligis, hæc est nostra dissolutio solemnis, quæ fit per congelationem spiritus, & sine illa non. Item nos intelligas, quod elementorum separatio fieri non possit, nisi post eorum putrefactionem, per quam spiritus miscetur cum corpore, & cum suis elementis, & illa facit volatilia, sicut in eorum separationibus apparet. Ideo digerit & putrefacit elementa in suis stercoribus ut bene digerantur ad satisfaciendum voluntati naturæ, ut possit bene separare, & postea inhumat res separatas, ut melius possint depurari, & ut fiant argentum vivum ad modum aquæ claræ, nisi separas lapidem, scilicet substantiam quintam per quatuor elementa, scias, quod humida elementa non possent naturaliter adjungi cum corpore sicco, nisi quodlibet ipsorum elementorū teneat de natura quintæ essentiæ. Quia illa connexio elementorum, est reductio ipsorum in unam primam substantiam, & puram, quodque dicta elementa sint optimè depurgata, atque mundata à sua corruptione. Tibi dicimus, quod sulphureitates combustivæ, & corruptibiles beneficio calcinationis separantur & penitus annihilantur, & per ignem & ab igne. Et terra corporis comminuitur, & multum per talem digestionem subtiliatur, & aquæ à suis immunditiis depurantur per destillationem, & subtiliantur, & in naturam vertuntur aeris per levigationem levitatis. Post hæc potes facere conjunctionem masculi & femellæ ad finem, quod ipsi per artem generant filium ignis, qui est tantùm in amore omnium philosophorum. Si benè nos intellexisti, hic jacet tota philosophia.

De effectu totius artis in summa universali. Et quòd totius magisterij effectus non est nisi multiplicatio, & virtutum substantialium in essentias quintas.

CAP. LXIV.

MEmoriæ nos ducimus & reducimus, quod totum illud, quod in libris nostris determinamus, quod effectus totius magisterii non est aliud in totali summa, quàm multiplicatio tinctura adhærentis in natura omnibus generibus metallorum. Et natura metallica in summa universali non est nisi sulphur, ex quo fit multiplicatio per suum proptium calorem naturalem in arg. vivi substantia

ſtantia dirigente illud, & convertente in ſubſtantiam ſulphuris per certum digeſtionis modum. Ergo multiplícatio tincturæ non eſt, niſi per augmentationem & multiplicationem caloris naturalis, qui eſt ſulphur non urens nec ardens in materia arg. vivi. Cum certum ſit, quod ſi argent.vivum eſt materia metallorum, & ſubſtantia eorum in qua eorum claritas infixa eſt, quia metalla non indigent, niſi ſubſtantiali tinctura, in qua tinctura ſulphur infigitur & tenetur. Et neceſſe eſt, quod ſit talis ſubſtantia in qua infigitur de illorum metallorum materia ſalvata & cuſtodita ab omni combuſtione & effectiva omnis fuſionis, & amabilis, & placens omnibus metallis, Et ideo neceſſe eſt, quod tinctura ſulphuris talem inſequatur ſubſtantiam, & quod in illo collocetur, ſi vis quod ſit metallorum tinctura, & quod dicta ſubſtantia ſit talis, quod fixari poſſit ſine conſumptione ſuæ humiditatis ſine reverſione, aut recurſu illius in terram, & ſine crematione & combuſtione ſuæ propriæ ſubſtantiæ, & omne hoc eſt in argento vivo. Quare notandum eſt, quod ipſum cauſa eſt perfectionis ad neceſſitatem metallorum, quia ipſum eſt ſufficiens in quolibet gradu fuſionum cum ignitione, ſicut demonſtrat aurum & argentum, & ferrum, & cuprum. Aut ſine ignitione, ut patet in plumbo & ſtanno. Et hoc per bonam adhærentiam omnium partium ſuarum, & per fortitudinem ſuæ nobilis mixtionis. Ideo fili ſi aliquo modo inſpiſſare poſſis ipſum per ignem ſub conſervatione ſuæ humiditatis, nullo tempore ſe corrumpi permittit, neque per flammam furioſam unquã in fumum recedet per gravitatem ponderoſam, quam in ſe habet, & per carentiam' aduſtionis omnis quam habet. Veruntamen iſtam inſpiſſationem non poſſumus facere de argento vivo vulgari, ſed de noſtro philoſophico, cum in ſuo effectu habeat ſubſtantiam inſpiſſandi, & fit per opus ſecundi aut tertii gtadus. Si ergo manifeſtè perfectum eſt in omnibus ſuis partibus, non curemus de aliqua probatione, cum viſibilis experientia nobis demonſtraverit. Nam quando fixatur, tam magna venit inde tinctura exuberatæ refectionis, & in tanto ſplendore, quod vix poſſet exprimi. Medium eſt adjungendi tincturas, nam cum eis miſcetur per minima, & in profundiori ipſorum naturaliter adhæret, quia eſt de natura illorum metallorũ & ſpecialiter ſolis & lunæ, quæ ſunt tinctura omnium aliorum metallorum imperfectorum. Et ideo tibi in doctrina relinquimus, quod neceſſarium eſt, quod tinctura ſulphuris & ignis, quæ eſt in materia arg.vivi complexionalis ſit confixa in dicta ſubſtantia dicti arg. vivi, cum ſit materia metallorum ad finẽ quod tinctura mediante ſive materia, cum qua eſt colligata per congruitudinẽ ſuæ naturæ poſſit adhærere ſine ſeparatione. Et in alia materia credis fixare ſulphur, non erit amicabile metallis, nec per conſequens conjun-

ctivum per extraneitatem naturæ. Et in materia perfecta argento vivo propinqua, si fixes erit ad perfectionem, & vitam metallorum, quare ab illo omnia creantur, & cum illo omnia dissolvuntur & resolvuntur, & in sulphur convertuntur per multiplicationem tincturæ adhærentis dictæ materiæ dissolutæ, & congelatæ virtute cujusdam incrudationis propinquæ ad naturam, & per intellectum hujus rei patet veritas, quare tinctura sapientium Alchymistarum est major, quàm illa de natura. Quoniam magnitudo tincturæ crevit in substantia argenti vivi medicinalis ex pura natura per artem magisterii hæc magnitudo multiplicata in pluribus modis & tincturis unita est, & multarum potentiarum constituta & facta, & hoc per potentiam commixtionis materiæ quæ fit dicti caloris virtute naturalis, & sui motus in dicta materia metalli, quæ postea ponuntur & constituuntur in sulphur, quod est argent. vivi substantia, in qua sunt conjunctæ multæ tincturæ in unitate materiali. Quare fili omni Alchymistæ experto patet, quod illa majoritas & magnitudo tincturæ est major, quàm in omni alia tinctura lapidis per naturam creati, prout largius nominavimus in tractatu quæstionario. 22. quæstione, & in mixtione fermentorum in secunda parte.

Qua res est materia argenti vivi, & sulphuris.

CAPUT XLV.

FIli tibi diximus, quod humiditas radicalis, in qua calor naturalis hospitatur & residet multum est unctuosa, & ideo difficulter separatur, & per consequens sua siccabilitas, quòd nisi sic esset, natura non posset suis necessitatibus providere, quæ sunt soliditas, fluxibilitas permanentes,&c. Et ideo natura desiderat esse perpetuò in suis individualibus sub conservatione suæ speciei: quare natuta sagax ordinavit hanc humiditatem Mercurialem unctuosam multum subtilem, quæ tenet in se materiam terræ unitam nutrimento caloris naturalis, & per separationem talis unctuositatis permanentis tibi revelatur lapidis creatio, qui de aqua post congregationem spiritus unctuosi factus est. Fili humiditas unctuosa est proximior & vicinior materia nostri argenti vivi Philosophici, & substantia suæ unctuositatis est propria essentialis materia sulphuris, quare vides, quòd unum sine fixione alterius fixari non potest. Cum ita sit, quòd unum non est sine alio, sicut materia non est sine aliqua forma, ideo sulphur est quasi complexionalis calor in substantia argenti vivi, & est ibi tanquam spermatis virtus masculi, quod est in semine fœmellæ aut alterius generativæ virtutis, quæ est in seminibus. Quare intellige, quod materia talis sulphuris est multum lucens fortiter munda, & ad purita-

puritatem deducta virtute ablutionum fortium & acutissimarum tali modo, quod nullam unctuositatem cremabilem, aut ardentem habet in se, nec aliquam humiditatem vaporabilem, nec phlegmaticam. Et cum ita sit, quod ipsorum quodlibet subtiliter sit subtiliatum, ad formam supremorum elementorum deportantur. Et ut apparet quod omnia simul mixta sint per calorem & dispositionem vasis uterini præfocantis & reflectentis vaporem in seipso contra locum suæ conversionis ligamento forti naturæ simul colligantur in una sola re pura & minerali.

De cognitione caloris naturalis. Et de loco suæ dispositionis ad sulphur procreandum.

CAP. LXVI.

FIlli humiditas argenti vivi non potest congelari neque converti in sulphur, nisi per sui vasis virtutem, quod est de sua materia propinqua tota porosa & aperta.

In ventre cujus est illa natura subtilis, quæ congelat argentum vivum in substantiam sulphuris in qua continetur pars caloris naturalis Et ideo per suos poros argentum vivum habet ingressum, & per resolutionem dicti caloris naturalis ipsum in purum sulphur congelatur, & nisi corpus esset apertum & spongiosum, alio modo argentum vivum intrare non posset. Nam in natura, quæ totius artis & scientiæ magistra est & exemplar nunquam reperitur, quod posset nutrire & crescere, nec augmentare rem aliquam, vel multiplicare in specie & re solida compacta & clausa, sicut appareat in metallis in eorum specie manentibus. Et ideo dicimus, qui vult mutare metallum in metallum, opus est quod ad primam suam speciem propinquam generi convertatur. Quia ipsa metalla in sua propria specie permanentia non possunt permutari. Nam si permutanda sint, necesse est ut bonum permutatorem & perfectiorem ipsis habeant. Et si habeant permutatorem, habebunt pati ab eo. Sed hæc passio duplex est, secundum naturam convertentis & convertendi. Nam ut permutator erit argentum vivum simplex, tamen Philosophicaliter intelligendo, aut erit sulphur in medicinam delatum. Quod si est sulphur portatum in medicinam, corpus tunc habebit pati per conversionem unius in alterum; sicut cibus in substantiam animalis convertitur sub conversione suæ speciei. Si sit argentum vivum, tunc corpus per resolutionem suæ naturæ & conversionem ejus, virtute argenti vivi in substantiam sulphuris habet necessariò pati usque ad ultimum passum mortis suæ. Et ratio est, quia tale sulphur in aliquo loco reperiri non potest, nisi in profundiori sui ventris. Et cum illud sit ipsorum pura natura, per quam in sua actione se continent necesse est, quod per corruptionem suæ substantiæ debeamus

extrahere, quoniam ſine illo non poſſemus creare medicinam perfectam. Et ideo reliquerunt in ſcriptis Ariſtoteles & Plato, & omnes alij Philoſophi, quod ſpecies metallorum permutari non poſſunt à forma in formam ſpecificam, & ſpeciem metalli, & ſub conſervatione ſuæ formæ metallinæ, niſi primò in ſuam reducantur naturam primam, ſcilicet, in ſulphur, & argentum vivum, à quibus poſtea creatur medicina, & non ante, & non procedit ultra. Et hoc intellige de perfectis corporibus, quia illa habent revertere & convertere imperfecta metalla ad perfectionem, ſicut minor per majorem rectificatur. Quare fili, cum tale ſulphur non poſſit haberi & multiplicari, prout natura docet, quouſque corpora ſint apta & ſpongioſa facta per operationem alleviationis, certæ & veriſſimæ omnium elementorum, à quibus ſunt compoſita. Ideo diligere debes corruptionem, quæ tibi aperit corpora per reſolutionem, & conjunctionem humidorum naturalium, quæ ſunt vera elementa ratione ignorantiæ. Quoniam penitus ignorant aperitionem & aperturam pororum & foraminum clauſorum, & ſtimulationem virtutis activæ & multiplicativæ. Credunt enim impoſſibile, quod neſciunt, ſed mentiuntur. Quoniam res non eſt impoſſibilis, cum ſit in actu reali & per artem fiat opere cujusdam practicæ, quæ ſi non intelligitur, per te non poſſet fieri benè, poſſes reſpicere & videre opus deſtillationis, & rediſtillationis, reverſionis & reiterationis, ſed nullo tempore ſcies cognoſcere magiſterium, ſuppoſito, quod ante videris opus compleri, niſi intelligas naturam, quomodo debet transmutari. Fili non eſt niſi unum opus, quod diverſimodè operatur ſecundum intentionem transmutationis de ſua pura natura intellecta per operatorem cum omnibus ſuis figuris. Item, niſi habeas intellectum proprii modi operis naturæ, & ponas te ad deſtillandum, & credas bene facere cum illa, conſumeres prius totum vitæ tuæ tempus, etiamſi per mille annos haberes vivere, & ſemper deſtillares, antequam adduceres ad bonum quatuor elementa, niſi primò eorum cujuslibet per ſe intellexeris virtutes, & poſtea omnia ſua ſigna benè cognoveris in ſuis mutationibus, quæ fieri non poſſunt ſine propriis inſtrumentis, quæ tibi oſtendemus, quod benè ſcias ſenſum. Jam tibi oſtendimus quatuor regimina, ſcilicet, habeas intellectum, quæ ſunt dicta & nominata convertentia quatuor elementorum obediendo voluntati naturæ accommodata tanquam inſtrumenta, quare reducere velis, quando perficere, quia poſtmodum aliis vicibus benè accommodabit tibi gratis. Et vocantur in noſtro magiſterio, primum ſolutio: poſt depuratio: inde reductio, ante fixationem. Et per horum ignorantiam opera naturæ ignorantur. Et ruſtici rurales mendaces, & totus ignorans clerus, prædicta tenent & credunt, quod noſtrum dictum magiſte-

magisterium assimilari non possit naturæ aliquo modo. Sed nos fili, ex certa scientia, tanquam amici fideles naturæ, qui scimus visibili certificatione, ac expeērimto probato, ac sine fallacia naturam generaliter operari in suis propriis locis siccis, calidis & porosis, quos nobis in hoc passu voluit docere dicendo, quod omne crescens & multiplicans necessario recipi debet, & hospitari intra concavitatem & porositatem illius, quod crescit, & multiplicatur. Et ideo Hermes philosophorum & Alchymistarum pater operibus naturæ providendo, & ipsam insequendo & assimilando in sua multiplicatione investigationes illius docendo, inquantum possibile est in veris peculiosis, & utilibus transmutationibus nos admonens docuit, & reperimus probato ac certo experimento, quod omne metallum solutum indiget necessariò poroso hospitio, quod sit de propria ipsius materia continente de pura natura dicti metalli soluti, quod est dictum argentum vivum. In quo poroso hospitio crescit & augmentatur omne illud, quod natura multiplicat, prout facit rem omnem aliam, quæ in actione multiplicationis est. Ideo fit corpus porosum, ut crescendo possit dilatari, & in ipso provocari, convolvi, mundari, & purificari, in naturam illius converti, quod est convertens, & multiplicans. Et quando corpus est spongiosum, recipit illud, quod amisit, & adhuc magis virtute motus sui caloris naturalis, qui motus est in attractione nutrimenti, & nutrimentum movetur in partibus illius, quod nutritur, sicut locatum movetur ad locum suum proprium, prout movetur & trahitur per aliquam virtutem loci. Fili, causa attractationis nutrimenti, in quantum est ad locum, ad quem attrahitur, nutrimentum est, fortitudo, & virtus generativa, quam alio modo nominamus calorem naturalem, & Philosophicum in nostris secretis, sine quo nulla res creatur, cum sit virtus & potentia naturæ. Et ideo porositas indiget aeritate naturali, quæ est subjectum & proprium retinaculum dicti caloris, quæ quidem aeritas manifestatur in colore nigro, quando elementa benè mixta sunt & corpus est combustum & arsum. Et si elementa benè mixta non fuerint, jam non videbis nigredinem, quæ est caloris manifestatio. Ideo quia nigredo ostendit, quod corpus non remanet privatum neque pulsum à virtute activa. Virtus autem activa est, suus calor elementaliter & instrumentaliter. Et hic, est, qui causat nigredinem, quando in suo humido operatur. Et quando operatur in suo humido, demonstrat, quod ipsa elementa sunt fortiter mixta, quando aqua in profundiori corporis benè penetravit, & resolvit, & dissolvit colorem, qui humido radicali est ligatus in colore nigro. Ideo quando humidum radicale, quod est ignis subjectum separatur à corpore in sua calcinatione, tunc suffocatur & extinguitur calor naturalis, quia suum subjectum ei deficit,

ficit, & corpus in colore rubeo manifestatur, quod opus est sine lucro, quoniam naturalis calor recessit, & corpus sine vita remanet. Fili, humiditas, quam tibi diximus, est materia spiritus, in qua naturalis retinetur calor & hospitatur, & in calefaciendo operatur contra humidum suum, & generat nigredinem. Nam cum sit separatus à vero temperamento necessarium est, quod habeat operari, inquantum est ignis. Et quoniam non habet aliud subjectum, quod ei refrenet actionem suam per qualitatem contrariam, prout primò faciebant aqua & terra, in quibus erat ligatus, & per quem erat temperatus, quia ipse est calidus, multum ardet, & comburit suum proprium subjectum, in quo retinetur & facit totum nigrum sicut carbo. Ideo fili attende, quod talis humiditas, in qua hospitatur naturalis calor, non separetur penitus à corpore per ignem excessivum extraneum, quando eris in suis naturalibus & proficuis calcinationibus. Nam postea trahere non posset, nec convertere lapidis nutrimentum, quia non esset principale agens, etiam multiplicatio deperiret omnino. Ideo, quod attractio fieri non potest aliqua nisi per caliditatem & humiditatem, à quibus causatus est & factus naturalis calor.

De effectu ignis, & quomodo ipsum appellamus in nostro magisterio.

CAPUT LXVII.

PRopter antè dictas rationes intelligere potes, & evidenter discernere, si talis calor est causa totius rei generativæ, & cum visum sit, quod omnis res generativa in se habet operationes contrarias, dictus calor captus modo prædicto, tanquam calor & instrumentum naturale, non est omnino unus in forma, & in virtute, imò de pluribus formis & virtutibus secundum vim & posse, quod accipit specifice, & in speciali per determinationem subjecti, in quo est. Et ideo nulla res prohibet, quin habeat operationes multas & mirabiles, & formas notabiles, quarum quælibet est ei propria & naturalis. Fili vi rationis extraximus potentiam naturæ, quæ occulta erat, & absconsa in manifestum, & rationem exquisivimus per virtutem sensus & intellectus: nam illi sunt primo cognitivi, & cognitores substantiarum & operationum naturalium. Et hoc totum directum est & cognitum experientiæ instrumento, virtute cujus tibi manifestamus, prout vidimus, quod quælibet dictarum operationum diversarum est de diversis mensuris aut fortior, aut debilior. Sed hæc diversitas causata est per diversitatem mixtionis elementorum. Cujus mixtionis non est tantummodo, nisi unus actus in genere, scilicet, destillare & redistillare, & dissolvere & congelare, & per causam illius reiterationis est magisterium nostrum per ignorantes mundi reputatum

ludus

ludus puerorum aut mulierum, vel unum monstrum capite & cauda carens, sed qui parum sentit parum scit, & tantum sciunt ipsi. Dicimus ulterius supponendo, quod dicta mixtura sit terminata, vel non quanto calidior erit calore naturali, tantò erit calefactiva & desiccativa humoris Mercurii, & magis effectus suos imprimet in dicto Mercurio, quousque sit ipsemet in suum simile conversus ratione virtutis vincentis virtutem humoris, qui dicitur Mercurius, licet quandoque calor naturalis in tantum, quantum est paucus & infixus in materia grossa, hoc non possit facere, nisi informetur, seu adjuvetur per calorem extrinsecum sapienter administratum per naturalem operatorem, sicut in creatione sulphuris est visum, & in sua multiplicatione. Et hoc est, quod opera naturę cum contrarietate fiunt, respectu virtutũ effectualium, quæ sunt in elementis, & secundum materiam, aut naturam illius capiunt dictæ virtutes determinationem. Nam virtus agens quando est in humiditate exhalativa & volativa, citò penetrat omnem humiditatem condensatam sine adjutorio extrinseci caloris. Et quoniam humiditas, in qua erat dicta exhalativa virtus separatur, & dimittit suam virtutem in corpore deciso, quando postea est vacuum virtute sine aliqua impressione remanet. Ideo tibi dicimus quod humiditas citò recuperatur, & deinde statim deperit. Sed in sicco est causa contraria, & hoc per contrarietatem humidi & sicci. Nam si humidum est alicujus operationis, sicci operatio est contraria. Contrarietas est, quia impressionem graviter accipit, & graviter eam dimittit. Item humidum hoc agit sine accidentali igni, & siccum non. Et ideo, quoniam siccum igne indiget ad impressionem complendum, illud siccum, quantum possumus, subtiliamus, & cum humido miscemus, quousque sit veraciter temperatum, & mediocriter subtiliatum, ut cum adjutorio modici caloris faciat penitus in suo corpore nobilem impressionem. Semper tamen est necesse ad hoc agendum calor ignis communis excitantis, & calor communis naturæ operantis, de quo tantum diximus, quod nos intelligere potes. Opus est tibi fili, quod dictum calorem plantes, & ponas in terram subtilissimam, ut grossum terrestre non ejus impressionem impedire possit. Et hujus rei sume in exemplum in subtilitate humidi. Fili dictus calor est tanquam principale effectivum totius illius quod petis, quoniam id quod non est nisi potentia, defert in actum manifestum cum experientia manifesta ratione adhærentiæ colligatæ à calore & instinctu naturæ. Quoniam ignis in tantum, quod ignis est, nullo tempore facere potest. Citius enim materia per eum incineraretur, quia non operaretur sicut instrumentum organicale, sicut facit calor innatus in composito & influxus in eo à sole & stellis, & non ab igne communi, sicut multi credunt per

eorum ignorantiam magnam : nam quando dicimus, quod lapis per ignē generatus est, non vident alium ignem, nec alium ignem corporaliter credunt, nisi communem ignem, nec aliud sulphur nec aliud argentum vivum, nisi sit vulgare. Ideo manent decepti per eorum cæcas æstimationes inferentes, quod causa sumus suæ deceptionis, & quod dedimus intelligere rem unam pro alia. Sed non est verum salva eorum pace sicut probavimus per illa, quæ philosophi posuerunt in scriptis. Plures enim facti sunt filii Hermetis, & nos similiter sicut in pluribus verbis & locis nostrorum voluminum, & specialiter in arte compendiosa magisterii nostri ad illuminandum evidentiam & certificationem omnium filiorum doctrinæ declaratum est, scilicet, quod solem appellamus ignem, & vicarium suum vocavimus calorem naturalem : quia defert fortitudines solis cum adjutorio caloris communis, sicut patet per ejus effectum. Nam illud, quod agit calor solis in mineris metallorum in mille annis, ipse calor naturalis facit in una hora supra terram. Item nos, & multi alii vocamus eum filium solis. Nam primò per solis influentiam fuit generatus per naturam sine adjutorio scientiæ, vel artis. Et ideo Aristoteles vocavit solem patrem & terram matrem omnium vegetabilium, quia sol impræ-gnat terram calore vivificativo, quæ postea in naturalem convertit calorem, qui multiplicatur adjutorio caloris ignis in nostro magisterio. Unde post per ipsos Philosophos clamatus fuit filius ignis, ut supra dictum est & ostensum. Idcirco jam manifestatur, quod ut Philosophi dederunt eum in magna claritate : ita occultaverunt cum magna obscuritate. Sed tibi qui nihil vidisti neque perscrutasti in Philosophia, quomodo potes cogitare, quod melius tibi dare possumus ? Vide & considera, aut tibi potest sufficere hoc, quod modo volumus dare sine aliquo rima, hoc est ignis naturalis, qui generatur per solem & multiplicatur cum adjutorio ignis communis ac dispositione Philosophica. Nam si aliquis trium ignium deficeret in arte, totum nihil valeret. Ideo apparet, quod filius est solis, quando per eum naturaliter est genitus. Et fit post hæc filius ignis, quoniam per illum crevit & multiplicatus extitit cum virtute innata. Et iterum filius est Philosophi, quoniam per eum fuit rectus & gubernatus usque ad suæ perfectionis finem. Et sic ostensum est, quod tres partes habet. Primus est causa suæ generationis. Secundus est causa suæ perfectionis. Et tertius est causa suæ multiplicationis. Ideo fili dicimus, quod capias terram nostram imprægnatam à sole & sacrifica cum substantia benè puerum per nutrimentum subtile. Nam ille debet stare in loco solis, habens & portans fortitudines patris sui in secum, & pater concessit filio suum posse. Iste est aurum nostrum influxum, sive sol noster, cum est nostra anima, & non in alio. Postea est æs

nostrum

noſtrum;in quo dictus eſt ſol, & eſt terra leproſa & nigra, in qua vulgare corrumpitur. Honora ergo naturam illius,& habeas ejus virtutem in notitia,quia lapis eſt honoratus, repertus in hoſpitiis deſertis,& eſt intus incluſus velut magnum ſecretum & theſaurus incantatus. Item fili materia noſtræ medicinæ debet eſſet benè quatuor rebus munita ex quatuor elementis. Prima eſt proportionalis mixtio quatuor elementorum, tali modo, quod opus eſt tibi,quod ignis naturalis adjuvetur per calorem digerentem,& aqua per fluxum ſicci,quod verſum eſt in humidum,& aer ad finem quod dictum humidum poſſit inſpiſſari in terra, & terra propter conſiſtentiam ſuæ ſubſtantiæ & retentionem figuræ virtutis cæleſtis,quæ forma erat & eſt in calore & in ſpiritu. Et in hoc opus eſt, quod proportionabiliter miſceatur ſecundum menſuram, quæ dicta eſt geometrica menſura & non poſtea æqualiter in quantitate,ſed in quanto requirit ad virtutem & ſpeciem,vel ſulphuris, vel medicinæ,& hæc mixtio eſt prima & principalior res neceſſaria, quam omnis materia generationis requirit. Secunda eſt,quod materia habeat potentiam benè lapidificativam, vel vegetativam antequã vocare poſſit munita vapore ſulphuris,& non ſicut anima vegetabilis eſt in plantis, ſed ſicut in fine capituli de virtute formativa dictum eſt,& tertia & quarta ſunt,prout dicemus planè in capitulo ſequenti de fortitudinibus & virtutibus.

Quomodo Artiſta ſe debet habituare pro imbibitionibus menſurandis,habendo reſpectum ad fortitudinem ignis,qui dictus eſt naturæ inſtrumentum.

CAPUT LXVIII.

TAmen fili damus tibi pro memoria & præmeditatione, per ſenſum quod in imbibitionibus habeas te temperare ſecundum quantitatem virtutis ignis naturæ, quia tunc oportet, quod virtus ignis militet contra aquam,ſicut victor vi ſua & fortitudine ampliate vincit parem ſuum in bello. Ideo neceſſe eſt,quod virtus aquæ non ſuperet calorem naturalem,quia pro modico reſolveretur & diſſolveretur ipſius vegetabilis virtus,& converteretur in naturam aquæ,ſed in majori calore. Et hujus rei dat exemplum natura, quod fortior debiliorem vincit cum modico adjutorio, quare conſidera, ne ille minor ſucceſſus ſuperet, poſtquam vis cum ſenſu agere. Nam opus eſt,quod ſicut aqua vicit ſulphur, & vertit eum per diſſolutionem ad naturam ſuam,tali modo nunc eſt opus, quod ſulphur habeat poteſtatem vincendi arg. vivum. Nam primò vicit eum,& ipſum vertit per congelationem ad proprietatem ſuæ nobilis naturæ, & proſequendi eam, & terminandi ad propriam naturam argenti fini, clari & precioſi. Et hæc converſio fit per reverſionem differentiæ,quo movetur à concordantia,

dantia, ſicut oſtendit ratio naturalis, & experientia nobis certificavit confortando virtutem lapidis ei condonando tantum ſuccurſum, & quousque habeat potentiam convertendi argentum vivum noſtrum, quod quidem primò ad ſui ſimilitudinem ſuis virtutibus eum convertit. Fili quoniam omnium corporum menſura & temperamentum fuit per ſuorum confortationem membrorum; ideo diſtrictè ſcire oportet, non tantum qualis res ſit, ſed quot modis, & quibus modis poteſt & debet operari. Et per illud poſſe viſibiliter oſtenſus eſt ignoranti effectus, per quem habet notitiam potentiæ, quoniam in rebus generalibus ſapiens & ignorans participant in notitia. Et hoc ad cognoſcendum rem, quæ coram eis manifeſtè oſtenſa eſt. Et de hoc manifeſto æque benè notitiam habebit fatuus, ſicut ſapiens, quia unus & alter habebunt notitiam, quod materia eſt talis, vel talis. Sed quando virtus illius confortata eſt, & quomodo citius poteſt facere & demonſtrare ſuam operationem ſcit unus & non alter. Nunquid ſcis fili, quod una res eſt ante omnes alias res & generalis, quæ omnem materiam, & omne corpus, & omne membrū in virtute ſua nō debilitat, neq; confortat, niſi amore operis, quod dicta virtus debet facere inſequi & attingere, & ſi poſtea conſecuta fuerit, vel non, illud opus ſtatim cognoſceretur per ignorantem ſicut per ſapientem, ſi erit perfecta, vel imperfecta? Sed propter hoc non habebit ignorans jam ſcientiam majorem aut notitiam de diſpoſitione materiæ, niſi in quanto ille, qui viderit hominem & dicat, hic homo infirmitatem patitur, vel habet malam diſpoſitionem in corpore, & hæc eſt generalis cauſa dicendi ignoranti prout & ſapienti, & ita benè cognoſcendi per unum ſicut per alium. Sed jam propter hoc ignorans non cognoſcet proprietatem diſpoſitionis virtuoſæ, per quam corpus vel materia attingat, vel non attingat ſuas operationes bonas aut malas, & niſi illam cognoſcat, nunquam habebit notitiam debilitandi eam, vel confortandi. Idcirco tibi dicimus, quod totum hoc non poteſt conſummari, niſi per diſcretionem rationis naturalis informatæ per inſtrumentum, quod movetur ab intellectu reſpectu evidentium experimentorum non ſophiſticorum, propter quæ omnis ignorans eſt, quaſi exul & bannitus à noſtro magiſterio per tales ignorantes ſophiſticos & mendaciis plenos. Teſtificat hoc philoſophus filiis veritatis per evidens exemplum, quod medicus beſtialis eſt, & nihil ſcit, qui tantummodo dicit, corpus patitur debilitatem virtutis, non melius indicat de diſpoſitione corporis, quàm unus ruſticus ruralis, qui nec magis, nec minus dicit: imo illud dictum dicetur & multiplicabitur in ore ruſtici. Quare manifeſtè patet, quod niſi ratione evidenti ac diſcreta diſpoſitio virtutis proprietariæ non eſt cognita, per conſideratam artis, nunquam ſciet augmentare illam

virtutem,

virtutem, qua crementum factum est per viam confortationis & debilitationis. Nam confortatio unius non potest fieri sine debilitatione alterius, sicut manifestè patuit omni tempore, & apparebit in dispositione lapidis nostri.

Quomodo debilitatio unius est confortatio alterius. Et quomodo per confortationem virtutis mineralis generatur lapis noster.

CAP. LXIX.

FIli omnis debilitatio corporis dissolutio est, & omnis dissolutio ipsius est ejus labilitas temperamenti. Et omne temperamentum est restauratio rei deperditæ, & ideo convenit, cum lapis noster habeat debilitari per dissolutionem, divisionem, & corruptionem, quod virtus aquæ, in qua individua naturæ fugiunt. cum omnibus suis speciebus & virtutibus elementalibus habeat se confortare ad faciendum conjunctionem & unionem rerum alteratarum in nova generatione mixtarum, ut per succursum hujus confortationis virtus aquarum confortatarum possit melius & acceptabilius appropriari contra debilitatis adventum, & bona exuberatione obtinere potestatem vincendi virtutes lapidis nostri debilitati ad convertendum in illam & suam qualitatem ac naturam. Et per hanc conversionem sic factam per debilitationem unius, & confortationem alterius est lapis noster comparatus homini submerso in imo aquæ golfo magno. Per hunc modum appositum patenti ratione nobis ostendit sapiens natura, quod virtus lapidis debilitata potest confortari per debilitatem virtutis aquæ confortatæ per modum aquæ, quod habebit potestatem convertendi aquam ad suam naturam, scilicet, quod illud, quod erat de natura humida in naturam siccam revertetur per modum temperamenti, & quod illud, quod erat de natura frigida, convertetur in calidam, & in hoc solemni solutione. Sed ante opus est, quod natura sicca convertatur in humidum: nam in omni transmutione elementorum talis tolerantia, & passio præcedit transmutationem substantiæ, scilicet antequam substantia possit transmutari perfectè quod virtus elementi transmutantis obtineat in suo posse partes elementi transmutandi, & quod fixetur in illo ante transmutationem substantiæ, & se miscendo tali modo, quod illud elementum habebit materiam in aliquo alio elemento. Et ideo est assignata ratio, qualis differentia sit inter elementum, & alterius elementi virtutem, scilicet, si intelligis doctrinas notatas & notandas nostri magisterii, quæ dicunt opus nostri lapidis dulciter & magno ingenio habet ascendere de terra in cœlum. Et alibi, opus est, quod de cœlo in terram descendat, & ibi recipiat ventum quietis, qui lapidem fixat portatum in ventre venti volantis. Quali-

tercunque sit fili, sic intelligas, quia noster lapis per passionem &
tolerantiam suæ naturæ habet opus transire per qualitates omni
aliorum elementorum, antequam sit perfecta medicina. Et ide
si siccum petrosum versum est in frigidum petrosum, ibi hab
pati. Et si frigidum lapidosum, quod est passum vertatur in hu
midum, ibi etiam habet pati, quousque sit perfectè humidum. E
si humidum petrosum vertatur in calidum, ignis noster accensu
est inextingvibiliter, neque unquam deficiet, & medicina nostr
ad complementum perfectum est deducta. Quia nobilis natur
reliminando & rotando per omnia sua elementa transivit, ubi c
dures & caliditates sustinuit, quare tam nobilis est.

Quod conversio lapidis in argentum vivum, non est, nisi conversio elementorum unius solius naturæ.

CAPUT LXX.

IDeo fili tibi sit declarata doctrina Philosophi dicentis, quo conversio lapidis in argentum vivum non est, nisi mutatio na rarum. Non intelligas tamen, quod substantia lapidis nostri plures vel diversæ naturæ, cum non sit nisi una tantum substant converſa de toto in naturam frigidam, primò antequam hom faciat de ipsa quicquam, quousque acceperit appetitum se tran mutandi in aliud elementum, seu qualitatem alterius. Et ideo tu portamus eum in elementariam divisionem in quatuor partes s cundum instinctum, & statum suæ puræ naturæ, quæ vult separa omnibus viribus suis à corruptione, vel à re, quæ in eo est corr pta, in qua multum patitur, in tantum, quod ad mortem venit, quælibet ipsius pars ad proprium elementum suum. Quia nul pars naturæ potest esse sine elemento proprio de qualitate cuj induta est, quouspue veniat ad expoliationem ejus virtute alteriu quam qualitatem appetit natura, nec tota natura in solo elemen frigiditatis ab extra quousque per elementum sit terminata ign quia tunc est de natura magis calida. Fili attende, quando dicim elementatum, hoc est elementum, quod per naturam suam, qu est una pars nostræ totius naturæ lapidosæ, in qua est unum el mentū elementale. Et elementale dicimus ad differentiam, quia uum solum elementum elementale tardat corruptionem fie dam, & tardat generationem in seipso. Et ideo simplicia elemen parum operantur, & proficiunt in hac arte, quia in ipsis non su essentiæ primæ elementorum, in quibus sunt virtutes, quæ mu dificant, generant & corrumpunt. Et ideo scias, quod elemen simplicia sunt extra corruptionem & generationem, & causa e quia non sunt obedientia humorali vel radicali naturæ, quæ munia facit nasci. Et ideo nos & omnes Philosophi prædecessor dicimu

dicimus, quòd magisterium nostrum non potest fieri naturaliter, nisi de quatuor elementis, quæ dicimus composita conjunctim & divisim. Et in illis natura, quæ est homogenea metallorum, quiescit integraliter & deportatur.

Quomodo lapis noster mutat se in omnibus qualitatibus elementaris.

CAP. LXXI.

HÆc est lapidis nostri natura, quæ potest mutari in omnes qualitates elementales, in quas bonus considerator artis vult mutare. Et ista elementa dicta sunt qualitates compositæ, quæ habent posse convertendi naturam hanc de qualitate in qualitatem, primò, in siccum; secundò, in humidum; tertiò, in frigidum; quartò, in calidum, secundum quod pars naturæ per divisionem, vel tota per conjunctionem ad complexionem sui elementi fuerit confortata vel debilitata. Fili, lapis noster nunquam fieri potest, nisi de pura natura, prout quilibet sapiens Artista scire duobus modis potest, scilicet, scientia speculativa, cum intellectu moderata, & experientia visibili perfectæ luciditatis & claritatis magnæ. Et de hac sola natura facta est tantummodo nostra medicina, & sine ista non, prout declarare proponimus in secunda parte hujus libri. Cui nihil miscere velis, si videre ipsius potentiam intendas, nisi tantummodo res, quæ sunt de sua propria natura, à quibus habet confortari atque nutriri, quousque fortitudo suæ naturæ, quæ debilitata fuit, crearet per nutrimentum perfectum contra bellum ignis. Fili quoniam hæc materia est de substantia subtili, & statim intrans ac penetrans elementotum qualitates, & in qualitatem illius elementi, quam reperit abundantiorem in illa convertitur: ideò quando lapis noster rotatur, & ruminavit omnia elementa secundum velle naturæ, & intravit purus, & mundus in regione ignis sui, tunc ignis philosophiæ perpetuò accensus est, quamdiu elementa durare poterunt in mundo, & mundus deficiat, quia lapis noster est, sicut materia elementorum, in qua formam suam ponunt, & in qua retinentur, prout natura in omni generatione demonstrat. Et quia lapis noster est subtilis substantiæ, in ea descendunt purorum elementorum qualitates, & condensantur, & capiuntur, sicut fumus cum lardo. Nam elementa sunt, quæ dant tot virtutes eidem substantiæ, quot penetrare, intoxicare, ac impotionare potest, & mirabiles operationes facere per potentiam, quam accepit & acquisivit in bello magno altarum & bassarum virtutum, & potentiarum. Et ideo ipsa vincit omne superius & inferius cum fortitudine sua magna, & est in natura secretissima res & multum mirabilis, quam simplices tenent & reputant ad miraculum, vel incantationem, aut artem magicam,

cum ipſorum memoria non poſſit eas habilitare ad intelligen-
dum magiſterium noſtrum, quod per naturam, & in natura, & de
natura fit.

Quod tota ſubſtantia noſtri lapidis eſt eſſentialis.

CAP. LXXII.

O vos pueri doctrinæ intelligatis, quod ſi hæc natura non eſſet
de ſubtili ſubſtantia tota, omnis eſſentialis eſſentialitas ele-
mentorum purorum non poſſet imprimi, nec poſſet ſupra ſub-
ſtantiam dominari. Et ſi elementa alia quodlibet ſecundum ſuam
naturam non dominarentur baſſis elementis in qualitate, ſubſtan-
tia non poſſet intrare neque penetrare, nec ingreſſionem habere.
Et niſi habeat ingreſſionem, non poſſet colorare, neque per con-
ſequens dominari, & dare alias differentias ſpeciales ſecundum
complementum actionis noſtri intellectus, quod medicina noſtra
habere debet ſecundum proprietatem ſuam igneam, per quam o
portet quod ignis dominetur, & hoſpitetur in iſta ſupra dicta ſub
ſtantia. Item, etſi hæc natura de ſubtili ſubſtantia non eſſet, non
poſſet habere fuſionem uniformem, nec dulcificationem conti
nuam, nec una pars benè conſequeretur aliam, & per hanc pro
prietatem opus eſt, quod aer in dicta ſubſtantia dominetur, ho
eſt, quod lapis noſter de natura aerea ſit generatus. Nam alio mo
do proprietas aeris in eo dominari non poſſet, niſi de vera eju
ſubſtantia generaretur. Pari modo per oppoſitum eſt de duobu
aliis elementis: ſed pro cauſa antè dicta ipſorum ſubſtantia in ae
ris ſubſtantiam converſa eſt. Quare tibi ſit revelatum, quod ſub
ſtantia aeris exivit à ſubſtantia aquæ, ſicut aquæ ſubſtantia exivi
à ſubſtantia terræ. Quare patet, quod à terra exivit tota lapidi
noſtri ſubſtantia mirabilis, quoniam ſi natura ipſius non eſſet i
aliquo eſſe ſubſtantiali, jam ſiccitas neque frigiditas, quæ debe
eſſe in temperamento ignis & aeris in dicta natura non poſſe
ligari, prout opus eſt ad perfectam fixionem. Ideo neceſſe eſt til
tertam habere ſubtilem, & non illam, quam cum pedibus calca
ſed illam, quæ volat ſupra caput tuum, quam accipe & amplect
re, & charam tene, propter ipſius proprietatem: quia ſine ipſa nu
lum fixum temperamentum fieri poteſt. De iſtius temperamen
natura philoſophus loquendo dicit quod non eſt calida, nec frig
da, nec humida, neque ſicca, & tamen utrumq; eſt. Dicimus, quo
non plus tenet de una quantitate quam de alia, niſi quantum opu
eſt ejus temperamentum ſuæ proprietatis, quæ per concordan
tiam facta eſt de differentia ſpeciali noſtrorum elementorum. I
qui ad tale veniat temperamentum dignus erit poni ad menſa
duodecim patium.

Quo

Quod medicina debet esse de subtili substantia.

CAPUT LXXIII.

IDeo vos intellectu filii potestas cognoscere, quod medicina nostra debet esse de pura & subtili substantia, quia sic nobis dimisit philosophus in scriptis per doctrinam probatam in veritate claræ experientiæ dicens. Quare tibi dicimus, quod opus est, quod de fortiori & subtiliori substantia, & fusionis liquabilioris medicina nostra sit, quam sint corpora metallorum & fixioris retentionis, quam argentum vivum in sua natura. Ideo tibi dicit philosophus Hermes, quod separes subtile à spisso, & purum ab impuro ad habendum dictam substantiam, & simplum à grosso, ut deleviori & meliori puro nostra possit fieri medicina ad finem perfectionis, sed in faciendo ipsam separationem non est parva scientia. Sed multi sunt, quibus propter intellectus cæcitatem hæc separatio est abscondita. Et quando ipsi non intelligunt illud, etiam non intelligunt rem, in qua in præsumptione inflati sunt, quod æstimant intellectum habere apertum, & habent ipsum totum inseratum & clausum, sicut ista ars potest eis manifestare in clara experientia, quæ est in veritate. Ideo ista scientia tibi sit speculum veri intellectus, si viam rectam habere cupis in aliis scientiis, quia ista tibi monstrat ratione tangentem veritatem per claram experientiam, quia illa non suffert aliquam probationem, nec rationes, nec argumenta logicalia, quæ sunt longinqua & remota de claro intellectu. Et plures alii sunt, qui non possunt intelligere, nisi quantum possunt corporaliter videre, scilicet, res quotidianas & mundanas, & in illis per nimiam visitationem intellectus ipsorum est junctum & ibi arrestatum. Et ideo, cum illud est oppositum, & contrarium sine aliquo medio ad nostrum rectum & verum intellectum, & illa de causa ipsi projecti & multum remoti sunt de nostro naturali magisterio, sicut populus expulsus & condemnatus de nostro supremo secreto. Tibi autem fili, qui nos intelligis, es de electis in arte nostra, divisimus testamentum nostrum, in quo thesaurum perpetuum invenies, si in manibus tuis pervenire possit, & à te obtineri. Audi quid dicimus, quoniam non bresca, nec zuccara, nec balsamum aromaticum, quod tantum te faciet delectari, sicut faciet nostrum confectum, si semel tantum gustaveris unum parvum saporem, juro tibi, quod de illo habebis majorem famem comedendi, quam prius.

De recapitulatione, quomodo de una sola natura fit omne id, quod quæritur.

CAPUT LXXIV.

REcapitulando dicimus fili, quod res ista cum sit unius solius naturæ, & de ista tantummodo facta est, quam omnes non habentes,

bentes, vel potentes, aut datores, & etiam habentes, & divitias considerantes, & postulantes desiderant & petunt. Quapropter ista natura per concordiam amorosam, & absque violentia aut fortificatione combustibili, & sine trituratione manuum, aut demolitione per calorem sui ipsius absque sensibilitate suæ proprietatis naturæ mutatur de una qualitate in alteram. Nam ea existente in sua prima natura vel qualitate non valet tantum de fumo, sed quando transivit per rotam circuli, tunc est incomparabilis & perdurabilis thesaurus. Fili adhuc tibi dicimus, quod antequam hoc natura possit pertransire per rotam circulatem elementorum, necesse est, quod dividatur in quatuor partes, ut pertransire possit per quatuor qualitates elementarias, scilicet, de sicco in frigidum & de grosso in simplum, de frigido in humidum, & de ponderoso in leve, & de humido in calidum, & de aspero, levę, aut suave, aut dulce, & molle & placidum per dulcificationem amari. Sed hæc divisio non potest fieri per mutationem naturæ sine perditione proprietatis, nisi natura, quæ est in massa dura & sicca cum omnibus suis partibus revertatur ad similitudinem ipsius primæ naturæ, in qua mundus erat primò constitutus divina potentia in modum formę confusæ, in qua erant omnia media confusa, sine quibus natura complere non poterat operationes suas, quando Spiritus Sanctus divinus portabatur super aquas, quæ occupabant partes omnium aliorum elementorum, sicut Deus, & Dominus noster creator supremus naturæ ordinaverat in eodem momento sine temporis occupatione, antequam placeret facere mirabilem ipsorum separationem sive divisionem. Hanc operationem fecit redemptor noster ostendendo primæ naturæ, qualiter operari debebat per nobilem intelligentiam. Et hoc non intelligatur, nisi de tota natura, quæ primò fuit creata ex nihilo, & post in tres partes divisa cum certa mensura. Et de prima puriori creavit angelos & cœlum imperiale, per hanc luciditatem & puritatem participant animæ puræ angelis in natura, qua participatione facta est inter eos unio vera in glorificatione magna, & de secunda parte naturæ minus pura fecit Deus firmamentum, sicut supra declaravimus in capit. formæ majoris: solem etiam stellas, & lunam, & dedit cuique suam virtutem, quæ in natura cum rebus inferioribus participant. Et de tertia parte minus pura fecit Deus hunc mundum, & composuit quæ in eo sunt, prout scriptum in hoc præsenti testamento in modo tibi dicto. Sic fecit Deus Dominus noster naturam diversam, ut quælibet causa ad suam propriam posset fieri restitutionem, nam de puriori fecit rem meliorem, de impuriori verò minorem. Et sicut scriptum est in ratione naturæ, quantò res est melior, tanto ab altiori natura procedit. Quare patet, quod natura inferior minus in puritate perfecta

indiget

indiget alia in omnibus operibus ſuis, antequam ad ſuæ perfectionem operationis perveniat. Si ergo natura ſuperior dat ſibi de puritate ſua tantò plus, quantò melius inferior natura appropinquat ei ac ſuæ claritati, luciditati, puritati, ac lumini ipſius per attractionem ſuperioris naturæ, quæ facta eſt propter convicinitatem, ac fortem, & uniformem nexum conjunctionis ante ipſorum diviſionem, & hoc propter aſſociamentum rerum quintarum, & quintæ eſſentiæ libro declaratarum ſub conſideratione tibi fili tradita per agiographum ſpiritum. Quapropter apparet, quod primo erat totum una natura.

Quomodo debet intelligi magiſterium reſpectu conſtitutionis mundi ſcilicet iſtius magni mundifacti per Deum.

CAPUT LXXV.

NUnc loquemur de tertia parte, hoc eſt, de natura baſſa. Iſta eſt natura, quæ facit diverſitates tantas in hoc mundo. Et de iſta dixi ſuperius, quod tu debes ſtrictè intelligere, aliter poteris in errorem cadere. Et ideo nolo magis tibi dicere, niſi tantum quod tibi poſſit ſufficere ad intelligendum ſecretum, quod datum eſt nobis. Unde fili intellige hujus magni conſtitutionem mundi, quem Deus omnipotens poſt naturæ creationem fecit in forma confuſa, ſcilicet, quod omnia elementa erant mixta tali modo, quod nec ignis, nec terra, nec aer apparebant, niſi in forma confuſa aquæ quæ uſque ad circulum attingebat lunarem, ſic quod ignis calorem, nec aer humiditatem habebat, nec terra ſiccitatem, imo totum in frigiditatem verſum erat propter ſuarum confuſionem naturarum. Quoniam de quanto natura aquæ magis erat frigida, de tanto naturam in calidam magis ſtringebat, ſcilicet ignis, ad profundum aliorum elementorum, & per conſequens naturam aeris magis puram, cum aer ſit cibus & materia ignis, ſic quod poſtea, cum mirabilis ipſorum per potentiam divinam facta fuit diviſio, & quodlibet eorum fuit aſſociatum & hoſpitatum in ſuo loco ſecundum debitum naturæ, fuit poſtea repertum, quod in terra remanſit de igne & aliis elementis, in quibus eſt res, quæ rebus conjunctis participat. Ac ſi vitrum plenum aqua lunaria in medio aeris rumperetur & præcipitaretur deorſum cum ſubſtantia & ſapore aquæ, & aqua plena de ſubſtantia quinta aſcendendo in ſua alta approximetur, cum hoc facere ſit debitum naturæ. Hoc ſit tibi per figuram revelatum. quia debes ſcire, quod natura non operatur, niſi per ſuum velle, eo quod reſpicit voluntatem magiſtri ſui Dei Domini noſtri, ut ſibi ſatisfacere poſſit, quia eam creavit, & per illam voluntatem Deus fecit, & facit per naturam omnia, quæ videmus, & non per miraculum, ſicut tempore diluvii, quando per

do per amicabilem concordantiam Deus ſupremus ſubtraxit ſtellarum virtutem, quæ trahebant aquas à maribus, quæ in alio pendent ſupra regionem aeris, & poſtea ceciderunt inferius in pluviis, aut grandinibus cooperiendo totam terram, quia deviatæ fuerunt à parte illius climatis in aliud, uſque quo ad ipſarum locum reverſæ ſunt ad complendum divinum velle. Fili ſi Deus vellet, quod duo montes unus ab oriente, & alius ab occidente in uno congregarentur in medio terræ, & eſſent unus mons, ſtatim fieret, & non per miraculum, ſed per aperta & habilia inſtrumenta virtuoſa, quæ Deus poſuit in natura per ſapientiam totius ipſorum concordiæ, per quam ſuas faciunt actiones. Et ſic totum opus naturæ non eſt occultum Deo, ſed mundanis hominibus. Ideo fili, ſi aliquid facere vis omni tempore, fac per naturam, & inde ſcias concondantiam naturæ, quia ſine ipſa ullo tempore nihil facere poteris. Ideo quia nulla res mundi, quæ faciendo eſt, eſt extra terminos, nec itinera naturæ, quin per illam, & de illa, & in illa ſit facienda.

Quomodo terra plena eſt intelligentiæ, & quomodo operatur. Et de creatione Adam & Evæ. Et quomodo magiſterium noſtrum aſſimilatur operi creationis hominis.

CAPUT LXXVI.

QUoniam fili potes intelligere, quod tota terra plena eſt intelligentia ad operationem naturæ inclinata, quæ intelligentia movetur à natura ſuperiore. Ita quod natura intellectiva inferior in quantum aſſimilatur naturæ ſuperiori. Nam per intelligentiam adjuvatur à ſuo ſimili per converſionem & potentiam attractivam. Deinde poſt illam mirabilitatem naturalem, creavit Deus Adam de limoſitate elementorum, ſcilicet de limoſitate terræ, aquæ, aeris, & ignis, & vivificavit eum à ſole Sancti Spiritus, & de luce, & claritate & lumine mundi. Et ex omnibus reſultavit in eo mixtio rei quintæ in ſuo compoſito, ſed magis ſpecialiter fuit creatus de terreſtri elemento, prout ex ipſius delicto patet. Et ſic ex illa limoſitate Deus omnium creator conſtituit, & fecit naturam homogeneam, ex qua fuit Adam formatus, à quo ſucceſſivè tranſcreavit Evam. Quo facto præcepit naturæ, quod haberet multiplicare, & multiplicavit ipſorum ſpecies doctrinam capiendo à maſſa confuſa mundi, & per intelligentiam nobilem, quæ primò confuſa erat, & poſtea diviſa. Hæc enim eſt generalis regula operandi, quam Deus & Dominus noſter dedit naturæ, & nobis monſtravit per figuram. Et qui habet aures audiendi, habebit totum in ſuo intellectu: quia hanc inſequendo doctrinam natura omnia ſua facit opera. Quare patet, quod qui ignorat

hanc

hanc divinam doctrinam extra naturæ opera est. Nostet lapis assimilatur in operatione operationibus naturæ animalis, & naturæ vegetabilis, & naturæ mineralis & melius. Quoniam assimilatur & assimilari debet creationi hominis, qui de limositate factus erat. Ideo fili, si vis operationem nostram per naturam facere, insequere operationem doctrinæ naturæ. Nam ei non est datum, quod per aliam doctrinam possit operari, nisi per illam, quam habet à Deo magistro suo præceptam & doctam per intelligentiam perfectam, per suam suæ moventur operationes, nec festines. Et ex hoc sit speculum tuum natura, quæ brevi tempore res suas non format, sed tempore certo assimilandum magisterium operatio eidem constituta.

Quomodo operator debet res suas ordinare ad assimilandum magisterium operationi creationis universalis in creando massam confusam, quæ continet omnia quatuor elementa.

CAPUT LXXVII.

POst hæc fili tempus est, quod ponas in ordine naturam, qua indiges cum recta notitia, scilicet per reductionem, quæ per retrogradationem facta est illius in formam confusam, respectu massæ hujus mundi, quousque versa sit in qualitatem frigiditatis magnæ, in qua primo fuit. Et quando sic erit versa notare potes & cognoscere, quod non est nisi unum compositum per artem respectu naturæ confectum, ut si absque artis adjutorio factum esset per naturam ad consequendū sui intellectus finem, quia est creare perfectum metallum, vel medicinam perfectam respectu naturæ, quæ per artem adjuvatur, & in hoc composito continentur quatuor elementa naturæ mineralis, simplicia & composita, per quæ resultant quatuor qualitates elementariæ. Et per hanc primam conversionem lapis noster in naturam frigidiorem vertitur. Et ideo oportet, quod aqua ibidem dominetur, & in se contineat alia elementa, ex quibus natura per divisionem se habet, postea verti de qualitate in qualitatem. Et hæc est res nostra, quæ in se continet omnia, quibus indiges in nostro magisterio. Et ideo dat intelligere ratio scripta philosophice per Hermetem quod sicut omnes res factæ fuerunt ex sola re per potentiam supremam sementificam, & exiverunt à massa confusa globosa, voluntate divina miraculosa: sic lapis noster natus est, & exivit ab una compacta massa confusa, in qua omnia sua quatuor elementa sunt contenta per naturam creata, de qua per voluntatem Dei & operationem naturæ noster lapis postea nascitur,

Quomodo philosophi appellaverunt massam confusam, & de divisione ipsius, & de natura elementorum suorum.

CAPUT LXXVIII.

PRo hac massa confusa nominanda fili similitudinariè philosophi eam nominaverunt totum mundum. Nam in ipsa sunt quatuor elementa confusa, quæ separari possunt, & dividi quodlibet ad partem suam, imprægnata ex natura quinta, & per quam separantur & sunt separata Ergo fili, elementa ab illa massa separa per industriam sapienter, quæ à nobili movetur intelligentia, & reperies naturam, quæ in ipsis est, in quatuor partes divisam, & quælibet pars illius naturæ onerata erit & induta qualitate sui elementi. Quia pars, quæ remanserit pro terra, erit in siccitate complexionata. Et illa, quæ pro aqua remanserit magis pura & magis subtilis, est conversa in qualitatem frigidam. Et illa, quæ pro aere remanserit, reperietur in qualitate humida convicinante qualitate ignis. Vide ergo fili naturam, quæ erat in toto composito integraliter, primò frigida, & postea reversa est in principalibus qualitatibus elementariis, scilicet, in siccitate, frigiditate, & humiditate, & calore pet divisionem elementorum. Et sicut quodlibet elementum habet participationem cum sibi propinquiore, sic quælibet pars hujus lapidis vel naturæ habet majorem affinitatem sibi propinquiori, quàm habeat illi, quæ sibi est remotior. Et hoc est propter posse elementorum ac eorum qualitatum, in quibus vaporabiliter diffusa est dicta natura quinta, quam tantū diligimus. Fili istæ qualitates elementales dictæ sunt appropriatæ elementis propter grossitiem & simplicitatē dictarum partium, in quibus jacet natura pura cum magna corruptione, à qua corruptione si scias eam amovere, habes nostrum magisterium certificatum per certam præparationem. Nam lapis noster nunquam invenitur, nisi in ventre corruptionum, & dehinc eum extrahimus, substantia unde movetur corruptio, est multum pinguis lutosa & fortiter unctuosa aerea, in ventre cujus est ignis, quem petimus, & in ipsa eum accendimus. Et ideo tibi revelavit Morienus sagax Romanus per bonitatem subtilitatis, cui non fuit alter similis in securitate per bonitatē præparationis metuens Deum, fidelis, benignus dando totum suum consilium dicens, quod scientiæ hominum manifestè conjunguntur, mansio cujus manifestatur in carne, & sanguine, & in profundiori ventris. Et alibi tibi revelavit, quod secretum nostri lapidis est in coxis & femoribus calidis, hoc est in profundiori elementorum compositorum, ex quibus elementa sunt per ea, quæ superius dicta sunt. Ideoque supra dictum est, & adjungendum propinquioribus, & affines

ſuorum affinium. Nam ſcis, quod natura ſiçça vel pars îllius, quæ eſt ſui elementi terreſtris, non habet poteſtatem vertendi ſe in naturam humidam, nec ſe ligandi parti humidæ, quæ eſt de natura aeris propter duas cauſas contrarias. Una eſt quod terra & aer ſunt contrarij, & in qualitatibus diſcrepantes. Quoniam terra per naturam, quam habet, eſt ſicca & frigida, & aer per partem naturæ quam tenet, eſt humidus & calidus, Et ideo natura ſicca in humidam, & frigida in calidam converti non poſſent, niſi primò quælibet ipſarum per ſua tranſeant media, quæ ſunt germana extremitatum. Quoniam ſcriptum eſt pro reformanda natura, quod contraria exiſtentia quælibet ipſorum in ſua natura nõ benè poſſunt ſimul ligari, niſi primò mutantur de ſua contraria qualitate in mediam, quæ participat veris extremitatibus per affinitatem naturæ. Et ideo natura terræ non poteſt converti in naturam aeris, niſi primo vertatur in naturam aquæ: nec natura ignis poteſt converti in naturam aquæ, niſi primo vertatur in naturam aeris. Quoniam nullus tranſitus poteſt fieri unius extremi ad alterum, niſi prius tranſeat per media germana. Nam quando volumus facere tranſitum de prima extremitate ad tertiam, oportet tranſire per gradus medios. Quare fili aqua & aer ſunt germana media elementaria ſcalæ rotundæ, per quæ natura ab extremis elementalibus habet tranſire antequam operationes ſuas complere poſſit veniendi ad perfectionem. Nam aqua eſt frigida & humida, & per frigiditatem participat cum aere, & per ſuum humorem rarificat terram, eam alleviando. Et per frigiditatem ſuam aerem condenſat, eum conſtringendo. Ita, quod quando aqua convertit terram ad naturam ſuam, poſtea poteſt eam in aerem convertere per concordantiam humiditatis, quam terra ab aqua ſuſcepit, & frigiditatis, quam aer recepit ab aqua, quæ eum conſtrinxit, & ſic per conſequens eſt aer medium ignis & aquæ, cum aer ſit humidus & participat aquæ, & cum calidus participat igni, & per ſuum humorem condenſat ignem & vertit eum in naturam aeris per inſpiſſationem, & per ſuum calorem attenuat & intenerifcat aquam & vertit eam in aerem per levigationem. Et ideo quando aqua in naturam aeris eſt converſa, aer eam convertit in naturam ignis. Vel quando ignis converſus eſt in naturam humidam aeream, humiditas & frigiditas eum convertit in naturam aquæ ſecundum quod jacet in intentione naturæ, vel boni & perfecti artificis. Nam ſicut aqua eſt de materia terræ, ita aer eſt de materia aeris & terræ. Et unum eſt materia alterius.

Quomodo elementa ſubtiliantur, & ingroſſantur per rotam circularem, quæ per philoſophos hujus artis dicta eſt Cathena aurea.

CAPUT LXXIX.

IDeo fili tibi dicimus, ſi velis nos intelligere, quando terra per ſuum contrarium erit ſubtiliata, vertitur in naturam aquæ propter qualitatem, ſcilicet, frigiditatem, quæ participat inter ſiccitatem & humorem. Et quando aqua illa plus ſubtiliatur per ignem in naturam aeris vertitur. Et quando ille aer plus ſubtiliatur, vertitur in naturam ignis, & per conſequens per retrogradationem eſt, quod quando natura ignis ingroſſatur, convertitur in naturã aeris humidi, & tunc ignis tantum de calore ſuo perdit, quantum humiditas poteſt ſibi contrariari per hebetationem ſuæ ingroſſationis. Et quantò hæc natura melius condenſatur per inſpiſſationem, tantò melius in aquæ naturam convertetur, quæ per ſuã condenſationem mortificavit majorem partem caloris. Et perdit magnam partem humoris per indurationis approximationem naturæ aeris ad qualitates terreſtres, & quando hæc aqua magis inſpiſſatur, tunc verritur in terræ naturam, & propter ſui frigiditatem amittit partem ſui humoris gyrando ſe & portando in ſiccitatem. Quare ſi vis ignem noſtrum accendere, adminiſtra ei cibum levem & tenerum, quia ejus hebetatio & mortificatio non venit niſi per cruditatem & groſſitiem materiæ, ſicut patet in declaratione prædicta. Quando igitur voles de terra ignem facere, ſubtilia terram quantum poteris, & quando velis de igne terram facere, condenſa fortiter ignem. Dicimus quod aer & aqua cauſa ſunt ingroſſationis ignis, & melius aer quàm aqua, & melius aqua quàm aer. Et minus terra, quàm aqua, & aqua minus, quàm aer. Sed terra omnibus ſuis viribus inſpiſſat aquam, eam vertendo ad ſuam naturam terræ & aquæ, ſe condenſando & convertendo ad naturam terræ inſpiſſat aerem, & vertit eum ad ſuam propriam naturam aquæ. Et aer ſe ad naturam aquæ convertendo per inſpiſſationem condenſat ignem, & facit eum converti in aerem per ſuæ ſubtilitatis ingroſſationem. Similiter ignis omnibus ſuis viribus nititur aerem vertere ad ſuam ignis naturam per ſubtilitatem ſuæ puræ ſubſtantiæ: & iſte aer converſus ad naturã ignis ſubtiliat aquam. Et ideo vertit ad naturam ſuam aeris per rarefactionem alleviationis. Et hæc aqua verſa in naturam aeris rarificat terram, & facit eam verti in naturam ſuam aquæ per ſubtiliationem ſuæ groſſæ ſubſtantiæ. Et per hunc ultimum ordinem elucet ſecretum compoſitionis aquæ noſtræ filiis intelligentibus, cùm vivaciter apparet, quod natura ſicca non poteſt in humidam verti, quousque in naturam frigidam convertatur. Fili

manifeſtè

manifestè tibi portam naturæ aperimus ad intrandum omnia opera sua, si intelligas. quia superiora elementa causa sunt subtilitatis inferiorum. Et subtiliatio causa est vivificationis & animationis. Elementa vero inferiora sunt causa ingrossationis aliorū elementorum. Et hoc ratione attractionis proximioris consonantiæ, quæ jacet in suis naturis, ut nuper extitit declaratum per terram & per ignem, & ingrossatio causa est mortificationis, & hebetationis caloris animalis. Et nos bono juramus animo, quod subtiliatio non fit sine ingrossatione, nec ingrossatio sine subtiliatione, nec dissolutio terræ sine congelatione aquæ, nec aquæ congelatio sine dissolutione terræ. Fili in spiritu dissolvitur corpus congelatū, & per corpus constringitur spiritus congelatus, quia congelando spiritum, dissolvimus corpus, & corpus dissolvendo, congelamus spiritum. Fili vide & aspice multiplicationem veræ tinctuaræ, quā Deus dedit naturæ ad transmutationem faciendum. quia de uno pugillo terræ & novem aeris facimus decem aquæ. Et ideo de uno pugillo hujus aquæ, & novem ignis facimus decem aeris, per scalam vivificationis ascendendo ad subtiliationem naturæ grossæ in naturam simplam & superiorem, similiter de uno pugillo ignis & novem aquæ fiunt decem aeris mortui, qui est aqua viva. Et de uno pugillo istius aeris mortui, & de novem pugillis terræ fiunt decem aquæ gloriosæ. Intellige fili verba, quoniam hæc est doctrina, per quam omnis mensura & omne temperamentum fiunt. Et est necessarium, quod in nostro magisterio fiant, sine quibus fieri non posset. Hæc est cathena deaurata & rota circularis totius mundi, per quam natura sagax omnia sua regit instrumenta rotando & circulando in circuitu, quam supremus creator conservare in suis divinis mirabilibus & infinitis potentiis voluit & vult.

Quomodo Artista habet scire cordetenus rotam circularem, & naturam conversionis elementorum respectu primæ & secundæ qualitatis.

CAP. LXXX.

OPus est tibi fili hanc rotam cordetenus scire perfectè, si ad nostrum magisterium velis pervenire. Quia tibi diximus, quod elementa per naturam jam dictam vadunt rotando per ipsius circuitum successivè, quousque compleverunt eorum circuitum, & circulum, qui est perfectio operationis eorum, & per scientiam suę circularitatis apparet clarè istud, quod superius diximus per primam rationem. Alia ratio, quare natura sicca, quæ est in terra, in naturam aeris converti non potest, nisi per suum medium, est diversitas grossitiei & subtilitatis, vel gravitatis & levitatis, per contrarietatem partium naturæ, aut materiæ illius, sicut de superius dictis qualitatibus jam complexionatis. Quia omnes aliæ res,

quæ

quæ considerari possunt in istas pro majori reducuntur, videlicet, fluxibilitates, & soliditates reducuntur ad humiditatem & siccitatem, & levitas, & gravitas reducuntur ad subtilitatem & grossitiem. Et notetur hic primus gradus. Ideo te intelligere oportet, quod pars naturæ, quæ est in terra, grossa est & gravis, frigida & sicca. Et ideo frigiditas, grossities & gravitas cum siccitate causantur à natura quæ est in terra nobiliter causatæ sunt, & natura quæ est in aqua, est mediocriter grossa, & gravius mediocriterque subtilis, & levis, humida & frigida, per hunc secundum gradum, & ideo causantur ab eis gravitas cum frigore, & levitas cum humiditate. Et natura, quæ est in aere, subtilis est & levis, calida & humida. Et ideo causantur ab illa levitas cum humiditate, & suavitas per caliditatem. Et notetur hic tertius gradus. Et natura, quæ est in igne, multum subtilis est & levis, & multum ac fortiter calida & sicca, & ideo causantur ab illa levitas cum siccitate, & caliditas acuta. Per hanc doctrinam fili debes intelligere, quod in nostro magisterio naturali, non debent elementa definiri secundum quod sunt principium motus de loco in locum, sed secundū quod sunt initium alterationis. Hancmet viam insequuti sunt, & sequuntur medici. Et ideo dicunt, quod terra est elementum, per quod omne corpus ad corpus defertur sanabile, & per quod corpus sanabile frigiditati & siccitati in substantia participat, de sua ratione multum grossa, & aqua participat cum frigiditate & humiditate in substantia mediocriter subtili. Et aer participat humiditati & caliditati mediocriter subtilibus ratione suæ naturæ. Sed ignis participat calori & siccitati in substantia multum subtili, & fortiter activa, ratione suæ simplicis naturæ. Fili hoc ultimum capitulum aperit tibi portam, & postea firmat, quia tibi supra diximus, quod de uno pugillo ignis & novem aquæ fiunt decem aeris mortui, quæ est aqua viva.

De causa & ratione, qua elementa non possunt converti, & etiam causa, per quam benè possunt converti.

CAP. LXXXI.

PEr hanc descriptionem elucidata est ratio secunda, quare natura sicca non potest in humidam sine medio suo converti. Et per illud medium transeundo patenter extitit declaratum descriptione prædicta, quod elementa sunt causæ suæ mutationis & alterationis, prout hoc probari potest experientia visibili & vera manifestè in nostro magisterio naturali, absque alia logicali probatione. Fili accipe de nostro aere, & de terra modicum, & perfora latus ejus acuta lancea tota calida, & videbis à ventre suo exire tantùm de cholera nigra cremata & combusta, quod habebit potentiam

tentiam intoxicandi & impotionandi totum mundū. Retine igitur illam, ne à te recedat, quia tibi bona erit contra inimicos tuos. Postea perfora aliud latus ejus cum punctura magni serpentis, tantummodo quousque totum phlegma exiverit, nec amplius habeat infra suum ventrem. Deinde crema & combure, quousque sit prope mortem, & quòd anima exiverit, & corpus sit in pulverem reductum indutum de nigris oculis. Scias, quod natura illius est remissa grossa & gravis, frigida & sicca, per proprietatem, quæ est in ejus elemento terrestri, aeri contrario, in tota sui natura & proprietate. Quare si ipsum in naturam aeris vis convertere, adde ei de capite rubeo novem partes. Et natura hujus rubei capitis est una substantia multum subtilis & levissima, & in complexione multum calida, & sicca & acuta. Post hæc adde illis duas partes de pedibus albis. Natura illorum pedum alborum est una substantia grossa mediocriter, & in qualitate mediocriter frigida. Et per hanc proprietatem participat oculos nigros, est adhuc in substantia mediocriter subtili per suam qualitatem humidam & calidam. Et per hanc proprietatem participat substantiæ aeris. Et ideo sit tibi revelata definitio aquæ & aeris in suis dispositionibus, tanquam amica contrarietatum, quæ sunt in composito isto, scilicet ignis & aquæ, terræ, & aeris, nascitur unum medium purum, ad unionem mixtionum qualitatum alteratarum ipsorum in forma terræ congelatæ albæ, multum subtilis, & transparentis secundum perspicuitatem aquæ aereæ, jam congelatæ per vaporem materiæ dictæ terrestris, jam confortatæ per calorem acutum.

De symbolo, retinaculo elementorum.

CAP. LXXXII.

FIli, in hac mutatione, grossities, & gravitas substantiæ terrestris naturæ inferioris habet potestatem retinendi aquam, per totam suam naturam; per vaporem homogeneitatis frigidæ, quæ est qualitas gravis participans illis duobus elementis, quæ sunt de natura sua, sed sis securus, quod frigiditas dominatur in retentione attractionis aeris, quæ facta est per confortationem caloris acuti cum sapore humoris, qui est materia ignis, & totius naturæ. Ergo fili, pone de calore acto in natura inferiori ad confortandum suam siccitatem, & mortificandum suam frigiditatem, per temperamentum cognitum ratione naturæ. Nam scias quod maxima frigiditas est mortificationis ignis causa, & durificationis, & grossioris naturæ attractivæ causatæ à calore & humore. Fili calor naturæ debet per humiditatem radicalem temperari, ut vapor calidus per nimiam suam actionem non cremet, aut ardeat materiam nostri chari infantis, quæ temperantia

facta

facta est tantummodo per additamentum naturæ sui humoris, quousque veniat ad gradum illius acuitatis temperatæ, per quam possit penetrare invisibiliter omnes partes natutæ humidæ, & ponere formam suam, ac eam figurare in materia aeris. Debes videre fili, qualiter, & in quo loco debeat creari. Et tibi dicimus, posse naturæ revelando, quod per subtractionem humidi radicalis fit, quousque calor naturæ excitatus & expeditus per stimulationem nobis monstrat dictam actionem. Ideo tibi opus est, ne illud transeas, ne compositum se relegatum reperiat, vel separatum à tota sua natura. Quia postea nollet videre eam, nec posses tam promptè & celeriter infigere naturam deperditam in corpore sine parte ipsius. Et si hæc pars esset omnino remota à corpore prædicto, & postea velles in suum initium ponere per viam corrigendi defectum, esset tibi multum grave, propter causam tardationis, & sicut præduximus, natura ipsius non esset ita bene radicaliter, & per suas proprietates infixa in suo corpore per hanc artem, nisi fieret hoc ingenio forti atque subtili hujus magisterii, quod est multum grave fieri, tanquam per artem naturæ, quæ multum omnibus suis adhæret intelligentiis ad complendum & finiendum cõpletè suas operationes non ministraret, quia per artem à Deo non est intellectus tam subtilis, quod primæ virtutes in corruptionibus suis primis occultæ, & in corruptione suorum objectorum debilitentur. Ideo fili opus est tibi, quod avises te in prima corruptione, & intelligas benè istius præsentis ultimæ conclusionis ordinationem.

De qualitatibus accidentalibus. Et de unione naturæ.

CAP. LXXXIII.

POst hæc opus est tibi, ut scias acuitatem prædicti vaporis calidi ab ipsomet igne creari, qui procedit ab illa natura, qui quidem ignis est quarta pars totius naturæ in quatuor partes divisæ, & ideo humorem penetrando per suam acuitatem ignis digerit, & adjuvat naturam cum natura simplici per continuationem, ac copulationem minerarum suarum, & minerarum partium insimul conjunctarum uniformiter ad modum naturæ homogeneæ, sic quod natura sicca, & grossa per suum confortamentum retinet naturam humidam, & subtilem, per ingrossationẽ naturæ simplæ per coagulationem. Et natura simpla per conversionem rarificat grossam per subtilem unionem Sic apparet manifestè, quod in quanto natura grossa de simpla retinuerit per attractionem naturæ calidæ & humidæ, in tanto est propinquior subtilitati aereæ, quàm esset in sua natura, & habet majorem perfectionem, in quanto etiam natura simpla erit magis adjuncta, vel addita cum natura

grossa

groſſa per condenſationem, in tanto erit gravitati & ponderoſitati propinquior, & minoris perfectionis. Et ſic fili potes, intelligere multiplicationem, vel diminutionem operativarum virtutum. Nam philoſophus in libro Meteorum ait, quod natura terreſtris in loco generationis metallorum continet in ſe virtutes cœleſtes, per quas convertitur ſua individualitas in formam, naturam, & ſpeciem metallorum coadjuvante virtute naturæ terreſtris. Alio modo, ſi virtus naturæ terreſtris ſuperet in potentia virtutem naturę cœleſtis, quæ erat in ſpecificatione metalli magna ſiccitas, & magna frigiditas naturæ groſſæ condenſaret humidū, quod formam debet recipere metalli in naturam & conformitatem terræ, & non in forma metalli propter defectum virtutum cœleſtium, qui non ſunt in dicta natura. Quare filij veritatis intelligere poſſunt, quòd forma metalli venit, & eſt à virtute cœleſti, influxa in materiæ ipſorum profundiori, ideo dictum eſt per rationem Meteoricam, quod anima eſt in ſemine naturæ, ſicut magiſter in ſuo artificio. Fili, talis virtus cœleſtis eſt in proprio loco generationis metallorum, & ideo eſt forma metalli. Facias ergo tunc fili, quod in loco generationis aut cōverſionis talis ſit potentia cœleſtis, quæ poſſit transformare humidū individui ſub conſervatione actionis, appetentis hanc ex natura terreſtri, in formam & ſpeciem tranſparentem & finiſſimam, per congelationem terreſtris ſicci, hæc erit res magnæ virtutis. Quia terræ virtus, per temperatum frigus, & per ſiccum complexionatum, operata eſt congelando, inſpiſſando & retinendo. Et virtus cœleſtis formativa influxa cum virtute terræ, format ſpeciem in colore cœleſti, quando materia congelatur, ſic quod congelando transformatur ſpecies, & informando illam congelatur materia. Quapropter fili ſcriptura præcipit, quod habes argentum vivum tot vicibus abluere, quouſque vertatur in colorem clarum cœleſtem. Et hæc eſt terra, in qua animas noſtras ſeminamus, & in illa eſt congelatio noſtra, & non in alio loco, & per hanc retinentur ſimplices ſpiritus quinti fugitivi, qui habent formare, & debent formare terram claram in virtute & forma elixiris, per ſpecialem differentiam, quæ movetur à nobili concordantia quintarum rerum, ſicut clarè notabimus in ſecunda parte hujus libri dicta practica noſtra.

Quomodo tota intentio operatoris debet eſſe in præparando materiam lapidis, & in ſuo temperamento.

CAPUT LXXXIV.

PRopterea poteſt tuus ſentire intellectus rationabili conſideratione, quod quanto magis materia erit debitè præparata &

ſubtiliata, tantò virtutes cœleſtes naturæ ſuperioris obtinebit, & in ſe retinebit, & quantò minus, minus. Fili videas ergo & aviſes quomodo aqua mutatur in aerem, & aer in ignem, ſi vis haber præparationem naturæ. Si velis de materia terræ ignem facere opus eſt tibi à principio, ut eam benè ſubtilies, & quod in naturam aquæ & aeris transmutetur, & quando in contrarium voles operari, intentione cognita elementa in contrarium mutabis. Verumtamen facias factum tuum ex re ſimpliciori, quoniam in illa appropriatur virtus cœleſtis tanquam forma rei ſimplicioris, & hoc eſt ſecundum actionem materiæ & curſum naturæ. Et tene ſuper hoc dictum philoſophi vij. Methaphyſicæ, Quod ſecundum proprietatem materiæ ei erit appropriata certa forma, & propria ſecundum ſuam actionem quare ſi materia eſt ſimplex, appropriabit ſibi formam nobiliſſimam & multum puram, cauſa ſuæ ſimplicitatis & ſimilitudinis, quæ naſcitur à proprietate naturæ ſuperioris ſimplicis. Ideo quando voles contemperare lapidis ſubſtantiam, pone ipſam in loco generationis, vel converſionis ad qualitates, de quibus vis per notitiam certam, quod lapis tuus mutetur, videlicet, in humido calore. quia hæc eſt qualitas, per quam cauſatur dulcedo in lapide amaro, per conſervationem humidi lapidis in ſuo igne, quousque poſſit æternum ignem pati.

De demonſtratione præparationis lapidis per differentiam exemplificativam in operatione naturæ in ſuis mineris.

CAPUT LXXXV.

TAli fili modo natura utitur temperamento in mineris per ſucceſſivam operationem, quamvis accidenti fortuitu multum erret. Nam ſi materia ſulphuris & arg. vivi depurata, & ducta ad ſplenditatem, reperit locum ſuæ retentionis & congelationis ſiccum, terreſtrem fuſcum & immundum vel frigidum ſine temperantia aliqua, generatio iſtius convertetur in complexionem intemperatam, fuſcam, terreſtrem, crudam, ponticam, & amaram, & accipiet formam ſpecificam, ſecundum ſpeciem, ad quam virtus cruda terreſtris & complexio loci movet materiam ſulphuris & argenti vivi, ad formam ſecundum ſuum actum, ſicut manifeſtè in omnibus generibus viſum eſt de extremitatibus & mediis aliis metallicis. Quia illorum materia non eſt aliud ſimpliciter, niſi ſulphur & arg. viv. mixta ſimul vaporabiliter, & ſpecificata per terreſtrem ſpeciem atramentoſam, & vaporem groſſum terreſtrem, qui naſcitur à loco transmutabili generationis. Fili reverte igitur materiam groſſam in ſimplam, quousque induerit virtutem cæleſtem, quæ habet claritatem in lapide noſtro formare, propter hoc, quia potes iſtud, bene facere in elementali revolutione, ſi intelligas

telligas elementorum convertibilitatem. Fili vapor grossus atramentosus, à quo creatum est atramentum, est multum acutus & ponticus, & ideo partes penetrat sulphuris & argenti vivi depuratorum, & penetrando inficit illam materiam depuratam, congelando in speciem illius vaporis atramentosi & lutosi terrestris, qui mixtus est ipsis. Quare patet id quod diximus, quæ est major porta, scilicet, quod virtutes terrestres non obtineant supercœlestes, sed econverso, & habebis rem petitam. Per hanc mixtionem apparet, quod sit medium inter lapidem & metallū, cùm dicta mixtio facta sit in materia lapidis, & in materia metallorum, & corporum liquabilium. quia medium est omne illud, quod aliquo modo cum lapide participat ab uno latere & in aliquo modo cum metallo in alio latere, & ultra adhuc magis proprietas lapidis est, non posse fundi. Et proprietas metalli, quam ex ejus materia tenet, esse posse fundi per calidum & siccum. Ergo per hæc notare potes, quod lapides sunt in genere terræ siccæ, & metalla sunt in genere aquæ humidæ. Medium ergo vocatur omne illud, quod cū duab. extremitatibus participat illorum. Sed aliqua illorum sunt, quæ magis participant cum siccitate, & illa continent calidum & siccum, constant calido & sicco, ut Marcasita, Antimonium, &c. Sed aliqua illorum mediorū sunt, quæ melius participant gradui humoris, & de illis distillatur aqua per calorem & siccitatem, ut sal gemmæ. Per hoc fili relucere potest doctrina ante oculos tuos declarata per hoc quod est de proprietate metalli, est humidum aquaticum, & arg. viv. separatū per artem magisterii tibi revelati. Habe igitur fili notitiam naturæ mediorum, quia de ipsis totam scientiam nostram trahimus, & potestatem ponendi arg. viv. in opere, & trahimus arg. viv. à suis cavernis vitreis, & cum illis portatur lapis ad suam primam naturam, qui est supremum medium purgatum ab originali macula.

De extremitatibus nostri lapidis, & quæ sunt, & unde extrahuntur.

CAP. LXXXVI.

POstea cognoscere potes, quod arg. vivum nostrum est prima extremitas lapidis nostri, & in primo gradu & in secundo est elixir completum, & modo tali per artificium nostrum subtiliter inventum, & ingenio naturali trahimus extremitates ex prædictis mediis, quæ participant cum lapide nostro, sicut natura sapiens dedit nobis scire: nam aperte nobis ostendit modum qualiter transmutat naturam de mediis ar. vi. in metallum perfectum, hoc est fili medium commune ad trahendum & ponendum summum medium de potentia in actum. Tamen fili debes intelligere in tua operatione metalla loco mediorum, quæ sunt extremitates

naturæ. Nam quanto media sunt nobilioris naturæ, tanto extre-
mitates sunt nobiliores & digniores in potentia. Et ideo de ipsi
mediis extremitates separamus scilicet vivum argentum argento
rum vivorum, & elixir perfectum, quod est medicina medicina
rum. Quoniam in omnibus mediis aliquo modo secundum for
mas confusas sunt extremitates Alio modo nisi ibi essent, non
possemus in actum ponere, quod est in potentia naturæ, & sic im
separabiles essent propter impotentiam ibidem existentem. Iten
natura nobis manifestat secundum quod experientia certifica
quod natura illorum comminuit argentum vivum, & illud mort
ficat constringendo & congelando, & post ipsius congelationem
commiscibile est corpori, & tunc operatur, & non ante, omnem
colorem dando, quo indigemus, & virtute suæ siccæ naturæ ter
restris retentum est, & fugere non potest à corporibus quibus mi
scetur. Apparet igitur, & est sine dubio, quod vapor extremor
est causa constrictionis arg. viv. & in natura, & in nostro magiste
rio, quod esse non posset, nisi convenientiam unius, & disconve
nientiam alterius haberet contra se per differentiam concordan
tiæ, prout apparet in sui caloris conservatione per convenientiam
conservativam. Ideo vocata est hæc substantia leo viridis, & ser
pens viridis leporarius, & arg. viv. & pastura basilisci philosophici.
Sed nos illum vaporem, propter potentiam præsentem, appella
mus magis propriè humorem menstrualem, qui quidem humo
ab argento vivo derivatus est, quamvis alteratum arg. viv. sit pe
corruptionem & fragilitatem terrestrem, quæ sibi advenit, & ho
argentum vivum cum corpore conjunctum, sunt duo spermata, a
quibus nasci facimus dictam aquam vivam, quæ est argentum vi
vum nostrum, & aqua vitæ, quæ corpora mortua resuscitat.

Quomodo menstruale est causa mortis argenti Vivi.

CAPUT LXXXVII.

PEr istum humorem menstrualem declaramus quem nos dici
mus, quod argentum vivum est causa mortis suæ, quia ipsemet
seipsum interficit, & postea occidit patrem & matrem suos, & ex
trahit eis animas à corporibus, & epotat omnes ipsorum humidi
tates, facitque ipsos nigrescere sicut carbonem. Deinde eos resu
scitat tali ac ita magno splendore, quod per illam resuscitationem
pater & mater sui cum ipso vivent, nec unquam morientur. E
pro certo, in præsentia & voluntate certorum sociorum argentum
vivum vulgare congelavimus per suum menstruale, & aliàs uni d
sociis nostris, in cujus eramus societate expressè, quasi ad dua
Leucas prope Neapolim, in quo loco in præsentia Physici regis &
unius fratris de sancto Jo de Rhodis, & Bernardi de la. Bret, & a
liorum congelari fecimus argentum vivum per suam menstruale
natu-

naturam. Et quamvis hoc vidiſſent, & manifeſtè palpaſſent, tamen non potuerunt ſcire, quid eſſet, niſi ſimpliciter ſolummodo ruſtico more, regia majeſtate ſalva. Et ſi realiter ac philoſophicè cognoſcere potuiſſent per ſpeculationem intellectivæ virtutis dictum menſtruale ac ſuas virtutes, artem ac ſcientiam absq, dubio habuiſſent, prout dicti ſocii, qui per nos multum bene intellexerunt manifeſtè & habuerunt. Et tunc arg. vivum vulgare dimiſiſſent ad creandum lapidem, & ad exuberandam ſuam humiditatẽ, & ideo nos cogit ratio, quod ignoranti habeamus illud celare. Et tibi fili non celavimus, neque celare volumus, cui, & quando diximus, quod rem vilem accipias, ac eam facias ſuos amplexare parentes, quousque penitus crepentur, & ſint velut mortui, & recipe ab ipſorum ventre argentum vivum, à quo lapidem formes, & poſtea medicinam, quæ non omnibus eſt conferenda, & ſic vertetur de pauco in bonũ, & de bono in melius. Benedictus Deus ſupremus conditor & redemptor noſter, qui de tam vili re preciosum ita creavit, quæ teneat in ſe proprietatem & virtutem ac proprietatum poſſeſſionem, quæ in alia non eſt.

Quod argentum vivum philoſophorum, non eſt argentum vivum commune, & quare ſic rarò invenitur lapis ſuper terram.

CAPUT LXXXVIII.

POſt hæc intelligere potes, quod argentum vivum noſtrum non eſt vulgare. Imo argentum vivum noſtrum eſt aqua alterius naturæ, quod reperiri non poteſt ſupra terram, cum in actionem venire non poſſit per naturam absque adjutorio ingenii, & humanarum manuum operationibus reſpectu naturæ. Et ideò, cum natura ſola non poſſit eum trahere in actum à rebus, in quibus erat in potentia, niſi per tenebroſam reſolutionem, & ideo eſt nobis opus, ſi velimus noſtram creare medicinam, quod de illis, in quibus potentialiter erat, nos trahamus de potentia in actionem reſpectu naturæ per induſtriam rationabilem boni magiſtri ac operatoris, per viam generationis factæ per præmeditatam corruptionem, quam nobis philoſophia conceſſit, & ſcire dedit, quare ad nos illius generatio ſpectat, virtutem ac potentiam naturæ ſequendo, quam virtutem philoſophiæ noſtræ germanæ ad naturalem reperimus, & non ruſtica virtute, quæ contra naturam eſt. Et hac ratione illud argentum vivum noſtrum eſt, & non ruſticorum, qui impotentes ſunt ad hũmificandum naturam mineralem. Poſtquam ergo ſupra terram generari non poteſt per ſolum artificium naturæ, niſi noſtri artificii adjutorio magiſtrali, per nos philoſophicè reperto, ſine aliqua ruralitate vulgari, ideo in ſua generatione opus eſt, quod nos ſubtiliter introducamus actionẽ naturæ

turæ metallinæ in materiam,unde debet generari, ad quam rem peragendam omnis vulgaris rusticus absurdus est penitus & cæcus. Quia ei defecerunt rationes nostræ philosoplicæ,quæ regunt intellectum ad directionem absque deviatione per A.B.C. D.punctualem magisterii nostri. Quare patet, quod argentum vivum nostrum non est de vulgaribus, quoniam natura non potest eum creare super terram, neque rusticus,similiter arg.vi.nostrum est,& penitus nostræ philosophię,sicut filius est patris,qui ipsum genuit. Ideo scias fili, puod causa quare lapis noster supra terram ita modicè reperitur,est: quia non est potestate naturæ per creatorem superiorem concessa, quod illum possit generare sine ingenio & operatione manuum humanarum. Et quia homines ignorant naturam, & naturalem illius commixtionem & operationem, ideo rarus est & paucus in actione manifesta, quia succurrere non possunt naturæ, ratione suæ ignorantiæ,quousque per philosophiam transierint universalem, & desideratam, quæ revelat eis res, quæ eis erant absconditæ & celatæ, atque ignotæ.

Quomodo magisterium istud fit per naturam,& per operationem artis & scientiæ, & non miraculo, & de ipsius demonstratione.

CAP. LXXXIX.

NOn credas tamen fili, quod hoc per aliquod miraculum fiat nec arte confusa, sicut aliqui fatui credunt: imò fit secundum cursum naturæ per artem notam, de qua certam habemus operationem, quæ nobis attulit desiderium nostrum per præparationem, quia mundat & purificat naturam vilem & immundam, & ponit & convertit in naturam nobilem,& siccum in humidum,calidumque in frigidum, si hæc mutatio non esset terrestris, natura dominaretur superiori naturæ,& converteret naturam individualem homogeneam, ad suam naturam grossam & terrestrem, & quod hoc sit verum, apparet per experientiam incontradicibilem. Nam quando argentum vivũ ponitur in vapore sicco atramentali, sicut est aqua acuta, statim dissolvitur per incisionem & penetrationem, quæ movetur ab acuitate forti patenter, & in dissolvendo convertitur in naturam atramenti terrestris, non capiendo formam metallicam, nec formam claram, nec cœlestinam, sicut apparet post evaporationem dictæ aquæ, & suam congelationem in forma lapillorum croceorum, quæ croceitas à terreitate pontica & sulphurea procedit,quæ ultra mensuram erat in dicta aqua mixta per parva frusta cum universalitate & simplicitate homogenea, quæ simplicitas erat capta & ligata per dictam terrestreitatem, mutatione lucis & claritatis atque luciditatis in obscuritatem. Consimiliter per operationem mediam in contra-

ria

ria forma vertitur argentum in vivum mixtum cũ atramentis per ablutionem aquæ & ignis, qui totum ſuum vaporem groſſum devorat & conſumit, antequam mixtio illius fiat cum argento vivo, quod per ſimplicitatem naturæ groſſæ vertitur in ſimplicitatem, mediante acuitate moderata congelatur, & miſcetur cum illo, quod magis participat ſua natura in luciditate chryſtallina, ſicut apparet poſt ſublimationem ſuam. Et inde movetur cauſa, per quam commendamus temperantiam ignis ad ſublimationem ar. viv. quousque acuitas, quæ nimio igne groſſam terreſtreitatem portat, quæ dat infectionem ar. viv. ut ſit penitus evacuata, vel evaporata. Ideo quia iſta per expreſſionem ſicci ignis, portat naturam ſuam in ventre ſuo, ſicut apparet in aquarum fortium confectionibus, de qua natura non indigemus: quia noſtri magiſterii corruptio eſt. Sed quod velis nos bene intelligere per hunc modũ: Accipe igitur aeritatem ſimplicem, & ablue optimè, & fac aquam, & eam præpara præparatione philoſophica, quousque per quinque planetas tranſierit & poſtea pervenit ad lunam, & quando per ſex tranſierit, venit ad ſolem, qui clarificabit & illuminabit omnia. Fili, quod dictum eſt, nobis notificat præparationum multitudinẽ, per quas habes ire, & in qualibet præparatione per virtutẽ ejus infixa eſt cujuslibet planetæ complexio, & ideo ſi individua natura reperiat aptum & habilem locum ſuæ generationis in forma metalli, vel locus ille generationis eſt complexionatus à natura plumbi ſecundum ſuum planetam, vel Jovis, vel Martis, Veneris, Mercurii, Solis aut Lunæ. Si ad naturam Saturni ſit complexionatus propter ſuam debilem digeſtionem, transmutabit individuum in formam & ſpeciem plumbi crudi, lutei & immundi. Et ſi ad naturam Jovis, Martis, aut aliorum, & individuum convertetur in naturam loci, ad quem addetur propter ejus infectam digeſtionẽ. Et ultra, quoniam ſi locus prædictus generationis eſt complexionatus ad naturam Mercurii, erit debilioris digeſtionis, & minoris potentiæ ad terminandum individuum in forma corporis duri. Et ideo convertere non poteſt, ſed tantum inſpiſſare, & de natura aeris convertit in naturam aquę per condenſationem, quam capit aer de ſuis parvis partibus terreſtribus modicum digeſtis, quæ immiſcentur cum eo vapore elementali, defectu conſtrictivæ virtutis, & ideo inſpiſſatur in rem crudam, ſe reincrudando per actionem uniformis caloris & humiditatis unctuoſæ, laxativæ, tartareæ, ſicut lac facit in mammillis.

De natura abortivorum corporum imperfectorum, & de temperantia baſis natura.

CAP. XC.

IDeo fili tibi ſit manifeſtum, quod corpora ſuprà dicta non ſunt

nisi abortiva, quæ terminum suæ perfectionis habere non potuerunt, sicut illi, qui nati sunt & nascuntur in locis menstruosis indigestis & corruptis, patientibus infirmitatem lepræ, & corruptionem in suis corporibus, & hoc facit natura ob defectum debitæ præparationis & naturalis caloris, qui non possunt bene digerere menstruale, quod est in materia metalli, vel per suam nimiam excitationem, vel stimulationem caloris adurentis, ardentis, & cholerici, vel individui, vel loci sui nimis mutabilis, in quo plurima accidentia multotiens possunt advenire: cum sit continens totius materiæ omnis generationis. Quare si locus mutationis individui sit talis, quod sit tali modo temperatus, quod per suam digestionem, vel bonam temperantiam habeat magis potestatem depurandi cum conservatione mutativa germen suum clarum & purificatum, congelabit & transmutabit illud in finam lunam, & puram per vaporem sui sulphuris jam à macula originali purgati leprositatis, qui dicitur locus dictæ transmutationis, vel in solem perfectum secundum bonam temperantiam, quam capiet humidum individuale à loco suæ generationis & digestionis completæ, aut incompletæ. Nam illic, ubi locus generationis est Solis, & commutationis & congelationis humiditatis Mercurialis in finum solem, ibi certe dominatur ignis cum multum nobili temperantia & in loco generationis lunæ dominatur aer cum cœlesti virtute. Et ideo clarificatur, & demonstratur, quod fumus aut vapor menstrualis terrestris, & argenti vivi non debent excedere, neque superare pondus metalli puri, nisi æqualiter illi aliàs in præparationibus est avisandum. Quare patet, quod sit plus de virtute terræ in loco generationis, quam habeat de lumine & de nobilitate, quæ veniunt per mixtionem planetarum in dicto loco, congelatu accipiet & obtinebit tenebrositatem, fuscositatem, ponderositatem lutulentam, & frigiditatem, sicut plumbum. Quare patet, quod in plumbo dominatur elementum terrestre, sicut in auro dominatur elementum altum cum temperantia perfecta. Et si dictus locus in plus participaret cœlestibus virtutibus, & minus in terrestribus, esset fulgens ac resplendens absque aliqua corruptione, firmum & solidum per constrictionem partium, quod demonstrant gravitas & ponderositas exiccationis, quantum est de hoc per contrarium, est dicta proportio constituens speciem auri, ad quam proportionem venit materia depurata in illum terminum proportionalem in materiæ congelatione per frigiditatem loci, & per calorem locati, quæ importavit omnem calorem naturalem ventris materni per terminatam digestionem, & mater mortua remansit absque aliqua virtute, & in frigiditatem versa, quæ constringit Mercurium congelando plenum calore perfecto in metallo jam formato.

Quome-

Quomodo Artista debet notare virtutes minerales propinquiores perfectioni. Et de openis abbreviatione per fermentationem.

CAPUT XCI.

QUare de omnibus, quæ tibi diximus, sis avisatus simul & singulariter, multum notando virtutes minerales perfectioni propinquas. Quia tibi dicimus, quod argentum vivum depuratum potest reverti ad naturam illorum, quibus adjunctum est, & intellige hoc tam in parte prima, quæ est, purgationis & creationis lapidis, quam in secunda, quæ est fermentatio & mutatio ejus in finam & veram medicinam. Quando igitur transieris ad secundam partem gradus secundi, adde jam curatum sulphur cum fermento lavato & abluto, quod appellatum est ungventum, ut totum convertatur in fermentum, ergo totum ungventum erit, quoniam scitum est, & cognitum, quod ille, qui dat formam, cum eo concordat quod illam recipit. Item apparet, & supra positum est, quod omnis generatio debet esse ex convenientibus naturæ quæ formas portat, & virtutes cœlestes in se, & hæc est causa, quare præparatio nostra suppleri non potest, nisi fortè virtute longitudinis temporis per multos errores in prima parte fermentum supplet, & complet per suas virtutes benè temperatas, & multum benè digestas temporis per brevitatem sine impedimento magno. Si hoc scias in secunda parte facere, & in hoc transimus cursum naturæ, quia finit suam operationem una digestione sua sola. Et nos facimus per fermentum illud, quod natura digestione sua jam compleverit. Et ideo habeas in te præparationes notas, & patientiam in longa ipsarum mora. Nam omnis prolixitas temporis est in operæ naturæ, quia non operatur nisi per minimè. Et præparationes nostræ non fiant, nisi per illam in terminis revolutorum temporum perfectæ sunt, sicut res aliæ per naturam creatæ. Fili nisi nostras agnoscas præparationes, nunquam habebis thesaurum omnibus electis præparatum, & beati, qui illum intelligunt.

Quomodo Artista debet intelligere, quando lapis perdit suam naturam & minuitur, ad illum emendandum.

CAPUT XCII.

PEr hæc fili tibi dicimus, quod opus est tibi, quod scias in prima parte emendare lapidem, qui perdit de sua prima virtute temperata in toto regimine præparationis: nam in illa præparatione indiget reverti, & transire de illa ad mortē per partem gradus secundi. Ideo fili tibi dicimus, quod de quantò magis elongatur à suo temperamento per mortificationes corporis factas in prima

parte, tantò magis perdit de ſua prima natura, & eſt corpus paſſum tanquam homo in magna exiſtens infirmitate per turbationem ſuorum ſpiritualium virtutum ab eo ſeparatarum, & elongatarum per reſolutionem ipſarum, quam continuè paſſum eſt. Et hanc rem labilitatem clamamus, quando corpus à ſuo nobili temperamento remotum eſt, vel à coæqualitate ſua complexionali inquantum patitur, quia ei deficit ipſum quod ei confortaret. Et inquantum ſui elongamẽti partem accepit, tanto melius per viam confortationis appropinquat per reductionem naturalem, vel attractionem ad temperantiam naturalem, & de tanto quod magis extendes rotam in portando corpus ad longiorem corruptionem & mortificationem ſub aliqua conſervatione caloris naturalis, de tanto erit majoris vitæ & perfectionis, ſi poſtea per confortationem ſuorum ſpirituum deperditorum reducatur ad ſuum temperamentum. Et hoc eſt ratione illius, quod accipiet in ſua prima attractione facta in regimine reductionis, quo ſuperabit in melius, quam perdiderat in ſua mortificatione. Quoniam temperamentum non fit, niſi per reſtaurationem rei deperditæ ſcilicet ſpirituum deperditorum vivificatorum, & reſtauratio nequit fieri abſque naturali attractione, neque attractio abſque evacuatione, neque aliqua evacuatio ſine mortalitate quadam, quæ fit per cremationem & combuſtionem corporis, & calcinationem, & evacuationem humidi radicalis.

Ad ſciendum, quomodo lapis eſt remotior à ſuo temperamento.

CAP. XCIII.

SCire debes quo tempore lapis eſt à ſuo temperamento remotior, quando corpus eſt crematum, & à ſuo ſpiritu vacuum & inanimatum, tunc remotior eſt quàm poſſit eſſe à ſuo temperamento, & finivit rotam corruptionis ad eſſendum locus proprius generationis. Et quantò plus humorem ſuperfluum in ſua ſolutione perdidit, tantò plus attrahet ad ſe dictum humorem exuberatum in ſua reductione. Exemplum, ſi corpus perdat B. & G. in ſuis ſolutione & corruptione per rotam extenſam id inveniet, & attrahet D. & E. qui æquipollent perditioni de B. & C. Et ultrà ad plus per naturam in regimine reductionis attrahet F. & G. qui ſunt exuberati per D. & E. propter fermentationem de B. & de C. Et ſi corpus non perdat niſi B. per minorem rotam, non poteſt recuperari loco ſui, niſi C. & poſtea D. exuberatum de B. pro eundo ad temperamentum majus. quia ſua perditio non ſuffert, nec cũrſus naturæ, & in quantum temperamentum rotæ minoris eſt minus perfectum cauſa ſuæ minoris corruptionis, in tanto eſt major temperantia rotæ extenſæ ad duplicem perfectionem, quæ à majori naſcitur

scitur attractione humiditatis in profundiori ratione suæ calcinationis fortiotis solutionis & mortificationis. Et per hoc intelligere potes totam intentionem nostram, scilicet, quod totum magisterium nostrum non est, nisi colligatio humoris resoluti vel resolutio unius, & congelatio alterius, vel mortificatio unius quæ est spiritualis, & vivificatio alterius, quę est corporalis. Quoniam quocunque modo lapis sit dissolvendus, in eodem modo componendus est. Et hæc colligatio nihil aliud est, quam argenti vivi exuberati & fixi multiplicatio. Per cujus multiplicationem noster lapis venit ad majorem perfectionem & temperantiam.

De causa supplementi diminutionis corporum imperfectorum, & quomodo lapis noster complebit eorum defectum. Et de interligamento ad respectum elementorum naturalium.

CAP. XCIV.

IN hoc fili est complementum diminutionis corporum imperfectorum, quæ deficiunt à quadam pauca humiditate fixa & inspissatione perfecta. Quare patet, quod nostra medicina portat complementum illorum in corpore perfecto, scilicet, multiplicationem argenti vivi & inspissationem bonam, & fixionem permanentem. Fili considera omne illud, quod tibi ostendimus, quia totius nostri secreti manifestamus tibi primas causas, quæ sunt entia realia magisterii nostri, & sine illis ullo tempore non potest adimpleri. Ideo illud intelige, quod notamus in testamento nostro per acuitatem tui intellectus, & vide, qualiter doctrinæ nostræ sunt associatæ, & in quibus melius conveniunt, quando fiendæ sunt, & quot sunt regimina, & quod vadit primò, & quod ultimò, & quam potentiam habent. Quia jam tibi diximus, quod magisterium nostrum non est, nisi unius formæ corruptio, & generatio alterius per conservationem suæ speciei multò magis resplendentis. Ideo fili, quod quantum potes naturali corruptioni per tuam elucidationem appropinquare appropinqua, & illud, quod elongare potes, ab illo elonga, & tu venies ad corruptionem primæ formæ, verissimi passus, & ad generationem secundæ formæ, quæ nobilis generationis est. Fili nostri magisterii regimina sunt interligata & incathenata. Quia primum adjuvatur à tertio & à secundo, & tertium à primo & à secundo, & secundum à primo & tertio. Et quando eris in primo, media ipsum de secundo & tertio. Et quando eris in secundo, manu leva ipsum à primo & tertio. Et quando eris in tertio, manu leva ipsum à primo & secundo. Et omnia ista ligantur unum cum alio, non tantum sola operationis mixtione diversa, sed per decoctionis diversam digestionem, quo reducuntur per reiteratam putrefactionem. Quare tibi ostendimus, quod

totum

totum non est, nisi unum solum regimen decoctionis, quod per diversas mixtiones operativas cum intentionibus ordinatis primum gradum adimplent magisterii nostri, quem si benè intelligis, intelliges secundum & tertium, quod est tota veritas adimplens magisterium nostrum. Fili intentio naturæ est multum ordinata per opera erratica. Intellige ergo naturæ intentionem & suæ operationis & totius reversionis ejus, quia prima mutatio respicit ad unum actum, & per intentionem illius ipsa agit, & per illam transitur ad actionem secundam mutativam, quæ tertiam respicit mutationem. Et nulla istarum finiri potest sine alterius adjutorio, cum se habeat fieri per contrarias operationes, prout sentire potes per corporum solutionem, quæ est causa congelationis spiritus, & congelatio spiritus est causa dissolutionis corporis. Et sic quilibet respicit actum suum differentem cum ratione discordantiæ. Hæc est erratica elementorum conversio, quam intelligere benè tibi opus est, & si benè intelligis, resplendebit intellectus tuus uberaliter & plenè, & confortatio & debilitatio, quæ factæ sunt in nostro supremo secreto, & in omni corpore naturæ. Nam per illas est omne temperamentum, vel distemperamentum nostri magisterii, quæ sunt latitudo compelexionis.

De latitudine complexionis, & quomodo ex duobus terminis comprehenditur.

CAPUT XCV.

OMnis latitudo complexionis fili, cujuscunque sit speciei ad temperamentum, vel distemperamentum vertitur. Et ideo primæ differentiæ complexionis sunt duæ tantum, scilicet, Temperata complexio & distemperata. Temperata est illa, in qua primæ qualitates per mixtionē disrumpuntur, quousq; veniant ad illum terminum, per quem resultat melior dispositio compositi, secundum illum modum, qui suæ speciei debetur. Nam in qualibet specie absolutè est temperamentum, quod quidem est tale ad suam speciem respectu suæ individualitatis, & complexio distemperata est illa, in qua corpus solare à meliori dispositione recedit per dominationem quarundam qualitatum primarum. Quare apparet, quod cum in nulla complexione possit aliqua dominari qualitas, nisi simpliciter vel compositè, ideo omnis complexio distemperata, vel erit simplex, vel composita. Simplex est illa, in qua una qualitas tantum dominatur, sicut in nostro lapide siccitas cum qualitate simplici dominatur. Nec intelligas, quod dicamus adeo simplam, quin cum aliis participat in aliquo: nam hoc esset contra rationem complexionis, cum sit qualitas composita de quatuor primis. Sed quia per judicium evidentis notitiæ, quam nobis concessit per sensum manifestum nos videmus ac scimus, quod una illarum

larum quatuor tantum dominatur multum ſuæ contrariæ Et ideo dicere volumus quando lapis reducitur, verti debet de humiditate magna in magnam ſiccitatem & in humiditatē minorem, & frigiditatem minorem, ac minorem caliditatem. Quare apparet, quod cum per iſtam ſiccitatem elementum terreſtre determinetur, noſter lapis humidus in naturam terræ aereæ per regimen deductionis naturaliter convertitur. Propterea voluerunt aliqui dicere, quod noſter lapis ſiccus erat in ultimo gradu, & remotior ſui perfecti temperamenti jam paſſus ratione ſuæ ſiccitatis & acuitatis. Quare voluerunt illum cibum foras educere ad ſuum temperamentum cum nutritiva humiditate fementabili: ſed hoc contra ſtabilem rationem viſum eſt, per naturæ ſapientiam, & ſuo intellectui magnum inconveniens, cum lapis noſter per regimen reductionis jam ſit informatus per oppoſitas qualitates differentiales per concordantiam, per quam informationem omnis res ſuo temperamento ſe temperat & appropinquat. Quoniam cum lapis noſter fuerat per ſecundum regimen occiſus mortuus ac ſubverſus in gurgite Sataliæ magnæ, & ſua paſtura & nutrix fuerat de toto cremata, arſa, & combuſta, deficiens à vita perfecta, quæ eſt cauſa approximationis nobilis temperamenti, idcirco viſum eſt, quod lapis noſter eſt remotior, quam eſſe poſſit à temperamento ſuo exiſtente in regimine ſecūdo ſtante infra illum terminū in quo ſunt duæ complexiones magis extremæ & longinquæ, quia opus eſt, quod materia non ſit ad contrarium projecta extra dicti termini latitudinem, ſed quod participet quodammodo alicui de complexionibus metallinis, quæ ſunt proximæ extremitati. Et quod materia non tranſeat ultra extremas complexiones, quæ participant morti. Alio modo, ſi intenſius, vel remiſſius procederent contra naturam à qualitatibus fortibus & oppoſitis, ibi penitus deficeret dicta materia à complexione metalli, in tantum, quod poſtea ſalvari, ſub illa non poſſet individuū metallinæ ſpeciei, ſicut apparet in combuſtibilitate materiæ, quando per ignem nimium corrumpitur, omnino ſeparatur à natura ſua ob defectum informationis naturalis. Fili vide ne corpus tuum omnino recedat à natura ſua, hoc eſt à ſuis particularibus complexionibus ultimatis, quæ continentur ſub latitudine temperamenti, & in tali puncto materia exiſtente dicimus, quod à ſuo temperamento eſt remotior: ſed ſi velis propter hoc dicere, quod magiſterium noſtrum haberet incipi per tertium regimen, deficeres ab intellectu noſtri operis, cum adhuc non habeamus ſubjectum, aut materiam convenientem, in qua & per quam elementa fixanda ſunt.

Quare opus eſt, quod per tertium regimen de terra & aqua noſter lapis procreatur.

Quo

Quomodo substantia sulphuris exeat ab extremitatibus, quando lapis creatur.

CAP. XCVI.

DIcimus ideo, quod noster lapis primò creatur, ut subtilis substantia calida & sulphurea extrahatur à suis extremis, & quod ille contemperetur cum humore, & cum calore, qui est secundum instrumentum perfectivum naturæ, & medium participans immediatè dictæ substantiæ, per quod recipit metalli tincturam, quæ est in dicto instrumento. Sic fili trahimus lapidem nostrum ab extremitatibus, in quibus sunt media confusa, ut non sit unum nec alterum: sed ut sit medium, aut neutrum dictis extremitatibus, id est, inter eas, à quibus materialiter exivit, quam neutrum vocamus, secundum considerationem expressatam in tractatu de intentione Alchymistarum sapientum, & subtilium: non quod sit neutra propter negationem extremitatum, sed propter participationem unius & alterius. Et omnes extremitates suæ sunt corpus dictæ ac spiritus, de quibus corporibus neutra cum omnibus mediis procreantur, & sunt procreata. Cum igitur tale neutrum sit à suis extremitatibus procreatum mineralibus certis & notis absque dubio in naturis eorum participat indistinctè, secundum judicium sensus & experientiæ. Et per consequens, sic habebit & possidebit certas extremitates subtiles & mixtas & indistinctas absolutè. Et ideo dictus est neutrum, sicut sunt sani infirmi. Et ideo habet in ipsis indifferenter operari per suam proprietatem neutram, & corpora infirma reddere nec sana, neque infirma, quousque virtus sanitatis in eo sit integrata. Et ideo patet, quod hoc est propter causam imperfectam, quæ venit à sua infirmitate, & ægritudine. Postea fac de illa neutralitate extremitatem perfectam, sicut est imperfecta. Tu adjunges ei alia vice de sua natura homogenea, ex qua creabantur in parte, videlicet simpliciter usque ad finem ut de perfectione sanitatis, quæ est in aere, tollat infirmitatem & ægritudinem neutri, & quod virtus unius per alterius virtutem confortetur, & quod infirmitas & ægritudo dicti neutri, quæ ex parte terræ, & aquæ venit, sit commensurabiliter per humorem & calorem alienata, & tunc invenies appropinquatum extremitati perfectæ ac temperatæ, & non tenet nisi mediam partem ægritudinis, & duas sanitatis. Altera vice fac istud extremum imperfectum, & adde ei duas operativas virtutes, videlicet aerem & ignem naturales, & reperies ab extremitatibus & mediis imperfectis reversum ad extremitaem plenam sanitate, & omni temperamento. Intellige fili, nam omnia hæc diximus post considerationem cap. 168. quod incipit: Lapis noster remanet in omnibus suis elementis, &c. Laus honor & gloria Jesu.

Finis Theoricæ testamenti.

INCI-

INCIPIT PRACTICA MAGISTRI RAYMUNDI LULLI SUper Lapide Philosophico. Et primo definitio, quæ res est, seu quæ scieentia, vel ars Alchymia.

Caput I.

ALchymia est una pars naturalis philosophiæ occultæ cœlica, magis necessaria, quæ constituit & facit unam artem & scientiam, quæ non omnibus est nota, & docet mundare & purificare omnes lapides pretiosos, non perfectos, sed decisos, & ponere ad verum temperamentum, & omnia humana corpora lapsa & infirma restituere, & ad verum temperamētum reducere ad optimam sanitatem, & etiam transmutare omnia metallica corpora in veram lunam, postea in verum solem per unum corpus medicinale universale, ad quod omnes medicinæ particulares reductæ sunt, & fuerunt. Et per quod integratum & factum per unum manuale regimen revelatum est philosophiæ filiis perfectis, mediante ignis calore, respectu sex latitudinum caliditatis, quæ in tres principaliter reducuntur. Primus vocatur Hebetatus, & iste prohibet & defendit motum naturæ integralem. Et ideo ducit & inducit putrefactionem in rebus mixtis, sine qua putrefactione venire non potest animatio in rebus elementatis. Secundus calor est calor excitatus cum calore tolerabili vivificationis, & hic calor ducit & inducit generationem & multiplicationem: Tertius est calor excessivus & mortalis, qui destruit umnes sensus & instrumenta instinctus, & appetitus naturales, per quos fiunt corruptiones, generationes, & multiplicutiones. Fili hæc scientia appellatur flos regalis, per quam intellectus humanus rectificatus est, vi experientiæ, respectu oculi & veræ notitiæ, cum experientiæ suæ pati non possunt aliquas probationes phantasticas, sed omnes alias scientias vivaciter intrare ostendit intellectui, quomodo habet virtutes divinas penetrare, quæ velandæ sunt: etiam per naturam intelligimus illud, quod est, unde plures fatui & infames credunt, quod nihil est: sed nos scimus, si hæc res sit an non. Et ideo secretum hoc non erit notum ignoranti. Nam per scientiam talem, intellectus est expulsus superfluitatibus, quæ ipsum removent à tota veritate, & alio modo hæc scientia nominatur vexillum, & instrumentum philosophicum, per quod boni philosophi, & antiqui Poetæ sensum ipsorum direxerunt ad quamlibet scientiam, ad intrandum per hoc in omnem experientiam, per artem fiendam, secundum naturæ cursum per realem notitiam.

Quæ-

Quomodo practica traditur per duplex instrumentum: Et quæ sunt instrumenta quæ dat.

CAPUT II.

FIlli in hac secunda parte practicali fuit, & est intentionis nostræ practicam tradere, ac modum practicandi duplici instrumento. Primum instrumentum est memorativa practica, aut recordativa, vel recolitiva. Secundum est practica operativa, totum insimul mixtum, tamen successivè, per modum & formam Alphabeti factum secundum cujuslibet regiminis determinationem, & hoc ut melius regale magisterium intelligas, & illud formate per artem, ad faciendum & consequendum practicæ factum quod est certum. quoniam ante oculos tuos actione tibi nota per experientiam claram ostendemus. Et quia virtus principii currere, neque discurrere aut fluere non potest usque in finem, nisi virtute media, extremitatum copulativa mediante, hæc procedit à ratione, quæ dicit, quod nos formabimus per memorativam artem supra dictum instrumentum, maximè cum ita sit prout dictatus nobis ostendet naturæ realis, quod theorica intellecta nō debeat separari per unum passum, nec elongari à practica scita. Nam una formatur aliam, & suos corrigit defectus. Et ideo posuimus practicam memorativam secundum hanc scientiam in forma media, quæ naturaliter exivit de suis propriis extremitatibus, & sunt propriæ extremitates suæ, practica operativa in secundo latere, & in primo sua soror scilicet theorica. Et illa sunt verorum instrumentorum principia, quæ integrant & perficiunt totam scientiam & artem, quæ formatur per primum. Quia nunquam erit ars aut scientia, nisi primò inchoetur, & incipiatur à suis certis principiis.

De secunda divisione hujus partis per instrumentum memorativum.

CAPUT III.

ISte liber, qui est dictus & nominatus secunda pars, divisus & partitus est in quatuor operationes principales. Prima est dissolvere, secunda abluere, tertia congelare, quarta est materiam fixare. Prima & principalis operatio est in duas partes solutivas divisa, sicut in nostra Theoria tetigimus. Per primam facimus de qualitate unionem, per secundam de unione pluralitatem, prout tibi per honestam & pulchram doctrinam ostenderur. Fili omnes operationes istæ tibi datæ sunt intelligi per certas & determinatas distinctiones alphabeticas scilicet per modum Alphabeti, A. B. C. & figurarum, & definitionum, & applicationum.

De prima distinctione, quæ est de A.B.C.

CAP. IV.

PRo prima distinctione, quæ est A.B.C. in prima operatione A. significat Deum Dominum nostrum, qui omnia creavit, & à quo omne procedit. B. significat argentum vivum, quod est communis substantia, stans in omni corpore corruptibili, prout per ejus proprietatem apparet. quia habet corrumpendi actionem & generandi, conjungendi, dividendi, inspissandi, grossificandi, rarificandi, indurandi, mollificandi, augmentandi, diminuendi, dissolvendi, congelandi, calcinandi, mortificandi, vivificandi, crudificandi, maturificandi, abluendi, desiccandi, humefaciendi, calefaciendi, refrigerandi, lenificandi, blandiendi, asperificandi, dulcificandi, amarificandi, confortandi, debilitandi, intrandi, ingressionem faciendi, tingendi, pondus dandi, incerandi, pascendi, imprægnandi, ingrossandi, sublimandi, ac primam materiam faciendi, desponsandi, ac primum matrimonium faciendi corporis ac spiritus, fixandi, obscurandi, & accendendi. Per hoc enim argentum vivum, sciant omnes doctrinæ filii opera naturæ per suas proprietates discernere, & plures ac multas ex illis per suam proprietatem reducere de potentia in actionem, & illius operationes secundum quod instinctus & institutio naturæ vult regulare & ordinare. Et ideo tibi dicimus, quod cum sit pater omnium liquabilium, propter convenientiam & communitatem suæ propriæ naturæ, tene ipsum charum & secretum, & noli diffamare. Iste est materia naturæ, sine qua aliqua res naturæ non generatur corporalis, quæ ab eo principium non habeat ab una limositate, in qua est natura, quæ operatur, percutit, & semper fabricat, sine suæ transitu mensuræ. C. significat salis petram, qui communem habet naturam & similem argento vivo per proprietatem suæ fortis naturæ D. significat vitriolum azoqueum quod corrumpit & confundit omne illud, quod est de natura, & esse communis argenti vivi. E. significat menstruale, quod continet naturas trium dictorum totum simul F. argentum finum, purum, & resplendens significat. G. significat Mercurium, quem scimus. H. aurum significat, quod tantum est honoratum. Quæstio, quare posuimus A. in hac arte, hoc est, quia sine Deo Domino nostro nihil creatum aut generatum est, nec opus inceptum, neque sine ipso consummatum, & quia ipse est efficiens causa principalis & finalis omnium creaturarum & operationum, digna & vera ratio nobis ostendit, quod præponatur, & anteponatur, tanquam formator & creator totius creati, quodque ipso mediante ac sua immensitate Artista in hoc illuminetur opere, qui quidem coram oculis suis habere debet Dei creatoris nostri bonam, veram, fortem, ac principalem memoriam.

De secunda distinctione, quæ est de figuris primæ partis solutivæ.

CAP. V.

HÆc figura docet, quod mediante A. componuntur sex dictæ figuræ, pro prima parte solutiva, scilicet, tres triangulares, & tres circulares. Prima circularis figura significatur per E. & est facta de B.C.D. Secundus circulus per I. significatus, est factus à secundo triangulo, compositus de E.F.G. Tertius circulus significatur per K. factus à tertio triangulo, compositus de E.G.H. & istæ figuræ tantum pertinent ad primam solutivam, quæ magis propriè vocatur liquefactiva.

De tertia distinctione, quæ est de figuris, de secunda parte solutionis.

CAP. VI.

TErtia distinctio docet, qualiter de dictis duabus figuris ultimis circularibus, scilicet de I. & K. in quibus est confusa prima figura de E. alia divisione formantur duæ figuræ per modum, qui



postea patebit in capitulo subsequenti. Ideo sciendum est primò, quod per figuram circularem de I. significatum est compositum, & compositio lunæ, per aliam figuram circularem de K. significatum est compositum, & compositio solis, à dicta figura I. trahuntur, & exeunt. L. M. N. Et istæ tres literæ constituunt primam

naturæ. Nam quanto media ſunt nobilioris naturæ, tanto extremitates ſunt nobiliores & digniores in potentia. Et ideo de ipſis mediis extremitates ſeparamus ſcilicet vivum argentum argentorum vivorum, & elixir perfectum, quod eſt medicina medicinarum. Quoniam in omnibus mediis aliquo modo ſecundum formas confuſas ſunt extremitates Alio modo niſi ibi eſſent, non poſſemus in actum ponere, quod eſt in potentia naturæ, & ſic inſeparabiles eſſent propter impotentiam ibidem exiſtentem. Item natura nobis manifeſtat ſecundum quod experientia certificat, quod natura illorum comminuit argentum vivum, & illud mortificat conſtringendo & congelando, & poſt ipſius congelationem commiſcibile eſt corpori, & tunc operatur, & non ante, omnem colorem dando, quo indigemus, & virtute ſuæ ſiccæ naturæ terreſtris retentum eſt, & fugere non poteſt à corporibus quibus miſcetur. Apparet igitur, & eſt ſine dubio, quod vapor extremorū eſt cauſa conſtrictionis arg. viv. & in natura, & in noſtro magiſterio, quod eſſe non poſſet, niſi convenientiam unius, & diſconvenientiam alterius haberet contra ſe per differentiam concordantiæ, prout apparet in ſui caloris conſervatione per convenientiam conſervativam. Ideo vocata eſt hæc ſubſtantia leo viridis, & ſerpens viridis leporarius, & arg. viv. & paſtura baſiliſci philoſophici. Sed nos illum vaporem, propter potentiam præſentem, appellamus magis propriè humorem menſtrualem, qui quidem humor ab argento vivo derivatus eſt, quamvis alteratum arg. viv. ſit per corruptionem & fragilitatem terreſtrem, quæ ſibi advenit, & hoc argentum vivum cum corpore conjunctum, ſunt duo ſpermata, à quibus naſci facimus dictam aquam vivam, quæ eſt argentum vivum noſtrum, & aqua vitæ, quæ corpora mortua reſuſcitat.

Quomodo menſtruale eſt cauſa mortis argenti Vivi.

CAPUT LXXXVII.

PEr iſtum humorem menſtrualem declaramus quem nos dicimus, quod argentum vivum eſt cauſa mortis ſuæ, quia ipſemet ſeipſum interficit, & poſtea occidit patrem & matrem ſuos, & extrahit eis animas à corporibus, & epotat omnes ipſorum humiditates, facitque ipſos nigreſcere ſicut carbonem. Deinde eos reſuſcitat tali ac ita magno ſplendore, quod per illam reſuſcitationem pater & mater ſui cum ipſo vivent, nec unquam morientur. Et pro certo, in præſentia & voluntate certorum ſociorum argentum vivum vulgare congelavimus per ſuum menſtruale, & aliàs uni de ſociis noſtris, in cujus eramus ſocietate expreſsè, quaſi ad duas Leucas prope Neapolim, in quo loco in præſentia Phyſici regis & unius fratris de ſancto Jo de Rhodis, & Bernardi de la. Bret, & aliorum congelari fecimus argentum vivum per ſuam menſtrualē natu-

naturam. Et quamvis hoc vidissent, & manifestè palpassent, tamen non potuerunt scire, quid esset, nisi simpliciter solummodo rustico more, regia majestate salva. Et si realiter ac philosophicè cognoscere potuissent per speculationem intellectivæ virtutis dictum menstruale ac suas virtutes, artem ac scientiam absq, dubio habuissent, prout dicti socii, qui per nos multum bene intellexerunt manifestè & habuerunt. Et tunc arg. vivum vulgare dimisissent ad creandum lapidem, & ad exuberandam suam humiditatẽ, & ideo nos cogit ratio, quod ignoranti habeamus illud celare. Et tibi fili non celavimus, neque celare volumus, cui, & quando diximus, quod rem vilem accipias, ac eam facias suos amplexare parentes, quousque penitus crepentur, & sint velut mortui, & recipe ab ipsorum ventre argentum vivum, à quo lapidem formes, & postea medicinam, quæ non omnibus est conferenda, & sic vertetur de pauco in bonũ, & de bono in melius. Benedictus Deus supremus conditor & redemptor noster, qui de tam vili re preciosum ita creavit, quæ teneat in se proprietatem & virtutem ac proprietatum possessionem, quæ in alia non est.

Quod argentum vivum philosophorum, non est argentum vivum commune, & quare sic rarò invenitur lapis super terram.

CAPUT LXXXVIII.

POst hæc intelligere potes, quod argentum vivum nostrum non est vulgare. Imo argentum vivum nostrum est aqua alterius naturæ, quod reperiri non potest supra terram, cum in actionem venire non possit per naturam absque adjutorio ingenii, & humanarum manuum operationibus respectu naturæ. Et ideò, cum natura sola non possit eum trahere in actum à rebus, in quibus erat in potentia, nisi per tenebrosam resolutionem, & ideo est nobis opus, si velimus nostram creare medicinam, quod de illis, in quibus potentialiter erat, nos trahamus de potentia in actionem respectu naturæ per industriam rationabilem boni magistri ac operatoris, per viam generationis factæ per præmeditatam corruptionem, quam nobis philosophia concessit, & scire dedit, quare ad nos illius generatio spectat, virtutem ac potentiam naturæ sequendo, quam virtutem philosophiæ nostræ germanæ ad naturalem reperimus, & non rustica virtute, quæ contra naturam est. Et hac ratione illud argentum vivum nostrum est, & non rusticorum, qui impotentes sunt ad hũmificandum naturam mineralem. Postquam ergo supra terram generari non potest per solum artificium naturæ, nisi nostri artificii adjutorio magistrali, per nos philosophicè reperto, sine aliqua ruralitate vulgari, ideo in sua generatione opus est, quod nos subtiliter introducamus actionẽ naturæ

turæ metallinæ in materiam,unde debet generari, ad quam rem peragendam omnis vulgaris rusticus absurdus est penitus & cæcus. Quia ei defecerunt rationes nostræ philosoplicæ,quæ regunt intellectum ad directionem absque deviatione per A.B.C. D.punctualem magisterii nostri. Quare patet, quod argentum vivum nostrum non est de vulgaribus, quoniam natura non potest eum creare super terram, neque rusticus,similiter arg.vi.nostrum est,& penitus nostræ philosophię,sicut filius est patris,qui ipsum genuit. Ideo scias fili, puod causa quare lapis noster supra terram ita modicè reperitur,est: quia non est potestate naturæ per creatorem superiorem concessa, quod illum possit generare sine ingenio & operatione manuum humanarum. Et quia homines ignorant naturam, & naturalem illius commixtionem & operationem, ideo rarus est & paucus in actione manifesta, quia succurrere non possunt naturæ, ratione suæ ignorantiæ,quousque per philosophiam transierint universalem, & desideratam, quæ revelat eis res, quæ eis erant absconditæ & celatæ, atque ignotæ.

Quomodo magisterium istud fit per naturam,& per operationem artis & scientiæ, & non miraculo, & de ipsius demonstratione.

CAP. LXXXIX.

NOn credas tamen fili, quod hoc per aliquod miraculum fiat, nec arte confusa, sicut aliqui fatui credunt: imò fit secundum cursum naturæ per artem notam, de qua certam habemus operationem, quæ nobis attulit desiderium nostrum per præparationem, quia mundat & purificat naturam vilem & immundam, & ponit & convertit in naturam nobilem,& siccum in humidum,calidumque in frigidum, si hæc mutatio non esset terrestris, natura dominaretur superiori naturæ,& converteret naturam individualem homogeneam, ad suam naturam grossam & terrestrem, & quod hoc sit verum, apparet per experientiam incontradicibilem. Nam quando argentum vivũ ponitur in vapore sicco atramentali, sicut est aqua acuta, statim dissolvitur per incisionem & penetrationem, quæ movetur ab acuitate forti patenter, & in dissolvendo convertitur in naturam atramenti terrestris, non capiendo formam metallicam, nec formam claram, nec cœlestinam, sicut apparet post evaporationem dictæ aquæ, & suam congelationem in forma lapillorum croceorum, quæ croceitas à terreitate pontica & sulphurea procedit, quæ ultra mensuram erat in dicta aqua mixta per parva frusta cum universalitate & simplicitate homogenea, quæ simplicitas erat capta & ligata per dictam terrestreitatem, mutatione lucis & claritatis atque luciditatis in obscuritatem. Consimiliter per operationem mediam in contra-

ria

ria forma vertitur argentum in vivum mixtum cũ atramentis per ablutionem aquæ & ignis, qui totum ſuum vaporem groſſum devorat & conſumit, antequam mixtio illius fiat cum argento vivo, quod per ſimplicitatem naturæ groſſæ vertitur in ſimplicitatem, mediante acuitate moderata congelatur, & miſcetur cum illo, quod magis participat ſua natura in luciditate chryſtallina, ſicut apparet poſt ſublimationem ſuam. Et inde movetur cauſa, per quam commendamus temperantiam ignis ad ſublimationem ar. viv. quousque acuitas, quæ nimio igne groſſam terreſtreitatem portat, quæ dat infectionem ar. viv. ut ſit penitus evacuata, vel evaporata. Ideo quia iſta per expreſſionem ſicci ignis, portat naturam ſuam in ventre ſuo, ſicut apparet in aquarum fortium confectionibus, de qua natura non indigemus: quia noſtri magiſterii corruptio eſt. Sed quod velis nos bene intelligere per hunc modũ: Accipe igitur aeritatem ſimplicem, & ablue optimè, & fac aquam, & eam præpara præparatione philoſophica, quousque per quinque planetas tranſierit & poſtea pervenit ad lunam, & quando per ſex tranſierit, venit ad ſolem, qui clarificabit & illuminabit omnia. Fili, quod dictum eſt, nobis notificat præparationum multitudinẽ, per quas habes ire, & in qualibet præparatione per virtutẽ ejus infixa eſt cujuslibet planetæ complexio, & ideo ſi individua natura reperiat aptum & habilem locum ſuæ generationis in forma metalli, vel locus ille generationis eſt complexionatus à natura plumbi ſecundum ſuum planetam, vel Jovis, vel Martis, Veneris, Mercurii, Solis aut Lunæ. Si ad naturam Saturni ſit complexionatus propter ſuam debilem digeſtionem, transmutabit individuum in formam & ſpeciem plumbi crudi, lutei & immundi. Et ſi ad naturam Jovis, Martis, aut aliorum, & individuum convertetur in naturam loci, ad quem addetur propter ejus infectam digeſtionẽ. Et ultra, quoniam ſi locus prædictus generationis eſt complexionatus ad naturam Mercurii, erit debilioris digeſtionis, & minoris potentiæ ad terminandum individuum in forma corporis duri. Et ideo convertere non poteſt, ſed tantum inſpiſſare, & de natura aeris convertit in naturam aquę per condenſationem, quam capit aer de ſuis parvis partibus terreſtribus modicum digeſtis, quæ immiſcentur cum eo vapore elementali, defectu conſtrictivæ virtutis, & ideo inſpiſſatur in rem crudam, ſe reincrudando per actionem uniformis caloris & humiditatis unctuoſæ, laxativæ, tartareæ, ſicut lac facit in mammillis.

De natura abortivæ corporum imperfectorum, & de temperantia baſis naturæ.

CAP. XC.

IDeo fili tibi ſit manifeſtum, quod corpora ſuprà dicta non ſunt

nisi abortiva, quæ terminum suæ perfectionis habere non potuerunt, sicut illi, qui nati sunt & nascuntur in locis menstruosis indigestis & corruptis, patientibus infirmitatem lepræ, & corruptionem in suis corporibus, & hoc facit natura ob defectum debitæ præparationis & naturalis caloris, qui non possunt bene digerere menstruale, quod est in materia metalli, vel per suam nimiam excitationem, vel stimulationem caloris adurentis, ardentis, & cholerici, vel individui, vel loci sui nimis mutabilis, in quo plurima accidentia multotiens possunt advenire: cum sit continens totius materiæ omnis generationis. Quare si locus mutationis individui sit talis, quod sit tali modo temperatus, quod per suam digestionem, vel bonam temperantiam habeat magis potestatem depurandi cum conservatione mutativa germen suum clarum & purificatum, congelabit & transmutabit illud in finam lunam, & puram per vaporem sui sulphuris jam à macula originali purgati leprositatis, qui dicitur locus dictæ transmutationis, vel in solem perfectum secundum bonam temperantiam, quam capiet humidum individuale à loco suæ generationis & digestionis completæ, aut incompletæ. Nam illic, ubi locus generationis est Solis, & commutationis & congelationis humiditatis Mercurialis in finum solem, ibi certe dominatur ignis cum multum nobili temperantia & in loco generationis lunæ dominatur aer cum cœlesti virtute. Et ideo clarificatur, & demonstratur, quod fumus aut vapor menstrualis terrestris, & argenti vivi non debent excedere, neque superare pondus metalli puri, nisi æqualiter illi aliàs in præparationibus est avisandum. Quare patet, quod sit plus de virtute terræ in loco generationis, quàm habeat de lumine & de nobilitate, quæ veniunt per mixtionem planetarum in dicto loco, congelatu accipiet & obtinebit tenebrositatem, fuscositatem, ponderositatem lutulentam, & frigiditatem, sicut plumbum. Quare patet, quod in plumbo dominatur elementum terrestre, sicut in auro dominatur elementum altum cum temperantia perfecta. Et si dictus locus in plus participaret cœlestibus virtutibus, & minus in terrestribus, esset fulgens ac resplendens absque aliqua corruptione, firmum & solidum per constrictionem partium, quod demonstrant gravitas & ponderositas exiccationis, quantum est de hoc per contrarium, est dicta proportio constituens speciem auri, ad quam proportionem venit materia depurata in illum terminum proportionalem in materiæ congelatione per frigiditatem loci, & per calorem locati, quæ importavit omnem calorem naturalem ventris materni per terminatam digestionem, & mater mortua remansit absque aliqua virtute, & in frigiditatem versa, quæ constringit Mercurium congelando plenum calore perfecto in metallo jam formato.

Quome-

Quomodo Artista debet notare virtutes minerales propinquiores perfectioni. Et de openis abbreviatione per fermentationem.

CAPUT XCI.

QUare de omnibus, quæ tibi diximus, sis avisatus simul & singulariter, multum notando virtutes minerales perfectioni propinquas. Quia tibi dicimus, quod argentum vivum depuratum potest reverti ad naturam illorum, quibus adjunctum est, & intellige hoc tam in parte prima, quæ est, purgationis & creationis lapidis, quam in secunda, quæ est fermentatio & mutatio ejus in finam & veram medicinam. Quando igitur transieris ad secundam partem gradus secundi, adde jam curatum sulphur cum fermento lavato & abluto, quod appellatum est ungventum, ut totum convertatur in fermentum, ergo totum ungventum erit, quoniam scitum est, & cognitum, quod ille, qui dat formam, cum eo concordat quod illam recipit. Item apparet, & supra positum est, quod omnis generatio debet esse ex convenientibus naturæ quæ formas portat, & virtutes cœlestes in se, & hæc est causa, quare præparatio nostra suppleri non potest, nisi fortè virtute longitudinis temporis per multos errores in prima parte fermentum supplet, & complet per suas virtutes benè temperatas, & multum benè digestas, temporis per brevitatem sine impedimento magno. Si hoc scias in secunda parte facere, & in hoc transimus cursum naturæ, quia finit suam operationem una digestione sua sola. Et nos facimus per fermentum illud, quod natura digestione sua jam compleverit. Et ideo habeas in te præparationes notas, & patientiam in longa ipsarum mora. Nam omnis prolixitas temporis est in operæ naturæ, quia non operatur nisi per minimè. Et præparationes nostræ non fiant, nisi per illam in terminis revolutorum temporum perfectæ sunt, sicut res aliæ per naturam creatæ. Fili nisi nostras agnoscas præparationes, nunquam habebis thesaurum omnibus electis præparatum, & beati, qui illum intelligunt.

Quomodo Artista debet intelligere, quando lapis perdit suam naturam & minuitur, ad illum emendandum.

CAPUT XCII.

PEr hæc fili tibi dicimus, quod opus est tibi, quod scias in prima parte emendare lapidem, qui perdit de sua prima virtute temperata in toto regimine præparationis: nam in illa præparatione indiget reverti, & transire de illa ad mortẽ per partem gradus secundi. Ideo fili tibi dicimus, quod de quantò magis elongatur à suo temperamento per mortificationes corporis factas in prima

parte,tantò magis perdit de ſua prima natura,& eſt corpus paſſum tanquam homo in magna exiſtens infirmitate per turbationem ſuorum ſpiritualium virtutum ab eo ſeparatarum, & elongatarum per reſolutionem ipſarum, quam continuè paſſum eſt. Et hanc rem labilitatem clamamus,quando corpus à ſuo nobili temperamento remotum eſt, vel à coæqualitate ſua complexionali inquantum patitur,quia ei deficit ipſum quod ei confortaret. Et inquantum ſui elongamẽti partem accepit,tanto melius per viam confortationis appropinquat per reductionem naturalem,vel attractionem ad temperantiam naturalem, & de tanto quod magis extendes rotam in portando corpus ad longiorem corruptionem & mortificationem ſub aliqua conſervatione caloris naturalis,de tanto erit majoris vitæ & perfectionis,ſi poſtea per confortationem ſuorum ſpirituum deperditorum reducatur ad ſuum temperamentum. Et hoc eſt ratione illius, quod accipiet in ſua prima attractione facta in regimine reductionis, quo ſuperabit in melius,quam perdiderat in ſua mortificatione. Quoniam temperamentum non fit, niſi per reſtaurationem rei deperditæ ſcilicet ſpirituum deperditorum vivificatorum,& reſtauratio nequit fieri absque naturali attractione, neque attractio absque evacuatione, neque aliqua evacuatio ſine mortalitate quadam, quæ fit per crematione & combuſtionem corporis, & calcinationem, & evacuationem humidi radicalis.

Ad ſciendum, quomodo lapis eſt remotior à ſuo temperamento.

CAP. XCIII.

SCire debes quo tempore lapis eſt à ſuo temperamento remotior,quando corpus eſt crematum,& à ſuo ſpiritu vacuum & inanimatum,tunc remotior eſt quàm poſſit eſſe à ſuo temperamento,& finivit rotam corruptionis ad eſſendum locus proprius generationis. Et quantò plus humorem ſuperfluum in ſua ſolutione perdidit,tantò plus attrahet ad ſe dictum humorem exuberatum in ſua reductione. Exemplum,ſi corpus perdat B.& G. in ſuis ſolutione & corruptione per rotam extenſam id inveniet, & attrahet D.& E.qui æquipollent perditioni de B. & C. Et ultrà ad plus per naturam in regimine reductionis attrahet F.& G. qui ſunt exuberati per D.& E.propter fermentationem de B. & de C. Et ſi corpus non perdat niſi B. per minorem rotam, non poteſt recuperari loco ſui,niſi C.& poſtea D.exuberatum de B.pro eundo ad temperamentum majus. quia ſua perditio non ſuffert,nec cũrſus naturæ,& in quantum temperamentum rotæ minoris eſt minus perfectum cauſa ſuæ minoris corruptionis, in tanto eſt major temperantia rotæ extenſæ ad duplicem perfectionem, quæ à majori naſcitur

scitur attractione humiditatis in profundiori ratione suæ calcinationis fortiotis solutionis & mortificationis. Et per hoc intelligere potes totam intentionem nostram, scilicet, quod totum magisterium nostrum non est, nisi colligatio humoris resoluti vel resolutio unius, & congelatio alterius, vel mortificatio unius quæ est spiritualis, & vivificatio alterius, quę est corporalis. Quoniam quocunque modo lapis sit dissolvendus, in eodem modo componendus est. Et hæc colligatio nihil aliud est, quam argenti vivi exuberati & fixi multiplicatio. Per cujus multiplicationem noster lapis venit ad majorem perfectionem & temperantiam.

De causa supplementi diminutionis corporum imperfectorum, & quomodo lapis noster complebit eorum defectum. Et de interligamento ad respectum elementorum naturalium.

CAP. XCIV.

IN hoc fili est complementum diminutionis corporum imperfectorum, quæ deficiunt à quadam pauca humiditate fixa & inspissatione perfecta. Quare patet, quod nostra medicina portat complementum illorum in corpore perfecto, scilicet, multiplicationem argenti vivi & inspissationem bonam, & fixionem permanentem. Fili considera omne illud, quod tibi ostendimus, quia totius nostri secreti manifestamus tibi primas causas, quæ sunt entia realia magisterii nostri, & sine illis ullo tempore non potest adimpleri. Ideo illud intelige, quod notamus in testamento nostro per acuitatem tui intellectus, & vide, qualiter doctrinæ nostræ sunt associatæ, & in quibus melius conveniunt, quando fiendæ sunt, & quot sunt regimina, & quod vadit primò, & quod ultimò, & quam potentiam habent. Quia jam tibi diximus, quod magisterium nostrum non est, nisi unius formæ corruptio, & generatio alterius per conservationem suæ speciei multò magis resplendentis. Ideo fili, quod quantum potes naturali corruptioni per tuam elucidationem appropinquare appropinqua, & illud, quod elongare potes, ab illo elonga, & tu venies ad corruptionem primæ formæ, verissimi passus, & ad generationem secundæ formæ, quæ nobilis generationis est. Fili nostri magisterii regimina sunt interligata & incathenata. Quia primum adjuvatur à tertio & à secundo, & tertium à primo & à secundo, & secundum à primo & tertio. Et quando eris in primo, media ipsum de secundo & tertio. Et quando eris in secundo, manu leva ipsum à primo & tertio. Et quando eris in tertio, manu leva ipsum à primo & secundo. Et omnia ista ligantur unum cum alio, non tantum sola operationis mixtione diversa, sed per decoctionis diversam digestionem, quo reducuntur per reiteratam putrefactionem. Quare tibi ostendimus, quod

totum

totum non est, nisi unum solum regimen decoctionis, quod per diversas mixtiones operativas cum intentionibus ordinatis primum gradum adimplent magisterii nostri, quem si benè intelligis, intelliges secundum & tertium, quod est tota veritas adimplens magisterium nostrum. Fili intentio naturæ est multum ordinata per opera erratica. Intellige ergo naturæ intentionem & suæ operationis & totius reversionis ejus, quia prima mutatio respicit ad unum actum, & per intentionem illius ipsa agit, & per illam transitur ad actionem secundam mutativam, quæ tertiam respicit mutationem. Et nulla istarum finiri potest sine alterius adjutorio, cum se habeat fieri per contrarias operationes, prout sentire potes per corporum solutionem, quæ est causa congelationis spiritus, & congelatio spiritus est causa dissolutionis corporis. Et sic quilibet respicit actum suum differentem cum ratione discordantiæ. Hæc est erratica elementorum conversio, quam intelligere benè tibi opus est, & si benè intelligis, resplendebit intellectus tuus uberaliter & plenè, & confortatio & debilitatio, quæ factæ sunt in nostro supremo secreto, & in omni corpore naturæ. Nam per illas est omne temperamentum, vel distemperamentum nostri magisterii, quæ sunt latitudo compelexionis.

De latitudine complexionis, & quomodo ex duobus terminis comprehenditur.

CAPUT XCV.

OMnis latitudo complexionis fili, cujuscunque sit speciei ad temperamentum, vel distemperamentum vertitur. Et ideo primæ differentiæ complexionis sunt duæ tantum, scilicet, Temperata complexio & distemperata. Temperata est illa, in qua primæ qualitates per mixtionē disrumpuntur, quousq; veniant ad illum terminum, per quem resultat melior dispositio compositi, secundum illum modum, qui suæ speciei debetur. Nam in qualibet specie absolutè est temperamentum, quod quidem est tale ad suam speciem respectu suæ individualitatis, & complexio distemperata est illa, in qua corpus solare à meliori dispositione recedit per dominationem quarundam qualitatum primarum. Quare apparet, quod cum in nulla complexione possit aliqua dominari qualitas, nisi simpliciter vel compositè, ideo omnis complexio distemperata, vel erit simplex, vel composita. Simplex est illa, in qua una qualitas tantum dominatur, sicut in nostro lapide siccitas cum qualitate simplici dominatur. Nec intelligas, quod dicamus adeo simplam, quin cum aliis participat in aliquo: nam hoc esset contra rationem complexionis, cum sit qualitas composita de quatuor primis. Sed quia per judicium evidentis notitiæ, quam nobis concessit per sensum manifestum nos videmus ac scimus, quod una illarum

larum quatuor tantum dominatur multum ſuæ contrariæ Et ideo dicere volumus quando lapis reducitur, verti debet de humiditate magna in magnam ſiccitatem & in humiditatē minorem, & frigiditatem minorem, ac minorem caliditatem. Quare apparet, quod cum per iſtam ſiccitatem elementum terreſtre determinetur, noſter lapis humidus in naturam terræ aereæ per regimen deductionis naturaliter convertitur. Propterea voluerunt aliqui dicere, quod noſter lapis ſiccus erat in ultimo gradu, & remotior ſui perfecti temperamenti jam paſſus ratione ſuæ ſiccitatis & acuitatis. Quare voluerunt illum cibum foras educere ad ſuum temperamentum cum nutritiva humiditate fementabili: ſed hoc contra ſtabilem rationem viſum eſt, per naturæ ſapientiam, & ſuo intellectui magnum inconveniens, cum lapis noſter per regimen reductionis jam ſit informatus per oppoſitas qualitates differentiales per concordantiam, per quam informationem omnis res ſuo temperamento ſe temperat & appropinquat. Quoniam cum lapis noſter fuerat per ſecundum regimen occiſus mortuus ac ſubverſus in gurgite Sataliæ magnæ, & ſua paſtura & nutrix fuerat de toto cremata, arſa, & combuſta, deficiens à vita perfecta, quæ eſt cauſa approximationis nobilis temperamenti, idcirco viſum eſt, quod lapis noſter eſt remotior, quam eſſe poſſit à temperamento ſuo exiſtente in regimine ſecūdo ſtante infra illum terminū in quo ſunt duæ complexiones magis extremæ & longinquæ, quia opus eſt, quod materia non ſit ad contrarium projecta extra dicti termini latitudinem, ſed quod participet quodammodo alicui de complexionibus metallinis, quæ ſunt proximæ extremitati. Et quod materia non tranſeat ultra extremas complexiones, quæ participant morti. Alio modo, ſi intenſius, vel remiſſius procederent contra naturam à qualitatibus fortibus & oppoſitis, ibi penitus deficeret dicta materia à complexione metalli, in tantum, quod poſtea ſalvari, ſub illa non poſſet individuū metallinæ ſpeciei, ſicut apparet in combuſtibilitate materiæ, quando per ignem nimium corrumpitur, omnino ſeparatur à natura ſua ob defectum informationis naturalis. Fili vide ne corpus tuum omnino recedat à natura ſua, hoc eſt à ſuis particularibus complexionibus ultimatis, quæ continentur ſub latitudine temperamenti, & in tali puncto materia exiſtente dicimus, quod à ſuo temperamento eſt remotior: ſed ſi velis propter hoc dicere, quod magiſterium noſtrum haberet incipi per tertium regimen, deficeres ab intellectu noſtri operis, cum adhuc non habeamus ſubjectum, aut materiam convenientem, in qua & per quam elementa fixanda ſunt.

Quare opus eſt, quod per tertium regimen de terra & aqua noſter lapis procreatur.

Quomodo substantia sulphuris exit ab extremitatibus, quando lapis creatur.

CAP. XCVI.

DIcimus ideo, quod noster lapis primò creatur, ut subtilis substantia calida & sulphurea extrahatur à suis extremis, & quod ille contemperetur cum humore, & cum calore, qui est secundum instrumentum perfectivum naturæ, & medium participans immediatè dictæ substantiæ, per quod recipit metalli tincturam, quæ est in dicto instrumento. Sic fili trahimus lapidem nostrum ab extremitatibus, in quibus sunt media confusa, ut non sit unum nec alterum: sed ut sit medium, aut neutrum dictis extremitatibus, id est, inter eas, à quibus materialiter exivit, quam neutrum vocamus, secundum considerationem expressatam in tractatu de intentione Alchymistarum sapientum, & subtilium: non quod sit neutra propter negationem extremitatum, sed propter participationem unius & alterius. Et omnes extremitates suæ sunt corpus dictæ ac spiritus, de quibus corporibus neutra cum omnibus mediis procreantur, & sunt procreata. Cum igitur tale neutrum sit à suis extremitatibus procreatum mineralibus certis & notis absque dubio in naturis eorum participat indistinctè, secundum judicium sensus & experientiæ. Et per consequens, sic habebit & possidebit certas extremitates subtiles & mixtas & indistinctas absolutè. Et ideo dictus est neutrum, sicut sunt sani infirmi. Et ideo habet in ipsis indifferenter operari per suam proprietatem neutram, & corpora infirma reddere nec sana, neque infirma, quousque virtus sanitatis in eo sit integrata. Et ideo patet, quod hoc est propter causam imperfectam, quæ venit à sua infirmitate, & ægritudine. Postea fac de illa neutralitate extremitatem perfectam, sicut est imperfecta. Tu adjunges ei alia vice de sua natura homogenea, ex qua creabantur in parte, videlicet simpliciter usque ad finem ut de perfectione sanitatis, quæ est in aere, tollat infirmitatem & ægritudinem neutri, & quod virtus unius per alterius virtutem confortetur, & quod infirmitas & ægritudo dicti neutri, quæ ex parte terræ, & aquæ venit, fit commensurabiliter per humorem & calorem alienata, & tunc invenies appropinquatum extremitati perfectæ ac temperatæ, & non tenet nisi mediam partem ægritudinis, & duas sanitatis. Altera vice fac istud extremum imperfectum, & adde ei duas operativas virtutes, videlicet aerem & ignem naturales, & reperies ab extremitatibus & mediis imperfectis reversum ad extremitaem plenam sanitate, & omni temperamento. Intellige fili, nam omnia hæc diximus post considerationem cap. 168. quod incipit: Lapis noster remanet in omnibus suis elementis, &c. Laus honor & gloria Jesu.

Finis Theoricæ testamenti.

INCI-

INCIPIT PRACTICA MAGISTRI RAYMUNDI LULLI SUper Lapide Philoſophico. Et primo definitio, quæ res eſt, ſeu quæ ſcieentia, vel ars Alchymia.

Caput I.

ALchymia eſt una pars naturalis philoſophiæ occultæ cœlica, magis neceſſaria, quæ conſtituit & facit unam artem & ſcientiam, quæ non omnibus eſt nota, & docet mundare & purificare omnes lapides precioſos, non perfectos, ſed deciſos, & ponere ad verum temperamentum, & omnia humana corpora lapſa & infirma reſtituere, & ad verum temperamētum reducere ad optimam ſanitatem, & etiam transmutare omnia metallica corpora in veram lunam, poſtea in verum ſolem per unum corpus medicinale univerſale, ad quod omnes medicinæ particulares reductæ ſunt, & fuerunt. Et per quod integratum & factum per unum manuale regimen revelatum eſt philoſophiæ filiis perfectis, mediante ignis calore, reſpectu ſex latitudinum caliditatis, quæ in tres principaliter reducuntur. Primus vocatur Hebetatus, & iſte prohibet & defendit motum naturæ integralem Et ideo ducit & inducit putrefactionem in rebus mixtis, ſine qua putrefactione venire non poteſt animatio in rebus elementatis. Secundus calor eſt calor excitatus cum calore tolerabili vivificationis, & hic calor ducit & inducit generationem & multiplicationem: Tertius eſt calor exceſſivus & mortalis, qui deſtruit umnes ſenſus & inſtrumenta inſtinctus, & appetitus naturales, per quos fiunt corruptiones, generationes, & multiplicutiones. Fili hæc ſcientia appellatur flos regalis, per quam intellectus humanus rectificatus eſt, vi experientiæ, reſpectu oculi & veræ notitiæ, cum experientiæ ſuæ pati non poſſunt aliquas probationes phantaſticas, ſed omnes alias ſcientias vivaciter intrare oſtendit intellectui, quomodo habet virtutes divinas penetrare, quæ velandæ ſunt: etiam per naturam intelligimus illud, quod eſt, unde plures fatui & infames credunt, quod nihil eſt: ſed nos ſcimus, ſi hæc res ſit an non. Et ideo ſecretum hoc non erit notum ignoranti. Nam per ſcientiam talem, intellectus eſt expulſus ſuperfluitatibus, quæ ipſum removent à tota veritate, & alio modo hæc ſcientia nominatur vexillum, & inſtrumentum philoſophicum, per quod boni philoſophi, & antiqui Poetæ ſenſum ipſorum direxerunt ad quamlibet ſcientiam, ad intrandum per hoc in omnem experientiam, per artem fiendam, ſecundum naturæ curſum per realem notitiam.

Quo-

Quomodo practica traditur per duplex instrumentum: Et quæ sunt instrumenta quæ dat.

CAPUT II.

FIlli in hac secunda parte practicali fuit, & est intentionis nostræ practicam tradere, ac modum practicandi duplici instrumento. Primum instrumentum est memorativa practica, aut recordativa, vel recolitiva. Secundum est practica operativa, totum insimul mixtum, tamen successivè, per modum & formam Alphabeti factum secundum cujuslibet regiminis determinationem, & hoc ut melius regale magisterium intelligas, & illud formate per artem, ad faciendum & consequendum practicæ factum quod est certum. quoniam ante oculos tuos actione tibi nota per experientiam claram ostendemus. Et quia virtus principii currere, neque discurrere aut fluere non potest usque in finem, nisi virtute media, extremitatum copulativa mediante, hæc procedit à ratione, quæ dicit, quod nos formabimus per memorativam artem supra dictum instrumentum, maximè cum ita sit prout dictatus nobis ostendet naturæ realis, quod theorica intellecta nō debeat separari per unum passum, nec elongari à practica scita. Nam una formatur aliam, & suos corrigit defectus. Et ideo posuimus practicam memorativam secundum hanc scientiam in forma media, quæ naturaliter exivit de suis propriis extremitatibus, & sunt propriæ extremitates suæ, practica operativa in secundo latere, & in primo sua soror scilicet theorica. Et illa sunt verorum instrumentorum principia, quæ integrant & perficiunt totam scientiam & artem, quæ formatur per primum. Quia nunquam erit ars aut scientia, nisi primò inchoetur, & incipiatur à suis certis principiis.

De secunda divisione hujus partis per instrumentum memorativum:

CAPUT III.

ISte liber, qui est dictus & nominatus secunda pars, divisus & partitus est in quatuor operationes principales. Prima est dissolvere, secunda abluere, tertia congelare, quarta est materiam fixare. Prima & principalis operatio est in duas partes solutivas divisa, sicut in nostra Theoria tetigimus. Per primam facimus de qualitate unionem, per secundam de unione pluralitatem, prout tibi per honestam & pulchram doctrinam ostenderur. Fili omnes operationes istæ tibi datæ sunt intelligi per certas & determinatas distinctiones alphabeticas scilicet per modum Alphabeti, A. B. C. & figurarum, & definitionum, & applicationum.

De prima distinctione, quæ est de A.B.C.

CAP. IV.

PRo prima distinctione, quæ est A.B.C. in prima operatione A. significat Deum Dominum nostrum, qui omnia creavit, & à quo omne procedit. B. significat argentum vivum, quod est communis substantia, stans in omni corpore corruptibili, prout per ejus proprietatem apparet. quia habet corrumpendi actionem & generandi, conjungendi, dividendi, inspissandi, grossificandi, rarificandi, indurandi, mollificandi, augmentandi, diminuendi, dissolvendi, congelandi, calcinandi, mortificandi, vivificandi, crudificandi, maturificandi, abluendi, desiccandi, humefaciendi, calefaciendi, refrigerandi, lenificandi, blandiendi, asperificandi, dulcificandi, amarificandi, confortandi, debilitandi, intrandi, ingressionem faciendi, tingendi, pondus dandi, incerandi, pascendi, imprægnandi, ingrossandi, sublimandi, ac primam materiam faciendi, desponsandi, ac primum matrimonium faciendi corporis ac spiritus, fixandi, obscurandi, & accendendi. Per hoc enim argentum vivum, sciant omnes doctrinæ filii opera naturæ per suas proprietates discernere, & plures ac multas ex illis per suam proprietatem reducere de potentia in actionem, & illius operationes secundum quod instinctus & institutio naturæ vult regulare & ordinare. Et ideo tibi dicimus, quod cum sit pater omnium liquabilium, propter convenientiam & communitatem suæ propriæ naturæ, tene ipsum charum & secretum, & noli diffamare. Iste est materia naturæ, sine qua aliqua res naturæ non generatur corporalis, quæ ab eo principium non habeat ab una limositate, in qua est natura, quæ operatur, percutit, & semper fabricat, sine suæ transitu mensuræ. C. significat salis petram, qui communem habet naturam & similem argento vivo per proprietatem suæ fortis naturæ D. significat vitriolum azoqueum quod corrumpit & confundit omne illud, quod est de natura, & esse communis argenti vivi. E. significat menstruale, quod continet naturas trium dictorum totum simul F. argentum finum, purum, & resplendens significat. G. significat Mercurium, quem scimus. H. aurum significat, quod tantum est honoratum. Quæstio, quare posuimus A. in hac arte, hoc est, quia sine Deo Domino nostro nihil creatum aut generatum est, nec opus inceptum, neque sine ipso consummatum, & quia ipse est efficiens causa principalis & finalis omnium creaturarum & operationum, digna & vera ratio nobis ostendit, quod præponatur, & anteponatur, tanquam formator & creator totius creati, quodque ipso mediante ac sua immensitate Artista in hoc illuminetur opere, qui quidem coram oculis suis habere debet Dei creatoris nostri bonam, veram, fortem, ac principalem memoriam.

De secunda distinctione, quæ est de figuris primæ partis solutivæ.

CAP. V.

HÆc figura docet, quod mediante A. componuntur sex dictæ figuræ, pro prima parte solutiva, scilicet, tres triangulares, & tres circulares. Prima circularis figura significatur per E. & est facta de B.C.D. Secundus circulus per I. significatus, est factus à secundo triangulo, compositus de E.F.G. Tertius circulus significatur per K. factus à tertio triangulo, compositus de E.G.H. & istæ figuræ tantum pertinent ad primam solutivam, quæ magis propriè vocatur liquefactiva.



De tertia distinctione, quæ est de figuris, de secunda parte solutionis.

CAP. VI.

TErtia distinctio docet, qualiter de dictis duabus figuris ultimis circularibus, scilicet de I. & K. in quibus est confusa prima figura de E. alia divisione formantur duæ figuræ per modum, qui



postea patebit in capitulo subsequenti. Ideo sciendum est primò, quod per figuram circularem de I. significatum est compositum, & compositio lunæ, per aliam figuram circularem de K. significatum est compositum, & compositio solis, à dicta figura I. trahuntur, & exeunt. L. M. N. Et istæ tres literæ constituunt primam

figuram ſequentem triangularem tertiæ deſtructionis, & ab alia figura de K. circulari ſunt per diviſionem ſeparatæ. O.P.Q.R. per quas eſt figura ſequens conſtituta & facta quadrangularis. per hanc literam L. terra eſt ſignificata per N. aer, per O. eſt ſignificata terra compoſiti rubei pro ſole, & per P. eſt aqua dicti compoſiti ſignificata, per Q. eſt ſignificatus aer, per R. ſignificatus eſt ignis terræ noſtræ rubeæ ſive compoſiti, qui eſt dictus lapis noſter. Et iſtæ duæ figuræ tantum ſpectant ad partem ſecundam ſolutivam, per quam integrata eſt, & perfecta prima & principalis operatio, quæ eſt diſſolutio facta per reductionem illius in argentū vivum. opus eſt fili, quod benè ſcias iſtud A.B.C. corde tenus: nam ſi vis practicam habere, quæ ſit formata per artem in ratione theoricæ, quæ promptè veniet ad memoriam tuam firmam per nobilem intellectum. Si ſtuduiſti, etiam habebis habituatam practicam in figura reali, quam in actionem ponere poteris ad tuum velle, ſine vexatione magna. Et niſi corde tenus ſcias dictum A.B.C. practicare, non poteris, neque quid incipere, & ſic à Deo impeditus eris, quod neſcies quid agere: quia ignorabis ſpecierum receptiones, quas literæ ſignificant, neque illas miſcere tali modo, quo natura requirit, neque tuas facere mixtiones, quæ tibi, & omni Artiſtæ practicali atque practicanti opus eſt ſcire facere, ut dictæ mixtiones ſint operationes naturæ, quodque dictæ literæ, vel ipſarum ſignificata ſint propria materia, & quod ipſa poſtulat.

De ſecundo inſtrumento practicali, & primò de prima parte ſolutiva.

CAP. VII.

INſtrumentum practicale, tantum valet dicere, ſicut ponere theoricam, ad factum operativam, mediante inſtrumento, quod eſt memoria, quæ tibi habet oſtendere, qualiter dictæ literæ ſunt figuratæ pro prima parte ſolutiva, quæ ſunt ſex figuræ principales. Ex quo igitur tale iſtrumentum habes habituatum, reduc illud in practicam, convertendo ipſum ad primam figuram, quæ compoſita eſt de B.C.D. in modum, qui ſequitur.

De figura prima triangulari, quæ demonſtrat principium practica, & de intentione triangulari.

CAP. VIII.

SUper hanc figuram ſequentem, quæ eſt prima triangularis, tibi oſtendimus principium diſtrictum practicæ & dicimus, quod fit, vel fieri debet de duabus ſubſtantiis corporalibus, & una ſubſtantia eſſentiali & accidentali, deportata in eorum ventre, prout per hanc figuram tibi repræſentabitur. Fili intentio, quare hunc triangulum facimus, eſt, ut de ipſo per artificium, divina bonitate de A. me-



de A. mediante, nos trahamus & habeamus tale menstruale humidum, temperatum à calore contra naturam, in quo & per quod metallica corpora possint in argentum vivum dissolvi, quod est elementum omnium corporum liquabilium, & prima materia, & quod in illo possit noster siccus lapis continuari, de argento vivo creatus. Cum ergo fili hic sit primus distinctus, & primus introitus in nostro magisterio, applica te ad puteos, unde exit temperamentum libratim redditum, prout fili sine mora alterius tarditatis dicemus.

De prima dispositione, incipiendo opus in forma practicæ.

CAPUT IX.

TU in virtute ac honore de A. primo recipies unam partem de D. & dimidiam partem de C. quæ simul optimè molentur & cribellentur super marmore subtiliter pulverisentur, & benè misceantur. ponesque in una cucurbita vitrea, situata in furno, & superposito alembico, in quo per resolutionem secundantur spiritus, & condensantur, & lutabis juncturas vasorum, cum panno lineo impastato & madefacto in luto, facto de flore farinæ, & albuminibus ovorum distemperato, ut proprietates trium Mercuriorum unitæ, scil. salsuginosus, vitrioſus, & aquaticus simul junctæ, & in unum positæ, non perdantur, vel non perdamus. Et adverte, ne dicti pulveres in cucurbita positi non trascendant, neque su-

perent pondus 8.unciarum, & ad tempus abbreviandum, pone
in aliis duabus cucurbitis,de pari pulvere ſecundum pondus 8.un
ciarum in qualibet cucurbita, & illas colloca ſupra furnellos lon
gos,per modum, quem declarabimus in capitulo furnorum, ne
pone niſi tres cucurbitas ſupra unum furnellum: nam ignis no
poſſet pluribus æquabiliter miniſtrare, prout requirit mixtio na
turæ,& ſint dictæ cucurbitæ collocatæ,una ab alia remotæ quin
que, vel ſex digitorum ſpatio, & lutentur fundi cucurbitarum d
terra argillata percuſſa fortiter cum pilis animalium, quantum il
fundi furnellum intrabunt per tria foramina ſummitatis dicti fu
nelli,& ad ſpiſſitudinem materiæ: & pone cineres puros benè cri
bellatos ſubtus benè compreſſos ad ſpiſſitudinem quinque digito
rum, & pone ad naſum cujuslibet alembici phialam unam vi
tream colli longi ad finem, quod continens illarum phialarum
non ſentiat furni calorem,ne aqua phialarum poſſit refluere, neq
ſpiritus recedere aut fugere. Poſtea habeas lignorum ſerraturas
de quibus proviſionem habeas magnam,& accipe duas partes,&
partem dimidiam marci torcularis vindemiarum, aut de tomb
minuta,vel de tanno ſicco,& miſce cum dicta ſerratura. Et de tal
compoſitione furnum tuum imple,poſt ignem tuum accende in
duabus extremitatibus, & eum accendere permitte. Nam aliu
ignis non eſt tibi faciendus, quouſque videbis diſtillare 6. gutta
aquæ vel 10.aut 15.vel 20.Et quando ad 20,deſtillaverit,fac ignem
cum parvis lignis,ſive buſquetis lignorum ſiccorum,& ſic paula
tivè incipe facere ignem flammæ in directo materiæ. Et vide
quando diſtillabit, quod aqua ſit clara, & quando erit ad 15.pun
cta,& aqua erit clara,& fumi ſubtiles continua ignem illum æqua
liter. Etſi videas,quod de quindecim punctis ad 12.revertatur,au
minus,fortifica ignem,& continua ſecundum punctum ſuæ deſti
lationis,& poſtea tertiò fortifica ignem tuum de uno puncto u
tra,& continua uſque nil plus diſtillet,& tunc dimitte ignem face
re,& claude furnum tuum, & refrigerari permitte, & ſi aqua ſit fi
na & clara ſine aliquo colore turbido, vel ſine turbulentia, han
accipe & cuſtodi,& phialam obſtrue cum cera tepida, ne aliqui
reſpiret,nec aer intret, quia ſtatim corrumperentur ſpiritus, qu
ſunt ſubtiles, per aerem qui intrat plenum immunditia ac extra
nea natura. Recordare,quando incipies ignem facere lignorum
ſiccorum, quod vaſa tua debent eſſe habituata de paſta ſupra di
cta,atque lineis pannis circundata, phialæque benè lutatæ ad na
ſos alembicorum, de luto eodem ponendo unam paleam inte
naſum alembici & bendam lineam. Nam plerumque dum igni
operatur,aer vult exire & reſpirare,quando continentem non ha
bet,qui eum poſſit retinere. Nam calidus & caloroſus eſt,& ſub
jectum quod eum retinet, calorem excellentem pati non poteſt

Et ide

Et ideo indiget aliquo loco, in quo valeat reſpirare. Aperi ergo ei foramen, quando ſufflare audieris. O pater, quomodo feciſti practicam ita longam? Fili, ut ſis habituatus in omnibus rebus parvis & magnis, & ut habeas ſpecialiter & generaliter ignium notitiam, & aliarum operationũ, per præſens capi, & etiam omnium lutamentorum, quia noſtræ non eſt intentionis, quod amplius de ipſis dicamus, cum ſapienti intuenti & intelligenti mediante prædicto nihil eſt ibi ſubtile. Et quia poſtea dicere potes, quod menſtruale fœtens eſt ad tuum prçceptum, quod eſt res vilis, per quam omnia corpora in eorum primam naturam breviter convertuntur, & eſt pura & propria origo rei mirabilis & utiliſſimæ, ſçd cum intellectu claro ipſam cognoſcere ſcias. Fili, menſtruale hoc elementariè factum, eſt unum corpus organiſatum & aquoſum, per altam virtutem, quæ quartum elementum eſt, quod eſt ignis caloroſus, quæ miſcet omnes res uniformiter, ad quam mixtionem homo non poteſt attingere, niſi ſit ignis magiſter, qui de tribus rebus unam fecit per ſuam reductionem, prout vult natura, quæ hoc uniformiter miſcet cum humore, qui eſt principium naturæ majoris operationis. Quæſtio, Pater quid eſt tertium? tu non poſuiſti. Fili, forma ſine materia ſtare non poteſt, nec res quæcunque fieri poteſt, ſi forma defecerit, nec D. poteſt eſſe ſine B. qui habet res formare, quæ in mundo ſunt, hoc eſt argentum vivum, & inde nomen habet, prout in theorica dictum eſt. Sic dicimus de C. quod formatum eſt de B. quoniam ſic vult A. propter quod probatum eſt, quod plus eſt ibi de B. quàm de C. vel D. & hæc eſt cauſa, quam per proprium nomen menſtruale vocamus, & hoc eſt, quia in ſimplici unitate ſeipſam collocavit cum magna poteſtate, quam lucrata fuit à tribus propriis ſubſtantiis conjunctis in unam, quæ eſt intus, communis cuilibet corpori minerali & lapidi ſimiliter, & eſt rei vegetabili ſubalternata, prout tibi traditum in proprietario noſtræ præſentis artis. Quare tibi dicimus, quod benè ejus virtutem agnoſcas, ac ſuam potentiam: nam poſtea cum illa alias cognoſces, quæ ſunt majoris potentiæ & valoris. Quare in memoria habeas primam ipſius figuram, per E. ſignificatam, quæ eſt hîc præſentata.



De prima parte solutiva per formam practicæ. Et de liquefactione.

CAP. X.

FIlli lucem mundi, vel partem ipsius, oportet ut nunc dissolvas per liquefactionem omnium suarum partium, quæ sunt substantiales & accidentales custodiantur in trituratione facta motu ignis contra naturam, unde stolidi delusores ignorant ejus mensuram, & ideo hoc modo facies, absque tangendo materiam pedibus aut manibus. Tu in virtute A. unam unciam accipe de F. benè purgatam per capellam, vel cinericium forte. Et illud benè percussum in rotellas scinde per petias parvas, curtas & strictas. Postea in duas partes æquales divide, & accipe duo vasa vitrea, solutoria nuncupata: sed melius liquefactoria sunt dicta & vocitata, quorum in hoc regimine forma & mensura tibi demonstrabuntur in capitulo vasorum, & in quolibet istorum duorum pone unam unciam cum dimidia de E. scilicet octavam partem totius menstrualis, projice statim intus quamlibet partem de F. & in continenti non negligenter obstruas os vasis suo cooperculo, & luta benè junctura de luto jam dicto, vel de cera clara & munda, quo facto, pone in balneo Mariæ calido per triduum, ut Deus det tibi bonam diem.

De liquefactione G. qui est Mercurius Philosophorum.

CAPUT XI.

FIlli unam unciam accipias de G. & pone in phiala vitrea longi colli, in qua prius posueris tres uncias de E. & statim obstrue, ut nihil respiret de suo cooperculo cum cera communi, & benè sigilla, & postea in balneo Mariæ calido per biduum naturale, & post biduum in aquam claram reperies dissolutam.

De conjunctione & matrimonio dictarum liquefactionum.

CAPUT XII.

POstea accipies F. & aquam in aliam ampullam colabis vitream mundam, & vas multum benè inclinabis & cautè, ne terra de F. cum aqua colari possit, nec aqua turbari & dictam phialam ubi posueris aquam de F. obstrue, ut supra de aliis dictum est, & ad partem pone. Poste in continenti super solutorium de F. quod debet dissolvi, pone suum alembicum, qui districtè & sapienter jungatur cũ luto supra dicto, post hoc supra cineres cribellatos situetur, & ponatur inde supra furnellum, & fac primum ignem, faciasque destillari, & humorem in phiala vitrea sume, & fac de serratu-

ris ligno-

ris ſignorum ignem, & quando humor quaſi diſtillatus fuerit totus, fortifica ignem de carbonibus paulatim, ſecundum quod videbitur ad punctivaliter calcinandum terram, ſed à nimio calore cuſtodi, nam vidimus, quod ad calorem ſolis factum eſt. Intellige benè, niſi velis fatuus fieri, & da hunc calorem continuè per undecim horas, poſt furnellum obſtrue, & vade dormitum. & de mane accipe tuum calcinatorium (quia ſic nominatur propter operationem ſuæ proprietatis, quod tibi offert actus materialis) & infra projicies menſtruale ſæpe dictum, in quo G. diſſolutus eſt, & illud videbis operari, & fumum in altum aſcendere, & metallum calcinari cùm liquefactione, ſed melius quàm ante obtura de proprio operculo, quod intrat intus, & cave ne ponas in alium calorem quouſque fuerit operatum ſua propria virtute, & poſtquã operatum fuerit, & requieverit, luta benè juncturam cum cera cõmuni, & ſic lutatum pone in calido balneo Mariæ per triduum naturale, prout alias feciſti, quia ſic expedit, poſtea aquam cela, & humorem diſtilla, & calcina terram, ut ſupra dictum eſt, & totiens reitera, quod tota terra ſit diſſoluta per iſtud regimen in forma liquoris, & ſemper limum ſolutum, ad partem pone, vel oleum arte diſſolutum, quod eſt ſubſtantia corporis per aquam depurata, & portata per aquam venti. Et quando totum erit diſſolutum inſimul conjunge, poſtea pone per menſem cum dimidio ad putrefactionem in calore temperato, ubi vas optimè ſit lutatum cum ſuo dicto cooperculo, & ſic debet fieri figura de I.

De conjunctione rubei.

CAP. XIII.

POſtquam diximus de albo, dicemus nunc de rubeo. Fili, corpus ſolis totum eſſentiale eſt reſpectu argenti. Ideo aviſari debes, qualiter eum habeas transmutare, per quæ, & cum quibus: nam omnia ipſius opera concordant in unius operationis eſſentia, ſi ſcias conſiderare illud, quod principaliter philoſophicè dicemus de aqua corruptibili, quæ ſua virtute magna liquefacit, & in aerem ſuperius fert, quod eſt noſtrum ſecretum, & omnis alterius philoſophiæ.

De aqua corruptibili,

CAP. XIV.

TU in virtute A. recipe unam unciam aquæ compoſiti argenti per alembicum diſtillatæ, & in illam projice ℥. de G. vegetabili, poſtea pone intus de auro fino, ſecundum pondus de G. Pòſt pone in balneo Mariæ per triduum, vel quatriduum. Et infra illum terminum reperies, ut carbo nigrum, tunc infra pone duodecim partes de E. pòſt ad putrefactionem pone per menſem completum.

De alia aqua corruptibili.

CAP. XV.

REcipe duas ℥j. de G. vegetabili, & humorem ejus per alembicum extrahe cum duabus unciis, vel tribus aquæ rectificatæ ſimpliciter, quæ eſt aqua viva, & projice intus tuum ſolem, quem diſſolvere volueris. Hæc diſſolutio eſt ſub conſervatione ſuæ formæ. Ideo ſapientes Phyſici faciunt de illo potabilem aquam, ſeparando per alembicum, poſt infra projiciunt de jure, vel ſucco lunariæ, quantum volunt, & quod vident aurum totum diſſolutum in illa aqua vegetabili in colore ſolis, & ſic de tribus rebus formamus figuram circularem, ſignificatam per K.

De ſecunda parte ſolutionis, quæ eſt ſolutio & ſeparatio elementorum.

CAPUT XVI.

FIli, quando tuum album compoſitum per menſem cum dimidio putrefactum fuerit, tunc erit benè animatum, & virtutis magnæ bene appreciatum, & ab iſto ſeparabis elementa per modum qui ſequitur. Amovebis à vaſe, in quo tua eſt materia cooperculum, & ſuperpones alembicum, optimè lutabis, & in balneo Mariæ calido pones, prout melius ac diſcretius ſcies & ſicut per noſtram doctrinam oſtendetur. Et primò recipies aquam, quæ per diſtillationem exit per levem ignem æqualiter continuatū quouſque nihil diſtillare poſſit, tunc ab igne ceſſa, & infrigidari permitte. Poſtea vas accipe, & ſuper cineres pone in alutello, & paulative vigorando ignem in furnello, aerem diſtilla totum cum ſuo igne mixtum, & illum recipe in phiala vitrea, quam obtura benè, ut dictum eſt, & ad partem pone, illud autem, quod in fundo remanebit cucurbitæ combuſtum & arſum erit tanquam terra ſicca & nigra. Pater, quare aquæ diſtillatio fit in calido & humido, cum aer diſtilletur in ſicco & calido? Fili, ratio eſt, quia ſubſtantia aquæ de natura ſubtili oſtenditur. Quare opus eſt illam aquam extrahi per ſubſtantiam humidam & calorem ſubtilem multum, cū artificialiter non poſſet eſſe ſubtilior ſeparatio balneo Mariæ, in omni quod viſum eſt, quia aqua ſtans in ſui natura ignitionem non ſuſtinet, & ideo neceſſe eſt, quod cum igne per medium corrupto, ſeparetur. Sed aer & ignis, qui ſuſtinent ignitionem, ſupra cineres diſtillantur, quoniam partes groſſæ & calores terreſtres ſeparantur, & ad aera ſuperius aſcendunt. Sic divides, & ſepara bis tria elementa, quæ ad album ſunt, ſignificata per L. M. & N. quia ad album non eſt ignis, ſed ad rubeum ſunt omnia quatuor elementa ſignificata per O P. Q. R.

Quomodo

Quomodo Artista debet habere terram fixam.

CAPUT XVII.

FIli post hanc separationem habebis terram fixam, & quod nihil ex ea possit amplius sublimari,& hoc post rectificationem quatuor elementorum, per quam secundum regimen est constitutū, quod est unum de quatuor principalibus regiminibus,in hac separatione nitaris superare proprietatem Mercurialem in tua mixtione. Nam si hoc feceris, naturæ victricis magister eris. Et hanc rē intellige in præmissa mixtione prima, prout tibi diximus in theorica nostra. Ideo tibi necesse est, quod Mercurialium proprietates superent proprietates fœtentis menstrualis,si velis inventor esse precioſi perfectionis naturæ. Fili rarione hujus vocabuli proprietates tibi datę sunt omnes res ad cognoscendum,videlicet materiarum virtutes,& sicut in proprietario hujus artis extitit declaratū. Ideo, quia proprietas quælibet, quamvis non sit nisi una in omnibus mineralibus cōmunis, veruntamen ipsa determinationē recipit à sua causa,sicut visibilis experientia cum lumine claro nobis effectualiter ostendit post ejus divisionem per 4. elementa, & sicut videre potes manifestè modo simili, quia proprietas, quæ est in parte terræ desiccat multum,congelat & fixat. Et illa, quæ est in aqua refrigescit multum, dissolvit & lavat. Et illa, quæ in aere est, humectat,madidat,lenificat & fluere facit partes discontinuatas, & quæ in igne est,calefacit & tingit. Adhuc accipit hæc proprietas aliam determinationem secundum materiā elementi sui in grossitie & subtilitate, per varietatem & variationē,propter quam sunt 4.ignes principales observandi ad respectum substantiæ proprietatum 4. elementorum. Ideo,quod proprietas,quæ est in terra grossioris est substantiæ, & fixioris naturæ, per quam contra ignem majorem tolerantiam habet. Ideo si proprius debetur ignis, secundum suæ naturæ exigentiam,& sic est de aliis elementis Quare patet,quod sub conservatione suæ proprietatis materia gubernatur per certos gradus excitantis caloris & stimulantis. Ideo, quando separabis elementa, respice, quod materia non evacuetur à proprietate sua per nimium ignem vel excessivum, nec contra naturam. * Nam adhuc illa elementa sunt dissidentia & inimici mortales generationis, nisi Geometriæ regula observetur, cum qua trahere poteris per tuum velle aerem. & sine hac regula non. Fili hîc est secretum, quod valet melius omni denario, ad trahendum extra naturam quæ est verus Mercurius proprietate plenus. Fili practicam tibi diximus,qualiter eam poteris extrahere cū igne appropriato. Sed nunc dicemus totum nostrū instrumentum,per quod poteris custodire, & recte ducere, & opus dirigere. Quando tu volueris aerem trahere à suo proprio hospitio,tibi opus est assimilare naturæ tuum opus. Fili in subjecto vacuitatis sunt extre-

* *Alias quia ambo hi ignes sunt destructores & inimici mortales generasionis.*

ma &

ma, & media ſecundum magis & minus, propter quod ſuum elementum fugit in aliud, & in illud revertitur, neceſſitate naturæ, prout manifeſte tibi exemplificabimus, per aquam, in qua diſſolvitur tantundem ſalis, quantum continuari poteſt in humido aquatico reſpectu aeritatis ſalis. Quapropter tibi oſtendimus, quod humidum eſt poroſum, & foraminibus plenum, in qua poroſitate continuatur ſal, quod eſt lapis naturalis in aqua deportatus, qui eſt dominus lapidis, in ſede ſua exiſtenti. Fili ſedes ſua ſunt pori & parva ſuarum aquarum foramina, quæ primò erant plena aere nimio ſubtili, & poſt implentur de re ſe inſpiſſante. Quare patet, quod in quanto magis inſpiſſatur, tanto fugit rarefactionē, & vadit ad condenſitatem, quando pori & foramina parva implentur materia groſſa, per evacuationem ſimplicis, quia nullo tempore eſt dare vacuum naturæ, plus enim deſtrueretur, quàm illud poſſit pati, & ex hoc exemplum oſtendemus Phyſici in ſcientia ventoſorum, & nos in extractionibus aerum naturaliū. Unde voluerunt aliqui Philoſophorum antiquorum dicere, quod natura vacua erat ab omni entitate, quando ad ſe rem attrahunt à ſuo proprio gradu, ſed non habent de natura profunditatem omnem. Ideo, quia quamvis calor ignis conſumat materiam aeris humoroſam, & poroſam reddat, dicta tamen materia adhuc habet dictum locū plenum, non obſtante, quod attrahat ſecundum proportionem naturæ vacuæ à dicto loco plus quàm perdiderit, prout apparet in convaleſcentibus poſt infirmitates magnas, natura quorū plus appetit, quàm digerere poſſit, & tamen locus ille proprie ſecundum veritatē nunquam moratur vacuus omnibus entitatibus naturæ. Sed ſolummodo à ſua materia magis ſimplici, quæ ibi participat ſecundum ſcientiam noſtram ſenſibilitatis inter ſimplex & ſimpliciſſimum, quæ ſunt extremitates magis ſimplices, ſicut eſt aer, inſpiramus duarum extremitatum ſuarum reſpectu, videlicet elementi aquæ ſimplicis & aeris puri ſimpliciſſimi, qui per clericos æther vocatur, quia propriè & poſt ignem exiſtit, & ſi hoc erat verum, nullum elementum veram ſphæram haberet animationis & ſtationis, & maximè ille aer, qui vocatur æther, qui deſtrui non poteſt ab igne, neque per ejus calorem corrumpi, qui ſemper ſibi ſit propinquus & jungens. Ideo declaratum eſt, quod nunquam vacuitas data eſt naturæ, quin ſit de alto in baſſis ſphæris, quia ignis ibi locum habet, ſicut natura ſuam eſt appetens perfectionem. Alio modo corrumperetur, & remaneret inanimatus locus naturæ, qui eſt ſphæra unius elementi vel alterius, & nihilominus ſine virtute, & ſine attractione, & per conſequens remaneret à fine vacua, quod non fuit aut erit unquam requiſitum per naturam, quod remaneat absque illis potentiis, quare vaſtata materia ſimpliciore, ſcilicet aeris, quæ erat humoroſa in hac ſphæra,

quæ

*

tur fol. 149.


Aqua elemẽtata.
Aer elemẽtatus
Ignis cœlestis
Æther
Ignis cœlestis
Æther
Elementa aquea
Æther
Elementa aquea
Æther
Ignis cœlestis

quæ ſibi data eſt & propriè ſibi debetur per medium ponderoſitatis & levitatis, deinde omni tempore in omni loco remanet altera ſimplex quam ignis deſtruere neque vaſtare poteſt. Sed quantum ad hanc materiam ſimpliciſſimam, cum ſit ſufficiens, aut ſufficienter occupativa, vel repletiva loci dictæ ſphæræ, ſecundū ſuā ſubſtantiam, ideo volens natura in dicto loco per ſuum inſtinctum & inſtitutionem recuperare per reſtaurationem ſuæ deperditæ materiæ cum re ſimili vel ei pari, deſiderans ſemper ad ſuam perfectionem attingere recuperat eam in attractiva virtute, cum appetitu magno, ad ſe trahendo aliorum elementorum ſubſtantiam per ipſorum rarefactionem, quousque natura ſuum debitum recuperaverit; ſcilicet illud, quod per ignis calorem perdiderat, & quanto plus locus evacuatur, tanto magis illorum elementorum natura attrahit per ſuum magnum appetitum, & habet majorem vim majoris attractionis, ut tibi diximus, ſicut apparet in condenſatione aeris & pluviarum. Et ſicut videtur, quando natura vitalis in reſtauratione confortans, rectificat membrum vulneratum, quod eſt una de partibus ſubſtantiæ ſuæ veræ individualis, in qua portatur, & iſta eſt ratio radicalis & poſſe naturæ, ſine cujus intentione nihil facere potes, quia per iſtam elementa aſcendunt & deſcendunt, ingroſſantur & rarefiunt, componunt & aſſociant, disligant & ſubtiliant vi amoris. Et quanto ignis ſimpllcior eſt cum actione magna in dicto loco naturæ, tanto fortioris deperditionis ſuæ materiæ eſt dictus locus continens, & per conſequens attractionis fortioris. Fili ſi hanc rem intelligis benè, ſcies qualiter omnes res mundi per naturam factæ ſunt, & quomodo eas facere poteris reſpectu naturæ, ſi aerem habere poteris qui per naturam cauſatur, Sed animatio quintæ eſſentiæ rationalis, nulla res eſt, quæ ſciat facere, niſi Deus creat illud. Ideo certas res habemus, & alias ſcientias multas, ad plures arres & ſcientias, de quibus hæc eſt una, quæ eſt forma ad ſciendum omnes alias, à ſubtiliori ſubjecto per naturam cauſatas: nam illud quod facit natura, deſtruere poſſumus, & poſtea reformare intus ponendo naturam, ſine qua quævis cura fieri nequit per phyſicum. Et hoc tibi datum ſit ad dividendum 4. elementa, quod eſt maximum ſecretum, ad formandum inſtrumentum. Et ſicut de albo compoſito feciſti, fac de rubeo, propter quæ figuram ſequentem aſpice, quæ docet quomodo elementantur elementa, & qualiter unum elementum intrat in aliud circulariter per artificium naturale. Figura ſequens oſtendit, quomodo elementa per artificium conſtituunt unum elementum rotundum: ita quod minima pars unius eſt in parte minima alterius, aliter non eſſet veta nec bona mixtio in terminatis corporibus, nec per conſequens eſſet bonum ad aurū, vel argentum operandum.

**

De operatione ſecundi regiminis, quod eſt lavare. Et primò de aqua & aere, qui habet generare.

CAP. XVIII.

FIlli quando diviſeris elementa lapidis ſeu lapidem per elementa quatuor, opus eſt ut ea purges per hoc regimen. Sed primò ſciendum eſt, ſubſtantiam 4. elementorum & eam cognoſcere, unde tibi dicimus, quod terra & ignis ſimiles ſunt in ſubſtantia lapidea, & ideo neceſſaria eſt præparatio ignis calcinativi. Et alia duo, ſcilic. aqua & aer, ſunt in ſubſtantia aquoſa, & natura aquatica. Et idcirco opus eſt, quod ſcias præparationem ordinatam ad exigentiam ſuæ naturæ. quia aer & aqua indigent præparatione, quæ fit per ſeptenas diſtillationes, aut plures, quouſque omni aduſtione vacuentur, quæ venit ex parte menſtrualis, & tunc quilibet ipſorum plenus vera tinctura, manebit ſine crematura vel aduſtione. Fili aquam & aerem diſtillabis ad partem, quemlibet in ſua perfectione, & vaſe per ſe, & fæces aquæ pone cum terra, quas in qualibet diſtillatione facies. Et poſt ſextam diſtillationem pones unam guttam vel duas ſuper calidam laminam argenti fini & puri, quæ ſi nigreſcat, non eſt omni aduſtione ſua vacua. Pone igitur ad ſeptimam diſtillationem, & plus quouſque argentum dimittat abſque corruptione nigra, & tunc habebis aquam vitæ, cũ qua terram ablues, & Mercurium philoſophicum, confortativum & medium, quod facit matrimonium tincturarum. Et ſicut feciſti de aqua lunæ, facias de aqua ſolis, & ſicut audiviſti de aqua, ſic etiam intellige de aere, & illud, quod remanebit poſt aeris diſtillationem, erit ignis tinctura totus plenus, & aurum & anima, & unguentum philoſophorum, ſine quo dictum magiſterium compleri non poteſt. Et intellige fili, quare dicimus, quod ignis diſtillatur cum aere, & non cum aqua. Fili aqua non habet aeris officium facere, ſed tantummodo lavare & non tingere. Nam ſi tingeret, ignis abſque humore maneret. Quia aqua fugit ignem, nec faceret tincturam ſubtilem defectu humiditatis, ideo tibi dicimus, quod diſtilles ignem per aerem, quia in qualitate ſecordant, & aqua fugit ignem, quia induta eſt qualitate igni contraria. Per hoc autem diſcordant. Sed aer, quia eſt aqua magna digeſtione tincta, eſt oleum, & etiam tinctura fortis, & magnæ mixtionis. Et ignis eſt ſua tinctura, & corpus fortiter digeſtum. Et ſpiritus eſt aer, qui ignem ducet. Conſidera fili ad ea, quæ tibi diximus & dicemus, ſcilicet, quod velis operari lapidem humidum, qui eſt ſubſtantia limoſa ad aquam & terram tantum, quia de illis duobus procreabitur purum ſulphur, & ſulphur ſiccum velis operari ad ignem & aerem, cum iſta ſint tinctura & perfectio totius magiſterii. Fili ſi miſceas ignem lapidis cum Mercurio, ſtatim ſine ſepa-

separatione rubeus efficietur. Et ideo quando voles facere permanentem tincturam, sulphur tuum in igne lapidis rubifica, & omni tempore se amabunt.

De ablutione ignis & terræ.

CAP. XIX.

FIli quando ignem voles abluere, primò separabis aerem, in quo quiescit per distillationem, & omnes feces, quæ coloris sunt inter nigrum & rubeum insimul pones, in quibus pones suũ pondus de aqua prima, & postea totum distillabis, quousque non remaneat nisi ignis siccus, & hoc septem vicibus reiterabis, & invenies ignem tuum rubeum in pulvere subtili. Fili sic de terra facies, quousque vacua sit ab omni humiditate, & humiditas, quam separasti à terra, est oleum album, multum precioſum pro incerando, & quia naturæ corporis magis participat, tantò ab eo difficilius separatur, & per consequens tenetur pro re precioſiori pro complendo omne elixir. Et quando videbis terram inter ponderosum & leve in modum pulveris esse, pone de ipsa modicum super calidam laminam cupri, & vide si de ipsa aliquid evaporet, quod si non, ostendit quod privata est & mundata ab omnibus spiritibus suis, qui eam tenebant invitam. Custodi ipsam multum charè: nam ipsa est magnesia, quæ dabit tibi illud quod petis post suam resurrectionem, & quando, sicut prædiximus, quatuor elementa purgaveris, custodi ea benè, quodlibet ad partem in suo vase vitreo benè obturato cum cera, & maximè & specialiter oleũ: nam aer subintrans statim corrumperet & consumeret propter convicinitatem naturæ, quæ in ipso est, quod quidem aereum est ac multum volatile, & tibi sufficiat quod diximus de benè lavando omnia quatuor elementa.

De tertia operatione, quæ est creare lapidem de supra dicta substantia præparata, de quatuor elementis.

CAPUT XX.

FIli nostri lapidis operatio tertia est, quod tu reducas aerem qui est signficatus per M. post suam rectificationem cum O. qui reducitur cum L. quia ipsi duo sunt duo elementa sicca naturæ fixæ. Adde ergo O. de composito rubeo cum L. quæ est de composito albo, ut mixtio, quæ per confortationem fit, sit utilior præparatio de O. & L. sic ut recipiant & recuperent majorem humiditatem per attractionẽ, quam in sua calcinatione perdiderunt, per quam privatum est ab omni humiditate. Et ideo quando siccum est, & omni humiditate sua vacuum, specialiter libentissimè suum humidum aquaticum epotat. Et si tu nos intelligis, intelli-

ges

ges id, quod diximus in noſtra theorica in capitulo ſexageſimo tertio, quod incipit, Intentio naturæ fili. & ſuper illo, quod diximus de perfecta præparatione, quæ ſuccedit purificationem elementorum ſuprà dictorum. Fili hæc præparatio valet omne aurum: nam per eam lapides fini fiunt & precioſi ac omnes perlæ & margaritæ. Ergo fili ad conſequendum dictam hanc præparationem, accipias M. ad conſequendum naturam, & ſuum affectum, & illud divides in duodecim partes ad pondus de O. & L. quoniã medietas de M. ad plus eſt neceſſarium ut cuſtodias, & quod alia pars ſit æqualis ad pondus de O. & M. diviſum in duodecim partes, & quamlibet partem pones cum eo, & cum L. totum inſimul mixtum infra vas ſimile aliis. Sed illud appellamus iſto regimine Ymen. Poſtea obturabis vas tuum de ſuo cooperculo vitreo cum cera, & pones in fino, & ibi facies enutriri in paſcendo cum modica aqua primò, & poſtea cum majori, ſicut natura te docet in parvorum puerorum educatione. Et non ſis lentus, neque piger de imbibendo terram de quindecim in quindecim diebus, ſecundum quod videbis, quod commodet & convertet, nec te tædeat hoc opus multis reiterare vicibus, & quando reperies quod erit congelatum & converſum, & ſiccum, pone in ſicco igne per diem unum naturalem. Poſtea da ei plus M. & fac totum ut tibi diximus: nam in iſto opere non potes errare, dum tamen patientiam habueris in longo, & tædioſo nutrimento. Fili videbis ibi tot, & tantos colores, de quibus non cures, quousque materia ducatur & terminetur in pulveres albos finos, vel in terram albæ foliatæ in colore margaritarum translucentium. Et ſi videris in forma pulverum alborum ſubtiliſſimorum, ſcias quod eſt majoris fortitudinis, & majoris virtutis mineralis ſulphur ei ad congelandum Mercurium, & transmutandum omnia metallica corpora poſt ſuam elixationem. Fili non volumus hic tibi longum facere ſermonem, ne tuus impediatur intellectus per verba. Nam noſtra theorica tibi ſatis poteſt ſufficere, quam benè convertere potes in practicam veram per hanc, quam tibi damus. Hæc eſt res quæſita terra foliata congelabilis, noſter arſenicus, ſulphur noſtrum, quod completum eſt ad albũ pro faciendo medicinam ad argentum, ſicut tibi dicemus, cum jam ſit ſulphur completum album non urens, per quod medicina fieri debet.

De compoſitione ſulphuris rubei.

CAP. XXI.

FIli ſulphur album accipies, & illud imbibes per imbibitam rationem de aqua rubea poſt diſſolutionem ejus in dicta aqua. Et quando aqua in illo fuerit congelata ad medium ſui ponderis totum album erit, tuuc ignem carbonum fortifica: nam aliud facere

cere nõ eſt opus, quousque videas rubeum ſicut ſcharletum, poſt fortifica ignem cum flamma, quousque ſublimetur. Fili, ſcito, quod ſublimabitur, erit ſulphur album, nobile multum, & illud, quod remanebit in fundo vaſis fixum, erit ſulphur rubeum fixum, ſicut ſanguis, rubeum, multum clarum & precioſiſſimum, & tibi hic ſit oſtenſum, quòd illud, quod erat album, verſum eſt in rubeũ manifeſtum per ignitionem & ignibilitatem aquæ, quæ ibi poſita eſt per ſubſtantiam ſulphuris albi eſſentialiter, Et de hoc ſit tibi ſpeculum ſubſtantia plumbi, & pro tanto tibi ſufficiat traditio compoſitionis ſulphuris albi & rubei, à quo per artificium quartæ operationis beneficio elixir factum eſt ad complendum & transmutandum omnia corpora metallica imperfecta, & diminuta in verum aurum, & in verum argentum.

De quarta operatione, per quam fit compoſitio elixiris. Et primò de compoſitione lapidis, qui eſt primum ſulphur.

CAPUT XXII.

FIli, quando velis facere medicinam, conſidera primo cui perfectioni præparationis ducere proponis, & ſupra quale corpus vis projectionem facere: nam de illo corpore, ſupra quod vis facere projectionem medicinæ, debes in ea ponere, ſed ſi ad ultimam præparationem intendis ducere philoſophicè, quale corpus imponas non eſt curandum, niſi ſolummodo argentum vivum, quod eſt medium & mediator omnium, & ſi non intendis, niſi ad quandam ſubtiliationis ſimplicitatem frondem medicinam ducere debes corpus, ſupra quod projectionem facere velis, ſubtiliare, ſupponamus ergo, quod ſit ſuper ſtannum, tunc ſic tuum elixir cõpones, recipe duas partes cum dimidio argenti fini ſubtiliſſimè limati, & de illo fac amalgama cum quinque partibus argenti vivi communis ſimul jungendo, & ducatur ac formetur ad modum butyri. quod partes argenti dicti ſentiri non poſſint. Deinde cape mediam partem Jovis, & illum funde tribus vicibus, & projice in aceto diſtillato, & amalgama, & ciba de una parte argenti vivi in ſimul molendo, quousque fiant unum corpus. Poſtea illa duo amalgamata lava, quodlibet ad partem, cum ſale communi præparato, & in aceto diſtillato, quousque acetum exeat clarum purum & mundum, inde amalgamata duo junge, & iterum ſimul ablue cum ſale & aceto diſtillato, molendo, & miſcendo, & lavando, quousque acetum, ut ſupra clarum remaneat. Poſtea lava totum in aqua dulci, ut totum ſal exeat, & deſicca aquam ad ſolem, vel ad ignem lentum. Fili magiſterium noſtrum in duas partes eſt diviſum, ſcilicet, in creando lapidem, & componendo medicinam. In prima parte argentum vivum ponimus, tale, ut

diximus in tota noſtra theorica, & in principio noſtri magiſteri in practica poſitum. In ſecunda parte debet addi ſulphur cum materia metalli. Fili ſulphur eſt ſuus ignis, qui materiam digerit metalli, & argentum vivum, quod ibi nominatur loco medij & ſtat inter ſulphur & corpus. Et hoc tibi dicimus, ut verbo ruſticano non intelligas, neque communi, ſed in verbo philoſophicali nos tibi dicemus, quod alia ſunt media cum extremis differentialibus, quia alio modo non poſſemus dicere, quando materiæ ſunt transmutatæ philoſophicè. Et ideo quando philoſophicè dicimus, debes intelligere de materijs jam transmutatis per virtutem, opusque philoſophiæ. Et quando ruſticaliter dicimus, intelligere debes de materiis, quas natura communis omnibus gentibus creavit, accipiendo ab illa ſimilitudinem. Ideo in verbo philoſophico tibi dicimus, quod alia media ſunt, ſine quibus tincturæ fermentorum addi, nec miſceri poſſunt cum tincturis unguenti rubei. Et ideo nobis opus eſt, ut transeamus ex eodem medio ad mediū, donec ſimus in extremis, quæ petimus. Fili cibamentum, quod nos tibi dedimus, philoſophicè loquendo, eſt unum de mediis inter aquam & ſpiritum, ſcilicet, quando in pulverem verſum eſt per alterationem. Et ſulphur & aer ſunt extremitates: ſed abſque philoſophiæ voluntate tibi dicere poterimus, cùm ibi ſit alteratio, quod argentum vivum vulgariter intellectū, ratione ſuæ ſimilitudinis, eſt medium perfectivum, multiplicativum, & completivum elixiris, quia effectivum eſt omnis fuſionis metallicæ, & totius ingreſſionis, ratione ſui ponderis, de quo ſupra loquebamur ad voluntatem noſtræ philoſophiæ in ſua prima extremitate, quod eum elevavit de neceſſitate, & alteravit in ſua ſpeciali differentia. Secunda extremitas abſque voluntate philoſophiæ dicimus, quod ſunt metalla ad componendum elixir. Et alia media & extremitates, philoſophicè loquendo, ſunt materiæ poſt earum purificationem mundam, ideo, quia inter ſulphur & argentum vivum eſt pulvis factus ex corpore, & argento vivo, & inter dictum pulverem, in quo eſt ſulphur & finis magiſterij, ſunt duo argenta viva, quæ ſunt cauſa continuationis partium dicti pulveris in finem medicinam, & inter aquam, eſt calx, & aer. Fili totum initium & finis hujus operis fit tantummodo per unam ſolam operationem, quam vocamus proprie reductionem. Fili intellige bene poteſtatem naturæ, quæ totum debet mutare, Sulphur noſtrum eſt terra ſubtilis, vel aqua ſicca in ventre cujus ignis naturæ fortiter multiplicatus eſt, cauſa ſuæ ſiccitatis eſt terminatio humiditatis caloroſæ, quam aceepit à compreſſione ignis, qui eſt in ſuis viſceribus & ventre. Fili argentum vivum eſt liquor inundans & fluens, præſervans ignem à combuſtione & arſura, & aer eſt materia ſulphuris, in qua cōpromittitur & comprimitur ignis

per

er ingenium magisterii respectu naturæ, quousque terminetur in
rram siccam & subtilem: quæ est sulphur, & sicut aer, qui est ma-
ria induit ejus formam in eo; ita argentum vivum est mate-
a sulphuris, & convertitur in ipsum ratione proprietatis suæ
aturæ. Quare fili non mireris, quando res videbis mutari coram
culis tuis per potentiam sulphuris, quia multum calidum est &
ccum, & caloroſum. Ideo necessarium est, quod proprietatem
gnis habeat, videlicet aperiendi partes totius corporis, & argenti
ivi, & penetrandi ac terminandi, quia per calorem, quem habet
n se, naturaliter aperit poros clausos & seratos. Et cum ignis sit
ubstantialiter colligatus & collectus in substantia subtili, cum to-
a illa etiam vaporabiliter intrat infra totum corpus, cum ejus
ubstantia, per quam ligatus est & collectus, sit multum sicca, ter-
minat & congelat humiditatem, in quam intravit, secundum sui
aloris informationem, qui est instrumentum formativum & di-
gestivum naturæ. Et sic fili dictum, sulphur nostrum habet virtu-
em sigillandi & formandi simile sibi, & omne quod petitur, &
on retinendi in se. Et ideo dicimus, quod est pater & semen ma-
culi, per ignorantiam cujus multi deciderunt Alchymistæ fatui &
on experti, credentes sine igne naturæ fixare amalgamata, non
custodientes rectum, neque rectitudinem rei propriæ, quæ debe-
ret eos deducere & adducere ad perfectionem veræ digestionis.
Quia argentum vivum minerale res est multum crudæ, & grossæ
ubstantiæ: Quare opus est quod fortis virtus sibi administretur,
quæ juvet eum duci ad perfectionem, & de hoc large fuimus lo-
quuti in libello intentionis Alchymistarum. Idcirco fili in nomine
illius Domini nostri, qui pro peccatoribus passus est mortem cru-
delem, incipe nostras alterationes philosophicas facere per hunc
modum, faciendo primò signum sanctæ crucis, ne diabolus tibi
noceat, & intellige quando dicimus arg. vi. vulgare, hoc dicimus
ad similitudinem illius, quod ei assimilatur per artem vivificatum:
quia metallorum corpora differentiam recipiunt per illum modū,
per quem argentum vivum differt à suis similibus. Et quando si-
miles dicimus, hoc est ad differentiam purorum, & impurotum
metallorum, & hoc tibi fili datum sit pro regula gravi & profun-
da in tuo adjutorio ad componendum regalem medicinā in hunc
modum: Accipias unum vas vitreum cum longo collo, unius pal-
mi, & fundo rotundo, & ore stricto, adeo, quod non possit intrare,
nisi tuus digitus medius largè, & ad modum colli ampullæ factū,
& habeat cooperculum, quod subintret, & bene jungatur. Post
recipe amalgama, & in sex partibus illius pone partem unam lapi-
dis nostri in fundo dicti nostri vasis. Post artificiosè pone tuum
amalgama infra, sine violentia ad longum vasis, & quod cooperiat
lapidem totum, modo tali, quòd lapis respirare non possit, quan-

do ſentiet calorem, niſi per medium amalgamatis: quia neceſſ
ria res eſt, quod amalgama noſtri lapidis vaporem accipiat, &
ſuo ventre retineat, & per illum alteretur. Poſtea colloca v
tuum ſuo cooperculo opertum, in furnello, inter cineres co
preſſos usque ad quantitatem materiæ, vel modicum minus, v
delicet de ſpiſſitudine dorſi cultelli, vel minus, & hoc fac, ut vid
re poſſis alterari materiam, & poſt accende ignem, ſi vis, de pu
vere carbonum, vel de ſerraturis lignorum. Et ſic dimitte, ut pa
lative calefieri incipiat, vel ſi vis de carbonibus, qui faciant ig
ſine fumo. Et quando ſentit calorem, tunc calor ſulphuris m
vere incipiet, & quod eſt in ſuo vapore inſpirabit in ſubſtantia
argenti vivi, & penetrabit, & congelabit amalgama, primò
forma argenti fini, demitte adhuc ignem continuari, quia metall
ca ſpecies tibi oſtendet, quod totum ſulphur non eſt adhuc in v
pore elevatum, dum adhuc omnes ſuos affectus non præſtiti
neque virtutes, nec adhuc intraverunt ventrem dicti amalgam
tis, quoniam non debes intentionis eſſe, quod habeas creare
nam petiam metalli per dictum ſulphur, in quo metallo modi
eſt virtus, ſed creare medicinam, in cujus ſubſtantia ſunt congr
gatæ plures & multæ virtutes, per quas, & in quibus facies poſte
talia, quæ ad miraculum ſunt reputata, per omnem perſonam
magnam & divitem, niſi ſit philoſophus, qui ſuas agnoſcat po
tentias atque virtutes, per quas operatur, & quas tibi dicemus
dum eas teneas ſecretè. Fili effectus ſulphuris quem debet tra
here & præſtare dicto amalgamati, eſt, quod ratione poteſtati
proprietatis ſuæ, convertit eum in finiſſimos pulveres, permitt
igitur eum continuare in tuo igne: quia aliter non habes facere
quousque videbis dictum amalgama in pulverem in ſua ſuperfi
cie converſum. Et hoc totum fit in quatuor, vel ſex horis, vel mo
dicum plus, aut minus, ſecundum quod ignis bene & diſcret
continuatus eſt, reſpectu proprietatis materiæ: ſed ſtatim, cum
videris ſignum dicti pulveris, amove à furnello ignem, & refrige
ſcere permitte, ut virtus ignis noſtri non debilitetur. Fili ſi modi
cum hujus ſulphuris projiciatur per talem infuſionem, ut tibi ſu
pra diximus, ſupra multum corporis, tali modo, quod habeat po
tentiam ſuper illud, ſtatim illud reducet in pulverem multum
ſubtilem, color cujus erit talis, ſicut color corporis, in quo ſpiritu
totus infuſus eſt virtute divina. Ideo fili habeas intellectum bo

num multiplicandi dictam materiam virtute ſulphu-
ris primi, antequam facias me-
dicinam.

De

SIGNIFIC
H U

A *Significat Deum.*
B *Significat Mercurium.*
C *Significat ſalis petram.*
D *Significat vitriolum.*
E *Significat menſtruale.*
F *Significat lunam claram.*
G *Significat Mercurium noſ*
H *Significat ſolem purum.*
I *Significat compoſitum lun*
K *Significat compoſitum ſol*
L *Significat terram compoſi*
M *Significat aquam compoſi*

Reductio humidi in siccum

Per inceratione.
Per mollificationem.
Per inhumationem.
Per indurationem.
Per animationem.

Per congelationem.
Per attractionem.
Per nutritionem.
Per solutionem.
Per partium continuationem.
Per sublimationem.
Per subtilitationem.
Per vegetationem.

Per deſ.
Per humect.
Per infrigidat.
Per attractionem.
Per appetitum.
Per expulſionem.
Per digeſtionem.

Ablutio

Per congelationem.
Per ſolutionem.
Per vegetationem.
Per infrumentationem.
Per elementationem.
Per vnctificationem.

Per liquefactionem.
Per indurationem.
Per deſponſationem.
Per reductionem.
Per conjunctionem.
Per reſuſcitationem.

Per liquefactionem.
Per diuiſionem.
Per corruptionem.
Per calcinationem.
Per euacuationem.

Per

Solutio ogoſſi in ſimplum.

Ignis.

Quartus. Pgradus

Tertius gradus.

Fixio ſpās in fermentum.

Reductio humidi in ſiccum

De multiplicatione noſtri ſecundi ſulphuris, & proprietatibus ejus.

CAPUT XXIII.

FIli non debes potentias omnium tuorum ſulphurum ignorare, potentiæ quorum duobus reperiuntur modis, ſecundum numerum graduum ſuarum virtutum, ſcilicet per ſigna & experientias, quæ rarificant claro lumine rationem ſenſus. Fili virtutes punctualiter, & gradualiter ſunt colligatæ & congregatæ per augmentationem, & confortationẽ in ſubſtantia ſulphuris noſtri. Ergo tibi dicimus, quod quanto plures habet gradᵒ punctuales, tanto habet majorem potentiam ſua ſubſtantia alterandi omnia ponderalia, & duplicia, quodlibet de decem numeris. & hoc agit propter dictæ virtutis proprietatem, quæ eſt in ejus forma, per quam materia ſpecificata eſt in ſubſtantia ſulphuris, & ſi plus ponas, majorem virtutem accipiet ſubſtantia ſuccedens, propter pluralitatẽ virtutum captarũ & collectarum in præcedenti ſubſtantia, exemplum ponamus, quod primum ſulphur in ſe non habeat niſi quindecim gradus punctuales in numero virtutum, propter quam rationem vis experimentalis nos docuit, quòd ſulphur, quod non habet niſi unum gradum virtutis, reſervato pondere ſimplicis ſubſtantiæ, alterat duo pondera integra, quæ poſſunt partiri, vel dividi in 20. numeros, qui ſunt dicti & nominati ſimplicia pondera. Nos numeramus pondera ſimplicia 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. vocamus numeros compoſitos ſimplices, & 10. vocamus numerũ integrũ, quia recipit relationem de uno, & ideo gradualis virtus noſtri ſulphuris correſpondet 10. & ſic de aliis. Et ideo intellige, quod per differentiam ponderum materiarum convertibilium, & per intentionem & remiſſionem virtutis ſulphuris, virtus ſpecificat dictam materiam in diverſam formam, ſicut declaratum extitit in tractatu graduum magnæ medicinæ. Igitur fili, poſtquam una virtus integra punctualiter congelat 10. argenti vivi in metallum perfectum per projectionem unius ponderis ſupra 10. ſubſtantialiter conſequenter unum pondus 50. virtutum, congelat 500. arg. vivi proportionaliter in metallum perfectum, quia nullo tempore virtus minoritatem accrpit propter diminutionem ſui actus, quin operetur ſecundum proportionẽ gradus ſuæ actionis, prout gradus piperis calidi in quarto gradu, ſenſibiliter operatur in natura humana, ac etiam pars ejus propter virtutem, quæ uniformiter ſtat in toto, & in tota ſubſtantia piperis, & ideo pars gradus ſimiliter eſt in eodem gradu Quia tantum, quantum ſubſtantia & virtus poteſt continuare, tanto monſtrat effectum proprium ſuæ operationis, quæ dependet à ſua gradualitate. Et ſi pondus unius aut alterius projiciatur ſupra minus ſibi ponderis proportionalis', tunc faciet

in illo metallo majorem combuſtionem ſive ignitionem, & in ta
to ultra, quanto igneitas & virtus ſuæ potentiæ extrahitur dig
rendo, & ultrà ardendo & comburendo. Et in quanto erit ult
proportionem ponderis convertibilis, in tanto magis ac meli
conſequetur effectum alterationis perfectæ, ſi pondus converte
tis non ei augmentetur proportionaliter tantum, ſicut conver
bile eſt in ſubſtantia augmentatum ultra proportionem recti po
deris. Fili, per hanc intentionem ſi nos bene intelligis, potes h
bere verum pondus virtutum noſtri lapidis, quousque tibi pote
tiam oſtendat ſimplicis ignitionis non urentis, & eſt terminus
menſura, hoc eſt, quando congelat argentum vivum in metall
perfectum, & eum in ſpeciem ſpecificam auri vel arg dimittit.
quando dimittit eam in ſpeciali forma ſulphuris, id eſt, pulve
ſubtilis, tunc oſtendit, quod magnæ ignitionis eſt, nec propter h
eum minus appreciari debes, ſed fortius honorare, cum ferri p
ſit ad ſimplicis ignitionis terminum, per diſcretionem operato
ſapientis in doctrina, quam ſuperius ars confert in ſubſtantia mu
tiplicativa. Ideo multæ virtutes collectæ in uno parvo ſubjec
ſe extendunt & ampliantur in multam & magnam materiam te
minantem eam, & portantem ad aliquem gradum perfection
ſecundum actionem potentiæ perfectivæ, ac exhibitionem po
derum adminiſtratorum. Poſtea fili, ad melius intelligendū pa
tem illorum, quæ diximus per experientiam viſibilem, accipe lap
dis partem unam, & ei decem partes arg. vivi adminiſtra amalg
mati, vel ſimplicis, & vide quomodo terminabitur poſt ipſi
transmutationem, ſi eum in forma ſpecifica dimittet argenti, pot
indicare, quam virtutem habet. Et ſi perfectè ar. vi. non congela
minoris virtutis eſt, & tunc requirit, quod pondus convertibi
debet diminui cum pondere convertentis augmentando; quod
dimittat argentum vivum in forma terræ albę in una maſſa, virtu
ejus ignificativa dat tibi agnoſcendum, quod fortioris actionis e
quam erat in principio, & ideo majoris valoris: nam quanto pl
tenet ultra ſpecificationem formæ metalli perfecti, tantò mag
poteſt contra aliud argentum vivum, propter potentiam virtut
lapidis in ea diffuſam. Et ſi in formam pulveris dimittat, tunc
gnum oſtendit, quod nobilis & fortis virtutis potentia munitu
eſt. Accipe igitur unum pondus illius pulveris, & appropinqu
illud decē ponderibus argenti vivi ſicut ſupra diximus. Et ſi tran
mutet in ſimiles pulveres, debet judiçari virtutis excellentis. Co
tinua igitur fili hanc operationem, quousque venias ad illum gr
dum, quod ultimò mutat non ſolum argentum vivum in pulve
rem, aut metallum perfectum, ſed ſolummodo in terram alba
in modum maſſæ frangibilis. Fili hoc eſt argentum vivum, quo
mutatum eſt in formam perfecti metalli, & habet virtutem ſimpl

eis ignitionis ad æqualitatem ſui numeri integri, ſed quando hæc virtus reſpectu dicti numeri in compoſitione medicinæ noſtræ non ſufficit, cum proportionabiliter ſe non extendit niſi ad terminationem dicti argenti vivi ad formam metalli, & non ad terminationem ſuorum elementorum, quæ in medicinam debent terminari, niſi hoc per aliud pondus fieret, & per ingenium ſubtile in decoctione longa. Ideo ponere non debes ad finem, quod non eres, niſi ſis multum efficax in ſcientia & arte, nec adhuc in forma pulveris, quia ignitionis nimiæ foret, & cremaret ac arderet elementa ſimplicia. Et quando ſimplicia dicimus, hoc eſt ad differentiam ſubſtantiæ fermentabilis, quam in elixiri ponimus, nec poterimus tibi ejus temperamentum oſtendere: ſed illud, quod in formam terræ mutatur totum in maſſam frangibilem, illud eſt contemperativum medium ſimplicis ignitionis artificialis, ad creandum medicinam immediatè, & conſervativum omnium ſuorum elementorum. Contempera igitur ſulphur tuum, quousque venerit ad paſſum terræ, quam maſſam frangibilem appellamus. Fili, de quantis numeris integris ſucceſſive convertet, tot virtutes integras habebit. Quando igitur de virtutibus volueris experiri, noli de toto lapide facere experientiam, ſed de parte minori, qua poteris, & aliam ad partem pone, quousque videris, & ſciveris quot virtutes, & quantas potentias tenebit. Et quando ſcies virtutum ſuarum potentias, adde ei, & da cibum ſecundum proportionem ſuæ fortitudinis. Et quia ejus virtus eſt decem ponderum, proportionabiliter ei addere debes & adminiſtrare argenti vivi 100. pondera, & ſi 15. adde 150. & ſi 100. eſt ſupra 1000. Nunc igitur pone in actu reali, poſtquam ſciviſti, quantas virtutes integras tenet lapis in minori parte. Quando dicimus minorem, hoc eſt, propter mediam rationem loquendi, & ſic intelligere debes, ſi multiplicare velis lapidem materialiter, etſi certitudinaliter ſcias, quod in ſe teneat vim 50. integrarum virtutum, tu capies totum lapidem, & pone in 450. pondera argenti vivi amalgamati, vel non amalgamati. Quia de quolibet denario ſubtrahatur pars decima, & hanc ſubtractionem facimus, ut materia non terminetur in metallum perfectum. Et tunc ipſius ignitio eſſet heberata & minorata. Ideo de quanto illud minus aſcendit de ſubſtantia argenti vivi, de tanto plus eſt ſuperans in actione virtus diffuſa, quæ eſt in ſua ſubſtantia. Et hanc magis facimus ſecundum temperamenti rationē. De iſto igitur fili medicinam creabis, ſicut dicemus: ſed primitus dicimus tibi multiplicationem virtutis dicti ſulphuris. Fili, nos vocamus ſulphur, totam ſubſtantiam ſuprà dictam in terram converſam per primam noſtri lapidis virtutem. Hanc igitur accipies, & de illo capies unam partem ſecundum proportionem ponderis materialium, quæ ponere vis in elixiri.

Nam opus est tibi, quod de ipsa sit decima pars, & totum residuum sulphuris pone in ampullam cum longo collo, & illam in calore serva. Si velis, quod virtus de pluri multiplicetur de mense in mensem, da ei de argento vivo 50. partem ipsius in ampulla, quam firmiter claude: nam aliud non est tibi opus facere. Sic habebis in re tua, & domo duplices mineras pro regnando in Dei servitio, sed scias tenere secretum. Fili tibi dicere non possemus hujus rei potentiam, quia innumerabiles sunt, si tibi scimus terminum dicere fines hujus mundi, cum ejus potentia aut multiplicatio sit infinita', quia infinita ejus erit duratio. Nos dicimus infinita, non simpliciter, sed ad differentiam vitæ hominis, & durationem hujus mundi.

De fixatione, vel de confectione medicinæ.

CAP. XXIV.

FIlli, tibi præcipimus, quod capias duas partes cum dimidia argenti fini, fac inde, ut tibi diximus, amalgama in capitulo præcedenti de multiplicatione lapidis. Postèa adde ei partem unam dicti sulphuris ultimatè congelati, & postea misce totum simul in vitreo mortareo molendo, donec totum fiat unum corpus. Postea elixir tuum humecta cum una parte aquæ suæ, & nutri totum in calore febrili, sicut in creatione nostri lapidis feciſti, hanc continuando decoctionem, quousque aqua super eum sit congelata per viam sublimationis. Post paulativè ignem tuū fortifica, quousq; ad ultimum per expressionē ignis, omne quod est volatile sublimetur. Scias tunc, quod corpus efficitur & vertitur in volatile per potestatem volatilis, quod detulit rem fixā. Postea quando vas erit frigidum, accipe illud, quod est sublimatum, & cum una alia parte aquæ suæ iterum supra feces repone, molendo, & imbibendo, & assando secundum quod natura vult, coque & sublima. Et sic amodo continua dictum regimen vigorando ignem, quousq; duæ partes aquæ fixæ sint cum terra, & quod de illa nihil possit sublimari. Fili omnium istarum fixationum regimen fit in tali vase, quale est illud in quo reductiones fiunt, nec est differentia inter fixionē & reductionem, quantum ad regimen faciendi, nisi quantū ad intentionem fixandi, & non tantummodo indurandi. Et ideo debes ignem tuum multiplicare in fixione, ut humidū fixetur in igne per ignem, & semper reverti debes illud, quod sublimabitur supra rem fixam manentem, quousque totum fixum sit, quia sulphur ante dictum, cum sit fixum & coagulatum per suam proprietatem, & à se congelatum, naturaliter coagulat suum Mercurium, & hoc est per frequentem sublimationem supra rem fixam reiteratam, & hoc facimus, ut dicti sulphuris partes sint in dicto argento vivo benè continuatæ, quod est de suo proprio naturali humido. Fili,

si scias

si scias benè ad extra disponere naturam, erit tibi & ipsi sufficiens eundi ad perfectionem totius rei, de qua indiget. Quia ipsa, cum sit multum sagax per suum instinctum, est multum solicita pro appetitu naturali ad inceration em sui corporis, cujus solicitudinis non habet finem. Et ideo tibi sit declaratus naturæ motus, quod est instrumentum, per quod omnia facit. Fili, si ab extra scis naturam benè disponere, ipsa sufficienter ab intra operabitur, usque ad ultimum suæ perfectionis passum. Quoniam sui motus, per quos intrabit, & ponet, ac junget siccum cum humido, & continuabit humidum cum sicco, in fortiter ei adhærendo tali ordine actum magna unitate, quod melior ac certior homo mundi non posset, aut sciret cõsiderare, quàm magna est perfectio naturæ ratione & causa motuum adhærentium, quæ sunt propinquiora instrumenta suis operibus. Quare fili tibi sit intellectualiter revelatum, quod ratione complendi omnes motus ante dictos tarditas præparationi debet esse in nostro magisterio, ut natura transire non possit motus suos per lineam transversam, quæ movetur ab impedimento contrario, sicut est nimis citò complere, videlicet antequam naturæ motus per successionem ordinis naturalis sit continuatus intentione rationis perfectivæ. Ideo fili recapitulamus, quod natura certum habet tempus ingrossandi, & imprægnandi, & certum habet tempus pariendi, certum nutriendi, & certum operandi. Ergo fili, quando terram imprægnaveris, expecta partum, & quando peperit, nutri eam ut infantem, quousque pati possit totum ignitionis ignem. Et tunc de illo facere poteris multum nobilem projectionem, propter quod ad implendum, ut supra dictum est. Et Morienus dicit: Creatio hominis sit tibi speculum.

De fixione aeris.

CAPUT XXV.

SI vis fili scire finem, qui est nostri magisterii perfectio paternali doctrina traditum, hoc est, quod reverti facias dictam materiam non fusibilem ad perfectam liquefactionem, opus tuum assimilans modo naturæ per reiterationem, ac mollificationem, & quod partes discontinuatæ, sint continuatæ per talem humiditatem, quæ supra omnes humiditates alias habeat morari, ad calorem cujuslibet ignis sine exhalatione aut terminatione ipsius, ut assimileris fili in hoc passu operi naturæ, in quantum est possibile, tibi dicimus, quod ipsa in radice inceration is non cessat suum incerare corpus cum humiditate fusibilium, scilicet sulphuris, & argenti vivi: quia nullum aliud corpus magis conveniens natura reperit, quàm in sulphure. Sed benè credas, quod totum procedat ab argento vivo, & ista humiditas non est terminativa, neque consumptiva, sed potius perfectiva radicalis, multum subtilis, in

qua naturalis calor omnium fusibilium, aut liquabilium, conca-
lescit, quamobrem natura ratione ejus instinctus desiderat multũ
stare in esse, & in specie per longum tempus in suo esse perpetuali
individuali. Ipsa ratione suæ perfectionis ordinavit, & stabilivit
in nutrimento caloris naturalis tale humidum, sicut dictum est su-
prà, & infra illud posita est. Ideo fili naturæ sagaci assimilando
debes præparare per exuberationis viam illam, seu similem humi-
ditatem. Nam sicut vides, quod natura susceptiva in creatione
hominis formaverit partes menstruales, non solum nutrimenti
sufficientis ad restaurandum rem deperditam, sed ratione depor-
tandi, ac ponendi ipsum ad majus crementum in tempore suo.
Ideo natura dictas partes spongiosas formavit, ut magis de hu-
miditate nutritiva recipiant, & nutrimento, quam deperditio ipsius
ascendat. Et ideo re perdita restaurata remanebit adhuc illis parti-
bus spongiosis magna & notabilis quantitas nutrimenti, quam
quidem capit fœtus à substantia indigesta per umbilicum, quam-
vis nobilior sit sine comparatione illa, quæ superius ascendit ad
mammillas propter necessitatem finis, quod nutriat infantem post
puerperium, quousque valeat comedere panem. Ideo, quia omnis
res vitalis re multum temperata indiget, quare natura limitata
omni tempore in suis operibus est hoc facere ingeniata, & sicut in
membrorum humanornm formatione prima sufficit quantitas
parva seminalis principii: simili modo parva sulphuris quantitas
sufficiens est ad creandum medicinam, sicut per dicta nostra præ-
cedentia manifestum extitit. Sed ad crescendum, & augmen-
tandum illum, & benè perfectè nutrire opus est tibi, quod exube-
rare scias dictam humiditatem nutritivam, assimilando naturæ ra-
tione nutrimenti, quia hoc sciendo est magisterium, & perfectio
totius alti secreti hujus artis & nobilissimæ scientiæ, & facies sicut
tibi dicemus post elixiris inceration em. Ergo fili, quando aqua erit
cum terra fixata, imbibe eam cum rorida imbibitione cum una
parte sui aeris, & post pone ad mollificandum in fimo, ubi sit pe-
panticus & parvus calor. Ideò, quod cum dictis terra & aqua mi-
scebitur per motum, quem in sua contritione facit natura, post po-
ne ad sublimandum paulativè ignem augmentando, quousq; illud
quod volatile erit, sit sublimatum, & humidum cum sicco misce-
tur. Post hoc pone volatile supra fixum cum altera parte aeris per
modum roridæ imbibitionis, in principio lentum ignem, & postea
fortiorem faciendo. Et sic reitera, quia nihil aliud opus est tibi fa-
cere, quousque per reiterationem continuam sublimationis, &
motu continuo tota res fixetur in una parte cum dimidia aeris.
Et tunc per diem naturalem fortem continuabis ignem, & per se-
cundum diem naturalem fortiorem, & per tertium fortissimum,
sicut est ignis ad fundendum cuprum, & sic aqua mediante, aer

fixatur

fixatur in terra, quia natura terræ alleviatur & ſublevatur à natura aeris, & natura terræ continet in ſe aeris naturam, & aqua ſimiliter, & hanc ipſa retinet. Quia vult perfici à natura calida aerea, & docet naturas aquæ & terræ debellare contra ignem per ſui concordantiam amoris. Nam in amorem converterunt, & fugientem in pigrum, quando aer obviam proſequitur fugientem, & avis non plumata volucrem plumatam retinet, quod non poſſit evolare. Fili pone ſpiritum tuum, ad intelligendum quæ dicimus: noli potare, niſi comedas, nec comedas, niſi bibas. Hoc tibi dicimus ratione imbibitionis uniformis, quam habes facere de humido cum ſicco vicibus ſucceſſivis, ad dictæ creationis inſtantiam, exemplo naturæ ad juvandum calorem naturalem corporis transacti à latitudine temperamenti ſive à diſtemperamento, ſicut homo ſenex, propter ſui temperamenti habilitatem, hoc modo non debet uti, videlicet, quod non bibat niſi comedat, & è converſo: nam partes ſiccæ habent fluere in humido & continuari in illo, & ſimplificari ad naturalem calorem confortandum. Et ideo in fixione aquam miſcemus in terram paulativè, & ſic convertitur, & cum illa ligatur & fixatur potentia naturæ. Et deinde fixatur aer ſuper illam, quouſq; per victum victus vincentem vincerit, quia quando aqua eſt mortua, tunc aer fixatur, & non ante. Nam aer ignem nutrit, ſicut aqua terram, & ignis à limoſitate aeris vivit, & aer à limoſitate aquæ, & aqua à limoſitate terræ. Fixa ergo fili primò aquam in terram, ut aer in ea fixari poſſit, quia natura ſic vult potens, & ſi aquam interfeciſti, omnia alia ſunt mortua & occiſa, aqua tamen ſine terra non fixatur, & ideo dicit philoſophus hos verſus: Conſurgit nullus nunquam ſine corpore fructus. In quo dum moritur ſemen fructum dare fertur. Sic cibus in ſtomacho fomentum ſuſcipit intro.

De inceratione, quæ dat fuſionem elixiri perfectam fixionem.

CAPUT XXVI.

QUando fixaveris aquam ſupra terram, & aerem ſupra aquam ſucceſſivè, ſicut tibi diximus, tu accipies de medicina ʒ unam & illam pone in cruſibulo terreo ſupra ignem levem, & ſtatim, ut ſentiet calorem egutta ſupra guttam poſt guttam de oleo ſuo albo, ſcias, quod oleum omnes ipſius penetrabit partes, & inſenſibiliter corporis profundius intrabit elixiris, & ponet ſe ibi, & reddet eum fuſibilem ingredientem, & benè intrantem. Tunc recipe de ipſo modicum, & tenta ipſius fuſibilitatem ſupra cupri laminam ignitam, ſi reſolvatur ut cera ſine fumo creata eſt medicina, ſi non & det fumum, repone ad incerandum ſupra ipſum de oleo ſuo eguttando guttam poſt guttam, quouſque faciat ſignum

ſuprà dictum modo prædicto. Poſtea infrigidari permitte: quia elixir eſt completum,& impreciabile precium,quod omne corpus diminutum & imperfectum convertit in infinitum lunificum, verum & bonum. Projice igitur de ipſo pondus unum ſupra 1000. argenti vivi vulgaris abluti cum ſale & aceto, & cõvertetur in puram lunam, meliorem quàm de minera in omni probatione approbata. Et ſimiliter ſupra quodlibet corporum imperfectorum ſi projiciatur, ſtatim poſt humiditatem radicalem in arg. verum transformabitur.

De exuberatione humidi nutrientis, vel nutritivi.

CAPUT XXVII.

EXuberatio humidi nutritivi,& nutrientis fili non eſt aliud, niſi appropriare nutrimentale ad temperamentum proportionale qualitatibus nutriti, ut non ſit nimis frigidum, aut calidum, aut nimis crudum, aut multum coctum. Quia ſi nimis frigidum, mortificaret convertentes virtutes. Et ſi nimis calidum,ſuffocaret & extingueret digeſtivam virtutem. Et ideo eſt opus, quod omne generativum ſulphuris, & argenti vivi habeat poteſtatem calefaciendi & humectandi,ſecundum rationem, & poſſe nutrimenti,vel per ſe,vel per accidens. Et quæ præter ſe calefaciunt & humectant,ſunt duæ res,de quibus una eſt,quaſi principium efficiens,ſcilicet,digeſtio perfecta talis, qualem facit natura, & illam in una hora facimus per retrogradationem multum cocti in crudum ſufficiens, & per graduationem ſucceſſivam multum crudi in coctum ſufficiens. Alia eſt ſicut medicinalis cibus,qui eſt habilis & aptus choleram generare calefaciendo, & deſiccando, & per conſequens congregandi phlegma, quod humectat refrigerando in infrigidando fixum non retinet. Et ideo dicitur aqua contra naturam. Sic ipſemet eſt aptus & habilis, nutrimentale ac nutriens humidum generare, quod eſt ſicut lac, quod in ſangvinem convertitur: nam tunc ſecundum exuberantiam humidi exuberati ipſum ratione ſuæ notæ mutationis calefacit & humectat argentum vivum,quod eſt ſulphuris cibus,& hoc eſt in tanto, quod eſt ſpiritualis ſangvinis generativum: quia de ſubſtantia ſangvinis,qui eſt humidum exuberatum ſpiritus generatur in ſubſtantia corporis medicinalis. Et de illo nutrimentaliter vigoratur ipſa prædicta ſubſtantia. Quare fili recollige in te ipſo per ſuprà dicta,quod ad multiplicationẽ ſulphuris& arg.vivorum neceſſaria eſt ipſorũ perfecta exuberatio,& digeſtio cum aptitudine majoris & largioris generationis ſpiritus ſangvinei, ſed arg. illa viva, quæ de ipſorum natura non ſunt apta, nec habilia generare ſpiritus vivificativos abſolutè,ſicut ſunt omnia genera menſtruorum per accidens multiplicantia, & in aliis generantia & procurantia gene-

generare: ſicut aqua vegetabilis Mercurii, quæ à natura ſua habilis eſt & apta phlegma generare, tamen ſi concordat & gaudet in calore,& ſiccitate ſua complexione,multiplicat ſpiritum vivificativum. Et ideo hæc aqua multiplicat ſulphur, quando projecta eſt in ventribus maſculorum cholericorum. Et quando in ventribus fœmellarum projecta eſt cholericarum argentum vivum multiplicatur multum temperatum, & fortiter exuberatum à calore & humido. Item medicinæ, quæ potentiam habent amovendi omne illud,quod prohibet ſpiritum noſtrum, & ipſum procurant generare, ſunt ignis lapidis. Fili ſpeciale fermentum, ſi fuerit gradualiter ſubtilitatum & digeſtum, tunc propinquius eſt metallo, quàm ſit lapis. Et ideo ſic revertitur lapis in naturam metalli, quando de puro ſangvine fuerit totaliter imbibitus & non ante. Quando igitur talem ſangvinem habere velis ad imbibendum noſtrum lapidem per roridam imbibitionem, pone ſupra corporis ſubſtantiam, à quo ſangvinem extrahere volueris tantum de puro Mercurio, quod ſuperet quinque vel ſex digitos in vitreo vaſe longi & ſtricti colli, & fac ſubtus ignem paulativè,uſquequo videris ſangvinem ſupra Mercurium elevari. Et omne illud,quod per liquefactionem diſſolutum fuerit ad partem pone, & adde alium Mercurium. Et hoc opus continua, quouſque ſangvinem ſuum habeas in liquore diſſolutum, poſt per alembicum ipſum diſtilla. Et tunc argentum vivum reperies majoris caloris, quàm erat ante ſui exuberationem. Item ſi ipſum magis exuberare quæris,pone in aliud corpus,& fac ut diximus, quouſque traxerit ab eo totum vivificativum humorem: tali modo noſter lapis altè ad cœlum aſcendit,& portatur in ventre venti,ſcil.argenti vivi. ſic tuam exuberationem accidentalem facere potes,& illam multiplicare ſemper in aliud corpus ad tuum velle, & ſi ſis ingenioſus ac ſubtilis non projicias terras, quæ ſunt nigræ, & ſiccæ: nam cum illis potes plures facere res inſtinctu& inſtitutione, multosque lapides creare. Si ſis ocioſus fili,quod neſcias quid facere, inter magiſterium noſtrum, & ſatis habebis facere,tantum,quod nullas divitias mundi appreciabis unam botonem: quia ſcies, quod omnia precioſa mundi ad plenas quadrigas ab una re vili exitum habuerunt. Fili res iſta ab exuberata fermentatione,facta ratione elongationis corporis à ſuo vero temperamento, & aqua ad ſuum menſtruale & appropriationis iſtius ad metallum. Si ergo iterum poſt deſtillationem corporis diſſoluti, aliud corpus novi metalli diſſolvas, illud, quod poſtea diſſolvetur, appropinquabitur majori fermentationi propter virtutem imprægnatam, & exuberatam,& melius proportionatam à natura metalli,pura per humidum radicale. Et ſic per extrema & media, opus eſt tibi facere exuberationem noſtrorum argentorum vivorum. Ideo quod ſecundum

cundum melius valet,quam primum , & quartum quàm tertium; ſextumque quam quintum,ſalvo,quod quodlibet conſervet ſuam perfectionem , ſecundum quod ejus natura exuberata fuerit. Et iſta multiplicatio ſemper fit perpetuo, & hoc eſt cauſa & ratione virtutis mineralis magnæ & excellentis , quæ in aqua noſtra eſt , per quam lapis,qui non eſt lapis , delatus eſt de potentia occulta, in actionem manifeſtam ; & à virtute longinqua, & remota in virtutem propinquam per certos operationis gradus,qui fiunt infra temperamenti latitudinem ac intemperamenti , & ſic ſe appropriat natura ad perfectionem ſuam. Scias ergo fili,quod in qualibet forma ſunt gradus , per quos corroborata eſt virtus per fermentationem & exuberationem ; quia res temperata refrenat & arreſtat rem intemperatam, & eam multiplicat in virtute. Operatio noſtra fili non eſt niſi diſcurrere per totam temperamenti latitudinem,& intemperamenti. Et ultra illam Artiſta tranſire non tenetur. Et ſi transeat,ultra noſtrum erit magiſterium.

De compoſitione elixiris rubei.

CAP. XXVIII.

TAli modo penitus practicam conſervando, qua factum eſt elixir ad album facies elixir ad rubeum,quia non eſt in practicando differentia , dum omnia elementa rubea ſint , & ſicut album multiplicaveris ſulphur, multiplicabis rubeum loco argenti , aurum finum imponendo. Et quod aqua Mercurii ſit primò cum igne lapidis rubificata per ſolam decoctionem , & componatur medicina de tribus fermenti partibus , de tribus aquæ , & tribus aeris,& una parte cum dimidia ignis. Et quando eris ad reductionem aeris,ſublimationem reitera,quouſque tota ſimul fixetur , & poſt continua tres ignes,quos diximus ad album ad finem , quod elixir melius fixetur & depuretur per digeſtionem de optesis. Fili hæc optetica digeſtio dat medicinæ potentiam & actionem, quam debet facere , quia per eam terminatur humiditas & ignis digeritur. Poſtea tuum elixir trahe , & pone , & incera infra unum crucibulum cum igne leni abſque timore fugæ ipſius , & pota eum de oleo ſuo rubeo guttatim , quouſque fundere videas, ſicut cera,& ſine fumo,& ſicut ſtannum ſupra ferrum ardens , & tunc erit factum unum,ſtans,profundans,penetrans, conſolidans, tingens,& permanens , de quo projice unum pondus ſupra 1000 lunæ,vel argenti vivi abluti cum ſale & aceto , & transformabitur in verum & perfectũ aurũ ad omnem probam,& melius quam de minera ; in omnibus proprietatibus ſuis. Fili tibi dicimus , quod noſtrum aurum & argentũ noſtrum,non ſunt aurum & argentum vulgaria, quia ipſorum tincturæ addimus magnum igneum additamentum, & facimus eis tradi , & concedi perſeverantiam magnam

gnam in igne, per eorum proprietatem operationum noſtrarum notatum, atque bonarum multarum utilitatum ad omnem expellendam infirmitatem.

De perfectione & melioratione omnium medicinarum.

CAPUT XXIX.

FIli, ſi poſt projectionem vides, quod metallum in aliud metallum converſum & transmutatum per medicinam, vel ſi medicina tua non erit de ſatis ſufficienti colore, addatur de metallo magis de dicta medicina. Et ſi rubeum habeat nimium colorem (nam album nimis habere non poteſt) non ponas tantum de medicina, & ſi poſueris, adde plus de metallo ad transmutandum & convertendum, & ſi medicina tua non remaneat, vel plenè non reſiſtat contra ignem, defectus eſt fixionis. Unde ſua deficit ingreſſio, & indiget ſuccurſu, vel per reiterationem ſolutionis & congelationis, vel per ſublimationem de parte non fixa, ſupra rem fixam, quouſque accipiet reſiſtentiam contra ignis aſperitatem; & ſi videas, quod fundi non poſſit, niſi violentia & gravitate ignis, defectus eſt bonæ inceprationis, reintegra igitur, & ſupple per inceprationem olei lapidis, guttatim ſupra ignem lenem projiciendo in crucibulo, ut ſupra, quouſque cera fluat. Fili quando incerare velis, adhuc magis pones de re calida & humida, quam de re frigida & ſicca. Sed quando operaberis ſub intentione fixandi, pone tunc plus de re frigida & ſicca, quam de calida & humida. Intellige, quæ dicimus, quia hujus operis perfectio nihil aliud eſt, quam naturarum mutatio.

Quomodo medicinæ ſe multiplicant de bono in melius: & de uno in plures.

CAPUT XXX.

QUando perfeceris dictas medicinas, & de ipſis projectionem feceris, duobus modis potes artificialiter multiplicare illarum virtutes. Primus modus eſt, quod facias diſſolvi eas in aqua Mercurii albi ipſarum, vel rubei, de qua fuerunt procreatæ, quouſque ſint facti aqua clara, & poſtea in decoctione leni facias congelari, & poſt in ſuis oleis incerari, & ſupra ignem ſæpè dictum, quouſque veraciter fluant ſupra laminam, quam diximus, & propter hoc ipſarum virtus duplicabitur in tinctura, & omnibus perfectionibus, prout videre poteris in ſuis projectionibus: nam ipſorum pondus, quod projiciebatur ſupra 1000. projicietur ſupra 10000. Et in iſta multiplicatione non eſt pœna magna. Secundus multiplicandi majoris eſt pœnæ, quia ſi ea deſtilles poſtquā in aquam fuerint diſſolutæ ſui Mercurij, virtus earum in centeſi-

mum

mum multiplicabitur, scilicet, unum pondus valebit 100. Modus autem multiplicationis est, quod dissolvas quamlibet ipsarum speciem, singulariter in aqua sua per inhumationem, postea per distillationem separabis elementa, recipiendo primo aquam, post aerem, ut est dictum, & remanebit in fundo terræ fixæ substantia clara in forma pulveris, revertaris aquam supra ipsam post destillationem, quousque totam potaverit, & quod illa aqua tota fixa sit cum illa terra, inde adaquare cum oleo suo, & de sua tinctura, quousque sit totum insimul fixum, & totum se fundat supra laminam, &c. Et de ista medicina projice unum pondus supra quæcunque corporum volueris converti, & certitudinaliter tincturam ejus reperies de 100. virtutibus multiplicatam in potentiis tali modo, quod si unum pondus primò convertebat 1000. convertet in 10000. Quam si tertia vice præpares, ut dictum est, convertet 100000. & sic procedendo in infinitum. Ideo fili notare debes, quod quantò magis medicina subtiliata est, scilicet, dissoluta, sublimata & congelata, tantò magis & abundantius operatur, quia in qualibet dissolutione lucratur, & acquirit decem pondera in qualibet projectione, propter virtutem multiplicatam in ea. Ideo fili non tædeat te reiterare solutiones, sublimationes, & coagulationes: nam per tales operationes medicina digeritur, unitur, & ejus virtus multiplicatur, & perfectius operatur & fixatur. Quare fili, si benè dissolveris, & congelare, prout diximus, scias, & quod species, de quibus debes operari, cognoscas, ad perfectionem nostri magisterii pervenies, alto & brevi secreto, quod nullus revelare potest reservato, sicut tibi diximus. Sed si sis bonus indagator, & filius doctrinæ subtilis per ea, quæ diximus, & dicemus in libro nostro præsentis testamenti, & codicilli ac aliis, reperies ad plenum, & scies secretum. Et quando scies, sub anathematis pœna prohibemus, ne alicui discooperias: nam à Deo maledictus est, qui discooperuit. Et ideo philosophi sic celaverunt, & Deo dante celabunt futuris temporibus.

De multiplicatione medicinæ in quantitate.

CAP. XXXI.

FIli, accipies ℥ j. dictæ medicinæ multiplicatæ in virtutibus, in quam projicies ℥ 100. Mercurii & statim quando dictus Mercurius in crucibulo calefieri incipiet, in finam medicinam congelabitur, & projectionem faciendam supra Mercurium alium. Post accipe unciam unam dictæ secundæ medicinæ, & fac projectionem supra alias ℥ 190. Mercurii calidi. Convertetur iterum ad novam medicinam veram & puram. Postea multiplicare habes in quantitate primam medicinam in toto, vel in parte, quia de una uncia habuimus 200. uncias, non tamen paris virtutis, sicut prima, quæ

mā, quæ tibi fecit, quod dictum est, nec erit, nisi per dissolutionem & congelationem multiplices: nam ut diximus, poterit multiplicari de una virtute in infinitas virtutes, & postea in quantitate. Projice igitur de medicina ultima congelata pondus unum supra 100. Mercurii abluti cum sale & aceto, & calefac supra ignem. Et quando videbis fumare, congelabitur in purum solem, vel in lunam perfectam, ad exhibendum omni proba ac judicio, secundum quod elixir erit album vel rubeum, de quo fili veritatem tibi dedimus sermone completo, ad quod potes absque dubio pervenire; si doctrinæ nostræ sint super hac re laboratæ cum intellectu bono. Habe igitur solicitudinem per modum dictorum regiminum in exercitio practicæ; & rationabilibus considerationibus intellectus elevati, & veritatem illorum videbis corporaliter, & omnia quæ tibi diximus inter manus tuas realiter; & de facto reperies; quæ quidem res per se ipsam fit nec fortè, ac si diceres, quod totum per miraculum fieret, sed per artem & scientiam fit, & completur per operationem continuam, & manum operi naturæ ministrando. Iste est lapis supremus fili ab omnibus antiquis philosophis secretatus & occultatus ignorantibus & indignis; tibique revelatus, qui convertit omne corpus diminutum, & imperfectum in infinitum solificum vel lunificum secundum quod elixir erit subtiliatum & præparatum. Pari ac simili modo tibi dicimus, quod virtutem habet efficacem supra omnem numerum aliarum medicinarum; sanandi realiter omnem infirmitatem, quæ fit, & esse possit in humano corpore frigidis aut calidis naturæ causatam. Et quia est subtilissimæ ac nobilissimæ naturę, sanitatē humanā conservat corporis. Et illā in tanto multiplicat, quod virū senem facit ad potentiam & virtutem juvenum pervenire, & omnem infirmitatem præsentem & futuram expellit à corpore per organicos conductus, & omne venenum cassat & destruit, humectat & dulcescit attheticas & guttas acutas ab omnibus membris, & illud, quod est & fuit in pulmone congelatum dissolvit, ventremque vulneratum & læsum consolidat, confortat ac sanat, mundificatque sangvinem; & purgat omnes spiritus; & eos in sanitate conservat. Et si infirmitas est unius mensis, hæc medicina curat in uno die; si unius anni, sanabit purè in duodecim diebus; si longinqua sit infirmitas; in uno mense purissimè curabitur. Et ideo non mireris, si hæc medicina supra omnes medicinas fuerit petita, & desiderata ab homine, cum omnes aliæ universaliter ad eam reductæ sint. Si ergo fili habeas ipsam, habebis thesaurum perpetuum. Et adhuc dicta medicina aliud habet posse: nam rectificat omne aliud animal; & vivificat omnes plantas in tempore veris per suum magnum & mirabilem calorem: nam si de ipsa grani milii quantitatem in aqua dissolvas; & de illa aqua ponas in circuitu stipitis

unius vitis, quantum caperet testa avellanæ artificialiter, nascen
tur flores & folia, & fructificabit & portabit racemos maturos i
mense Maij. Et sic de omni alia planta, quæ res quando facta est
ad miraculum reputabitur, & contra naturæ cursum, quia tale
hujus rei potentiam ignorant, & credunt, quod talia per incanta
tionem fiant. Fili hæc res non est nisi calor naturalis infixus i
sua humiditate radicali. Et ideo natura per suum instinctum ap
petit multum esse in profundiori totius elementatæ rei, & ei ape
rit & multiplicat naturalem calorem corporis, & in centro eju
intravit, quia omni corpori est communis, & habet posse rectifi
candi partes omnes, quæ portant virtutem, & illas fixandi in illis
per modum quem diximus in tractatu lapidarij, & facit vitrum
malleabile, & plura alia mirabilia magna & ponderosa facit in tri
bus naturis, scilicet, minerali, vegetabili & animali. Et istam me
dicinam non est oblitus Galienus in suo libro tertio regni in ca
none illo, qui incipit: Utilitas verò utrorumque. Sed cum talibu
verbis occultis, quod hodie non reperiuntur in mundo, nisi certa
personæ, quæ firma conscientia credere possint, quod de supradi
cta medicina aliqui philosophorum loquuti sunt.

De recapitulatione magisterii in forma divisionis.

CAPUT XXXII.

FIli hoc magisterium in tres gradus est divisum: Primus est divi
sus in dissolutiones principales, per primum gradum debes la
pidem depurare, & fixum volatile facere. Secundus est divisus in
duas reductiones principales, & per istum gradum medium la
pis præparatus fixatur, quousque quiescere possit, & expectare in
ignis pressura. Tertius gradus est per prædictos duos formatus.
Et ideo in duas partes divisus est: Prima est solutio & congela
tio, Secunda est fixatio, & per istum tertium gradum est
lapis completus, & ipsius multiplicatio fit per ope-
rationes primi gradus.

Finis secundæ partis testamenti, quæ est de praxi.

INCI-

INCIPIT COMPENDIUM ANIMÆ TRANSMUTATIONIS ARTIS METALLORVM RVPERTO ANGLORUM REGI PER RAYMUNDUM transmiſſum.

TAm ſæpè & ſæpius eloquuti, recolimus in multis & diverſimodis viis practicandi ſuper magiſterium precioſi lapidis philoſophorum. Nunc verò ut veritatem lumine perpendas, ſcias quod tria principaliter ſint notanda. Primò ſcias materiam unde lapis philoſophorum & omnes alij lapides precioſi componuntur. Secundò ſcias inſtrumenta, cum quibus operari quis debeat. Tertiò ſcias, quomodo dicta materia cum inſtrumento operari & practicari habeat. Circa iſta tria noveris, quod noſtrum magiſterium verſatur.

Qua eſt materia noſtri lapidis.

PRimò ergò Rex illuſtriſſime, ſcias, quod materia noſtri lapidis ſeu omnium lapidum philoſophorum atque virtuoſorum, qui per artificium generantur vel componuntur, eſt anima metallica & menſtruum noſtrum rectificatum & acuatum, ſeu lunaria cœlica quæ apud philoſophos vocatur Mercurius vegetabilis ortus à vino rubeo vel albo, ut clarè patet, & clare demonſtratum extitit, divinitus revelatum in figura individuorum tertii libri quintæ eſſentiæ conditi Abbatis ſancti Benedicti apud Pariſios, & etiam in noſtro Codicillo tibi miſſo per Regem Eduardum. Inſtrumenta ſunt duæ cucurbitæ vitreæ ſeptem vel octo habentes receptacula, ut demonſtratur in noſtro teſtamento tibi cum codicillo miſſo, in cap. quod incipit, Fili, tu non, &c. Modus verò practicæ in ſequentibus ad plenum tractatur. Liber præſens dividitur in duas partes principales: Prima quidem pars de Theorica hujus artis, & manet indiviſa, & incipit ibi, ut immediatè ſequitur: Sed tamen oportet princeps ſereniſſime, &c. Secunda verò pars eſt de practica, & dividitur in duas partes principales. Prima eſt de compoſitione lapidis philoſophorum, & ibi incipit, Tu in virtute A. & c. Secunda verò pars hujus ſecundæ partis eſt de compoſitione lapidum precioſorum, & incipit, Opus namque margaritarum ſic condies, &c.

SEd tamen oportet princeps sereniſſime prius noſtrum men
ſtruũ per magiſterium à matre, id eſt, ſordibus vini & phlegma
te extrahere per officium alembici, &acuatur in deſtillatione cum
vegetabilibus pertinentibus, quæ ſunt, Apium ſylveſtre, Squilla
Solatrum, Cardus, Muſcatelli, Oliandrum, Piper nigrum, Euforbium, Vicitella ſeu Flamula, & Piretrum omnium ana & pulveri
ſata. Ex altera parte ipſum menſtruum in vaſe circulationi
rotetur continuè ſpacio decem dierum in fimo calido, vinatico
aut balneo Mariæ Item oportet fili chariſſime primam mate
riam elementorum & ſulphur naturæ habere. Et quia argentum
vivum eſt exiſtens genus metallorum, quod per artificium tra
himus, & per artem magiſterii à metallis per elementorum divi
ſionem, & purificationem, & fixationem illorum cum agentibus
illud per rarefactionem & circulationem ex una parte: ex altera
verò parte per rectificationem elementorum metallorum: hoc
quippe genus, de quo intelligimus philoſophari in noſtro co-
dicillo in capitulo quod incipit. Per iſtam diviſionem elucida-
tur ſecunda ratio &c. Et hoc quippe eſt, quod circa hujus ca-
pituli primum Mercurium per limos intelligimus &c. Fili recipe
de aere & de terra æquale pondus paulo minus vel plus, & hoc
etiam eſt de natura, de qua intelligimus fieri, & dicimus quod
unctuoſum humidum eſt materia noſtri lapidis propinquior ſeu
propior, in capitulo 36. quod incipit. Nos tibi diximus, quod
quanto humiditas radicalis &c. per quam humiditatem vulgus
intelligit ſulphur fore vulgi. Recordare ô rex, quod diximus in
noſtro codicillo, quod incipit, Fili intendo tibi dicere materiam
fermentorum, quoniam quando dicimus quod per unam deco-
ctionem, intelligimus aliam menſtrui rectificationem, habet ſim-
plicem poteſtatem, intelligimus rectificationem primam men-
ſtrui. Et quando dicimus ipſum gradualiter transferendo per a-
liam coctionem, intelligimus aliam menſtrui rectificationem uſq;
ad tertiam vel quartam. Item etiam intelligas in capitulo alias
decoctiones lapidis ut patebit in ſequenti practica. Poſtea fili
iſtam aquam quater rectificatam dicimus argentum vivum vege-
tabile vel aquam Mercurii. Et ita quicquid per iſtud capitulum
dicimus, de illo intelligimus. Hæc etiam eſt materia, de qua intel-
ligimus in eo codicillo in capitulo quod incipit: De iſta materia; &
hæc eſt iſta humiditas, dicta aqua permanens, quam intelligimus
in noſtro codicillo in capitulo quod incipit. Noſtra humiditas eſt
aqua per totum. Hoc autem Rex clarius patet in libro ſecundo
quintæ eſſentiæ, quem te latere non credo. Reſpicias ergo ô Rex
naturam menſtrui noſtri quantum eſt virtuoſa, & quæ dicta ſunt
de illo, intellige capitulis præallegatis. In tantum enim per ipſum
nobili-

nobilitatur magisterium lapidis, quod nullatenus potest exprimi illius abundantia. Præsens ratio patet per illos qui metalla corrumpunt cum aquis extra naturam, quia nostrum menstruum ignorant, quia sic fit, quod ejus dissolutio aliquantulum naturæ repugnat, tamen si metallum dissolutum cura nostro menstruo confortarent cum inhumationibus duodecim aut sedecim dierũ, & abluerent illud à nigredine, aquam contra naturam confortarent. Sed nesciunt illam confortare cum re naturali. Ideo eorum practica privatur effectu finaliter, & defectum arti imponunt qui illorum est. Et quæ diximus de cognitione menstrui quæ est in una de rebus, sine qua nihil fieri potest in magisterio hujus artis: Hæc tibi de illo sufficiant.

De spermate metallorum, quod est materia nostri lapidis.

JAm noveris Princeps sereniss. quod metallorum spiritus est altera pars & materia nostri lapidis, quam oportet te à corporibus omnium metallorum evacuare. Et ista evacuatio fit dupliciter, ut inferius practica monstrabit, quia in duobus corporibus perfectis dividitur per putrefactionem & elementorum divisionem & eorum fixationem. Sed in metallis imperfectis dividitur per purificationem & sublimationem simplicis unitatis, & in isto passu errant ignorantes arbitrantes corpora metallorum cum fortibus aquis communibus, ut supra dixi, cum aquis contra naturam reduci ipsa in materiam primam sui. Et si libros nostros legissent, scirent utique tales liquores intentioni philosophorum repugnare. Et hoc quod diximus, clarè demonstratum est in codicillo nostro quod incipit: Ideo dissolvitur aurum & argentum in rebus radicalibus sui generis. Hæc est enim aqua, cum qua curantur infirmitates incurabiles, sub conservatione suæ naturæ, ut patet in codicillo quod incipit, Fili sublimatio, &c. Et etiam in capitulo, quod incipit N.D. E. &c. Etiam Princeps sereniss. clarè constat ipsos fortes liquores non esse de intentione philosophorum, ut patet clarè & absque metaphora in dicto codicillo, in capitulo quod incipit, per istam distinctionem. Elucidatur secunda ratio in cap. quod incipit. Sicut matrix ingeniat per operationem aquaria forma circa finem capituli, nulla enim res est, quæ conjungit metallorum dissolutiones, nisi nostrũ menstruũ, quia ipsum est aqua, cum qua fit corporum metallorum dissolutio cum earum specierum conservatione, ut patet in nostro testamento codicilli, in capitulo quod incipit: Sed operari cum aquis fortibus est corruptio, & in capitulo, quia ista habet potentiã cremandi omnia extranea. Etiam de isto menstruo intelligimus in capitulo, quod incipit: Circa illud menstruum, in quo est ignis siccus contra naturam. Et similiter ista aqua menstrualis est, cum qua dissolvitur argentum vivum ad opus margaritarum, quod fit per reductionem istarum in primam

materiam, ut inferius in materia precioſorum lapidum demon
ſtratur. Quare princeps ſereniſſime aliter non poſſunt metall
diſſolvi, niſi animarentur cum menſtruo vegetabili, cujus quide
potentia fit reſolutio in rebus diſſolubilibus.

De inſtrumento lapidum.

DIximus ſereniſs. princeps rem, de qua lapis philoſophorum componitur. Nunc verò dicemus inſtrumenta, cum quibu componitur lapis. Sunt enim vaſa, ut clibanus, fimus aut vinde mia, cum artificis diligentia. Sed antequam venias ad aliquod, ſc re debes, quod magiſterium in tres partes principales dividitu ſcilicet diſſolutionem, ſeparationem & unionem. Per hoc demon ſtratur tibi, quod prius habes corpora diſſolvere in noſtro men ſtruo, quod debes menſtrua dividere à luminaribus, & illa purifi care & fixare, & à corporibus imperfectis ſulphur naturæ extra here. Tertiò debes unire elementa cum elementis, vel limum cum limo, aut elementa cum ſulphure naturæ. Et iſta unio dividi tur in tot partes, quot ſunt mixtiones dictorum & uniones. Primu modus eſt unire aerem cum igne. Secundus modus eſt unire aer cum ſulphure naturæ, & iſti modi ſunt in elementis duorum lumi narium corporum. Tertius modus eſt unire limum exortum e aere in igne cum limo exorto ex aere & ſulphure naturæ tantum per ſe. Quartus modus eſt, quod uniatur ignis per ſe, & aer per ſe cum ſulphure naturæ tantum. Quintus modus eſt miſcere ſul phur naturæ cum elementis duobus ſemel, ſcil. cum igne & aere Et iſti modi mixtionis elementorum cum ſulphure naturæ acci dunt dupliciter, quia aut fiunt cum terra ſua aut aliena, cum terra verò aliena fit multo multipliciter, quãti ſunt modi mixtionis ſul phuris naturæ, cum ad beneplacitum Artiſtæ veniunt. Nam Prin ceps ſereniſſime plura opera particularia practicare poteris intel lectu veraciter objectante, quæ intellectus humanus graviter enar rare poterit, exceptis illis, quæ expreſſa ſunt in tertia parte huju libri, & in magica, & in teſtamento noſtro, & in codicillo, & vad mecum, de numero philoſophorum, & in tertio libro quintæ el ſentiæ, aliisque libris meis. Quis ergo princeps ſereniſſime narra re poterit particularia, quæ ſunt in latitudine magiſterij poſt fixio nem & purificationem elementorum? Scias ergo purificare ele menta & illa dividere prius à metallis, quia in hoc totum latet ma giſterium. Diviſis itaq; elementis & ſulphure naturæ à metallis aliud quaſi nihil eſt reſpectui ad operandum. Nam totus labor & fatigatio eſt in hoc ſcilicet elementorum & ſulphuris diviſione. Hi quippe eſt paſſus, ubi Artiſtæ dimittunt magiſterium, ex eo, quo illorum diviſio eſt multum tædioſa, & quia imperiti in prima di ſtillatione arbitrantur ſe & ſecundi gradus totum aerem poſſe di ſtillare, & ex prima diſtillatione tertij gradus totum ignem à terr

ſimilite

similiter distillare. Hoc autem est impossibile & contra cursum naturæ. Quippe Princeps sereniſſime verum in præsenti proponimus tibi verbum revelare, nam aër à metallis dividi non potest, nisi in 20. vel 24. distillatione vel 30. Nam quot sunt distillationes, tot sunt putrefactiones & reiterationes aquæ & aeris, simul scilicet aquæ menstrualis, & in qualibet putrefactione octo indiget diebus aut sex continuis, ita quod quasi per annum durat divisio elementorum, sed nos complevimus elementorum divisionem in 7. mensibus, & ignis à terra dividi non potest, nisi in 40. distillatione. Quis est enim, qui per annum tantum laborem vel per septem menses possit sufferre? quasi sunt pauci. & ideo ignorantes principia naturalia arbitrantur cum metallis absque elementorum divisione veram practicā facere, qui in hoc sunt decepti. Postea sunt aliqui, qui cum repente ad illorum libitum non dividunt eorum elementa & sulphur naturæ, nolunt attendere naturas mineratum, faciunt eorum mixtionem confusam sine purificatione aliqua aut sublimatione & subtiliatione, & non perveniunt ad finem quæsitum, suæ ruditati nullam imponentes causam, sed culpam arti imponunt, quam ignorant, & asserunt artem esse falsam, de quorum numero te Regem unum esse credimus. Non ergo fatigeris, nec ab opere cesses, & invenies quod optas: scias enim, ô Rex, combinare principia naturalia, & fiet quod quæris.

De principiis non naturalibus, quomodo intelliguntur.

SEd cum hæc principia non sunt naturaliter in una re individuali producta, ut plures errando putant dicentes, quod una res in orbe erat, quæ virtutem habeat ad transmutandum omnia metalla super terram, quod falsum est. Item est ut quæras extrema illius per principia naturalia per medium artis transcurrentis in suā mineram, quæ est D.E.F. Sed cum ista sunt contraria ratione suæ extremitatis naturæ debet accipi E. quæ est media dispositio extremitatis naturæ illius, quæ collecta est de L. Et sic D. convertit X.L.M.C.L. in E. à quo quippe D. trahe E. in similitudinem aquæ vivæ in nostro magisterio: & sic D. habet potentiam convertendi F. in conservatione naturæ & formarum suarum. Tunc accipies omne illud actualiter quod erat in potentia in opere naturæ, & meliorum mediorum illius ratione extremorum, quia in D. & E. sunt actualiter. F. N. O. P. R. decocta purgata, & digesta per ignem naturæ: quare fili, conveniunt E. N. O. P. cum F. & dum F. conversum fuerit in E. N. O. P. tunc habebis F. simile naturæ: & hoc fit melius cum C. quàm cum D. propter magnam experientiam, & fiat in F. de quo oriatur E. N. O. P. quæ aliter verò non convertuntur in G. in nostro opere. Et sic G. est proxima & prima materia, de qua creavimus omnes lapides philosophorum, & per a-

liquos elixir Aqueum vocatur: & ideo, Princeps sereniſſime, dicimus quod omnes lapides non creantur, niſi ex una ſola re, de G. ſcilicet argento vivo vegetabili & minerali. Ideo, fili, tu ibis ad digeſtionem de H. & trahe C. de communi potu principũ ad actum, & in illo pones F. & ſemper convertetur in L. & ſic calcinabitur F. ſub conſervatione ſuæ naturæ: poſtea trahes C L. de digeſtione H. & pones in digeſtionem I. tunc erit L. tale ſicut competit & convenit. Poſtea de L. C. trahes E. N O. P. hoc in metallis perfectis per magiſterium operationis per K. & exuberationis. Et cum habueris E. N. O. P. per H. I. K. donec E. ſit album cryſtallinum, quod eſt magis propinquum naturæ de F. ad generandum lapidem philoſophorũ, quàm erat L. Sunt ergo G. E. N. O. P. magis propinqua F. quàm L. quia ſunt quaſi fines magiſterii, ſed magis propinquum eſt G. quàm E. N. O. P. & ideo eſt vis, quod in opere majori. E. N. O. P. vertantur in G. quod eſt perfectio magiſterii: totum enim, quod diximus, non eſt niſi ſolvere, putrefacere, elementa ſeparare, purificare atque fixare, limoſque concordare ſeu condenſare atque noſtrum menſtruum rectificare. Vide fili, ſi capis F. & pones in C. & illud ponis in H. prima figura formatur F. C. H. in cujus medio ponis N. & iterum ſi recipis N & ponis in digeſtionem I. erit L. tunc originatur, & formatur unus triangulus. Item ſi capis L, & ponis in C. & ponis in digeſtionem H. poſtea per plures digeſtiones de L. C. H. oritur N. O. P. & formatur alia figura triangularis. Item ex N. O. P. oritur in fundo vaſis terra, quam oportet evacuare, & iſtam terram dicimus L. Si ergo capis L. & ponis in C. & in digeſtionem H. poſtea in digeſtionem I. ex L. C. H. I. oritur E. & fit alia figura quadrangularis ex O C. L. H. I. in cujus medio eſt E. id eſt anima metallorum, quæ generatur ex dictis literis. Item ſi capis E. & ponas in Q. & miſceas cum C. D. O. & poſtea ſi capis D. O. ſecundum ſuum pondus, & ponas in alio Q. per digeſtionem H. tunc ex O. & P. oritur G. & ex E. O. oritur G. tunc ſi capis G. & G. & ponis ſimul in modulo ceræ, ut convenit, aut ſi G. ponis cum D. in continenti oritur una figura ex duobus quadrangulis, in cujus medio eſt X. Y. per quam volumus ſignificare lapidem philoſophorum. Totum autem hoc magiſterium datur per elementorum diviſionem. Hoc quidem fit fili mi, ſecundum curſum hujus artis, ita tamen, quod ſcias quaslibet in alias reducere, & ſi unam corrumpas, ſcias aliam generare uſque ad ultimam figuram, in qua omnes aliæ figuræ quieſcunt. Et hæc de Theorica tibi ſufficiunt cauſa brevitatis.

Dictum

Dictum est de prima parte, quæ est de Theorica, dicendum est de secunda, quæ est de Practica. Et primò de prima parte. Secundo de secunda, quæ est de compositione lapidis.

TU in virtute A. Princeps sererissime, accipe aurum, & proijce ipsum in aquam vegetabilem, de qua locuti sumus in nostro codicillo in capitulo quod incipit, Spiritus recipiẽtis & formalis, alias generalis est, ut capias de sicco lunariæ &c. Et in cap. quod incipit, Et tibi volumus revelare de natura menstrui, in quo est ignis contra naturam, & in eodem capite quod incipit, Fili cum illud menstruum sine quo non potest, &c. per totum, ubi satis declaravimus naturam istius & operationem. Et sit aurum ad pondus aquæ vegetabilis, & pone illud totum in digestionem H. per sex dies naturales, & aurum dissolvitur in aquam in colore croci. Postea vero distilla menstruum in distillatione H. in balneo: postea superpone aliam lunariam recentem, & pone iterum in digestionem H. per alios 6. dies naturales: & tunc extrahe, & mitte illud quod solutum est in aliam ampullam, & super illud, quod remansit, finitis solutionibus & distillationibus, iterum de menstruo superpone ad quantitatem terræ, & pone in digestionem H. per 4. dies naturales, & illud quod solutum est de metallo, simul cum menstruo pone in cucurbitam, ut prius: & sic fac usque ad 6. inhumationes & distillationes, & illud quod remansit, finitis 6. distillationibus de fecibus, non cures, & distillationes seu liquefactiones, vel etiam dissolutiones pone in digestionem H. & distilla totam aquam per alembicum, & super feces ponas de alia aqua Mercurii recentis, & pone in digestionem per unum mensem cum dimidio: postea tu recipe Q. in quo erat aurum putrefactum, & distilla inde aquam in distillatione H. & super feces mitte tantundem de menstruo recenti, & iterum colloca vas in digestionem H. per 6. dies naturales aut 10. quibus finitis, pone vas in digestionẽ I. & distilla aerem simul cum menstruo. Postquam noluerit plus distillare, serva distillationem in vase suo; & super feces mittas aliud menstruum, & pone in digestionem H. per 6. dies naturales, & iterum distilla ut prius in distillatione I. & super feces mitte de alia lunaria recenti, & pone in digestionem I. & sic reiterabis inhumationes & distillationes in H. & I, usque ad 20. aut 25. distillationem. Sed dum fueris in 22. distillatione illam aquam, in qua est aliqua pars aeris, simul cum menstruo ponas ad distillandum in digestione H. & exibit menstruum totum per illã distillationem aut aliam: & si ibi fuerit aliquid aeris, manebit in fundo ad modum aquæ splendidæ aut citrinæ, & si non fuerit ejus quantitas, nisi duæ guttæ, aut 3. vel 4. non reiteres inhumationes & distilla-

tiones. Si verò plus fuerit, reiteres inhumationes & distillationes in digestione H. & I. usque ad 26. vel 30. distillationes, ut benè evacuetur terra ab aere, & in qualibet inhumatione indiget ad minus 5. diebus continuis, donec totum aerem distillaveris, qui sine falso totus distillabitur per distillationes dictas, si benè regulaveris magisterium. Post hoc verò tu accipies vas, in quo sunt omnes distillationes, & distilla eas cum digestione H. tunc totus aër in fundo remanebit, quia non valebit per distillationem de H. aliquid ascendere simul cum menstruo. Cum verò totum menstruum distillaveris, manebit totus aer in profundo in colore aquæ splendidæ pulcherrimæ, & serva illud, qui aerem dum sic habueris optimus fuit processus: quippe quem de aere feciſti, eodem modo de abstractione ignis à terra te docemus, neque magis neque minus, nisi quia separatio ignis à terra fit cum aere inhumando, & qualibet vice distillando in digestione de K. vel etiam potest fieri distillatio cum D. & non cum C. quia sicut ignis est nobilius elementum, ideo indiget nobiliori menstruo, vel suo aere, & sicut aerem distillasti cum 30. distillationibus. Quippe cum sic separatæ fuerint, seu habueris separatam terram à suo spiritu, qui potestatem restringendi habet, quæ evacuatio sic fit. Recipe terram, à qua extraxisti elementa, scil. ignem & aerem, & projice super ipsa de aqua vegetabili, & pone ad digestionem de H. ad 3. dies, quibus finitis, extrahe illud, quod dissolutum est ad partem in Q. & super pone super fæces de lunaria recenti ad quantitatem terræ, & stet per alios 3. dies & mitte illud, quod dissolutum est in Q. ubi est alterũ, & sic facias tot inhumationes in H. & evacuationes in Q. donec modicum maneat de terra. Et cum dicta evacuatio fuerit facta, congrega omnes dissolutiones seu evacuationes in alembico, & destilla per alembicum totum menstruum, & super fæces pone de C. tantum sicut est terra, & pone in digestione de H. per unum diem naturalem, & iterum distilla. Et iterum Princeps serenisſ. reiterabis distillationes & inhumationes, donec tota terra conversa sit in pulverem impalpabilem, tunc super ipsum mittes D. vel C. Sed Princeps serenisſ. melius & tutius fit cum D. & pone in digestione H. per 2. dies, postea distilla per alembicum in digestione de I. & super fæces iterum mitte de D. si cum D. operatus, vel de C. si cum C. operatus fueris, & pone in digestione de H. & postea distilla, & distillationem pone cum altera. Si verò defecerit menstruum, distilla illud, quod per distillationem extraxisti à terra, & operare cum illo. Tot quippe vicibus reiterabis D. super terram, & inhumabis & distillabis, donec tota terra simul cum D. vel C. ascenderit per alembicum, & descendit in receptorio. Ista quippe materia dicitur apud philosophos argentum vivum de consideratione Alchimistarum. Demumque Princeps serenisſ. cum ista

cum ista compleveris, tunc accipies omnes distillationes, & superpone alembicum. & distilla in digestione de I. quousque materia sit bene desiccata : deinde extrahe terram de digestione de I. & illam ponas in digestione de K. & sublimabitur terra, & terra erit ad modum arg. vivi in virtute sublimationis: sed tu, Princeps serenissime, cum omnia, quæ supra diximus, compleveris, scias te omnia elementa habere, quibus indiges ad lapidem philosophorũ com onendum, quando compositum album putrefeceris, melius tamen fit cum ipso D. purificatio elementorum, quàm cum C. cùm C, aliquid retineat de superfluitate. D. verò cùm sit subtilior naturæ, & per hoc elucidatur capitulum nostri testamenti, quod incipit: *Quam tu auras divisa la, &c.* Id est, Quando diviseris lapidem per 4. elementa. Item in purificatione terræ, de qua diximus supra in parte ultima. Divisio elementorum elucidatur capitulum, quod recoluimus scripsisse in capitulo testamenti, quod aliàs dicitur vade mecum, de numero philosophorum, in capit. quod incipit: Cùm autem per jam dictam sublimationem Mercurius diminutus fuerit à corporibus, &c. Item, Princeps serenissime, dum elementa sic habueris divisa, interest, ut illa subtilies & fixes.

De sublimatione aeris.

ACcipe igitur in Christi nomine aerem, & pones in alembico, & distillabis eum septies vel 6. cujus erit signum, donec noluerit distillari aliquid. Item, si forsan aer conversus fuerit in pulverem, distillabis & purificabis illum, cùm tantundem de D. & in ultimo distillabis D. & manebit aer inferius. Scire tamen debes, Princeps serenissime, hoc, quod diximus, aeris distillatio & purificatio fit cum digestione de I. Item tu satis potes purificare aerem cum aqua sua, sicut enim aerem purificasti: ita de igne similiter facias per omnia, sicut de aere diximus, nisi quia ignis purificatio fit cum digestione de K. & aeris cum digestione de I. Item Princeps serenissime hoc, quod diximus de purificatione terræ, invenies ad plenum in vade mecum de numero philosophorum, in capitulo, quod incipit: Partus verò fit per viam sublimationis inventæ, & cæter. per totum capitulum. Dum ergo Princeps serenissime compleveris illa, quæ sunt supra dicta, tunc habebis totum illud, ex quo componitur lapis philosophorum. Tu quidem fac mixtionẽ elementorum & rerum pertinentium ad lapidem componendum. Recipe ergo elementa purificata, in qua purificaione necessariũ est remanere feces, in fundo vasis. Insuper etiam feces ignis & aeris serva ad partem, & accipe ignem & aerem quodcunq; istorum in vase proprio positum, & claude vas cum cera gummata, & pone in loco sereno per tres dies continuos, quibus finitis, accipe tantum de fecibus ignis sicut aeris, & de fecibus terræ sicut est aeris, &

ris, & si tantæ non fuerint feces elementorum sicut elementum aeris, superadde de terra purificata usque ad quantitatem dictam, & mitte totum cum fecibus ignis & aeris & terræ in vase proprio aeris, & claude multum bene vasculum cum cera & mastice & luta: & unum istorum vasorum, scilicet, vas aeris in terra sepelies, & secum alterum, in quo est ignis, superius suspendas in aere in parte altera. Et fac taliter, quod lapis, vel aliqua res non noceat vitris, & stent ibi dicta vasa per annum continuum, quo facto fabricabis quosdam moles vel modulos ceræ, in cujus forma volueris lapidem exire seu facere, quibus factis aperias vas, quod in terra posuisti per annum, & mittas intus duas vel tres mollas, quæ supernatabunt, & stent sic in vase & instanti claude, & stent intus per spacium quartæ partis horæ parum magis vel minus, & tunc quippe implebitur molle vel modulus aere constrictivo mirabili & invisibili, quia ascendit superius de aqua terræ. Et transacto igitur tempore, aperias vas, & accipe molles vel modulos, & teneas extra vas, imple illas de aqua, quam per spacium unius anni suspendisti in aere, & iterum mitte modulos in vase primo, ubi est aqua terrestris, & statim claudas vas, & dimitte stare per spatium supradictum, quo finito cum forpicibus argenti trahas molles vel modulos, in quibus misisti aquam ætheream sive aeream, & verte modulos ita, quod illud, quod est superius, tangat inferius taliter, quod aqua, quam misisti intus modulos tangat aquam terrestrem, & stent sic per tres dies continuos ad fortem solem in æstivo tempore, & in autumno per septem dies: in vere vel in hyeme per duodecim. Scias quippe, Princeps sereniſſime, aquam, quam in mollibus terreis misisti, invenies intus regenerationem congelatam in modum gummi: & ista quippe gemma vocatur per philosophos Elixir. Et molles dum in vase fuerint per spacium supradictum, & steterint in vase terrestri: trahes igitur molles tuos extra, & pone ad partem in vase vitreo, sic cum lapidibus intus congelatis, & sic facies lapides tuos usq; plus. Et ideo habeas de aqua terrestri & aerea, vel ætherea, Princeps illustriſſime, scias, quod de aqua restrictiva modicum expendisti cum operatione, cum molles non impleantur, nisi ejus spiritu invisibili, cujus virtute aqua ætherea convertitur in lapidem. Ideo dixerunt Alchymistæ, lapis noster componitur ex duabus aquis: ex una scilicet, quæ facit lapidem volatilem, & ex altera, quæ ipsū fixat & indurat. Cum tali quippe aquæ terrestris spiritu invisibili de argento vivo vulgi purum argentum facimus ad omnem probam bonum, sicut de minera sine calore ignis communis, qui ratione suæ virtutis ejus odore ita Mercurium congelabit in probatiſſimum argentum, sicut basiliscus visu omne animal interficit in instanti. Tu quidem, Princeps illustriſſime, habeas lapides tuos, videli-

videlicet & secundum ordinem magisterij ipsos ad perfectionem D. deducere potes. Igitur ponas illos in quodam vase vitreo bene mundo, & dimitte stare per decem dies ad aerem taliter, quod sit vas suspensum : quibus quidem finitis, oportet ipsos ponere ad tertiam decoctionem, ut habeat totius perfectionis complementum.

Sequitur decoctio prima, quæ fit cum calore Solis.

REcipe igitur lapides tuos, & pone illos in quodam vase vitreo, quod per Alchymistas perfectorium vocatur, & quod est instrumentum oblongum, tenue in substantia : & claude multum benè vas cum mastice & cum farina siliginis mixtis cum filis panni linei, & pone ad Solem per novem dies in Vere & in Æstate vel Autumno & in Hyeme per octodecim dies, quibus quidem finitis, erit finita prima decoctio. Tunc oportet te ad secundam dirigere, quæ est medium inter primam & tertiam decoctionem: secunda decoctio est, quæ fit aliter cum primo calore.

De secunda decoctione lapidis.

SEreniſſime Princeps, secunda decoctio vocatur Optates, & fit cum eodem calore, sed aliter : quia tu capias vas tenuissimum vitreum, quod possis invenire, & majus in quantitate, & impleatur aqua clarissima, & ponatur ad radium Solis, & in parte illa inferiori ubi magis lucet, & ubi magis accipitur ignis per magisterium vulgi, & ponatur vas supradictũ cum lapidibus taliter, quod luciditas ignis tangat vas, ubi sunt lapides, & stet ibi, donec Sol non possit capi per vas aqua plenum. Et continuetur ista decoctio in Vere per octodecim dies, & in hyeme per quindecim dies, & in æstate per octo, quibus finitis, est finita secunda decoctio, & oportet tertiam ministrare, quæ est finis complementum lapidis.

Decoctio tertia, quæ fit cum calore ignis communis.

TErtia quidem decoctio fit cum calore ignis communis, & fit in quodam furno, qui vocatur Tripes arcanorum cujus figura est in libro quintæ essentiæ verè situatus, quem te latere non credimus, & fit isto modo. Recipe ergo lapides, quos in vase habes perfectorio, & sic cum vase suo pone in Tripede arcanorum per spatium novem dierum continuando sibi ignem de carbonibus ardenribus: quibus finitis, est finita ultima decoctio, quæ vocatur per Alchymistas Sulphur vel Sulpur D.H. Et in isto, Princeps sereniſſime, habes omne, quod à mundo desideratur thesaurum incomparabilem & innumerabilem, cum quo ad finem perfectissimum sequi potest. Et est unum de secretis ipsos lapides multi-

multiplicare: ſed quia lapidum multiplicatio redundat in numero tertio vel quarto, cujus quidem duo modi valdè ſunt tædioſi, quia ſunt per reductionem lapidum ad primum, ideo hic unum explicamus, ſed unus modus, Princeps ſereniſſime, eſt ſenſibus valde placabilis, & eſt iſte, qui ſequitur. Et qualiter fit multiplicatio lapidis philoſophorum in quantitate tantum.

De multiplicatione lapidis.

MUltiplicatio iſta fit cum argento vivo vulgi iſto modo. Recipe de lapidibus in quantitate unius ʒ & mitte ſuper centum millia argenti vivi vulgi, & tantus eſt ignis lapidis multiplicatus virtutibus cœleſtibus, quud totum Mercurium in pulverem poteſt redigere comburens omnes petias minerales exiſtentes in dicto Mercurio ſicut viſus baſiliſci comburit omnem virtutem animalem in inſtanti, & interficit omne animal: quippe hîc habebis centum millia & unum pondus argenti vivi converſi in medicinam, quorum quidem centum millia unica pars ſuper centum millia Mercur. redigit ipſum in pulverem, ſicut prius patet ex iſto pulvere ſecundo, tertio pone ſuper centum millia ʒ. Mercurii, redigit ipſum in pulverem, de qualibet novam multiplicationem usque ad centum multiplicationes. Quis igitur enarrare poterit multiplicationem medicinæ multiplicatarũ quantitatem? quare Princeps ſereniſſime, quia ʒ. illarum centum millia centum ex ʒ. multiplicatarum multiplicare potes, ſeu ſcies qualibet de nova multiplicatione j. ʒ. ponendi ſupra centum millia argenti vivi, & fit totum medicina, Princeps ſereniſſime in tantum continuetur projectio medicinę ſuper Mercurium, donec ignis lapidis ſit extinctus, & convertatur materia in metallum perfectum, & non fiat ex illo pulvis plus. Sunt autem aliæ multiplicationes, una quidem dicitur virtualis, & quantitativa ſimul, & quælibet iſtarum fit per reductionem ad principium, ut habetur in noſtro teſtamento, in capitulo quod incipit, *Quam tu auras cicabades les dictes coſes ea geſſecta.* Cùm tu perfeceris dictas res, & feceris projectiones per totum circulum, etiam non eodem libro multiplicatione hic multiplicata, & continuetur, ut patet in capitulo quod incipit, *Fil tu prendas una ʒ. de la medicina decta multiplicata, &c.* Fili tu capias j. ʒ. medicinæ dictæ multiplicatæ. De altera verò multiplicatione invenies in tertio lib. quintæ eſſentiæ, in capitulo quod de multiplicatione tractat.

De practica brancharum noſtri lapidis.

ET ſi vis, Rex illuſtriſſime alium ſcire modum ad noſtrum lapidem componendum, quod per Alchymiſtas dicitur practica brancharum, eſt, quòd purifices terram, ut ſupra te docuimus in practica, in parte illa, quæ tractat de purificatione terræ in 6.

quæ

quæ incipit, Dum quippe omnia elementa sunt separata Etiam in nostro codicillo, in capitulo, quod incipit, *Ara fil ercentant aqueſt menſtrual.* In capitulo etiam quod incipit, *Ara fil neges chedsten*: quoniam dum terram purificatam habueris deinde elementa ab auro & argento, & purificata terra eorum, ut supra dictum est in practica recolimus scripsisse in 3. lib. 5. essentiæ, in parte illa, quæ de purificatione elementorum tractat in cap. quod incipit, Rectificatio quidem elementorum ac potestatum. Conditionata igitur terra de numero philosophorū, quod incipit, Cum autem per illam dictam solutionem M. diminutus fuerit à corporibus. Et cum similiter de elementis, ut potes tantas mixiones facere & combinationes, quod difficulter numerare potes, sed ut habeas aliquam practicam abbreviatam per branchas arboris aliquas explicamus operationes. Est quidem mixtio illa ad componendos philosophorum lapides Accipias quinque pondera ignis, & duo aeris, & altera duo M C.O.I. quintæ essentiæ : & ex altera parte tria pondera aeris, & tantum de terra tria pondera, & in mixtione terræ & aeris mittes de M. cœlico tria pondera. Item conjunge O. & P. & E. ita quod O. & P. sit in pondere æquali, & O. sit medietas O. vel P. & de M. vegetabili tantum sicut de G. ita quod O. & P. de L. X. ambas dictas mixiones, & distilla, limus primæ quidem mixtionis limi divisum cum aeris & terræ, & D. colligatur ad partem & limus ignis & aeris, & D. ad alteram partem colligatur, & feces consimiliter. Et mittte de fecibus in quolibet limo tantum sicut medietas limi, & si non attingit ad hoc, non est vis : si verò super sum non, non mutat hoc quod dictum est. Et consimiliter facies de limo primæ mixtionis, & eorum fecibus denique limos habueris reconditos in vasis suis cum sequenti practica, sicut dictum est suprà : & istæ mixtiones elementorum, & ex eorum limis ad doctrinam operis literalis sufficit caúsa brevitatis.

De mixtione abbreviata.

TUnc Princeps sereniſſime quippe prosequi intendimus ad mixtiones abbreviatas. Et primo mixtio erit, quod tu des terræ bibere de D. per continuas distillationes per quatuor partes sui, deinde fac quòd terra sit pondera duo, de aere sex pondera, & de igne duodecim. Et des primò bibere terræ aerem incerando in crucibulo, donec fluat ad modum mellis, deinde extrahe materiam, & dimitte illam quietare per decem dies : post hæc reitera sicut est mixtum cum aere in alembico suo ad parvum ignem, & mitte desuper guttam ad guttam, donec fluat sicut cera, & dimitte quieſcere quatuor dies: postea utere, unum pondus super centum millia, cujus fuerit E. & fiet metallum auri vel argenti.

De alia mixtione.

ET fiat alia mixtio ſic, quod conjungas tria pondera. P. & du de O. & facias totum corpus unum. Deinde cera terra ſuam, & aliam & cum iſto igne incerare poteris O. iſtius metalli aut illius duorum ſimul vel trium ſimul ad æquale pondus ve quatuor.

De alia mixtione.

ITem fiat alia mixtio, ut accipias octo partes. P. & unam O. & conjunge ſimul, & pone in digeſtione de H. per octo dies: & poſtea cera terram iſtius vel alicujus metalli aut illius ad ſolutio nem & limum. Si vero adminiſtrare volueris alicui de P. auri, & de O. argenti. Itaque de P. ſint octo partes, & de aere una, & miſce ſimul, & pone in digeſtione de H. per octo dies. Deinde cera terram ſuam vel aliam; & cum hac medicina perfectum au tum facies mixtionem ex contrariis ſcilicet unum pondus O. auti, & octo pondera P. argenti.

De alio modo miſcendi.

ITem aliter, ſi accipias de igne auri & de O. ejusdem ad medietatem P. & de terra ad medietatem O. miſce ſimul cum ſeptima parte meræ 5. eſſentiæ, & diſtilla limum deſertum, cum quo potes cerare terram ſuam vel aliam, & feces quæ remanſerunt: & ſic conſimiliter feces de argento. Et iſta tibi clariſſime Princeps ſufficiant cauſa brevitatis: & per iſtas operationes, quas ſic explicamus, elucidatur capitulum noſtri teſtamenti, in capitulo, quod incipit, *Quant tu auras fixat lagna ſebre la terra*, Quando fixaveris aquam ſuper terram M. quod incipit, *Que tu pregnes de la medicina una onza & aquella; methnas en un cruſal*, Quod tu accipias medicinam ſcilicet unam ℥ & illam pone in cruſibulo. Etiam elucidatur aliud capitulum in eodem libro, quod incipit; *Tota aquella manera fil conſervans la practica qua ab fera ablanch.* Omnis ille modus, fili, conſervans practicam. Etiam elucidatur aliud capitulum, quod incipit. Fili plumbum tenet ſuccum magnam partem de H. combuſtibile. Et etiam in capitulo, quod incipit, Similiter facies de Venere ſicut feciſti de Saturno. Etiam elucidatur aliud, quod incipit in eodem lib. Ita facies perfectionem iſtorum duorum metallorum. In quibus quidem tractavimus ſatis de practica abbreviata branchorum arboris. Dixi de prima parte ſecundæ partis principalis: nunc dicamus de ſecunda ſecundæ partis, quæ tractat primò de compoſitione margaritarum.

Compositio margaritarum.

OPus namque margaritarum sic condies: primò, quod accipias aquam Mercurij, factam per modum quem te docuimus in nostra quinta essentia, in libro primo, in capitulo quod incipit, Non reputes me mendacium,&c. usque ad G. quod incipit, &c. Recipe igitur illam rem,&c. Etiam per modum nostri codicilli, in capitulo quod incipit, Præparatio spiritus lapidei & fermentabilis est, quod tu accipias succum lunariæ Etiam per modum nostri testamenti. in capitulo quod incipit, Fili, tu accipies liquorem lunariæ, & sit quantitate duarum librarum vel trium,& in ipsa dissolves ʒ j. argenti purissimi per calorem digestionis per sex dies, postea separa feces per distillationes quæ erunt albæ & pulchræ: Ista est aqua, qua indiges ad dissolvenda omnia sex metalla, & illorum argentum vivum: cum qua quippe formantur lapides, qui parlæ vocantur, per reductionem illarum in suarum primam materiam,

De prima aqua dicimus.

REcipe auri ʒ. j. & dissolve illud cum quantitate dictæ aquæ, quantum tibi bene visum fuerit in digestione de H. sicut argentum, & dissolvatur in aquam colore croceo, & trahe aquam deauratam per filtrum, & ne cures de illis fecibus, quia nihil valent ad propositum: postea distilla aquam per alembicum, & serva feces secundas.

De aqua secundá.

AQua secunda sic fit Recipe ʒ. j. Veneris, & dissolve quantum tu volueris aqua prima in digestione de H. sicut tu fecisti de alia, & distilla aquam per filtrum, donec tota sit distillata, & de istis fecibus ne cures: & distilla aquam illam per alembicum, & serva feces secundas.

De tertia aquá.

TErtia aqua sic fit. Recipe ʒ. j. plumbi, & dissolve in tanta quantitate aquæ dissolventis, quantum tibi bene visum fuerit in digestione de H. postea distilla per filtrum, & dimitte feces primas, quia nihil valent. Postea distilla aquam per alembicum in digestione de H. & serva feces secundas.

De quarta aqua.

QUartam aquam sic facies. Recipe ʒ. j. stanni purissimi de cornu vagla, qui est in domo Angliæ, & dissolve ipsam in tanta quantitate aquæ, quantum tibi bene visum fuerit in digestione de H. distilla aquam per filtrum, & de fecibus ne cures: postea distilla aquam per alembicum in digestione de H. & conserva feces secundas.

De quinta aqua qualiter fit.

QUinta aqua sic fit. Recipe de Mercurio vulgi ℥j. & dissol ipsum in una libra cum S aquæ dissolventis in digestione de & serva aquam illam, distilla per filtrum, de fecibus ne cures, f cundas verò serva.

De sexta aqua.

SExta aqua verò fit. Recipe ℥. j. ferri purissimi, & dissolve ipsu cum tanta quantitate, quantum tibi benè visum fuerit in dig stione de H. Postea distilla sicut alias aquas fecisti & serva fec secundas.

De septima aqua.

SEptima aqua sic fit. Recipe ℥ j. argenti purissimi, & dissolve i tanta quantitate aquæ dissolventis, quantum tibi benè visu fuerit, & distilla per filtrum, & rejice feces primas: pòst distilla pe alembicum in digestione de H. & serva feces secundas, & de om nibus aquis feces servabis in vase suo : & istæ aquæ cum eorun fecibus est materia, de qua omnes lapides componuntur.

Sequitur de resolutione.

CUm ergo metalla resoluta fuerint in aquam, & quamlibet il larum recipiendo quemlibet limum in suo vase : & erunt ist limi resplendentes cum virtute minerali, & cum magna limosita te, quæ apparata est ad recipiendum virtutes influentiarum cœle stium. Et quamlibet illarum aquarum recondas in sua ampull vitri cum longo collo & fundo rotundo, deinde claude orificium ampullarum cum mastice & corio alutæ, & quamlibet ampulla rum cum sua aqua pones in loco sereno per unum annum inte grum taliter, quòd nulla res noceat sibi, & in gravidentur seu imprægnabuntur illæ aquæ per virtutem cœlestium curuum, & per subtile ingenium ipsas virtutes cœlestes accipimus, & venamu cum talis materia sit ad hoc naturaliter dispositâ, ut graduetur seu ingravidetur per virtutem cœlestium, in quibus est materia spiri tualis constrictiva, & constrictibilis subtiliata atque simplex, cùm per ingenium artificis, quàm per velle & restaurationem naturæ. Tu quidem sis cautus in solutione limorum, quia de quolibet li mo duas aquas seu partes facias prius distillando medium limi, quẽ pones ad partem, quia ex ista parte prima fit aqua terrestris, & aliam partem similiter ad partem distillabis, ex qua fit aqua ae rea, quæ suspenditur in sereno loco, ut supra dictum est, per annũ.

De compositione utiliore & leviore.

EST autem compositio ista levior & melior cum aliqua compo sitione, hoc est, quia dissolutis metallis, Princeps illustrissime, & qua-

& qualibet aquarum divisa in duas partes, tu recipe quintam partem illarum duarum, quas fecisti de una aqua in speciali, & illam mitte cum suis propriis fecibus, quas reservasti ex distillatione alembici, & sororem hujus partis, quam cum fecibus sumpsisti, distilla limum quod idem, quod liquor procedens ex duobus corporibus, scilicet aqua & fecibus, quæ erunt splendidissimę valde. Et feces post distillationem remanebunt in fundo cucurbitæ. Ponas igitur limum ipsum in ampullam cum longo collo & fundo sphærico, & claude fortiter orificium cum mastice vel olibano, & cum quodam corio fortiter desuper, & suspende limum supradictum in loco sereno per unum annum integrum. Dumque limum prædictum posueris in loco sereno, reverte operationem ad aliam partem aquarum. Tunc igitur, clarissime Princeps, recipe feces naturales, à quibus resoluti sunt limi prædicti per sublimationem, de illis mittes quamlibet partem in parte sua secundum suam propriam speciem in quadam vitrea ampulla cum longo collo in longitudine duarum palmarum, & cum fecibus misce aliam partem aquarum, quam reservasti: quæ verò aquæ sorores illarum, à quibus resoluti sunt limi & claude orificium ampullarum, sicut dictum est supra. Et post hoc sepelias illas in quodam antro terræ in profundo unius palmi cum dimidio, & ponas circunquaque aliquam rem taliter, quod lapis non noceat, vel aliqua res, & stent ibi per unum annum integrum sicut diximus: de alijs quippe taliter componendi, sunt lapides philosophici, cum una est via ad unum, & ad aliud, nisi quia differunt per majorem sublimationem naturæ, & universaliorem: quare ex eo quod lapides philosophici corrumpuntur, & veraciter alterantur, quia individua quædam in altero indigent majori sublimatione, videlicet ut supra in practica diximus: sicut enim de una aqua duas in magisterio fecisti, sic consimili in altero facies, miscendo aerem in ignem, & terram ad pondus æquale, & sit tantum in pondere de D. sicut omnia alia tria, sed cum O. quod pones C. misces D. & pones O. P. D. sit mixta in suo vase, in digestione de H. per 6. dies: quibus finitis, deinde liquorem dissolutum aliàs resolutum resolutione ex O. P. D. ponatur in cucurbita alembici cum suo rostro rotundo, & pone in digestione de H. per tres dies: deinde extrahe, & pone alembicum, & distilla alias, sublima limum desertum in digestione de I. usque feces sint siccæ, quem limum in aere suspende in ampullam cum collo longo, quam stare dimittas per unum annum integrum. Igitur cum ista compleveris, recipe aliā partem aquæ, quam reservasti, quæ est soror limi suspensi, & ponas illam in consimilem ampullam cum longo collo, & supermittas omnes feces, ex quibus limos distillasti, & claude orificiū ampullæ, sicut de lapidibus preciosis diximus, & sepelias illam etiam

iam ſimiliter in horto, in profundo unius palmi cum dimidio, & fac ut ſupra dictum eſt, & dimitte ibi ſtare per unum annum integrum, & tunc habebis materiam aptam cum ſpiritu ſubtili ad componendum lapides philoſophicos. Et tantum hoc, quod diximus ſufficit, Princeps, modus compoſitionis aquarum per artificium, cum quibus formabis utriusque lapides: ſed quia ad præſens non fecimus compoſitionem lapidum philoſophorum, ideo revertemur ad præſentis compoſitionem, quæ eſt de compoſitione lapidum precioſorum.

De carbunculo.

CArbunculus eſt rex omnium lapidum, ſicut aurum eſt omnium metallorum: unde ſi tu, Principum ſereniſſime, vis ipſum artificialiter componere, quod ita fit, & plus virtuoſus naturali: recipe de aqua terreſtri auri indurativa, quam ſepeliſti intra per annum, & pone ipſum in vaſe, quod ſit factum ad modum unius figuræ inferius ſcriptæ rotundum vel triangulatum, vel quadrangulatum, ſicut placuerit. Et in ipſa mole cerea exiſtente, navigando in vaſe aquæ terreſtris per ſpatium quintæ partis horæ: quo finito, verte modulum, & cape lapidem cum forpicibus aureis vel argenteis deauratis: & fac taliter, quod ſuperficies lapidis tangat aquam indurativam, & ſtet ſic per tres dies ad ſolem, & deinde extrahes molem ceræ, in qua eſt aqua ætherea indurativa per virtutem aquæ terreſtris ſimilitudine gummæ. Prineeps illuſtriſſime, informatio omnium lapidum precioſorũ eſt una, & uno modo fit, ſcilicet finem ſuorum colorum accipiunt ex paſſione diverſarum materiarum qnousque ſint terminatæ per virtutem ultimæ formationis, quam lapis accipit per virtutem ignis communis in propria forma ſub conſervatione ſuarum virtutum operativarum. Cum ergo ipſam molem extraxeris extra vas, expolia ipſum lapidem à cera, qua eſt indutus, & da ſibi decoctionem arteticam. Sed prius dimitte eum ſtare per tres dies in umbra, & continuabis ignem illum per novem dies in vere, & in æſtate per 5. finita iſta decoctione, da ſibi decoctionem, quæ artateſis, per conditionem temporis antedicti. Deinde proſequatur decoctio, quæ ſulphur dicitur per quinque dies continuos, deinde trahes lapidem tuum perfectum cum omnibus virtutibus ei pertinentibus ſibi per naturam attributum. Dum verò Princeps ſereniſſime feceris prædictas decoctiones, ſcias quòd lapis ſtare debet in vaſe quod perfectorium, cujus figuram inferius demonſtravimus. Scias igitur, quod omnes decoctiones æqualiter exhibentur omnibus lapidibus, præter dyamanti, cujus decoctio longior eſt ratione ſuæ duricicii: virtutes enim illorum ponere non curamus in præſenti compendio, cum intentio noſtra in præſenti compendio

non

ion ſit niſi tractare de illorum compoſitione, tantum tamen ſuf-
ficit tibi, quod omnes ſecundum iſtam doctrinam compoſiti ſunt
antæ virtutis, ſicut quos natura produxit, & etiam fortiores &
plures virtutes ſunt habentes, quam naturales ut experti ſumus.
Et ſatis de virtute cujuslibet plenè tractavimus in noſtro lapida-
rio, quem ſcimus tibi miſſum à domino rege Eduardo Anglico-
rum illuſtriſſimo. Ideo hic in ſumma brevi de aliquibus tractabi-
mus, hoc eſt de illorum compoſitione, ut compendioſum redda-
mus, & non prolixum.

Compoſitio adamantis.

COmpoſitio adamantis ſic fit ex natura argenti terminati in na-
turam lapidificam. Recipe ergo de aqua argenti terreſtri, &
pone illam in vaſe indurationis ad indurandum, & mitte intus
molem terream per temporis ſpatium ſupradictum. Poſtea mit-
te de aqua aerea in mole, in qua formari debet dictus lapis. Poſtea
da ſibi informationem in umbra per tres dies, quæ eſt prima infor-
matio, quando aqua aerea fit gumma virture ſpiritus aquæ terre-
ſtris. Pòſt verò adminiſtra aliam informationem, quæ fit gyrando
molem cum forpicibus argenti deaurati vel de auro, ſcilicet illud
quod eſt inferius ad ſuperius taliter, quod lapis tangat aquam in-
durativam, & ſtet ibi per tres dies continuos ad ſolem fortem in
æſtate: in Autumo verò & Vere per ſex dies, in hyeme per 12.
quo facto, fac tranſire per digeſtionem, quæ dicitur Opteſis, &
per aliam, quæ dicitur Optateſis, per tempus, quod ſupra ſcri-
ptum eſt de lapidibus philoſophicis. Sed in digeſtione quæ dici-
tur Sulphur, ſtet per quatuor aut tres dies continuos, quia ratione
ſuæ indurationis indiget magis de iſta digeſtione quàm alij. Iſte
lapis ſic compoſitus, omnibus aliis eſt ſolidior. Eſt enim tantæ
ſoliditatis, quod ferrum nec ignis ipſum dividere poteſt, & fit ra-
tione altitudinis ſuæ naturæ, & eſt virtuoſior naturali.

De balaſtio.

BAlax eſt lapis, creatus ſeu generatus ex duabus naturis duplicis
argenti vivi æqualiter mixtorum, ſcilicet ex aqua aerea argenti
& ex aqua aerea auri ſimul compoſitis in molle ſuo, pone ad in-
durandum in aqua indurativa argenti, & in aqua indurativa auri
ſimul mixta æqualiter: deinde, quod ſequatur ſibi per iſtas tres
digeſtiones ſeu decoctiones, ſicut in coctione lapidis philoſo-
phorum diximus. Et tenendo proceſſum ſicut in compoſitione
carbunculi, alias nihil addendo in proceſſu compoſitionis car-
bunculi.

De Sapphiro.

SApphirus componitur ex duplici natura argenti vivi, aquatici

ſcil. ex aqua aerea argenti, & ex aqua aerea ſtanni in quarta parte ponderis argenti, & ſimiliter de aqua indurativa argenti, & de aqua indurativa ſtanni prædicti ponderis induratis in molle cerea, & decoctis, ſicut de aliis dictum eſt ſuprà.

De balandina lapide.

BAlandina componitur ex argento vivo ferri & eſt coloris rubei valde, & reſplendet ratione ſulphuris decocta & converſa in naturam aquæ aereæ ignitæ reſpiciens naturam argenti vivi, & quia ſua natura eſt ex aere, ideo reſtringit ſanguinem. Recipe ergo de aqua aerea ferri, & imple mollem ceream poſt virtutem reſtrictivam acceptam, & indura illam in aqua terreſtri reſtrictiva ferri, & proſequere per informationes ſupradictas.

De compoſitione Turchoſa.

TUrchoſa eſt compoſita ex natura duarum aquarum aerearum, & duarum reſtrictivarum. Recipe ergo ʒ. quatuor aquæ aereæ Veneris, & j. ʒ. aereæ Saturni, & pone ad indurandū in molle cerea in aqua indurativa Veneris mixta cum aqua terreſtri plumbi per pondus dictarum aquarum aeris, & da ſibi informationes aliorum lapidum.

De compoſitione Exmiraldi.

EXmiraldus componitur ſeu generatur ex una natura duarum aquarum aerearum, & duarum reſtrictivarum. Recipe quot partes volueris de aqua terreſtri argenti, & cum illa miſce quantum volueris de aqua terreſtri cupri, donec videas, quòd habeat intenſum colorem vel remiſſum, ſecundum quod volueris, & pone prius mollem ceræ in propriis aquis terreſtribus per ſpatium quintæ partis horæ, ut melius impleatur virtute indurativa, prius imple mollem aqua aerea cupri, & pone ad indurandum per unam partem horæ. Poſtea verò gyra mollem, ut dictum eſt de Carbunculo taliter, quòd aqua indurativa ſeu terreſtris tangat aquam aeream congelatam, & dimitte ſic ſtare per tres dies continuos ad fortem ſolem in æſtate, & in vere & in autumno per ſex dies continuos, in hyeme per 12. dies: quia iſtis finitis, extrahe lapidem induratum, & fac ipſum tranſire per tres informationes vel decoctiones, ſicut de lapide philoſophorum diximus in practica ſua, & per informationes intellige decoctiones tres: prima dicitur Optaſis, ſecunda Optateſis, tertia dicitur ſulphur, ut ſupra explicavimus.

De compoſitione Eliotropiæ.

ELiotropia componitur ex unamet natura, de qua componitur Exmiraldus, & per pondus & mixiones aquarum illius. Sed antequam aqua cupri veniat ad perfectam indurationem ita quod

ſit in

sit in spissitudine sicut albugo: capies mollem tuum cum forpicibus ab aqua indurativa, & mitte super aquam mediæ induratam 4. aut 5. guttas minimas de aqua aerea ferri, tunc mollem sumes cum forpicibus argenteis, & mitte in aquam indurativam per unam partem horæ. Postea extrahe illam, & pone in aqua indurativa per unum Credo in Deum, & unum Salve regina, & da sibi indurationem per tres dies ad solem fortem in aqua terrestri Exmiraldi gyrando mollem, ut de aliis dictum est: postea extrahe illum à cera, & da sibi informationes, ut diximus de Exmiraldo.

De compositione Camapheus.

CAmpaheus est lapis, habens colores multos & multiformes: quidam sunt albi, & alii nigri, & alii rubei, & alii inter nigrum & azurium & album sicut calcedonii. Et quodlibet istorum habet suam divisam naturam, & virtutem in compositione: sed inter omnes lapidarios rubeus laudatus est, sed uterque sunt boni secundum suam propriam naturam. Et albus componitur ex aqua aerea argenti, & ex aqua aerea stanni, & ex aqua aerea plumbi æqualiter mixtis positis ad indurandum in mollem habentem figuram hominis in aqua indurativa argenti & stanni per æqualia pondera. Rubeus verò componitur ex aqua aerea auri, & aqua aerea ferri æqualiter positis ad indurandum in aqua terrestri auri, & in aqua terrestri ferri mixti per æqualia: vel potest componi ex aqua aerea argenti æqualiter mixtis ad indurandum in aqua indurativa auri & argenti. Item niger componitur ex aqua aerea plumbi, & ex aqua aerea argenti, & ex aqua aerea auri indurati in aqua terrestri plumbi per pondus prædictum. Postea positis ad solem, & quod transeat per omnes tres informationes.

Quomodo componitur Topazius.

TOpazius componitur ex natura duplici argenti vivi reducti in speciem aeris. Recipe ergo aquam aeream auri, & misce cum illa quartam partem aquæ aereæ ferri & pone in molem ad indurandum in aqua indurativa auri, & fac sicut de aliis diximus.

De compositione Calcedonei.

CAlcedoneus componitur ex aqua terrea ferri, & ex aqua terrea argenti mixtis æqualiter, & positis in molem ad indurandum in aqua terrestri ferri & lunæ mixta æqualiter. Et quod transeat per omnes tres informationes sicut alii.

De compositione Berilli.

BErillus componitur ex substantia duplici argenti vivi: una verò est de aqua argenti aerea, & altera de aqua aerea stanni, quæ dicun-

dicuntur in aeris natura mixta æqualiter, & imple molem tuam, ut induretur in aqua terrestri argenti & stanni. Deinde da sibi informationes sicut de aliis diximus.

De compositione Parlarum.

COmpositio parlarum fit est substantia triplici argenti vivi conversa in substantiam aquæ aereæ. Recipe igitur aquam aeream stanni, & aquam aeream plumbi, & aquam aeream argenti æqualiter mixti, & induretur in mole cerea in aqua indurativa stanni, & in aqua indurativa argenti & plumbi mixtis æqualiter, & post transeat per informationes, quas supra diximus.

De compositione Parlarum per aliam viam.

PArlæ per aliam viam componuntur sic: Pulverisa probas minutas in pulverem subtilissimũ, & dissolve eas in tali aqua, in qua argentum vulgi dissolvisti super digestione de I. ponendo de aqua dicta, quæ natat super margaritas in grossitudine medii digiti, & post solutionem natabit quædam limositas ad modum cujusdam telæ. Et ista tela, Princeps sereniſſime, est forma transparens parlarum orientalium. Et per hoc quod diximus, elucidatur illud capitulum nostri testamenti, in parte illa. quæ tractat de parlarum confectione, quod incipit, Ostensio virtutum liquoris exuberandi. Item, postquam senties, quod margaritæ liquefactæ sunt intus aquam M. separabis aquam cum limositate margaritarum in vase altero inclinando vas suaviter taliter, quòd nihil de fecibus vadat cum aqua limositatis. Si vero cum aqua limositatis fuerit aliquid de fecibus, cola ipsum per pannum sericum bene mundum: post hoc pone aquam illam, in qua limositas parlarum in ampulla cum longo collo in digestione de H. per novem dies, quibus transactis, fiet aqua illa cum limositate metalli totum unum corpus. Et per hoc elucidatur cap. nostri testamenti, quod incipit, *Quando tu neuras cell dictes parles est pasta blanc sacram liquefactes per la virtut de laquet.* Postea verò habebis moles tuos ex auro puro, vel ex argento deaurato à parte interiori, quod ad similitudinem cujus vis margaritas formatas fore. Et consimiliter baculum auri vel argenti deaurati, & fac, quod omnes molles in partes duas divisæ sint. Et molles fuerint rotundæ, vel quovis modo alio factæ, & indiguerit foraminibus, perforabis illas partes molles, conjungetur alteri, & imple molles tuas de pasta pulveris, quæ remansit de aqua limosa ita, quod utraq, pars mollium sit pasta plena, per foramen mollium mittes unum filum auri: & sic facies omnes, & dimitte stare pastam sic in mollibus suis per unum diem naturalem: quo transacto, si vides, quod molles possunt

divici

dividi à pasta, trahas grana illa à mollibus, & si non, dimitte siccare dum possis grana illa extrahere. Cumque grana illa extraxeris à mollibus jam dictis, ponas illam ad desiccandum in silara marmorea, vel in quadam silara vitri, vel aliqua re vitrea, quæ sit ampla & plana. Et cooperi cum quodam vase vitri, vel cum aliqua re, ne pulvis tangat ipsos lapides. Et stent ibi usque sint benè siccæ. Et per hoc, quod breviter diximus, elucidatur capitulum in testamento nostro, in nostro magisterio, quod incipit, præterea postea fiet artificialiter modulus de auro & quantitas, &c. Et post formationem margaritarum & illarum desiccationem tu accipias unum filum auri longum, & mitte illum per foramen margaritarum, & caveas, quantum fuerit tibi possibile, ne illum tangas cum manu, nisi cum quibusdam forpicibus argenti deaurati, aut de auro: dum verò sic habueris, habeas quoddam vas vitreum, factum ad modum ovi gallinæ, & cavillabis illa in utraque parte. Illud, quod est intra, debet esse depositum. Item, ponas margaritas suspensas per filum auri in aqua limositatis, quam per novem dies posuisti in digestione de H. taliter, quod submergantur in aqua, & statim pone coopertorium, & dimitte sic stare ipsas per duos dies naturales: quibus finitis, extrahe margaritas tuas de vase illo, & pone illas ad umbram, ubi illas sol non tangat per tres dies naturales. Deinde administra sibi formationem Optasim hoc modo: Tu, Princeps serenissime, pones tres probas in filo auri, deinde mitte in unam testā ovi, quæ cooperiat omnes tres margaritas, vel plus secundum illarum quantitatem. Deinde alias secundum quantitatem ovi, quam voluerit sub se continere, & ponas vas vitreum vel ovum: & sic deinceps, donec ordinatæ fuerint. Et si fuerit tempus æstivum, mitte stare illas sic ad solem per tres dies naturales. In vere verò & autumno per sex dies, in hyeme per novem. Sed nullam decoctionem Obteticam, aut Obtatentam consulimus tibi in hyeme alicui facere, & qualibet die gyrabis ova vel vasa supra dicta de tribus in tribus, horum quippe finitis diebus trahas margaritas tuas, deinde administra sibi formationem per tres dies Inlfulderh ipsis positis in vase, quod dicitur perfectorium: quibus finitis, ponas margaritas tuas à tripode Attanor, & videbis, quæ naturalibus non invident in omni perfectione, tunc utere illis.

Alia compositio margaritarum.

SI autem istam fabricationem consimiliter facere volueris de conchilibus inventis in ripa maris, quæ colores habent multifarios: quia quædam sunt albæ, ut parlæ communes cum colore orientali, quædam croceæ ad modum auri puriſſimi similiter colorem habentes orientalem. Alia vero cum colore brisilii habentia similiter colorem orientalem. Potes igitur Princeps illustrissi-

me cõponere parlas tuas de quibusvis ſuis conchilibus. Et parlæ erunt illorum colorum, de quibus conchilia erant, de quibus fuerunt compoſitæ. Fitque pulcherrimum operis ex omnibus iſtis. Non vidimus verò partem, in qua iſta conchilia ſupradicta reperias, niſi in Cypro prope civitatem Famaguſtæ, & in regione Portugalliæ prope civitatem Liſtone, in ripa maris. Et in quadam villa Angliæ, quæ dicitur Conilla, & in alio loco, quæ dicitur portus Sylvenæ uſque ad ſanctum Vincentium de finibus mundi. Vidimus enim omnia iſta dum ad Angliam tranſimus, propter interceſſionem domini regis Eduardi Illuſtriſs. Ergo quæ omnia tibi diximus tam de philoſophicalibus lapidibus, quàm de virtuoſis vel precioſis lapidibus ſufficiant cauſa brevitatis. Et quia doctrina quæ tibi tradita eſt, potes alios quosvis componere recipiendo colorem uniuſcujuſque lapidialis, & formas illorum & figuras, & tunc facere mixtionem de aquis diverſis ſecundum doctrinam prius traditam. Et ſi tu Princeps illuſtriſſime iſta, quæ verbis groſſipedalibus ſcripſimus, ſine aliqua ſubtilitate operis compleveris, invenies verum quod diximus. Noli tamen feſtinare, nec ab opere ceſſare. Non enim agites naturam propter minas. Et ſi diviſeritis naturam propter minas operari plus dabit tibi, quàm optas. Si verò Princeps Illuſtriſſime vis ſcire rationem, quæ eſt naturaliter, quia aqua iſtius doctrinæ tantam habet virtutem, ut per artificium de illarum natura componitur ex una parte iſti lapides, ut illi potentiores in virtute ſint naturales. Ex altera parte philoſophorum lapides quæras in lapidario noſtro, quia ſatis prolixè tractavimus in parte prima ad faciendum rationem hujusmodi. Et ſic habebis omnium complementum, cum noſtra intentio in præſenti compendio non ſit niſi practica nuda & theorica cum adjuvamine qui eſt trinus perſonaliter, unus eſſentialiter regnans per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Finis compendij animæ tranſmutationis artis metallorum.

DE

DE SIGNIFICATIONE *Literarum.*

A Significat Deum, qui est hujus operis causa prima.

B Significat quatuor elementa confusa in metallis.

C Lig.lunariam rectificatam in qua solvuntur metalla.

D Sig.quintam essentiam vini, seu quintam essentiam in sua perfectione.

E Sig. animam metallorum, quæ dicitur Sulphur naturæ.

F Sig. ipsa metalla.

G Sig. limos elementorum.

H Sig. calorem primi gradus balnei.

I Sig. calorem secundi gradus cineris scilicet.

K Sig. calorem tertii sublimationem sulphuris.

L Sig. animam corporum,id est, calcem immediatè genitam propter menstrui dissolutionem.

M Sig. spiritus corporum perfectorum.

N Sig. aquam metallorum.

O Sig. aerem.

P Sig. ignem.

Q Sig. instrumenta vitrea.

R Sig. ipsum lapidem.

TYPOGRAPHUS LECTORI.

NAturâ hominem πολίτικον ζῶον credunt : ego imbecillitate, & περιάιρεσει: Cùm enim naturæ ſuæ defectum animadverteret, huic morbo mederi, à ſocietate ſumpto auxilio, tota ope contendit: dehinc varia hominum ingenia, diverſas artes invenire neceſsitate inſtigante, civitates inimicitiis ortis ad ſua tutanda deſignârunt: poſtremum augeſcente malitia, aut adulta luxuria, reliquas artes aut caſus reperit, aut invenit ſolertia: in quibus conſervandis aut ampliandis, aut reformandis, tota ſtudioſorum hominum vita teritur: ut cùm pro ratione finis appetitus ſint diverſi, & voluntas in apparens, tanquam verum feratur: Multi ad ματαιοτέχνιαν declinare ἀρχιτεκτονικῶς non ſatis cognito fine, ad ſubalternas confugere, & ut Penelopes proci cum domina non poſſent potiri, ad ancillas converſi ſunt, ſic ij quibus non ita fœlix ingenium natura largita eſt, ut veritatem ipſam viderent oculis, aut certè cùm vidiſſent ejus adipiſcendæ ſpe fruſtrati, quod præ manibus erat aceperunt, neſcio an ſatis tuto conſilio: Difficultas etenim rerum operis adgrediundi, viam præcludere non debet, iis quibus adhuc aliquid ſupereſt magnanimitatis: verùm cùm aliorum cauſa, tum propriæ utilitatis gratia, quamplurimæ artes repertæ ſint, eæ quæ plures reipublicæ ſunt profuturæ, majori ſtudio ab hominibus debent exquiri, ſi ulla, ea ſanè quæ levandis humanæ naturæ incommodis penuria & morbo, operam conſumit, quam ἱερὰν τέχνην καὶ θείαν vocant. In qua cùm prioris ævi homines aliquid invenissent, ea literis mandárunt: unde tot præclara hujus artis volumina, ad noſtra uſque tempora pervenerunt. Ego horum exemplo quantum in me fuit, & omnibus prodeſſe poſſem, ſi non in componendis, ſaltem in publicandis operibus, quæ deſiderabantur, operam dedi: verùm cùm in omnibus ſit aliquid arduum, quo non ſuperato, cum labore reparatur: ſic hac in arte,

in arte, quod præcipuum est, agens ab omnibus est desideratum: sed quonam pacto haberetur, Iohannes Pontanus in hac brevi epistola quam de ea arte composuit ad Artesium remisit. Quod cùm animadverterem, & exemplar hujus in manus meas pervenisset, nolui te hac luce privari: sic enim docuit nos Heliodorus ad Heraclium de arte tale ingenium esse sapientum.

Μηδὲν φθονοῦντες τοῖς θέλουσι μανθάνειν.

Sic virtus, & quæ pulchro nomine digna propagatione gaudent, & bonitas sui diffusiva esse creditur; Horum expellent sententiam qui sibi solis sapere volunt. Quis autem fuerit hic Artesius, non satis constat, hunc Iudæum quidam existimant, de eo quædam apud Rogerium Bacchonem, & Cardanum: quantæ autem eruditionis, hic liber poterit demonstrare, in quo si sint aliqua præter fidem, ea esse ænigmata tibi persuadeas velim: quæ verò planè physica sunt, mira sunt arte contexta. In hoc sanè illud ἰωάννου ἀρχίερεως perdifficile factu, facili demonstratione patescit ἐαν μὴ ἡ ζωναράτων ςερέων ἀποτελεσθὴ εἰς κένον καὶ ματαίον πᾶς ὁ πόνος: Sanè & innumera alia hoc in libro explicantur, quæ non nisi summo cum labore possent perfici & intelligi. Hæc ergo, lector, æqui bonique consule, & quod præcipuum est, amplectere: si nobis quid melioris notæ supervenerit, tu & ejus particeps eris. Vale.

ARTE-

ARTEFII INCIPIT LIBER QUI CLAVIS MAIORIS SAPIENTIÆ DICITUR.

DIVIDITUR autem iſte liber in tria capitula; nec unum completur ſine aliis. Primum enim indiget ſecundo,& tertio; & tertium primo, & ſecundo. Primum enim tractat de compoſitione elementorum, ſuperiorum,ac inferiorum, & naturarum æqualium, & inæqualium,& converſione eorum adinvicem,& generatione.Secundum tractat de generatione corporum mineralium, tam naturalium, quàm artificialium. Tertium,de generatione plantarum & animalium, & adligamento corporis cum ſpiritu, & etiam animæ, ipſius animalis, cum animali.

Laudemus igitur Deum,qui eſt inſpector omniũ, nec eſt quod lateat ipſum, ipſe enim eſt adligatus ſuis creaturis per verbum ſuum; & ſeparatus ab eis, inquantum ipſas tranſcendit;nec enim puto quod aliquid creaverit,ſibi ſimile vel æquale, & de magnis beneficiis, & maximum eſt illud, quod ipſe adligavit corpus noſtrum cum ſubtiliſſimo omnium elementorum, ſcilicet anima; quæ videt occulta,manifeſta, dum tamen virtutes ipſius corporis, ipſi non prædominentur, quanto enim magis fortificantur ipſius corporis vires, tanto animæ virtutes neceſſe debilitari, & quanto magis ipſum corpus alteratur,tanto magis ipſius animæ ſubtiliatur intuitus: & propterea dixit magiſter noſter Belenius Philoſophus,ponas lumen tuum in vaſe vitreo claro,& nota quod omnis ſapientia mundi hujus circa iſta tria verſatur. Scilicet, circa adligamentum animæ corporalis cum anima corporali,& animæ ſpiritualis cũ anima corporali,& ſpiritualis cum ſpirituali: Sed adligamentum animæ corporalis cum corporali propinquius eſt, & facilius quàm ſpiritualis cum ſpirituali. De iſto enim terrtio pauca ſcribere voluerunt ſapientes antiqui; dixerunt enim, nullum ad ipſius ſcientiam poſſe pertingere,niſi fuerit natura ſua divina & ſpiritualis, & ſua nativitas, & enim poſtea dixerunt communiter ſapientes omnes Antiqui ſine diverſitate, quod illud quod eſt ſuperius,eſt ſicut illud quod eſt inferius,& è converſo,& omne ſubtile eſt ex groſſis, & groſſum ex ſubtili, & omnis compoſitio mundi ſive majoris,ſive medij,ſive minoris eſt una compoſitio,& ſcias quod omne adligamentum rerum mindonarum eſt ſicut adligamentum numeri,videlicet ex unitatibus,denariis, & centenariis,& millenariis. Ex digitis enim numeratur primus articulus, dicendo ſic 1.2.3.4. quæ ſimul adgregata denarium conſtituunt, ſimiliter

similiter si dicas 10. 20. 30. 40. ex his numeris simul adgregatus centenarius exoritur: hoc idem etiam in centenariis, & millenariis apparet: cum enim numerus nihil aliud sit, quàm adligamentum unius rei, ad alia, manifestum est, quod unitas numeri non sortitur naturam: cum ergo binarium acceperimus, quoniam numerus primus est, & ipsum in duo æqualia divisserimus, manifestum est ipsius partem alteram, unitatem existere, quam si binario addere voluerimus, ternarius inde provenit, si verò binarium duplaris, quaternarius inde nascetur, & quaternario si unitatem addideris, quinarium tibi producet, si verò ternarium eidem addideris, septenarium inde recipies, cui unitate superaddita octonarium tibi procreabit, si iterum unitatem addideris, novenarium recipies, si verò binarium, denarium numerum tibi procreabit, eodem modo centenarij ex denarijs: millenarij verò ex centenariis procreantur.

Una verò die vocavit me magister meus Bolemus Philosophus, & dixit mihi, eja fili, spero te esse hominem spiritualis intellectus, & quod poteris pertingere ad gradum supremum sapientiæ: Interrogo te ergo & tu responde mihi? & dixi ei. Eja pater misericors, ac magister honorande, interroga discipulum, & ego sicut potero, respondebo tibi, & dixit:

In quot genera dividitur Natura? & dixi in quatuor, & ille, & quæ sunt illa quatuor? & dixi, simplex, ac simplex de simplici, compositum de simplici, & compositum de composito. Et dixit: Quid ipsorum est primum? & dixi, simplex. Et ait, & quid est illud simplex? & dixi: Duæ naturæ, quarum una est agens, altera patiens: & ait; & quæ sunt illæ duæ naturæ? & dixi: Prima earum est natura caloris, & secunda frigiditatis. Quid natura caloris? est activa: frigiditas verò passiva. Et dixit: Quid est post simplex? & dixi, simplex de simplici, & dixit: Quid est illud, & dixi, natura caloris, & natura humiditatis, & natura frigiditatis, & natura siccitatis: & ait: Quomodo generantur duæ illæ naturæ? & dixi: Creator omnium in principio absque sermonis prolatione dixit, sit creatura talis, postea creata est à Deo natura, sive materia prima de qua Aristoteles in primo Physicorum, & Plato in Timæo consimiliter scripserunt, quod est primum passivum, sive receptivum, quę nõ magna, nec parva, nec subtilis, nec grossa, nec movens, nec quiescens ens potuit, nec alia debet nominatione determinari, nec rei cuilibet adsimilari, in qua quidem omnia principaliter exstiterunt, scilicet in potentia, quæ est, esse medium inter esse actu, & perficere, & nullo modo esse. Et ut ad actum reduceretur, creavit creaturam secundum scilicet causam agentem similem scilicet orbi cœlesti quam lucem appellare decrevit. Hæc autem lux Sphæram quandam creaturam primã intra sui concavitatem ob-

tem obtinebat. Hujus verò naturæ, & primæ creaturæ alia creatura erat caloris & motus, unde patet aliam primam esse frigiditatis ac siccitatis: & quia naturæ illæ erant ad invicem approximatæ, repercussit calor frigiditatem, & constrinxit se frigiditas condensando se ipsam, & quia de natura caloris, & cujuslibet rei subtilis est penetrare, penetravit calor usque ad centrum frigiditatis: & quia cujuslibet rei finis est contrarium, ejus motui autem opponitur tam motus quam quies; ideoque motui isti qui fuit ad centrum, sive ad medium, successit alius motus: in medio temperavit enim se una pars caloris cum parte frigiditatis sibi æquali; & evenit ex ea temperatura natura humiditatis, & quia natura ejus fuit media inter naturam caloris & frigiditatis, ideoque locum medium sortita est inter utrumque, & fuit motus ille à centro usq; ad medium, & à medio ad medium inter minimum & supremum; ac iterum ab infimo ad medium; hoc est à medio ad medium, inter medium & infimum, temperavit enim se una pars caloris cum parte humiditatis sibi æquali, & venit ex isto temperamento natura caloris ac humiditatis, cujus locus, ut prædiximus, medius erat inter locum caloris & humiditatis: & quia ut prædiximus natura humiditatis est composita ex una parte caloris & una humiditatis vel frigiditatis sibi æquæli, sequitur, quod natura caloris & humiditatis est una pars frigiditatis & tres caloris; eodem modo natura frigiditatis & humiditatis est adgregata ex natura frigiditatis, ac natura humiditatis æqualiter. Et quia natura humiditatis medietas est caloris, & medietas frigiditatis, sequitur quod natura frigiditatis & humiditatis tres quartæ sunt frigiditatis & una caloris. Jam igitur habemus secundam sphæram. Prima naturæ, quatuor sphærarum, de quibus supra, quarum prima frigiditatis & humiditatis quam sphæram spiritus appellaverunt sapientes Antiqui, supra istam æqualitatis naturam, quam sphæram animæ nuncupaverunt, postmodum verò naturam caloris & humiditatis, quam sphæram tertiam appellaverunt, & supremo natura caloris & siccitatis, quam sphæram appellaverunt quartam, & hic fixatur, & quia ut prædixi, cùm fuerint commixtæ illæ duæ naturæ primæ ad invicem, non fuit ex tunc motus ad sursum, & deorsum, & è converso, sed movebantur omnes sphæræ motu circulari. Jam ante diximus, quod cuilibet rei omnium extremum sibi contrariatur, & quod motus à sursum, ad deorsum, non solum opponitur motui à deorsum, ad sursum, sed etiã quieti: ideoque diximus, quod una pars caloris quæ non se commiscuerat cum natura frigiditatis ad generationem humiditatis remansit inferius admixta frigiditati, & quia non est dare vacuum in natura, ideoque loco istius caloris qui descenderat, subvenit quædam pars frigiditatis sibi æqualis. Jam igitur patet, quod istæ

sphæræ

ſphæræ erant ad invicem connexæ Infima enim ſphæra frigiditatis & ſiccitatis, in qua nihil eſt caloris: poſt ipſam verò ſequitur ſphæra frigiditatis & humiditatis cum tres 4. ſunt frigiditatis & una caloris: poſtmodum verò ſphæra æqualitatis quæ eſt ſphæra animæ cjus medietas eſt de natura caloris, & medietas altera de natura humiditatis. Jam autem diximus, quod ſphæra humiditatis medietas eſt de natura caloris, & una 4. de natura frigiditatis: Sphæra vero ſuprema quæ eſt poſt iſtam, eſt de natura caloris & ſiccitatis, nec eſt in ea aliquid frigiditatis Sic igitur vides quomodo ſphæræ iſtæ ad invicem ordinantur, & ille: Jam mihi naturas caloris & frigiditatis ſufficienter demonſtraſti: ſed quid eſt ſiccitas nondum expoſuiſti, & ego, ſiccitas: Sola eſt privatio humiditatis, in quo enim nulla eſt humiditas, ſiccum appellamus, & ille, jam mihi ſufficienter explanaſti: Quid eſt ſimplex, & quid eſt ſimplex de ſimplici; nunc ergo mihi dic, quid poſt illud? & dixi compoſitum de ſimplici, & ille quid eſt illud, & ego quatuor elementa quæ ſunt ignis, aër, aqua, terra. At ille quomodo generantur iſta quatuor elementa? & ego:

Temperavit ſe natura ignis alias caloris & ſiccitatis cum natura caloris & humiditatis, & venit ex ipſo temperamento æquali elementum ignis, & ſe temperavit elementum ignis cum natura humiditatis, & venit ex iſto temperamento elementum aeris, & temperavit ſe elementum aeris cum natura frigiditatis & humiditatis, & venit ex ipſo temperamento elementum aquæ, & temperavit ſe elementum aquæ cum natura frigiditatis & ſiccitatis, & venit ex ipſo temperamento elementum terræ. Ignis ergo eſt aer ſubtilis & calidus, & ſiccus; aer eſt ignis groſſus, calidus, & humidus; aqua eſt aer groſſus, frigidus, & humidus, & aer eſt aqua ſubtilis calida & humida: & aqua eſt terra ſubtilis, frigida & humida, & terra eſt aqua groſſa, frigida & ſicca. Et ille, quid eſt illud quod eſt poſt compoſitum de ſimplici? & ego compoſitnm de compoſito, & ille, quid eſt illud, & ego, eſt corpus animæ corporalis quod eſt de corpore animali, & corpus ſpiritus corporalis. Et ille, quid eſt ſpiritus corporis animalis, & quomodo generantur iſta corpora ex elementis? & ego, temperavit ſe elementum ignis cum elemento aeris, & venit ex ipſo temperamento æquali corpus animæ corporalis, & temperavit ſe elementum aquæ cum anima corporali, & venit ex iſto temperamento corpus ſpiritus corporalis, & temperavit ſe corpus ſpiritus corporalis cum elemento terræ, & venit ex iſto temperamento terræ corpus corporalis corporis: Poſtmodum vero cum iſto corpore corporali commiſcuit ſe aqua, & temperavit ſe cum ſubtiliori ipſius, & venit ex iſto temperamento corpus corporis ſpiritualis, & temperavit ſe aër cum ſubtili ipſius corporis ſpiritualis, & venit ex iſto temperamento cor-

pus animale, & temperavit se ignis cum isto corpore animali, & commiscuit sè cum subtiliori ipsius, & venit ex isto temperamento corpus animæ corporalis, & hoc quod quærebant sapientes antiqui, & ipsum est, ex cujus temperamento cum æquali sibi temperamento aquæ generatur, ut prædiximus, corpus spiritus corporis æqualis, ex cujus temperamento cum æquali parte terræ generatur corpus æquale, quod Sol est, & nisi essent diversæ actiones & influentiæ corporum cœlestium in ipsa inferiora, omnia corpora mineralia essent aurum. Omnia etenim sunt ex eodem, & animæ & spiritus eorum sunt de una re, nec differunt, nisi secundum magis, & minus, & secundum diversitatem decoctionis majoris, vel minoris. Diversitas igitur eorum cum ex diversitate influentiarum corporum cœlestium in ista inferiora, sicut etiam numerus eorum est secundum numerum septem planetarum, à natura colores, & odores, & sapores, & accidentia cætera. Plumbum enim de parte Saturni, sua natura est ut sua natura.

Stannum vero est de parte Jovis, sua natura ut sua natura. Ferrum vero Martis, sua natura ut sua natura: Aurum vero de parte Solis, sua natura ut sua natura: Argentum vivum de parte Mercurii, sua natura ut sua natura: Agentum ex parte Lunæ, sua natura est ut sua natura: cuprum vero de parte Veneris, sua natura ut sua natura. Postea vero ista metalla mineralia mutantur adinvicem, & alterantur sicut elementa, ex quibus consistunt. Ignis enim fit aër, & aër fit ignis, similiter aër fit aqua, & aqua fit aër, & aqua fit terra, & terra fit aqua, & sic de aliis. Et scias quod omne compositum ex elementis, habet in se quatuor naturas, videlicet, caliditatem, frigiditatem, humiditatem & siccitatem. Quod si dicat aliquis aliquid esse compositum ex duabus tantummodo naturis istarum naturarum quatuor: dicamus ergo quod ex frigiditate & siccitate tantum: quia igitur illud compositum est frigidum, & siccum ut terra, ergo erit sua natura de natura terræ tactus & odor ut terra. Quod si dicat, quod terra est frigida, & sicca in quarto gradu, & illud compositum non est in quarto, dicemus enim, quod quoniam sunt duo ejusdem complexionis, & non differunt, nisi secūdum gradus, videlicet quod unum est in quarto gradu, & reliquum in 1.2. vel 3. Impossibile est illum qui est in 1.2 vel 3. gradu prohiberi quin pertingat ad gradum quartum nisi propter admixtionem qualitatis contrariæ, ergo non fuit mixtum ex duobus tantum, sed ex tribus, quibus contrarium est positum. Et debes scire quod omne minerale est subtile terreum, & planta est subtilis minera, & corpus animale subtile ipsius plantæ. Ex elementis autem generantur corpora mineralia: & ex mineralibus generantur plantæ; & ex plantis animalia: Et quia unumquodq; resolvitur in ea, ex quibus componitur, ideo animalia quoniam resolvuntur,

ſolvuntur,generantur ex iis plantæ,via reſolutionis, eodem modo ex plantis mineræ: mineræ autem ex elementis, elementa in naturas reſolvi neceſſe eſt.

Et ille,dic mihi quid eſt ſpiſſum, & quid eſt ſubtile, ſive delicatum? & ego; ſpiſſum eſt corpus, ſubtile autem eſt ſpiritus,& ſubtile ſpiritus animalis eſt natura:& ille? Quid eſt corpus?& ego:corpus eſt illud quod habet aliquid adparens & aliquid latens. Illud vero quod apparens eſt, eſt ejus groſſicies & ſpiſſitudo: quod vero latet, eſt ejus ſubtile, ſcilicet ſpiritus & anima. Corpus autem eſt ex compoſitione animæ & ſpiritus & corporis,corpore autem corrupto ex tunc illud quod dicebatur ſpiritus poſtea corpus nuncupatur,& illud quod anima dicebatur poſtea ſpiritus appellatur.Maximum eſt igitur quoniam ſpiritus eſt ſubtile ipſius corporis: anima vero ipſius ſpiritus eſt ſubtile: omnia autem iſta adinvicem,ut prædiximus, per viam compoſitionis ſive reſolutionis generantur,& ad invicem ſeparantur,& alterantur, ſicut etiam de ipſis elementis prædiximus,Hoc autem non fit,niſi per ingreſſum unius naturæ in aliam: verbi gratia, cum aliquid volumus eſſe frigidum & ſiccum in quarto gradu, & intendimus de quarto gradu frigiditatis & ſiccitatis ad eandem frigiditatem & humiditatẽ,mutabimus ipſum in primis de quarto gradu frigiditatis & humiditatis ad gradum ejusdem tertium,deinde ad ſecundum,deinde ad tertium, poſtremo vero ad æqualem inter prædicta, deinde ad gradum primum variamenti verſus humiditatem, deinde ad 2. deinde ad 3. deinde vero ad gradum frigiditatis, & humiditatis quartum: & ſi iterum mutare voluerimus ad gradum quartum frigiditatis vel caliditatis & humiditatis,mutabimus ipſum in primis ad gradum frigiditatis, deinde ad ſecundum, deinde ad tertium, deinde verò ad gradum æqualitatis in frigiditate & humiditate; & deinde ad gradum primum variamenti, ex parte caloris,deinde ad ſecundum, deinde ad tertium, deinde ad quartum, donec fiat calidum & humidum in quarto gradu. Quod ſi iterum ad eundem gradum caloris,& ſiccitatis ipſum reducemus, dehinc ad ſecundum,deinde ad primum, poſtremò vero ad gradum æqualitatis in calore, & humiditate: poſtea ad gradum primum ſiccitatis,deinde vero ad ſecundum, deinde ad tertium, deinde ad quartum, ſic ergo ipſum mutabimus de gradu quarto frigiditatis, ac diverſitas eorum eſt, ſecundum diverſitatem corporum ſupracœleſtium ipſi correſpodentium à natura, & odorem, & ſaporem ſemper ſecundum ſimilitudinem. Dicamus ergo, in principio creationis fuit quilibet planetarum in directo ſui ſigno, in orbe ſignorum, & operabantur ergo operationes, & deſcenderunt in terram, donec generarentur corpora mineralia, ipſis proportionabilia, & poſtea movebantur iſta cor-

porà ſupercœleſtia: hinc iſta habitudo & reſpectus inferiorum,& corrumpebantur mineralia prius generata, & poſtea rediit ille aſpectus corporum ſupracœleſtium reſpectu inferiorum, & generabantur plantæ ex eadem materia,quæ prius erat ſub forma corporum mineralium,& poſtremo abſceſſit ſecundò motus iſte,& corrumpebantur plantæ, rediit tertio motus iſte,& generabantur ex iſtis plantis animalia. Diximus igitur quod natura corporum mineralium eſt ſicut natura terræ frigida, & ſicca: natura plantarum eſt de natura aquæ frigida & humida: natura animalium, ſicut natura aëris calida, & humida. Quod ſi objiciat quis, & dicat quomodo dixiſti,quod natura mineralium eſt frigida, & ſicca,& natura plantarum frigida & humida,quod nos videmus multa ex mineralibus occidere animalia per calorem ſuum? ad hæc itaque reſpondemus, quod ſi inveniatur minerale occidens animale per caliditatem ſuam, quod planeta qui eſt de illa minera, multò magis operationes operabatur,& ſimiliter,omne quod fuit de illo planeta,plusquam planetæ: ſi ergo temperetur ex planeta,qui ex ea eſt: dicimus quod in operatione eſt frigida,& ſi iterum temperetur planta & animal in comparatione ejus, reperietur frigida, & humida.

Capitulum ſecundum, de generatione mineralium.

DIcamus ergo de generatione mineralium: dixerunt autem quidam quod natura mineralium omnium eſt argentū vivum cum ſulphure,& dixerunt quod ex quo ſive radix ipſorum mineralium eſt argentum vivum cum ſulphure. Præparemus ergo radicem, donec perveniamus ad ramos,& cauſa iſtius operationis eſt,quod ipſorum conſideraverunt naturas corporum mineralium ſuperficietenus, nam in profundo ſi reſpexiſſent ſecreta naturæ, nunquam incidiſſent in tales opiniones: dicimus igitur,quod dato quod argentum vivum, & ſulphur ſint prima naturalia corporum mineralium ante congelationem ſuam, tamen poſt congelationem, & argentum vivum, & ſulphur, impoſſibile eſt ex ipſis corporibus mineralibus generari, nam congelans ſuum congelandum jam ipſum alteravit in ſuam naturam, cujus exemplum eſt de compoſitione ſaponis,ſi enim accipiatur aqua extracta à cineribus,& oleum cum quibusdam aliis, & decoquatur decoctione certa,generatur ex iis ſapo, & ſi acciperetur unumquodque per ſe, & decoqueretur donec congelaretur, & poſtea laboraret quis ex ipſis ſaponem componere non poſſet: ſulphur autem in primo erat aqua, natura ejus frigida,ac humida,& poſtea converſa eſt in aërem, cujus natura eſt calida, & humida: poſtmodum vero in ignem cujus natura eſt calida,& ſicca: poſtmodum vero cum ipſo igne temperavit ſe aqua, & fuit compoſitio maſculi & fœmi-

fœminæ: & dicimus ergo quod dato quod natura, ſive radix mineralium ſit argentum vivum cum ſulphure, non tamen debemus accipere ipſum, ex quo ſunt corpora mineralia, ſed magis debemus ipſum accipere quod eſt ex ipſis corporibus mineralibus, cujus exemplum eſt manifeſtum in plantis. Scimus enim quod generatio plantæ eſt ex aqua cum ſubtili terreo, ut prædiximus, & tamen ſi acciperemus aquam & terram, nunquam generaremus plantam, non ergo accipimus illud ex quo eſt planta, ſed illud ex quo animal, quod eſt ex planta, ſcilicet ovum ipſius poſtquam ſcimus quod illud ovum generatur ex terro ſubtili cum mixtione ipſius aquæ, commendamus ipſum terræ, donec illud quod fuit diminutum compleatur. Et dicimus etiam quod generatio metallorum in ventre terræ, fit hoc modo, cum ſol agat in iſta inferiora, per caliditatem ſuam calefacit terram, & remanet pars ipſius caloris in interioribus terræ, & cum aſcenderit ſol ſuper terram, & invenit, quod calor ſit in terra abſconditus, calorem ſibi ſimilem naturaliter oportet aſcendere una cum parte caloris noviter generati, cum occurrerit ſibi aliqua pars aquæ ſolvit ipſam, & convertit in vaporem, qui quidem vapor movetur aſcendendo donec currat ſuper ipſum calor proportionabilis: cum vero deſcenderit ſol verſus occidentem, diminuitur calor proportionabilis, donec condenſetur vapor, & deſcendat diſtillando: Sole autem iterum oriente, caloreque ipſius iterum, ut prius, deficiente deſcendet ſecundo diſtillando, ſic quod non ceſſat continuo ſubtiliare, & diſtillare, donec totum oleum ſolvatur, quod in iſta aqua conſiſtit, & commiſceatur ipſi aqua, totumque convertatur in oleum. Quod ſi invenerit aliquam partem ſulphuris, & admiſceatur: & ſi ergo fuerit quantitas aquæ æqualis quantitati ipſius ſulphuris, ac paulo magis, ſcilicet quantum ſufficiat ipſum incorporare, generatur ex eo aurum vel argentum, & ſic de aliis ſecundum quantitatem ipſius decoctionis: Si vero fuerit quantitas ſulphuris major quantitate ipſius aquæ, generabitur ex iis corpus minerale, quod non erit de minera ipſorum ſeptem: jam diximus quod in generatione artificiali ipſorum corporum mineralium, non quærimus illud ex quo ſunt ipſa corpora: ſed illud quod eſt ex ipſis, ſicut etiã in ipſis plantis exemplificavimus: diximus enim, quod accipimus ovum ipſius plantæ, & conſideramus de quo eſt illud ovum, & poſtquam ſcimus illud eſſe ex terreo ſubtili cum mixtione aquæ commendamus ipſum terræ, ſic etiam in mineralibus accipimus ovum ipſum, & deinde conſideramus unde generatur ipſum, & poſtquam ſcimus unde generatur, ſcimus enim quod ex iiſdem oportet nutriri, ſcimus autem quod ipſum ex quo generatur ovum illud eſt admixtio ignis cum aqua, & etiam diximus, quod ſine complexione maris &

fœminæ, nihil omnino generatur. Cum autem præparemus ipsum præparatione sibi debita, generatur ex ipso aurum, vel argentum: & scire debes quod hoc non fit sine putrefactione, & solutione, sicut nec in plantis contingit, non enim ingredietur super ipsum ignis sine humiditate. Illud igitur quod est causa ingrediendi, est calidum, & humidum, non enim adligatur natura nisi naturæ sibi propinquiori. cum ergo occurrerit humiditas solventis humiditati ipsius soluti, adligatur humiditas humiditati, sed nos non solvimus totum compositum, quia si solveremus ipsum simul, tunc ovum corrumperemus ipsum, sed solvimus partem post partem, donec illud, quod est contrarium naturæ solventis recedat à soluto. Et scias quod in hoc differt ovum plantæ ab ovo mineræ, nam ovum minerale non putrefit absque contritione sive molitione, non enim ingreditur solventis humiditas in ipsum absque molitione, propter adhærentiam partium ipsius soluti adinvicem. In ovo autem plantæ si moleremus ipsum corrumperemus figuram ipsius plantæ, quæ est in ipso in potentia: ignis vero, ut prædiximus, quamvis sit agens in corporibus, tamen aër, sive caliditas & humiditas est causa ingrediendi, sed quia humiditas ipsius aëris est contraria siccitati ipsius, ideo requiritur necessario aquæ ipsius frigiditas, quæ temperet ipsum, & quia aqua non fixatur in igne sive terra, ideo requiritur etiam necessario terra, quæ figat ipsam aquam. Jam autem sæpè diximus superius, quod generatio non fit, sine maris, & fœminæ conjunctione. Ignis autem & aër sunt masculina, aqua autem & terra sunt fœminina, & ignis est masculus aquæ, & aër est masulus terræ: sed ignis non admiscetur terræ absque mediatore aëre, est enim aër propinquus ignis ratione suæ caliditatis, & est vicinus aquæ ratione suæ humiditatis. Jam autem diximus frequenter, quod naturam natura amplectitur sibi similem: aër ergo ratione sive concordia, cum utroque factus est concordans inter utrosque generationis, similiter vero aër contrariatur terræ, secundum utramque qualitatem: est enim aër calidus & humidus, ut prædiximus, terra autem frigida & sicca, aqua vero ratione suæ frigiditatis convenit cum terra, ratione vero suæ humiditatis convenit cum aëre, aqua igitur inter aërem & terram est medians, & concordiam generans. Manifestum igitur est, quod aqua & ignis non copulantur adinvicem, sine aëre mediante in una extremitate, & etiam sine mediante terra in alia sua extremitate: & hoc est quod volumus.

Quia igitur jam declaravimus, ovum minerale generari ex igne, & aqua, & etiam per consequens, ex iisdem nutriri, ignis vero, ut prædiximus, est masculus, aqua vero est fæmina; tunc est nostrum nobis investigare istum masculum, donec inveniamus

ipsum.

ipsum. Jam autem diximus superius quod corpora mineralia sunt de natura terræ, cujus natura est frigiditas, & siccitas, quod quantitas ignis in ipso est modica, nisi in potentia minor quam ad gradum secundum, quoniam de vegetabili actu veniunt ad ejus naturam frigidam, & humidam, & quia naturæ frigidæ & humidæ tres quartæ sunt frigiditatis, & una caloris, & illa etiam quarta caloris est profunda, in illis tribus partibus siccitatis, ideoque ascendendum est ad tertium gradum, quod est animal, & quia natura animalis, ut prædiximus est calida, & humida, manifestum est igitur, quod sint tres quartæ caloris, & una quarta humiditatis: sed quia animal quando completur est commixtum, & temperatum suum grossum, cum ipsius subtili, ideo non est illi motus à deorsum, ad sursum: ideoque accipimus de animali illud, quod non completur, & commendamus cucurbitæ, & alembicis, ad distillandum, & distillamus primum aquam, cujus manifestum est albedo, ignis vero occultum est rubedo, deinde destillamus aërem, cujus manifestum est citrinitas, ejus vero occultum est viriditas, & remanet ignis in ipsa terra. Accendimus ergo super ipsum fortiorem ignem sine pietate, donec extrahamus totum ignem à terra mortua nigra, in qua non est vita: postea servamus ipsam aquam scilicet aërem, & ignem, & unumquodque in suo vase ad horam conjunctionis: & postea accipimus terram istam & jungimus super ipsam ignem, donec facta sit alba & postquam ita fecimus, accipimus de unaquaque adinvicem istorum partes æquales, & commiscemus adinvicem ea: & quia ista aqua est æqualiter composita ex quatuor naturis. Non habemus timere in nostra operatione, inde ad si curramus à corruptione. Tingitur enim cum suo igne, & ingreditur in suum oleum, & præservatur etiam à combustione in sua aqua, figitur in suam terram, aqua enim est adligata terræ per suam frigiditatem, & aër aquæ per humiditatem, ignis aeri per eandem, verbi gratia, ex compositione martis qui est calidus, & siccus, cum Jove frigido, & humido generatur sol. Sed scias quod commixtio est duplex, est enim commixtio totalis & particularis: Particularis est, cum commiscetur corpus corpori, sed spiritus non commiscentur adinvicem, sicut accidit in istis corporalibus fusibilibus, in sua commixtione, cum sola ignis fusione: commixtio vero totalis, cum commiscentur cum temperamento corpora corporibus, & spiritus cum spiritibus. Hoc autem non fit sine putrefactione, modo autem ostendamus, quare dixerunt sapientes Antiqui quarum una pars istius elixiris cadit super mille, unde secretum est, quod quodlibet subtile occupat loci sui septuplum respectu loci à grosso occupati. Una autem pars caloris convertit lunam in Solem, & hoc autem si fuerit accepta de minera, ergo si fuerit de re vegetabili

una pars convertit 6. partes Lunæ in ſolem, ſi vero fuerit de animata, una pars convertit 36. partes, & hoc in primo gradu ſubtilitatis, ſed ſi fuerit in ſecundo gradu, una pars convertit 138. ſi in tertio 228. & ſi in 4. & ultimo gradu iterum convertit centuplum ejus: & hoc eſt quod volebamus. Jam enim determinavimus de generatione corporum metallorum ſufficienter, & hoc tam de naturali quam de artificiali, & cum hoc complevimus iſtud capitulum.

CAPUT TERTIUM.

Incipit caput tertium, in quo agitur de generatione plantarum ex mineralibus, & ſimiliter de generatione animalium ex plantis, & de adligamento ſpiritus ipſius planta cum planta, & etiam alligatione anima cum ipſo animali.

POſtquam diximus de naturis æqualibus, & inæqualibus, & de elementis ſcilicet ſuperioribus, & inferioribus in primo capitulo, ac etiam de generatione mineralium in ſecundo, dicemus ut promiſſum eſt, in hoc tertio capitulo de plantis animalibus, & eorum generatione. Dicamus igitur ſicut in primo, quod temperavit ſe aqua cum terra, & generatur ex iſto temperamento petra, deinde temperavit ſe aer cum petra, & generabatur ex ea terra: & manifeſtum eſt ejus frigidum, & ſiccum: ejus vero occultum, calidum, & humidum: poſtea vero cum iſta terra temperavit ſe aqua: jam autem ſuperius diximus frequenter quod natura naturam amplectitur ſibi viciniorem. Humiditas ergo aquæ fuit adligata humiditati aeris, & frigiditas aquæ terræ frigiditati, humiditas vero aeris fuit adligata calori ipſius. Cum ergo aſcendit ſol orientalis, calor ipſius aeris adligatus calori ipſius ſolis, neceſſe ergo habuit ſe extendere illa planta, & creſcere: & quia jam diximus, quod frigiditas aquæ fuit frigiditati terræ adligata, aſcenderunt cum ipſius aquæ partibus partes ſubtiliores ipſius terræ, & temperaverunt ſe, & commiſcuerunt ſe cum ipſis partibus aquæ, & generabatur ex iis ovum ipſius plantæ, in quo quidem ovo, erat planta potentialiter: poſtquàm vero pervenit ipſum ovum ad terminum ſui variamenti, abſcondita eſt ab ovo ſua humiditas, quâ nutriebatur, & induratum & exſiccatum eſt. Poſtquam ergo ſcimus quod materia ipſius ovi eſt admixtio partium terræ ſubtilium, cum ipſius aquę partibus, ſcimus ergo quod ex iis oportuit illud nutriri donec illud quod fuit in potentia reduceretur ad actum, & generaretur ex eo planta, cujus flores, fructus & folia eſſent ex ipſo. Sed differt illud ovum ab ovo mineræ in hoc, quod non indiget trituratione, ad hoc quod humiditas putrefactionis ingredi poſſit partes ipſius, ejusque partibus commiſceri: quod ſi

terere-

tereremus ipſum, corrumperemus formam plantæ, in ipſo potentialiter exiſtentem, & converterentur folia in non folia. Nec etiam in partibus ovi ipſius plantæ erat tanta compactio, quę prohiberet humiditatem ipſius ſubtilis admiſceri humiditati ipſius corporis ſolvendi: Sic ergo conſtat ſubſtantiam ipſius plantæ conſiſtere ex partibus aquæ admixtis ipſius terræ partibus ſubtilibus. Nos autem diximus in præcedentibus, quod planta eſt ſubtile ſive delicatum ipſius mineræ, & quod generatur ex temperemento aquæ cum eodem. Hæc igitur eſt generatio

---

AD LECTOREM.

Draxim theoria priſcis genuit, & aliquando opus admiratio, Iris admirationem, Irin contemplatio eſt ſequuta: In Didascalicis autem prior pars obtinere videtur: Sanè & hunc ordinem Arteſius imitatus eſt. Deſcriptis enim iis quæ neceſſaria erant, ad naturæ cognitionem, ad artem nunc accedit. Sed quoniam οὐ μόνον ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ πολύτων καλῶν ὑδρῶτα θεοὶ προπαρέθηκαν ἱδρῶτα. *Ideo ænigmaticos hoc tertium caput deſcripſit, & quia Iudæus Magicos. Nec te moveat, Lector, comparatio de dæmone facta: Sic enim pridem Stephanus ad Heraclum:* περὶ ποιήσεως χρυσοῦ *de ſubtiliatione, cujus rationem reddit his verbis:* ἵνα ἐξορφανισθῇ τις ὕλης. καὶ γρυπήσεται μόνη ψυχή καὶ πνεῦμα, καὶ πῦρ ἀνώφερες, καὶ χρῶμα λάβῃ, καὶ πνευματικώτερον γένηται, καὶ καθεκτικώτερον: ἅτε δὴ ὡς ἐπιπέδοντο σῶμα, ὡς τὸ τῶν δαιμόνων καὶ τῶν ἐπισυνερχομένων. *Characteres autem Auctori huic familiares fuiſſe in velandis ſcientiis, teſtatur etiam Rogerius Baccho, de admirabili poteſtate artis & naturæ. Horum ergo formam ne deſpicias, forte enim aliquid ſignificant, non enim omnia quæ in figuris ponuntur ſignificare aliquid putanda ſunt: multa enim propter illa quæ ſignificant, ordinis, & connexionis gratia ſunt adjuncta. Solo vomere terra proſcinditur his te monitum velim, quæ hoc in capite ſcripta ſunt, analogicè omnia ſumenda eſſe, & de nulla re minus quam de magia ſcripſiſſe Arteſium, quod & forte aliquando adnotationibus demonſtravimus.*

De generatione animalis.

GEneratio autem animalis ex planta eſt, ſecundum quod narravimus, ſi Deus voluerit, quod quando putrefit planta in ventre ipſius animalis, ſeparatur ejus ſubtile à groſſo poſt ejus putrefactionem: & quia jam diximus, quod natura ipſius plantæ eſt frigida & humida, & quod ipſa generatur ex temperamento aquæ, cum partibus terræ ſubtilibus. Facta igitur putrefactione, ſeparantur partes terræ groſſiores à partibus aquæ: & quia natura aquæ eſt frigida & humida, ut prædiximus, temperavit ſe una pars iſtius frigiditatis, & humiditatis, cum parte una ſibi æquali caloris & humiditatis, in ipſo animali exiſtente, & generatur ex ipſo temperamento natura ipſius animæ, quæ eſt natura æqualitatis, reliqua vero pars aſcendit ad cerebrum, ex qua generatur natura ipſius ſenſus: & quia ut diximus tres ſuæ quartæ fuerunt lux & una obſcuritas, manifeſtum eſt ergo quod in natura ipſius ſenſus, natura lucis tenebris dominatur: repercutitur lux illa, à parte tenebræ ad cor, & illuminat ipſum, & hoc ſi fuerit animal, erectæ ſtaturæ, non habet ſenſum in ipſo corpore latum, in quo adunetur, ſed ſpargitur per ipſum corpus, & hæc eſt cauſa cur cætera animalia non diſcurrunt ut homo. Comparatio vero corporis humani conſiſtit in quadam commixtione æqualium naturarum, cum inæqualibus. Naturæ vero æqualitas, conſiſtit in compoſitione hominis, in duobus: quorum unum eſt æqualitas adparens ſive exrrinſeca, aliud eſt æqualitas intrinſeca, & eſt natura ipſius animæ, de qua prædiximus. Qualitas autem adparens conſiſtit in æquali compoſitione ipſius corporis, ex quatuor humiditatibus, quæ ſunt ſanguis, & eſt calidus & humidus de natura ſcilicet ipſius aeris, & cholera calida & ſicca, & natura ignis, & Phlegma, cujus natura eſt frigida, & humida de natura ipſius aquæ, & melancholia frigida & ſicca de natura terræ: Æqualitas ergo iſtorum humorum, eſt cauſa conjunctionis animæ cum corpore, ſi autem corrupta fuerit æqualitas adparens corrumpetur per conſequens ligamentum animæ cum corpore, & accidit animam tum à corpore ſeparari, & hæc quidem ſeparatio mors appellatur. Hoc autem nō contingit ex quolibet receſſu ab æqualitate niſi forte fuerit notabilis in quantitate: ſi autem fuerit iſta quantitas parva, accidit ex hoc fortaſſis ægritudo & perturbatio, donec per medicinas convenientes ad æqualitatem iterum reducantur: & fortaſſe ſunt quædam infirmitates ex quibus adjunget ſe diabolus humore egrediente à temperamento ac perturbante ipſam ſanitatem, & hoc maximè accidit in infirmitatibus ex cholera provenientibus, cujus cauſa eſt iſta:

quia

quia enim, ut jam diximus, natura ipsius choleræ est calida, & sicca, ut ignis, corpus autem diaboli ex duobus est compositum, scilicet igne & aere: & nos diximus in præcedentibus, quod omne subtile ingreditur in omne grossum, manifestum est igitur, cum ignis sit subtilior aere quod adparens corporis ipsius diaboli est aer, ejus vero occultum est ignis: & hęc est causa occultationis ejus ab humanis aspectibus, cum medium, per quod videmus omnia, sit aer, qui est conjunctus oculo nostro. Cum ergo interius diaboli sit de natura ignis, manifestum est, ipsum contrariari & inimicari ipsius animæ naturæ, quæ est natura æqualitatis: cum ergo accidit corpori ægritudo de natura ipsius choleræ in corpore, & quia diabolus ad ipsum occultum est de natura ipsius choleræ adjungit se cum cholera, & augmentatur ejus dominium super aliis humoribus. & tantum potest prædominari, quod recedit anima à corpore, & separatur ab eo. Sed qui sciret facere descendere ipsum lumen, cujus natura est contraria naturæ occultę ipsius diaboli, tunc corrumperetur perfectio ipsius diaboli, & destrueretur, & recederet ab homine infirmitas, & rediret sanitas, & staret homo quietus, & pacatus. Sed modus per quem homo facit descendere spiritum ipsum, est ut sciat naturam Planetæ cujus spiritum quærit descendere, & colorem, odorem, & saporem ipsius: postea præparet adparens ipsius corporis, cum colore, sapore & odore supradictis: ut qualis color est accipiat vestimenta illius coloris, & aperiat occultum sui corporis cum natura & sapore, & quod accipiat cibum confortantem corpus suum à variamento, & accedat ad gradum æqualitatis, & illud non debet latere ipsum, qui quærit facere descendere spiritum: & non dimittat, nec cesset ab isto, donec faciat stomachum suum recipere cibum illum, ac non abhorreat, & non adpetat alium, qui prohibeat ipsum ab adpetitu ipsius, & sit in qualibet hora ipsius Planetæ levatus directè, & humiliando se & rogans creatorem, ut compleat voluntatem suam, & cum complebitur voluntas sua, & desiderium, reddat gratias suo creatori. Postea adspiciat cum ingredietur stella illa, in directo sui signi, ut non ingrediatur per Planetam contrarium: Postea faciat de corpore quod est de Planeta illius crucem, & sit perforata à summo usque ad deorsum, & erigatur super duos pedes, & equites super figuram quæ est conveniens rei quæsitæ, ut supra leonem vel serpentem pro bello, sive victoria, vel ad faciendum timorem inimico: vel super avem pro salvatione de magnis laboribus, vel super cathedram quærendo exaltari. Causa autem quare nos accipimus formam crucis est, quia nescimus rem cui adsimilatur spiritus cujus descensum quærimus; nos autem scimus quod spiritus est res creata, & omne perfectũ est corpus, & corpus habet longitudinem & latitudinem, ad modũ crucis,

cis, non autem diximus in præcedentibus, quod natura quælibet naturam amplectitur ſibi ſimilem: hæc eſt ergo cauſa, quare figurã crucis cæteris figuris prætulimus in hac parte, & ſi quæris aliquos ſubjicere ut tibi obediant tanquã ſervi ſuo domino hæc eſt figura. OIIXOOIL ver. I. Poſtea ſi fuerit homo, & noveris ſtellam dominantem in ſua nativitate, facies figuram illius hominis de minera quæ eſt de parte illius planetæ, in hora ſua, & ſic adſpiciens ad ſignum ſtellæ ſibi contrariæ in natura, & ſit cum ipſa in ipſo ſigno, & ſi ſit illa ſtella infortunata, poſtea ponat iſtam figuram quæ ſit ad primam OVI2LI ver. II.

Et ſi non fuerit iſta ſtella prædominans, faciemus ſeptem figuras, de ſeptem petris, quæ ſunt de natura ſeptem plantarum, & ſi ſint iſtæ de natura Saturni arſenicum denatura Jovis magnes de natura Martis rubinus de natura Solis alumen de natura Veneris, Mercurij lunæ chriſtallus.

Poſt de quolibet fiat una figura, in hora ſui Planetæ, & cum iſti lapides reſpiciunt crucem in oriente, videmus quod figura in natura animatur, & cum adligat ſe ſpiritus ad ctucem habet poteſtatem figura humana, ſupra figuram illam, ſive fuerit homo, ſive nõ homo. Poſtea accipimus thuribulum de minera illa de qua fecimus crucem, & ſit perforatum in ſummitate ne poſſit fumus egredi aliunde, poſtmodum accipimus lectum nitidum & mundũ non opertum: ſed ſub divo, & adſternatur herbis, quæ ſunt de natura ipſius Planetæ, cujus ſpiritum quærimus, & non ſit in illo loco aliud, neque longe, neque prope, & accipimus etiam ſuffumigia quæ ſunt de natura illius plantæ & ponemus in thuribulo ſupradicto & ſituetur, ut ſalire poſſit fumus directus per foramen crucis, & fiant omnia ſupra dicta in hora planetæ, cujus quærimus ſpiritum deſcendere: poſtea adligatur ſpiritus ſuperior ſuo ſimili, cujus exemplum eſt, quaſi cum accipimus duas candelas accenſas, quarum una extincta, de directo ſupponatur alteri non extinctæ, illa quod fumus ab inferiori aſcendat ad ſuperiorem, deſcendit flamma à ſuperiori ad inferiorem, & accendit eam, & eſt modus faciendi deſcendere ſpiritus. Cum ergo deſcenderit ipſe ſpiritus qui eſt anima, animalis ſive ſpiritualis, & invenerit corpus præparatũ, ut prædiximus, penetrat in ipſum, & adligat ſe animæ corporali, quia ſcilic. anima corporalis eſt occulta in quolibet corpore, propter ſimilitudinẽ unius iſtarũ animarũ, cum alia in natura. Si vero corpus non fuerit debitè præparatũ corrumpit ipſum & deſtruit, poſtea revertitur ad locũ ſuũ, & etiam oportet ut ſolvamus de corpore de quo facta eſt crux, cũ aqua æquali in naturis ipſius putrefactionis, quousq, ſe temperet ſua anima corporalis cum ſuo corpore: deinde illud ſuffumigamus cum ſuffumigio, ut adligetur illius corpus cum ſuo elemento, & erit cauſa eadem adligamenti in

corpore

corpore inferiori quousque adplicet se ad sui simile, & debes scire quod quilibet planeta habet dimidium finem,& dispositionē suam propriam:postmodum si ille cujus dispositionem quæris,habuerit etiam dispositionē generalem,erit effectus major& fortior:&scias quod non adligatur anima spiritualis cū anima corporali, nisi per modū similē: iste & illud est unū de maximis secretis, sed adligamentū animæ spiritualis cū spirituali,quæ est anima hominis, per istum modum fieri debet; quia cum Planeta prædominans cujuslibet nativitatis , disponit ipsum in hora adligamenti animæ cum suo corpore, cum vero mutatur corpus, de corporeitate ad spirituālem, ut si fiat corpus spirituale , deinde ad animalitatem, ut de spirituali fiat animale, adligatur anima cum suo elemento , & videt, & cognoscit quæ prius videre non poterat , nec cognoscere. Si autem planeta prædominans alicui nativitati, fuerit infortunatus, infirmabitur ille homo , quandiu prædominabitur vis ipsius corporis viribus ipsius animæ, vel etiam fuerint æqualia, sed postquam adquisivit anima prædominium supra suum corpus ex tunc & nocere non poterunt illa infortunia, nec accidet sibi ex hoc impedimentum: Posteaquam vero sciverit illud, accipiet indumenta quæ sunt in colore convenientia, & cibaria, & adsuescet se illis cibariis, donec stomachum suum faciat illa recipere, nec alia adpetat, adsuescatque paulatim, & paulatim, scilicet primo comedere semel in die: postea in duobus diebus semel: postmodum in tribus, donec pervenerit ad illud quod possit semel tantùm in octo diebus comedere absque tædio & fatigatione desiderij, & perveniet ad quæsitum: postmodum vero scias quod descensio spiritus est duplex: Prima est descensio suæ descensionis, & secunda obedientiæ. De prima dictum est sufficienter: descensio vero obedientiæ est promptitudo servitutis spiritus descendentis respectu ejus, ad quem descendit ad peragendum ejus voluntatem , sive explendum: & ex maximis secretis etiam quod homo sciat , quod omne grossum fit subtile , & omne grossum fit spiritus , & omnis spiritus fit anima , & subtiliatio sua dividet se in duo , videlicet in illud quod imitatur in aliam naturam , cum combustione ignis ac elementi , & in illud quod non commutatur per combustionem ignis , operatur tantum , & hoc secundum est quod quæsierunt Philosophi. Omnia enim quæ indigent sublimatione de rebus confectis sunt tria videlibet corpus corporale , primum minera cujus subtiliatio est de suo exteriore ad interius , secundum est corpus spirituale , id est planta cujus subtiliatio est de utroq; simul, tertium est animal cujus sublimatio est à suo interiore ad exterius si Deus voluerit.

Explicit Clavis sapientiæ Majoris.

PHILO-

PHILOCHEMICIS HELIO-PHILUS A PERCIS PHILO-chemicus. S,

AD asserendam veritatem artis chrysochemicæ (quanquam ea multorum impostura pessimè audit, & à prudentibus ac cætera doctis, quasi nulla esset, planè proscribitur) hanc disquisitionem instituere visum est, qua causæ aperiuntur ejus difficultatis, ac quid sentiendum sit, certis indiciis ostenditur, HELIA artis (quem vocant) in lucem producto. Itaq; patientem Lectorem huic disquisitioni aurem accommodabit, dum quid sibi Helias velit, perpenderit, ut metallorum transformationem rectiùs intelligat.

Constat inter eos, quorum sententia chymiæ adversaria est, nullos magis obniti, quàm Physicos & Theologos. Utrique quæ ex principiis & fontibus naturæ haùriunt, quibus efficere conantur transformationem metallicā partim ἀδύνατον esse, partim ordini creationis adversari, in progressu ipsius tractationis disputabimus. Quæ autem mere Theologica sunt, & cum principiis physicis parum aut nihil commune habent, ea paucis nunc præfando quasi delibabimus. Sunt autem ferè duûm generum: ab Exemplo & usu. Exempla singularium & universorum.

Prioris generis argumentum præbet hujusmodi.

Omnes scientiæ naturales ac licitæ notæ fuerunt Salomoni: Scientia artis chemicæ, quæ transformationem metallorum docet, Salomoni fuit ignota:

Ergo scientia artis chemicæ, de metallorum transformatione, nec naturalis, nec licita putanda est.

PRopositionis vis inde dependet, quod omnium mortalium sapientissimus fuerit Salomon, non solum recti judicij excellentia, & actione ac prudentia politica, sed etiam, quod de omni quæsito rerum naturalium & contemplationis physicæ disseruerit, à Cedro Libani usque ad hyssopum parietis, & de jumentis, volucribus, & de reptilibus, ac piscibus: unde Reges universæ terræ, & imprimis Austri Regina illa sagacissima (ut priscis olim Philosophis apodemicis usuvenit) ad eum audiendum accessit. 3. Reg. 4. 10. Itaque major propositio videtur ἀνέγκατος.

Minor multis probatur argumentis. Nam ex sacris literis perspicuum fit, (contra quam chymici nonnulli hallucinantur) Salomoni divitiarum affluentiam tantam, non quidem ex chymia, sed ex innumeris provinciarum locupletissimarum tributis, exactionibus, vectigalibus, Regiis donationibus & largitionibus constitisse:

constitisse : maximè verò ex auro Ophir Tharsis advecto. Nam præ auri copia argentum viluit, cujus tantum, quantum olim esset lapidum, Hierosolymæ suppetebat. 3. Reg, 10. Quod si hæc auri affluentia domi nascebatur, aut ullo artificio chymico parari poterat, quorsum foris quæreretur peregrinationis triennalis per maria periculo ? quorsum pretio animarum redimeretur pretium terrenum, quod domi gratis habere liceret ? Sic enim 2. Paralipom. 20. legimus, naves attritas sub Josaphat divina ultione. Consequens igitur, Chymiam Vanam esse, ac proinde nec naturalem, nec licitam. Respondemus ad majorem propositionem, eam ἁπλῶς admitti non posse, sed cum conditione esse intelligendam. Pendet enim à circumstantia optionis & Voti, quo Salomon nec gloriam, nec divitias, nec inimicorum animas sibi, nec longævitatem postulavit, sed moderandi populi Sapientiam. Etsi igitur ei Deus ad sapientiam ultrò etiam gloriam & divitias adjecit, quantæ Regum nulli contigere: tamen longè est diversa sapientiæ ejus donatio, ac divitiarum adjectarum. Illa enim non studiis disciplinarum & institutione parta, sed planè θεόδοτος fuit, & extra communem rationem collata. Divitiæ vero communi ditescendi more adjectæ, ex exactionibus & tributis, & auro cum Rege Hyram aliunde importato. Quod si verò divitias postulavisset Salomon, loco Sapientiæ, quis non videt, Deum singularem ipsi monstraturum fuisse parandatum opum viam, peræque ac exsorti Sapientia eum ornavit ? Itaque argumentum non tam diluitur, quàm retorquetur. Hinc enim apparet esse aliquem concessum modum, & Deo non adversantem ditescendi rationem, quâ aurum & argentum non more communi, sed per scientiam exsortem, θεόδοτον, non Diabolicam, multiplicari possit, licet Salomoni, si respicias conditionem ipsius voti, hæc scientia atque exsors ditescendi ratio perinde fuerit ignota, atque hodie pauciſſimis est pervia. Atque hinc suspicari licet, cur de fossilibus, & rebus metallicis, sicut de vegetabliibus & animalibus expresè disseruisse non legatur. Cui verò sit dubium, Dei munere exstare exsortem scientiam rerum metallicarũ talẽ, quà & aurum & argentũ multiplicari, non certè contra ordinẽ, sed ex ordine naturæ, æquè possit, atq; multiplicatio solet fieri in vegetabilibus : quæ ratio si cui ab ipso Deo immediatè sive per homines patefacta fuerit, is rectè illam, naturæ vestigiis insistens, pertractare poterit. Quicquid enim extra naturæ ordinem & motum suscipitur in hac arte ultro vanum & inconcessum esse ipsimet agnoscimus, & ultro talia aversamur ac detestamur.

Occurrunt verò hîc nonnulli & ajunt non posse nos addere cubitum ad staturam nostram, nec capillum unum album aut nigrum facere, ut est Matth. 5. & 6. Luc. 12. Si igitur quod minimum

mum est, non possumus præstare, quomodo transmutabimus metalla? Responsio facilis est: Hæc quò ad nostram voluntatem sic dici, nempe, quod jurando per caput sollicitéve cogitando nihil tale ex potestate & viribus propriis facere queamus: interim medicamentis naturalibus nihil vetat ex atris capillis facere albos: nō contra, sed ex ordine & viribus naturæ ipsius, ut lippis & tonsoribus notum est. Simile huic est, quod nonnulli dictitant Deo chymistas adversari, qui quæ in suo ordine & juxta suam speciem perfecta creârit, ipsi velint in genus melioris transmutare. Verùm eadem ratione non licebit pyris poma inserere, aut sylvestria in cicuria traducere, aut fructus exossatos arte producere, aut ex verme bombycino papilionem elicere, & quæ sunt id genus varia naturæ arcana. Nos nihil hîc contrà ordinem naturæ tentandum esse, iterum atq; iterum profitemur. Quod si natura ipsa proprio suo motu metalla transmutat, ut ferrum in cuprum, ligna in lapides, &c. Quid nî licebit etiam artificio, naturæ æmulo, corrumpere formam unius metalli, & per naturæ motum ac debita media, pretiosius ex viliori metallo producere? quâ de re postea.

Alterum argumentum ab exemplo est universale, idque hujusmodi.

Si chrysochimicum artificium aliquod esset, quo rectè ditescere liceret, aliquod ejus vestigium in scriptura, aut in tota Antiquitate extaret.

At nihil tale extat. Ergò, &c.

REspondemus Scripturam non ideò datam nobis esse à Deo, ut in specie doceat, quinam modi ditescendi sint liciti: Sed in genere satis esse eam tradere: Nihil sine labore parari: nihil sine benedictione Dei (quod plerique chymistæ plus satis experiuntur) Neminem scienter esse defraudandum. Nec media cum lege Dei & charitate pugnantia esse tentanda: Deniq; non usum & possessionem divitiarū, sed abusum, & mentis depravationem damnari, ut pernicioſa & Deo adversa, &c. Tale quidem cum nihil in naturalem chymiam per se cadat, quod cum scriptura pugnet, certè à legitimis ditescendi modis excludi nequit, licet in specie nullo scripturæ exemplo, vel documento fiat evidentior: imo licet Patriarchæ & cæteri, qui fuerunt divites, non ex chymia, sed aliunde ditati fuisse legantur. Atque idem sanè de tota Antiquitate dici potest. Etsi enim nullum prorsus extaret chymiæ documentum vel vestigium, tamen non efficeretur, nullam propterea esse ac fuisse artem, vel propterea eam fore per se illicitam. Itaq; totum connexum est infirmum Sed respondebimus tamen ad minorē. Quum Scripturæ studiosè adhibeant non solum similitudines metallicas, sed ipsi Dei servi res metallicas, insuper & gemmarias tractârint, satis apparet, studium earum rerum, quatenus ductum naturæ

turæ sequimur, non posse in quoquam reprehendi. Quod ad similitudines, certè D. Paulus 1. Cor. 3. de auro, argento, & pretiosis lapidibus agit, quæ non exuruntur. Manent enim in igne, omnibus aliis in fumum abeuntibus metallis, ligno, fœno & stipulis, nomine combustibilium rerum propositis. Quam quidem similitudinem à fulminatione per plumbum factam, sicut & Esa. 1. de exploratione monetaria, cùm *Excoquam*, inquit, *ad purum purũ scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum*; quamdiu Theologi non intelligunt (ut & alia ejusmodi loca plurima) inter sacrum, ut ajunt, & saxum hærent. Quid verò de Mose dicendum, omni sapientia Ægyptiorum erudito, Heb. 7. licet majores arbitratus sit divitias, probrum Christi, quàm Ægyptiorum Thesauros, Heb. 11. Nam veteres testantur (ut auctor est Suidas) ad Diocletiani usq; tempora Chrysopeiam inter Ægyptios fuisse celebrem: & ut refert Augurellus imperio Romano Diocletianum ex arte illa metuisse, an Sybillinis monitis nec ne, parum compertum habemus. Licet autem quoad chymiam in specie de Mose nihil constet, tamen æneum serpentem jussu Dei & fecit & fudit: aureum verò vitulum jussu Dei combussit & contrivit, usq; adeo, ut inspersum aquæ, populo bibendum propinârit, Exod. 32. Quod an ulli uspiam aurifices hodie præstare possint, ut aurum combutendo fiat potabile, ipsi viderint. Jam verò Reges Christum adorantes, & *Aurum, thus, myrrham, Regiq́, hominiq́, Deoque* offerentes, non frustrà Magos, nempe naturales, donorumque suorum scientes & gnaros fuisse constat, sicut & Arabes hac ipsa scientia Chrysochymica leguntur præditi, quorum nonnulla adhuc extant monumenta. Sed inquies, nihil hæc ad Rhombũ, necdum liquet de transmutatione metallica. Age, igitur, vel ex S. Scripturis aliquid promamus, tincturæ Philosophorum non absimile, unde constet aliquid auro pretiosius extare, aurificæ tamen naturæ. Habetur Apoc. 21. v. 18. *urbem sanctam fuisse aurum purum, similem vitro puro*: quæ per similitudinem dicta, summam excellentiam gloriæ cœlestis Hierosolymæ denotant. Hinc tale deducitur argumentum: Si urbs est aurum, & eadem est pellucida ut vitrum, Ergò quiddam quod est substantiæ & naturæ aureæ, est pellucidum instar vitri, idque summum apicem glotiæ denotat. Antecedens verum est, ergo & consequens; nisi velimus Spiritum Sanctum à rebus variis, puerilibus, & commentitiis similitudinem pretiosissimarum & verissimarum rerum desumpsisse, quod absit. Tale autem aurum pellucidum ut vitrum, quod gloriæ summum splendorem exprimat, & in sola tinctura Philosophorum extat & à Paracelso ita describitur, Metam. suæ 9. *Nostra tinctura rubea*, (inquit,) *quæ in se astra auri continet, est substantia fixa, incorruptibilis essentia, summa rubedinis,*

cujus pulvis croci instar, sed toto corpore instar rubini, fusibilis, in modum resina, translucida instar chrystalli, fragilis ut vitrum, & superabundantis ponderis. Ne quis igitur ha
ad vitrarios, aut vulgares aurifices, qui aurum vitrificato purp
rant colore, referat, omnes velim apicem gloriæ attendant, q
in scriptura hoc loco exprimitur, & per consequens nulla alia n
quâm aurifica illa superabundanti & clarificata tincturæ rube
substantia fixa adumbrari intelligent. Itaque cum in hac re nih
præter naturã inquiramus, & omnia metalla alia aliis citiùs in ign
evanescant, & propriè solum aurum in igne durabilissimum sit, a
proinde perfectionis metallicæ simplicis terminus: licebit sanè
minus perfectis ad perfectiora contendere, adeoque ad summa
pulveris philosophici claritatem, in qua non est perfectio simple
sed multiplicata viribus, qualis est in tinctura rubea, sive aurea ill
substantia crystallizante, ac omnia imperfecta perficiente, nem
pe ex Mercurio Naturæ & semine aurifico conflata, Via univer
sali. Meritò igitur negamus conclusionem, quâ infertur artificii
chrysochymicum aut nullum aut illicitum esse, non tantum pro
pter majoris propositionis imbecillitatem, sed etiam propter sub
sumptionis ignorationem, ut jam declaratum est.

Restat ut ad usum accedamus: unde Theologica prom antu
argumenta hujusmodi:

Nemo potest servire duobus Dominis, Deo & Mammonæ.
Ergo Christianis non licebit operam dare chrysochymicæ.

REspondeo, hæc simpliciter inter se non opponi, sed respectu
abutentium, & quatenus duo hæc inter se sunt contraria. Na
alioqui nullis Christianis liceret esse divitibus. Non igitur possu
mus servire Deo & Mammonæ, tunc, si demergimus animum &
cor ad thesauros corruptibiles iis fisi: si malis & iniquis in proxi
mum artibus opes cumulamus: si denique malè parta, malè
possidentes, dispensamus pessimè, qui mos est hodie toto mundo
vulgarissimus. Hinc Apost, 1. Tim. 6. *Qui volunt ditescere*, in
quit, *incidunt in tentationem & laqueum, & cupiditates a
mentes & damnosas, quæ demergunt hominem in exitium &
interitum. Siquidem radix omnium malorum est pecunia:
quam quidam dum appetunt, aberrarunt à fide, & seipsos
transfixerunt doloribus multis.* Hæc vulgo usuveniunt; multis
etiam pseudochymistis causa fuerunt, cum secreta Naturæ per se
indagare non possent, ut sese dederent malis artibus, aut etiam il
licitis & diabolicis mediis se ista adepturos sibi pollicerentur, quo
rum finis est juxta opera illorum. At idem tamen Apostolus nõ
omnem divitiarum usum tollit, aut omne studium parandi opes
ex benedictione Dei impedit: Addit enim: *Iis qui divites sunt
in hoc seculo, denuncia, ne efferantur animo, neq; spem po-*

nant

nant in divitiis incertus, sed in Deo vivo, qui præbet nobis omnia copiosè ad fruendum & cætera quæ sequuntur

Rursus instant, & verbis Salomonis nos urgent, sic orantis; *Mendicitatem & divitias ne dederis mihi, tribue tantùm victui meo necessaria: Ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis est Dominus?* Proverb. 30. &c.

Ergò nec nobis divitiarum affluentia per chrysochymiam parta poterit esse utilis. Respondemus non quidem nos Salomone esse prudentiores; & illis ipsis divitiis abusum esse scimus Salomonem, quas ei Deus supra omnes Reges, communi ratione divites, concessit: adeo efferus & procax est humanus animus: Interim tamen abusus non usus illis verbis taxatur; & scimus in Deo gloriatos esse Patriarchas opibus sibi datis; & ista non secus esse, quàm ut cuique est animus. Sed & certis de causis factum credo, ut in commune fidelibus chrysochymiâ antehac nondum innotuerit, sed in Ægyptiorum ac infidelium manibus ferè hæserit. Animadvertendum tamen est, distincta esse tempora; & sicut Apost. 1. Cor. 7. inquit: *Hoc autem ajo fratres, quòniam tempus contractum est in posterum; ut qui habent uxores sint ut non habentes; qui flent ut non flentes; qui gaudent ut non gaudentes; qui emunt ut non obtinentes, & qui utuntur mundo, ut non abutentes*: Ita pro diversis casibus aliter atque aliter hæc contingere posse statuendum est. Certè Paulus ipse Phil. 4. *Novisse se dicit deprimi; novisse item abundare, initiatum ubique & in omnibus esse, & ad saturitatem, & ad esuritionem, & ad abundantiam, & ad inopiam.* Et Dominus noster Jesus Christus, qui propter nos pauper factus cum esset dives, ut nos illius paupertate ditescceremus; nempe divitiis spiritualibus (2. Cor. 8.) in casu necessitatis sublevatus est thesauris Magorum, profugus in Ægyptum, & postea à piis matronis & mulieribus in reliqua vita. Quid ergo vetat piis idem contingere, ut exsorti aliqua ope subleventur per artificium Θεόδοτον Chrysochymicum, quo tempore Catastrophen Tragædiæ claudet Antichristus? Sed de his in progressu dijudicationis & disquisitionis Heliæ nonnulla dicentur. Negamus igitur Chysochymicum artificium homini Christiano per se illicitum, aut non naturale, adeoque nullum esse, quod fuit demonstrandum.

Hæc paucis prælibata volui, Lector amice, ad eorum retundendas voculas, quas multi per inscitiam spargunt, ne per livorem dicam, de rebus incompertis judicium, ut cæci de coloribus ferentes. Tuum erit quidque rectissimum sequi, & compertis incompertis non anteferre,

Vale.

NOVA DISQVISITIO
DE
HELIA ARTISTA THEOPHASTEO,
Super metallorum transformatione, &c.
Auctore
Heliophilo A Percis Philochemico.

HILIPPUS Bombast Eremitanus ille Helveti
qui se Aureolum Theophrastum (fortè more Aca
mico, atque ab arte quam factitavit) & quidem
racelsum, ut conjectura fert, gentilitio nomine
Germanico **Hohenheim** ducto, nuncupat, prim
(quod sciam) Heliæ cujusdam artistæ post se venturi, in libris s
mentionem facit, quos de chymia & rebus mineralibus, sc
psit; qui quidem Helias nobis sit occulta patefacturus, sicut & A
xander à Suchten succenturiatus in suo de secretis Antimonij
bello eidem adstipulatur, scribens, libros chymicos per Helia
qui venturus est, nobis aperiendos esse.

Hac occasione ductus Disquisitionem de Helia artis & m
tallica metamorphosi instituere volui: Nempe, quidnam Hel
nomine Spagirus significet: Quæ tempora ei assignet; & qu
inde emolumenti sit sperandum. Deinde productis adversus H
gelij & Peretij Jesuitarum opiniones, rationibus & experiment
ostendemus, non omne, quod veteri proverbio dicitur, oleum
operam perdi, quod in studium Chrysochymiæ impensum fuer

Etsi autem, quod ad Heliam Theophrasteum attinget, disqu
sitionem tantum ejus molimur: tamen interponere judicium no
dubitamus, ubi Theophrasti authoritas vacillat, aut nobus susp
cta est. Interim quæ naturæ consentanea, & multorum experie
tia, multoque usu comperta ille profert, quatenus fidei non ac
versantur, accipimus: ipsum fato functum divino committimu
judicio, nec nisi cautè & cum judicio legendum arbitramur.

Quod igitur ad Heliam artificem attinet, bifariam ferè de e
Theophrastus in suis libris loquitur: Semel in genere, ut libro d
Mineralibus c. 8. cum de vitriolo in hæc verba scribit: *Quod v*
lùs est Deus patefieri, sinit, quod autem majoris momenti e
(nempe transmutatio in aurum) *vulgò adhuc lateat, usq; ad He*
lia artista advenium (quædam Exemplaria habent, *usq; ad ar*
tem Heliæ, quando is venerit.) Quibus explicationis ergò addi
Æquè enim artes Heliam habent, ac de cætero intelligitur
Hæc ille, quæ indefinitè & generatim dicta, nemo non ad perio
dos temporum referenda intelligit, quibus ad suam ἀκμὴν sive flo
ren

n & maturitatem omnia perveniunt. Itaq; de naturæ abſcon-
is,& artium arcanis perinde accipienda videntur,atque in Evan-
lio de Evangelio Dominus & Servator noſter ait: *Nihil eſſe*
m abſconditum, quod non ſit retegendum; Et Evangelium
gni omnibus gentibus in toto orbe annunciatum iri, ipſum
ſtimonium, & tunc fore finem. Nam ut is eſt Helias Evange-
us cujus virtute & ſpiritu reſtituentur omnia, qui in præcurſo-
Domini, Joanne videlicet Baptiſta, à quo promulgatum Evan-
lium, jam tum quidem venit & emicuit; ſed in fine mundi idem
nge largeque in ſpiritu coruſcabit: ita ad eundem modum no-
s PARACELSUS chymicarum artium Heliam quendam depin-
t, quarum occulta in apertum ſit prolaturus, quando illæ ma-
no quæſtu vigentes paſſim florebunt, quæ nunc radices agunt,
ua de re poſtea. Iterum Paracelſus de iſta Helia artium definitè
in ſpecie loqui deprehenditur, generaliùs dictum ad hypotheſin
ferens, & uni ferè ſingulari homini accommodans, non ut ſigni-
cationem generalem tollat, ſed ut doceat collectivum illud no-
men Heliæ ad certum usque individuum propagari, κατ' ἐξοχήν.
icut enim Ciceronis ſeculum aureum fuiſſe dicitur, quo Linguæ
atinæ puritas, elegantia, nitor, ad ſummum maturitatis & ve-
uſtatis apicem pervenit, quæ tamen in uno Cicerone præ cæteris
ires ſuas explicavit, & quaſi cumulo univerſas naturæ opes in eo
rofudit: ita ſi quis Heliam Latinæ Linguæ tum emicuiſſe dicat,
oc eſt tempore Ciceronis in quàm plurimis, in ipſo verò Cicero-
e præcipuè, nihil inquam è ſententia Theophraſti diverſum in re
iverſa dixerit.

Heliam igitur, artium, ac præcipuè chymiæ, ſic proponit κῆ ἐνα
bris Mineralium, Tractatu primo: *Verum quidem* inquit, *eſt,*
ulta in terris adhuc latent abdita, quæ juxta cum aliis ig-
oro. Nam hoc ſcio DEUM *deinceps mirabilia multa patefa-*
turum, & multò plura in lucem productorum eſſe, quàm an-
ehac nobis omnibus cognita fuerint. Hoc iterum verum eſt:
Nihil eſt abſconditum, quod non ſit retegendum: Ideo poſt me
veniet, inquit, *cujus magnale nondum vivit, qui multa re've-*
labit. Hæc ille μαντῶδης de certo ac ſingulari quodam homine.
Eadem cap. 4. Tincturæ phyſicæ explicare videtur, cum inquit:
Horum arcanorum adhuc plura ſunt, quæ transmutationem
efficiunt, licet perpaucis ſint cognita. Nam etſi cuipiam à Deo
patefiunt, laus tamen & præconium eorum non ſtatim in vul-
gus percrebeſcit, Deo cum arte prudentiam alios celandi præ-
ſtante, usq; ad Heliæ Artiſtæ adventum. Tunc enim patefiet,
quicquid eſt reconditum. Quin imò tunc aureum, & gratiæ il-
lud ſeculum pollicetur, cum dona Spiritus adeo luculentè ſeſe ex-
ſertura aſſeverat ut ab omni ævo tantum ſcientiæ & ſapientiæ ne-

get auditum fore: qua de re postea. Mirum sanè hominis aug
rium, presertim de quodam uno homine singulari post ipsum ve
turo, cujus, ut inquit, magnale se vivente nondum vivat, hoc e
qui in rerum natura nondum extiterit. Fac enim in genere illu
verum esse ut stato tempore & Heliana periodo in lucem proc
tura sint, quæ vulgo adhuc latent: imò quæ nunc Ægyptiorum
ferè spolia sunt (ita enim appellare, istorum manibus nunc co
cluta, placet) eadem ad veros Israelitas devolvenda esse, & ad ve
ros naturæ magos, qui ut olim Christo, sic eidem nunc in suis f
delibus profugituro in Ægyptum, aperturi sint thesauros suos: u
de tamen ista peculiaris Theophrasto futurorum denunciatio
unde & à quo spiritu profecta personalis designatio? An ut *in pro*
gnostico Theologico Adamus Nachemoser (ita sonat inscriptio
reformatorem quendam : quem mundi septimum ille numerat
part. 4. lib. 4. c. 6. ab anno 1590. certò & sine exceptione spiritū He
liæ gestaturum asseverat: ita quoque consimiliter suum Helian
Chymicarum artium, & naturæ magistrum nobis prædicit Theo
phrastus, natura line sagacia, & apprehensione mentis, præser
tim pulvere lapidis & tincturæ physicæ perpurgatæ? an prgnosti
catione quadam syderali & influentia cœlesti? an peculiari afflatu,
nescio quo cujusve spiritus? Possent ex Paracelso & Suchteno
plura in hanc sententiam vel disquiri, vel differi: Sed quia mihi
nec probantur, & de incompertis judicium temerarium est, illa li
bens prætermitto.

Transeamus ad alteram Quæstionis partem, in qua tempus Helianum explicandum, & ejus emolumentum. Distinguit Paracelsus seculum, quo ipsemet vixit, ut profitetur, Arcanorū monarcha, à seculo post ipsum venturo: quorum prius intermedium; postremum hoc aureum & gratiæ & ultimum vocat, in libro tincturæ physicæ (Frustra enim sunt, qui hos tractatus Theophrasti esse dubitant) Quinquagesimo igitur octavo anno ipsius Theoriam fore in flore ajt: quo tempore ei omnes sint adhæsuri, & in natura pervestigandis arcanis ipsius secuturi vestigia. Praxim item consecuturam admirandam operibus & signis, ita ut in vulgus passim atque infimam plebem abeat, & probetur. Hæc ille. Quæ in quinquagesimum octavum annum non seculi, quo ipse vixit, sed subsequentis (isto nempe millesimo sexcentesimo) eventura prædici apparet ex libris Mineralium, cap. de Vitriolo, ubi & de suo seculo, & de subsequenti in hæc verba scribit: (excessit enim ex hac vita anno Domini 1541.) Longè, inquit, *Satius esset etiam hac hora sive nunc temporis hisce rebus operam dari* (nempe arcanis naturæ) *quàm indulgere ebrietati, scortationi, atque alterius modi nequitiæ. Sed nunc ita fert tempus, ut scortationi incumbatur, tantisper donec tertia pars mundi occi-*

eidatur gladio; altera abſumpta peſte: tertia ℣ix reſidua. unc in locum ſuum atq; in integrum res reſtituetur. Sed out nunc res ſeſe habent, fieri id nequit. Etiam ordines in- rire neceſſe eſt, & penitus è mundo tolli, alias fieri identidē equit. (Hæc pericope in exemplari Colonienſi in quarta forma dito, ab Arnoldi Birkmanni hæredibus anno 1570. abeſt) *Tunc ero*, inquit, *aureum erit ſeculum, tunc homo ad ſanum intel- ectum perℊeniet, ℣ℓℯtq; humano more, non pecudum ritu, ec inſtar porcorum, neque in ſpelunca, puta latronum.* His rotaſis, Epitaſis, & Cataſtrophe Theophraſtea, quò ad tempus Helianum, conſtituitur.

Protaſis eſt in ſeculi ſui moribus, quibus, non modo fit, ut naturæ arcana negligantur & à Deo plerisq; ſubtrahantur, juſto judicio: Sed etiam quod eò gravius (per ſceleratam videlicet vitā) malum accerſatur, internecionis nimirum tertiæ partis hominum, ut Epitaſis docet. Hinc in libris Mineralium cap. 7. cum de Sulphure Paracelſus ageret, *Niſi*, inquit, *contra Deum eſſet (ſic ſentio ne quiℊis diℊes ſit; Nam noℊit Dominus cur caudam caprа non promiſerit) compendio multi juℊari poſſent: ſed quia opulentia pauperem ſeducit, ab eo humilitatem & modeſtiam aufert, in nebulonem eum transformat, ſatius eſt tacuiſſe, & tales in paupertate dimiſiſſe.* Hæc ille. Sic nos ipſi vidimus, cum aliquoties in particularibus (quæ vocant) fructuoſum aliquid operatione chymica, productum eſſet: tamen eundem artificem idem opus rarenter reparaſſe, an ob materialium diverſitatem, an ob cœli inclementiam, an ob vaſorum inæqualitatem, an propter ignis moderationem (qua in re plurimum ſitum) an verò quod non viſum eſſet Deo plantatis & rigatis incrementum dare? Solus enim pro infinita ſua ſapientia Dominus etiam minimos naturæ motus regit, ut vel effectum ſortiantur, vel diſperemant. Non eſt igitur ut inficias eamus ſuæ cuique fortunæ fabros eſſe, ut hæc in vulgus conducant.

Quid de Epitaſi dicendum? cum tertiam partem hominum prius occidendam prædicat Theophraſtus, antequam hæc vulgentur & paſſim innoteſcant? Sanè ſi vel exſibilandus ſit Theophraſtus ne ejus auguraciones attendamus: tamen, ut ex Sacris Literis apparet poſt cladem ingentem piorum, qua mors & infernus (quæ ſunt portæ inferorū) quadrantem terræ occident gladio, fame, peſte, perque terreſtres feras (ut eſt Apoc. 6.) quando jacebunt corpora ſanctorum, ac præcipuè Eccleſiæ teſtiū in urbis magnæ plateis, quæ ſpiritualis eſt Sodoma & Ægyptus. Apoc 11. finito nempe illorū teſtimonio ſub deſinentis beſtiæ tempus. Tunc interibit tertia pars hominum. Solventur etiam Angeli alligati ad veteris Romani terminum Euphratem, parati ad horam, diem, menſem,

menſem,& annum, ut occidant tertiam partem hominum (nempe impiorum) Apoc.9. Sanè, ſi qua eſt, hûc referenda videtur Theophraſtea illa ordinum abolitio, id eſt ordinum beſtiæ, non Magiſtratuum & principum piorum, ſed quatenus beſtia plena eſt nominibus blasphemiæ, quæ ſicul cum pſeudopropheta exuretur igne viva, ut ante Johannem ſanctiſſimus prophetа Daniel diſertis de beſtia verbis teſtatur, c.7. Tunc nimirum res in integrum reſtituetur. Tunc enim Eccleſiæ facies renovabitur,& regna mundi ſubjicientur ſceptro Chriſti? Judæis etiam ad fidem converſis, ut ante hanc diſquiſitionem alibi nobis teſtatum eſt.

Atque hûc Theophraſtea Cataſtrophe quoque pertinere poſſe videtur, qua dicit, tunc futurum aureum ſeculum, quando homo non belluino more vivet, inſtar ſuûm, & in ſpelunca latronum & uſurariorum, ſed ut hominem decet. Huc enim Paracelſica temporum diſtributio quadrat, licet neſcio quo Spiritu ab ipſo prædicta & ad ἀκμὴν Heliæ Artiſtæ ab ipſo relata ſit: quando ipſius Theoria cum Praxi florebit, & paſſim, ut ait, in vulgus diſpergetur. Proinde ſatis animadvertimus, quid cauſæ ſit, cur in vulgus haud quidquam fere hodie perveniat ex chymia, quod alicujus ſit momenti: licet omnia non ſolum plena ſint librorum, ſed inter Chriſtianos & Mahumetiſtas nihil frequentius paſſim exerceatur atque ars chymica, adeo nullus orbis angulus redolet fumis chymicis! Quid igitur? omnis ne ſpes ſublata? & ante Helianum illum temporis articulum non licebit per Theophraſtum arti chymicæ ullis vacare, niſi penitus & ſe & ſua perditum ire velint? Non ita Theophraſtus. Nam etſi nihil invidentius eſt hoc hominum genere, nihil magis varium & fallax: tamen in libro Tincturæ Phyſicæ aperte idem ſcribit, Non ſolummodò ultimum ſeculũ gratiæ & aureum ſibi adhæſurum, cum iſta in vulgus paſſim celebrabuntur: ſed etiam tunc intermedio ſeculo promovendo ſe hæc ſcribere ait, quò veritatis amantibus uſui & ornamento eſſe poſſint. Et in Manuali lapidis Philoſophorum diſertis verbis ait: *Quæ nunc ſcribo, ita ſcribam, ut Aſtrales diſcipuli ea percipere poſſint, ijsque uti & frui, & de ijs gloriari.* Et addit, *Hæc etiam alterius diligentia, quem diſcere non pudet, percipi poſſunt, cum ita gravia non ſint, quin labore & induſtria percipi queant.* Hæc ille. Quæ ſi attendantur, apparebit Theophraſtum non huic ſolum rei natos Aſtrales, quos Suchtenus videtur Mentales vocare, verum etiam alios, labore & induſtria, quibus carbones (ut alibi Theophraſtus loquitur) non ſordent, & qui experiendi cupiditate flagrant, poſſe iſta utcunque conſequi, quorum in numero profiteri me nomen hactenus quid vetat, quatenus ex officio, & Naturæ legibus, & charitati Dei & proximi hæc non repugnant?

Sed

Sed missō Heliâ Theophrasteo, cujus exquirendi causa ista solùm attigimus: (fides enim penes auctorem esto) nos jam tertio & postremo nostræ Disquisitionis loco contra eos contendemus, qui transmutationem metallorum vel fieri posse negant, vel ordini creationis adversari, tanquam si potentia Dei attentaretur, affirmant. Gravis accusatio, si vera sit. Sed præcipites ejusmodi censuras, rationibus, & ad oculum propositis demonstrationibus, hoc est, experientia, quæ, ut dicitur, etiam stultorum est magistra, refellemus: In cujus rei fidem syncerè antè omnia profitemur nos nihil hîc nisi naturalibus mediis attentare, cum sine motu naturæ ars tota sit inanis, & naturæ artifex duntaxat famulus & minister existat nihil ad eam de suo addens. Petimus ergò primò ne præjudicio premamur: deindè ne (quod in omni scientia fieri consuevit) illotis manibus, & ἀναλφάβητοι lectores, hoc est, rerum mineralium prorsus imperiti, & criteriorum metallicorum expertes, hûc accedant, ne vel in judicando se ipsos fallant, vel in reprehendendis aliis suam prodant ignorantiam & livorem, cum proprie artifices de arte & judicare possint & debeant, ut vetus habet proverbium.

Principio igitur citrà ambiguitatem de his judicare volentibus ab aurificibus & æstimatoribus argyrocoporum & metallariis discendæ sunt solennes illæ probæ & examina, quibus aurum & argentum à reliquis metallis secerni, & re ipsa sequestrari solet. Nec enim Lydius lapis hîc sufficit, & in operibus Sophisticis imponere potest, si non alia accedant ad affricatum colorem criteria. Proindè & principatus & Respublicæ omnes plurimùm debent non tàm Guardinis & aurificibus, qui examina hæc usurpant, ne falsa nummorum & æris non cusi merce adulterina simpliciores circumducantur, quam ipsis horum examinum inventoribus, qui quidem rerum mineralium peritissimi fuerint necesse est, quando & causas harum rerum investigare oportuit, & experientia probari, quod sine negociatione chymica fieri nequivit. Itaque non omnes Alchymistæ semel in universum sunt proscribendi, licet impostoribus, & circulatoribus (hoc est cakchymistis) non sit patrocinandum: cum non parum inter hos & veros naturæ indagatores & philosophos intersit, quod & in ipsa medicinali facultate satis superque comprobatur.

Primum igitur Criterium est ignis Cineritii, quod & fulmen dicitur, & probatio per plumbum. Quæ quo severior sit, sumantur cineres ex solis ossibus cõbustis ad albedinem: aliàs verò tertia ex ossibus, binæ verò partes ex cineribus vulgaribus per lixivium defecatis & exustis denuo, & caveatur ne ossa suilla subintrent, quæ omnia corrumperent. Omnia autem subtiliter trita per setaceum transeant; postea insperſa aqua tantisper humescant,

ſcant, ut vel in modellis (quæ & mortariola vocantur) catilli, quæ & capellæ, per ſe, vel paropſides in vaſis teſtaceis fiant, & probè levigẽtur, deſuper impacto piſtillo ad id formato. Sed hæc neceſſe eſt ab experienti demonſtrari. Poſtquam igitur interjecta hora una atque altera, ſuper impoſita tegula, ut vocant, incanduerint in fornacula, imponatur duplum plumbi, vel triplum vel quadruplum, ratione materiæ, quæ imponitur & quæ probanda eſt, idque ſenſim. Nonnunquam quindecim pondera plumbi adhibenda ſunt, in extremis examinibus, ſi alia ratione edomari & quicquid eſt auri & argenti à cæteris metallis & ſcoria ſecerni nequeat. Ita fiet, ut cum plumbo reliqua metalla exurantur, & in fumum abeant, ac ſcoriam ad exteriora propellant, auro & argento ſolis reſiduis, quæ propterea quod in igne ſola perdurent perfecta dicuntur, reliqua verò imperfecta, ex fixo vel non fixo ſulphure, ut poſt intelligetur, &c.

Altera probandi ratio eſt per aquam valentem ſive fortem, quam vocant quartationem, eo quod quatuor vel minimum tribus partibus argenti opus ſit, ſi quarta pars auri cum argento mixta ritè ſit inde ſeparanda per aquam fortem. Quod ſi minus argenti fuerit, aqua fortis (niſi modum excedat probationis) id non ſolvet debitâ ratione: ſi plus quatuor partibus argenti fuerit, ſolutionem promovet, ſed aurum ferè lancinat. Fiat ergo aqua fortis ex una parte vitrioli calcinati, altera crudi, tertia ſalis nitri; Hæc ferè communiſſima eſt ratio. Poteſt tamen tantundem ſalis nitri ſumi, quantum eſt vitrioli, quæ erit tantò fortior: niſi fæcum pars adjiciatur ex aqua forti, jam ante ſemel facta, quod caput mortuum vocatur. Sed his de rebus editi ſunt libri à monetariis, aurifabris & metalliſtis: quo ablegamus lectores, inprimis ad Georgij Agricolæ de re metallica librum 10. Cum hæc committerentur prælo incidimus fortè in eruditiſſimos Libavii viri clariſſimi libros, qui omnium facile princeps eſt etſi nobis antehac ignotus. Is abundè omnia præſtat. Aqua fortis habita purgetur ab omni fæce: nempe ſolvendo argenti drachmam in ſemuncia aquæ fortis in ampulla vitrea levi calore ſuppoſito, quæ diſſoluto argento mox injiciatur in reliquam aquam fortem, ſive una, ſive duæ libræ fuerint. Fiet hæc inſtar lactis alba & turbida: mox reſidendi ſpatium detur per noctem, & aqua erit clarificata, omni fæce ad fundum vaſis depreſſa. Hac utimur ad ſeparandum argentum ab auri ramentis, ſuppoſito calore ampullæ vitreæ, ita ut unciæ metalli in tenues bracteolas extenſi & convoluti, more Cylindri, ſuperfundantur unciæ duæ aquæ fortis: reſidebit, ſi ferè quarta pars auri argento permixtâ eſt, in fundo integra: ſin minus plerunque ramenta & nitellæ pulveris nigri ſpeciem referent, quæ exemptæ aqua tepida ſunt eluendæ & poſtea igniendæ in crucibulo, auro ſeſe, quale eſt,

ſubji-

subjiciente visui, quod exemptum affricetur coticulæ probatoriæ, aut fundatur. Sed hæc non est nostri instituti longius persequi, cum unde peti possint ostenderimus.

Tertia aurificum vulgata ratio est per Antimonium faciendi Reguli ex permixtis cum auro metallis, unde eliciunt aurum purum, si impositum catino per prunarū superinductam flammam, juvante folle, mundetur, quoad omne stybium sive Antimonium evaporaverit. Residuum per aridas vini fæces & Halinitrum reducitur.

Ultima probandi auri ratio, & quicquid fixum non fuerit, separandi est Cementum regale cum lateribus minutissimè tritis, quantitate dupla ad reliqua, & sale pisto, & vitriolo calcinato ita ut stratum super stratum fiat super laminas sive bracteolas tenuissimè extensas tigillo vel catino fornaculæ impositio, & probè lutato. Ignis tandem carbonum excitatur, ut crucibulum post calefactam fornacem continuò rubeat, ita tamen ut laminæ ne fundantur nimia ignitione, quod ad aliquot horas solet continuari, tres quatuorve, unde affinatur aurum,

Hæc specilla & criteria internoscendi auri argentique (quæ sola in igne manent) propterea perdiscenda sunt, quod sine his omnis ratio sit cæca de metallis judicandi ac disputandi, nedum tractandi. Itaque relegandi omnino sunt nasuruli isti homines, qui censoriam virgulam sumunt sibi adversus chymicos, prius ad metallarios & aurifabros, unde discant, quæ sit ratio & vis metallorum in igne, & quæ examinandorum ratio, ne cum ratione insaniant, si contra experientiam contendere velint. Sed his præmissis ad institutum accedeamus.

Qui transmutationem metallorum dari negant, orsi à principiis metalla componentibus, negant Chymistas hydrargyrum & sulphur componentia eorum principia rectè statuere. Sic Balthasar Hagelius Jesuita Philosophiæ in Academia Ingolstadiana Professor, in ea quam de metallo & lapide disputationem edidit, pro laurea respondente Andrea de Luchis Austriaco, anno 1588. Thesi 7. scribit titulo de materia (libet enim Sectæ causâ, quæ sola philosophiæ penetralia jam sibi vindicat, indè arcescere disquisitionis hujus fundamenta, quibus refutatis, cæteri tum veteres, tum neoterici, quorum vestigia Hagelius sequitur sua sponte corruent) Sic igitur inquit Thesi jam dicta: *Alchymistæ novum & maximè superstitiosum genus hominum, metallorū omnium principia pertinacissimè contendunt esse sulphur & hydrargyrum sive argentum vivum.* Eadem explicans thesi 12. addit: *Res ad chymicos rediit, Hi quod ipsi sese ex sulphure & hydrargyro metalla fabricare putent, ex iisdem naturā conflare non sine multo fastidio contendunt.* Hæc ille. At quomodo

ſuſceptum probare conatur? *Quod metalla ex ſulphure, inquit, & argento vivo non fiant, ita probandum eſt: Si res ita habent ut volunt chymici, cur ſulphur & argentum vivum in venis metallicis omnibus aut plerisque aut metalla in puteis ipſorum non reperiuntur?* Hæc eſt prima Jeſuitæ ratio, ab ortu metallorum, ſivè loco potiùs ducta. Arguit deinde ex proprietate componentium. *Et cur*, inquit, *proprietates ſulphuris & argenti vivi non habent? Quid enim ſulphure ad flammam concipiendam aptius eſt? At metalla non ſunt φλογιςὰ*. Item, *Nullum argentum vivum concreſcit frigore, ut experientia & Ariſt: Meteor. cap. 8. auctor eſt. Metallum autem nullum eſt, quod non frigus denſarit. Quomodo igitur ex hydrargyro factum ſit?* Hæc ſunt Jeſuitæ principia, quibus metalla negat ſulphure & argento vivo conſtare: quibus fortaſſe rectiùs obviam iremus, ſi ad oculum ſtatim adhibita demonſtratione, hoc eſt, ipſo facto, evanidas iſtas ratiunculas everteremus, juxtà illud Poëtæ.

Nec locus ingenio eſt, oculi te judice vincent.

Veruntamen ad objectum breviter reſpondebimus priuſquam rem facto firmemus. Quod in metallifodinis omnibus, aut pleriſque ſulphur & argentum vivum negat reperiri, ubi ſunt venæ metallicæ, & contrà in puteis ſulphuris & argenti vivi negat metalla eſſe: quis non videt inde fieri, quod hîc ſemina duntaxat metallica ſint, & quidem extruſa à natura & diſperſa, antequam metalla fieri potuerunt: ubi autem venæ metalli ſunt, argentum vivum & ſulphur non ita frequenter comparent, eo quod principia cõponentia omnia in compoſita jam trãsierint, hoc eſt, in metalla concreverint. At ſi quid vellet efficere, probaret, nullum in venis metallicis uſpiam reperiri argentum vivum & ſulphur. Hoc enim (tametſi probabiliter tantùm arguit) non ſolùm Phyſici & Philoſophantes cæteri aſſeverant (quod callidè Jeſuita declinavit) verùm etiam Chymiſtæ quidam non ignobiles à minerariis minus experientibus decepti ſenſerunt Sed hoc aliter ſe habere teſtibus oculatis & fide dignis & minerarum peritis monſtramus, & quod ad rem facit, ab Alchymia alienis. Primus eſt Chriſtoph. Encelius Salveldenſis, qui de re metallica tres libros ſcripſit, quos præfixâ epiſtola ad Chriſtianum Egenolphum civem Francofurtenſem, Dn. Philippus Melancthon curavit edendos: impreſſi ſunt anno 1554. in 8. forma demum ab hæredibus Chriſtiani Egenolphi. Is libro primo cap. 1. in hæc verba ſcripſit: *Fuerunt*, inquit, *qui negarunt principia metallorum eſſe argentum vivum & ſulphur.* Cauſam affert ab iis adductam: *Quia olim talia ſcilicet argentum vivum & ſulphur in natura ſua non reperiri dicebantur in fodinis.* Sed hi maximè errant, addit; *Nam reperiun-*

periuntur, inquit, in nostris fodinis in natura sua tùm argentum vivum, tum sulphur vere metallorum principia. Hæc ille. Cui similia docet experientissimus vir Johannes Matthesius, qui cum Pastorem ageret in valle Joachimica nobis explicationem locorum sacræ scripturæ exhibuit, quæ de fodinis, mineris & metallificio agunt, theologicè & physicè ista pertractans, ipse testis oculatus. Sic igitur in Postillis Sareptæ luculentissimo stylo Germanicè editis Norinbergæ, anno 1562. in tertia concione, de ortu, incremento, & decremento metallorum, parum quidem æquus Alchymistis, sed tamen quæ viderat fideliter commemorans; *Alchymistæ*, inquit, *propositum ab ipsis traditum ad opus sive probam perducere non possunt, hoc verum est: nihilominus tamen experientia testatur, inquit, ubi venæ sunt divites, & mineræ uberes, quod sine sulphure & argento vivo non sunt.* Hæc ille. Quæ nominatim regionibus & fodinis citatis probat, addens, *in generatione & incremento metallorum oportere ut sinamus adesse argentum vivum.* Eadem documenta sulphuris adducens multis locis testata, tandem concludit: *His adducti signis minerarum periti cum iis sentiunt, qui metalla ex argento vivo & sulphure nasci docent; sicut elegans distichon Philippi Melanchthonis in hac ipsa valle factum testatur, nempè.*

Lactea ubi fumis hydrargyra mixta coquuntur
Sulphureis, vena semina prima nova.

Hoc Matheſius. Ubi ista Philippus videns indignè à quibusdam umbratilibus Philosophis & pseudo Medicis flagellatur, quos ita scribere non pudet: *Valeant somnia Melanchtonis, Titelm. & chymicorum, qui his adhærere videntur, qui dum ponunt Mercurium & sulphur proxima metallorum materia, omnia confundunt.* Utrum somnia potius sint, quæ isti ex cerebro suo comminiscuntur; an quæ sensus & experientia Philippo demonstrarunt, & testes oculati fatentur, judicet æquus lector.

Refutata Jesuitæ ratione, de loco ortus metallici, ad alteram è propriis consequentibus accedamus. Metalla, inquit, proprietates sulphuris & argenti vivi non habent, ergò ex his non sunt orta. Priusquam de proprietatibus, & antecedente agamus, placet conclusionem reapse evertere, & ipso facto demonstrare, metalla ex argento vivo constare, in quod resolvuntur, & ex quo cõponuntur. Duæ sunt viæ apud Alchymistas altera quæ dicitur humida, quæ fit per aquas & solutiones: altera quæ dicitur sicca, quæ fit per pulveres. Utriusque documentum edamus, quomodo metalla vel horæ spatio tam mollia, quàm dura in argentum vivum currens converti & resolvi queant. Prioris exemplum esto in plumbo, quod limetur, vel rasile fiat, scalpro detritum: vel fusum mox

inter

inter duas patellas ligneas (creta inductas) pulverisetur minutè; qualis est arena plumbea ferè clepshydrarum. Ad hujus analysin in sua principia talis præparetur aqua. Recipe aquæ fortis purificatæ uncias duas, dissolve in ea argenti vivi communis unciam unam in ampulla vitrea probe obstipata, levi carbonum igne suppositò, donec in aquam limpidam abierit. Postea remove à calore ignis, & aperto ore sensim injice unciam unam plumbi rasilis vel pulverizati. Effervescit enim aqua spontè & tumultuatur, si simul omnia aut nimis ingeras. Inde iterum obtura orificium vitri, & aliquantisper dissolvere sine aquam: mox videbis vulgare argentum vivum, quod priùs in aqua fuerat dissolutum, subsidere instar calcis & pulveris albi, plumbi verò ramenta oculis spectantibus, si agitentur, resolvi sensim in arg. vivum currens, adeò ut quandoque tres partes unciæ ex plumbo sint futuræ arg. vivum; quarta pars circiter (si ritè omnia peracta fuerint) scoria & fæx sulphuris plumbi superstes. Quibus peractis, effunde aquam fortem in aliud vas vitreum. Reliquum arg. vivi ex plumbo facti, éxime, & trajice per cõrium vel linteum cum chorda (uti moris est) compressum & constrictum, & videbis, quantum ex plumbo elicueris Mercurij vivi, & quantum restet fæcis terreæ & sulphureæ. Calcem quoq; albãex dissolutione arg. viv. primo in aquam impositi subsidentem collige, quæ vel ulterius præcipitari poterit in pulverem rubeum per aquam fortem, vel revivificari in pristinum argenti vivi pondus, per sublimationem & decoctionem; chalybis frusto imposito aquæ communi, ut rerum chymicarum peritis notum est. Ita ad oculum evidenter apparebit, quomodo plumbum in arg. vivum redeat, ex quo fuerat ab initio creatum; pondere etiam residuæ fæcis id testante, quantum plumbi in hydrargyrum abierit; quod à communi nihil discrepat, nisi quod sit lividius paulò & segnius: prout cujusque metalli natura peculiaris postulat: sicut contra id quod ex ferro fit omnium vivacissimum & agilimum est. Neq; hìc disputo, cur unus Mercurius alterum resolvat, vulgaris (inquam) in aquam transparentem resolutus, eum, qui inest plumbo eliciens, & vivum permittens, cum prior ex resolutione in calcem totus subsidat. Hoc tantum animadverti velim, distingui manifestè duos Mercurios, ne quis permisceri putet, & proximum metalli esse vivum, alterum in aquam resolutum remotiorem, quippe per quem ille metallicus elicitur, & non in aquam nubis, aut transparentem, sed in hydrargyrum resolvitur. Sunt & aliæ viæ resolvendi plumbum in Mercurium citra omnem mercurium, maximè per salia, plumbo prius calcinato: sed quia momento fieri nequeunt idcircò commemorandis his supersedeo, ne aliquot dierum specimen afferat lectori tædium.

Acce-

Accedamus ad duriora metalla, quæ rebus ſiccis diſſolvemus; deligamus chalybem, utpote ferri depurati nucleum. Hujus limetur ſemuncia, & ponatur in Crucibulo, ſuper imponatur ſemuncia ſalis armoniaci minutiſſimè triti, cum uncia Mercurij ſublimati (qui non cum arſenico, ſed cum ſalibus & vitriolo ſublimatus ſit) permiſti & priùs piſti: mox crucibulum collocetur in medio leniter accenſarum prunarum, idque ſub camino, aut aere libero. Quàm primum calorem ſenſerit ſal armoniacum cum ſublimato incipiet ſublimari (Cavendus autem eſt odor propter Mercurij venenoſitatem, ne imprudentius naribus excipiatur) Paulò poſt incipiet ſal armoniacum cum ſublimato fundi & fluere, quo, ad tria vel quatuor momenta, peracto (viſu enim tutò percipitur ſub camino) ſtatim crucibulum auferatur, & ſponte refrigeſcat: poſtea ſuper patella diffractum monſtrabit chalybis limaturam majore ex parte ſui in argentum vivum abiiſſe, quod patella vel vitro exceptum per linteum exigatur, unde perſpicietur limpidiſſimum & ita vivacis naturæ, ut in plano decurrens quaſi ſubſiliat, adeò igneæ naturæ eſt Mars ſive chalybs. Quin ne in vaſe ligneo, ne ſenſim evolet, pene ulla obſervandi ratione conſervari poteſt; ſed in ſolo vitro firmiter obſignato. Eſt tamen verum & naturale hydrargyron, omni proprietate hydrargyri conſtans. Sed apprimè cavendum eſt, ne inter reſolutionem paulò largior mora intercedat, ſtatim enim ſubvolat, longeque citiùs, quàm aliud quodvis durorum aut mollium metallorum, ac etiam ſe immiſcet ſalis armoniaci & Mercurij ſublimati maſſæ. Quod ſi fortè quis dubitet, vivum hunc mercurium ex ſublimato defluere, is ſi velit per alembicum in receptaculum exhalationem excipiat, & in phiala vitrea hæc eadem factitet, videbitque ſublimati & armoniaci priſtinum pondus ſupereſſe, demptis fæcibus ferri, ſive ſulphure terrenoſo chalybis, & inde producti hydrargyri. Sed & alia ratione probari poteſt ex ſublimato non defluere, nempè ſi loco limaturæ, fruſtum chalybis immittas, facilè experimento cognoſces, nihil ex Mercurio ſublimato (qui tamen in aqua decoctus ſine ferro non facilè revivificatur) mercurii vivi relinqui, ac proinde ex chalybe limato, non autem ſublimato id hydrargyron fieri. Idem judicium eſto de cupro & argento. Pari enim modo parantur, niſi quod paulò diutius fluere ſuperjectos pulveres oporteat, quàm in chalybe reſoluto. Ac ex hydrargyro cupri (ſeparato jam ſulphure viridanti) pretioſiſſimum paratur Turbit minerale, cum oleo vitrioli & ſpiritu vini, quod ſaltem cum ſaccharo roſarum ſumptum in quantitate grani eximium & expertum eſt contra Peſtem remedium, etiam poſt infectionem, & quidem citra omne periculum, priusquam elabantur 24. horæ, quod ipſemet cogente periculo, cum cætera omnia deficerent, in meis expertus ſum.

tus ſum. Neque curo quod Suchtenus in tractatu quodam an timoniali, diriſſimum venenum pronunciat mixtum Marti, ne ſcio an ullo experimento edoctus, nec ne? Hoc enim meum cer tum eſt experimentum hactenus innoxium. Sed medica no tractamus.

Diximus de mollibus & duris metallis. Aurum enim velut medium eſt, & extremitatum centrum, ac proinde temperatum, in quo activa non prævalent paſſivis, & contrà, ubi alius modus ineundus eſt ſeparandi Mercurij ipſius per Mercurium. Argentum verò, ſoror auri, & veluti compar, pondere & colore deficiens & inæquali complexione & fixionis infirmiore permanentiâ. In ex ceſſu vero dura ſunt cuprum & ferrum, in defectu verò mollia ſtannum & plumbum, quorum hoc mollitie reſpondet duritiei ferri è regione; ſtanni autem mollities duriciei cupri. Sed eſt & aliud inſtar metalli, ſi non metallum, quod neque durum per ſe eſt, neq; molle ſub mallei extenſione, ſed duntaxat friabile & fuſile, quale eſt Antimonium & quod ab eo degenerat Byſemutum (Hydrargyron enim principium eſt metallorum, non metallum propriè.) Diſtinguuntur autem miheralia in majora & minora. Majora, quæ ex Mercurio & ſulphure originem ducunt: Minora, quæ Mercurio carent, ut Sales, alumina, ſulphur &c. Antimonium igitur quoniam argento vivo & ſulphure conſtat, licet non in metallum duratum ſit, nec ductile: tamen & ipſum metallicum eſſe convincitur. Hujus regulus per aridas vini fæces halinitro calcinato factus, perinde hydrargyron effundit, ut ferrum, & cuprum, & argentum limata; ſi tritus eodem artificio per viam ſiccam, ut dictum eſt, reſolvatur in crucibulo, quemadmodum chalybs, quod tamen in plumbo limato non eadem ratione fieri compertum eſt.

Oſtendimus hactenus, ut Metalla in Mercurium reſolvantur: ſubjiciamus quomodo ex Mercurio, beneficio ſulphuris metallici, metalla componantur, ut conſtet de eorum geneſi, quod in efformatione plumbi patebit. Fundatur plumbum in teſta, & reverberetur agitando ſuper carbones dum in calcem ſive pulverem flaveſcentem abeat. Huic trito affunde aceti deſtillati tantum ut ſpitamam ſuperemineat, & ſimul permittantur ita triduum. Interea dulceſcet acetum per extractam animam Saturni. Limpidum quod fuerit per inclinationiem à calce effundatur. Hujus aceti ſi aliquantum decoxeris (ſaltem crucibulum plenum) donec acetum totum evaporaverit (leniter autem id fiat propter impetuoſum tumorem aceti, ne ebulliens diſpereat effluendo) videbis in fundo reſidere impalpabilem pulverem ſubcroceum, qui eſt anima, ſulphur, & eſſentia plumbi, nullo pondere, ne fortè plumbum ipſum corporale exiſtimes. Hoc ad oculum ſubjeciſſe libuit, ut ſulphur extractum ex metallis, quod tamen ad aliquam fixationem

perve-

pervenit, cerneretur. Reliquum aceti sive extractionem illam ex plumbo animam continentis serva, & dissolve in aquæ fortis communis uncia semunciam arg. vivi (ut moris est) cui dissoluto infunde sensim tantum reservati aceti (ejus puta quod animæ plumbi extractionem in se habet) quantum est aquæ fortis, & videbis statim Mercurium resolutum instar pulveris residere, tractâ in se anima Saturni. Effuso igitur liquore, residuam illam materiam Mercurij in pulverem redacti in crucibulo per se funde, & habebis ex Mercurio plumbum verum, naturale, per artem factum, ita ut nemo negare possit metalla ex Mercurio & sulphure gigni effici, atque naturali ac vera genesi.

Sed tempus tandem est, postquam reipsa ostendimus (ut quivis experiri potest) metalla ex hydrargyro, contra vulgares physicos & philosophos, proximè originem ducere: ut ad Jesuitæ rationem, ex propriis consequentibus ductam, respondeamus: quod quanquam opus non erat, quippe concluſione ipso facto & demonstratione, quò ad sensum, eversa: tamen ut hominibus sibi placentibus in suis argutiarum vanitatibus, satis faciamus, non pigebit etiam hæc somnia brevibus discutere. Non habent, inquit, proprietates sulphuris & argenti vivi metalla: Cur obsecro? quia, inquit sulphure nihil ad Hammam concipiendam aptius est: at metalla non sunt φλογιστὰ. Ridiculè, quia sulphur in metallis ad aliquam fixationem pervenit, ita ut in imperfectis cum Mercurii cruditate sulphur quidem evaporet, licet non sit inflammabile, in perfectis autem penitus hydrargyron fixavit, ut nec evaporet, nec cremetur. Quod quo melius intelligatur, sciendum est, τὸ φλογιστὸν esse quidem proprium omnis sulphuris, adde & solius sulphuris in omnibus rebus insiti, at non semper ei est proprium. Quippè fixari potest; idque perfectè vel imperfectè. Imperfectè fixum & materiæ immixtum non incenditur, tamen evaporat in igne: perfectè fixatum manet. Atque hinc metallorum in igne evaporantium vel permanentium perfectio, vel imperfectio maximè oritur. Hujus rei documentum insigne præbet Antimonium, nondum ad extensionem mallei usque fixum, sed tantum friabile & fusibile. In eo enim sulphur, quod congelavit argentum vivum in massam terrenosam (extra reverberationis artificium ajo; quamdiu manet compositum) non inflammatur, sed cum Mercurio evaporat in igne penitus; nempe ipsa ambo in massam naturâ simul conjuncta. At si sulphur ex Antimonio eliciatur per extractionem, tunc est sicut sulphur commune, & perindè sicut illud φλογιστὸν. Non loquor de rubedine, quam chymistæ extrahunt: sed de vero naturali sulphure subviridi. Id hoc argumento probabis. Rec. Aluminis & salis nitri unà quantum sufficit; Fac aquam valentem, vel etiam communem aquam fortem sume, ut moris est, cui pon-

deratæ immitte dimidium salis tosti: Postea tere Antimonium subtilissimè,& immitte in pauxillum hujus aquæ tantum Antimonii triti,ut ei supernatet aqua ad quatuor digitos: Sensim autem immitte, ne aqua effervescat insolentiùs. Cum virorem aqua conceperit in phiala extracto sulphure subtilissimo, statim effunde, & aqua communi tepida immissa subsidebit sulphur, veluti commune viride,quod ipso facto probabis esse φλογιστὸν, & nihil à vulgari hac in re differre. Sunt & alij hujus sulphuris separandi modi per viam siccam; Nobis humida sequestrasse satis est,ad id quod volumus conficiendum. Colligamus igitur argumentum & Jesuiticam proprietatem sulphuris evertamus. Si enim sulphur in antimonio non est inflammabile (quod tamen nondum ductile est metallum, & à quo separatum ardet) quantò minus in cæteris sive perfectis,sive imperfectis metallis necesse est inflammationis proprietatem servare, in quibus jam ad malleationis usque fixationem pervenit? Priùs est verum,ut experimento patet. Fundadatur enim Antimonium ante follem, & evaporabit sine inflammatione. Ergò & posterius verum est: idque tantò magis,quantò ad majorem fixationem in metallo, quàm in Antimonio,sulphur pervenit. Nam separatum à metallis non amplius inflammatur propter aliquam fixationem,ut patet in plumbo, qua de re ante egimus. Eadem ratio est argenti vivi,quod frigore non concrescit,scilicet per se,& solum. At cum in metallum cum sulphure concrescit & fundi potest, frigore congelascit, ut videre est in genesi plumbi ex Mercurio,& vel in Antimonio patet,in quo tamen fixionis permanentia nulla in metallum per extensibilitatem facta est. Apparet igitur elumbia esse Jesuitæ argumenta,& ad speciem sophisticam solùm composita, ac nescio quid futilis, sed planè nihil solidæ rationis præ se ferre. Hoc & illi,& ejus complici Pererio responsum esto,qui in suis libris de communibus omnium rerum naturalium principiis & affectionibus ita scribit lib. 8. cap. 19. *Quidam*, inquit, *rerum metallicarum peritissmi, de quibus etiam subtiliter & accurate scripserunt, affirmant, primum ac summum fundamentum quo nititur & sustentatur ars Alchymiæ, nullum esse: quo intelligere licet ipsam artem (si modo ars dicenda est, quæ in se nihil veri ac certi habet) inanem ac falsam esse. Etenim Alchymistæ putant materiam omnium metallorum esse sulphur & argentum vivum: quamobrem profitentur se,ex varia sulphuris & arg. vivi invicem commixtorum temperatione, posse quodlibet metallorum efficere, in quo sanè vehementer falluntur. Nam si sulphur & argentum vivum est materia auri & argenti, ergò in venis,in quibus generatur aurum & argentum, apparebunt aliqua vestigia sulphuris & argenti vivi: similiter etiam*

etiam in venis sulphuris & argenti vivi reperirentur aliqua indicia auri & argenti: Sed ipsi qui totam pene vitam curiosissimè lustrandis considerandisq; venis & locis metallorum consumpserunt, nunquam tale aliquid reperire potuerunt. Quare falsa est opinio Alchymistarum, & aurum quod ab ipsis fit ex sulphure & argento vivo non est verum aurum. Non enim, ut dictum fuit, talis est materia veri & naturalis auri, &c. Hæc hypothesis principiorum, quæ metalla componunt, utrum à Jesuita Pererio rectè negetur, & proinde veri & naturalis auri effectio & generatio per chymiam explodatur, satis superque jam ostendisse putamus, undè non mirum est, eum præconceptis hujusmodi falsis opinionibus fascinari, ignoratis principiis, & eundem in tota reliqua disputatione, perinde ut & Hagelio accidit, nihil solidi posse asserere. Sed pergamus ad reliquam telam pertexendam.

Altera adversus Chymistas ab Hagelio suscipitur de metallorũ distinctione defendenda opinio: qua specie ac differentia essentiali ea vult distingvi, ac proindè metalla in metalla nõ posse transmutari colligit. Tertia deindè directè contra chymistas intẽditur, de mutua metallorum transmutatione, in qua nullam substantialem metallorum transmutationem arte fieri posse statuit. Cui opinioni Pererius supra citato loco quartam adjicit, nempè nullam per artem non modò transmutationem fieri, sed nec de integro effectionem sive productionem veri auri naturalis esse, quibus explicatis & discussis Disquisitonis nostræ finem faciemus.

Quod igitur ad distinctionem metallorum attinet, cùm omnia pariter ex sulphure & hydrargyro concreverint, ut demonstratum est, & ipso facto deprehenderimus, ea solùm quo ad hydrargyron purius vel impurius, & quo ad sulphur fixum vel cremabile differre, juxta diversam contemperationem eorum per sal sive terram metallicam concurrentem cum sulphure, non quidem opinionem improbare possumus, qui negant essentifica differentia speciali metalla differre, sed tantùm ratione accidentium diversorum, in mineris supervenientium, quæ diversa metalla faciunt: sed tamen dicis causa supponamus ea differre speciali forma, nunquid una forma corrupta alteram inducere ars nequit? nempè si substernatur materia formam appetens, & impulsu causæ efficientis naturalis, ac debitis adminiculis in actum prorumpens? Sed de his postea. Non enim species in species mutari dicimus, velut argenteitatem in aureitatem, sed individua specierum corruptioni & generationi metallicę obnoxia & mutabilia. Videamus verò quomodo Jesuita suam sententiam tueatur. *Communis*, inquit, *multorum est opinio, solum aurum inter metalla perfectam speciem habere, cætera omnia esse quasi quædam rudi-*

menta & initia auri tantùm, ac proinde inter metalla aliud discrimen non esse, quàm inter perfectum & imperfectũ in eadem specie; verùm contrà hanc opinionem sic agere possumus. Ferrum non est mixtum imperfectum, quale est Nix & cætera, quæ ἐν τῷ μιστώρῳ fiunt. Quis enim credat? Ergo est mixtum perfectum. Egregia sanè ratio, si hoc est ratiocinari, præsertim in philosophia & scientia naturali. Quis enim credat? inquit; Annon principium his apertè postulat, & mixtum esse perfectum colligit, quia ipse cum suis non credit, quod sit imperfectum? At cum sæpe ferro pluisse legatur, sanè quæ in μιστώρῳ fiunt; longè similiùs est, ferrum & reliqua metalla imitari, quàm secus. Itaque quod addit, *idem licebit dicere de auro, argento & cæteris*; tantundem ponderis habet; quantùm prior ratio habuit. Reliqua argumenta, ut & alterius cujusdam, qui ex suppositione terminorum Logicorum arguit, metalla differre specie, non tenent nisi addicantur propriis principiis naturalibus. Etsi enim de individuo hoc plumbo prædicetur plumbum in specie, & de specie hac metallum in genere: tamen ista distinctionis causa dici possunt, ex usu loquentium, non rei natura. Sed pergit Jesuita. *Et; vel unica metallorum substantia est*, inquit, *& qualitates diversæ: vel non est unica substantia. Si unica est substantia, tùm veræ erunt illæ, plumbum est aurum, & viceversa aurum est plumbum. Tum quoque non erit difficile ex plumbo aurum conficere, cum non sit difficile, qualitates, quæ a nulla peculiari formâ cohibentur, a plumbo tollere, & quæ auri sunt inducere. Et tamen hactenus nullus omnino repertus est, quem aurum omni ex parte probatum confecisse liquido constet.* Ex quo conficit non esse metallorum unicam substantiam. Respondemus satis patuisse ex substantia hydrargyri supra adductis experimentis omnia metalla constare; & penes sulphuris fixi vel non fixi differentiam, & diversam contemperationem, vel imperfecta & igne cremabilia, vel perfecta & fixa esse. Proinde cum ad oculum ista pateant, non est opus de his conquisitis ratiunculis contendere. Porrò hæ propositiones si vulgus spectes, paradoxis similes sunt: plumbum est aurum. At si naturam intrinsecus spectes, non ita erunt absurdæ. Unde chymistis plumbum dicitur aurum leprosum: Item interiora argenti sunt aurum: similes propositiones rectè intellectæ, ex natura rerum, non vulgi loquela & opinione. Unde etiam facilis est qualitatum purgatio, & aurificæ formæ, ministerio artis, introductio per principium metallicum fixum, quod imperfectum tollit, & materiam perficit. *At nemo hactenus repertus est*, inquit, *quem confecisse aurum ex omni parte probatum liquido id constet.* Nimirum hûc omnia redeunt denique, ut his apistis re ipsa demonstremus, contra inanes

argutias

argutias philosophantium, metallorum transmutationem in aurum possibilem esse, itemque verum aurum naturale ex principiis metallicis produci; quod deinceps præstabimus. Nam quod nullus hactenus repertus sit (ut ait Jesuita) quem aurum omni ex parte probatum confeciſſe liquidò constet, non est cur refutemus, præsertim cum de Arnoldo Villanovano scribat Joh. Andr. in addit. ad speculat. tit. de crimine falsi. *Nostris diebus habuimus Arnoldum de Villanova, in curia Romana summum Medicum & Theologum, de quo scripsi de obser. jejun. consilium, qui & magnus Alchimista, & virgulas auri quas faciebat, consentiebat omni probationi submitti.* En exemplum? sed hac de re extant ipsius Arnoldi libri, qui testantur ex plumbo factum esse aurum. Possem adducere testimonia clarissimorum & fide omni dignissimorum virorum, qui hæc suis viderunt oculis, & manibus palparunt, ac non ita pridem cum una tincturæ parte, tria millia quingenta octuaginta quatuor pondera plumbi in aurum versa sunt, cujus portio etiamnum Basileæ asservatur. Sed nolumus inartificialibus argumentis agere: sed ad eruditissimi nobilis Evaldi Hohenlandi historiam transmutationis metallicæ lectores remittimus, pro defensione chymiæ super his experimentis. Ingerunt tamen hoc loco sese Medici, neque ullum è doctioribus chymiæ assensum præstitisse, audacter asseverant. Sed quid Fernelius de abditis rerum causis de Elixiri Arabum, & de tota hac re statuat lib. 2. cap 18. & Marsilius Ficinus (duo quovis Hercule superiores) lib. 2. de vita Cæl. Re. c. 3. ante oculos omnium & in ore doctorum versatur, quos refutare nimis temerarium est, ut comitem Mirandulanum silentio prætream, atque alios.

Nos vero transmutationem metallorum possibilem & naturalem esse, experimento naturæ & artis probabimus, si ad illud prius responderimus, quod nonnulli species rerum perfectiores negant fieri nisi uno modo, hoc est ab agente naturali, eò quod generationes hujusmodi rerum determinatæ sint, tam secundum activum principium & materiam, quam secũdum locum in quo fiunt. Id hactenus admitti potest (ut rectè Petrus Bonus Ferrariensis annotat) quatenus ad artem eadem naturæ proxima principia sunt adhibenda, quæ sunt penes ipsam naturam. Nam si alia vel similia adhiberentur, non idem cum naturali auro produceretur, sed diversum vel simile. Non loquimur de operibus sophisticis dealbationum vel rubificatorum in colore: sed de eo quod in ipsa metallorum natura & essentia est, in definitione univoca, si metalla specie differant, & omnia criteria, & omnes proprietates auri, argenti, æris &c. sustinet: Unde Paracelsus apertè in libro de vexatione Alchymistarum veram Alchymiam non constare nisi de metallis, ex metallis, per metalla, & cum metallis, testatur. Sed quod ad lo-

cum attinet & generationis media res aliter se habet, ut ex 9. Met
Arist. constat, qui fatetur ex agente & materia similibus, operatio
nes semper similes esse, quamvis media sint diversa, ut & ante no
alij demonstrârunt. Nam ista & materia duo sunt, maximè cum
habeamus æquipollentia vasa & media ad eundem istum finem
Hæc quo melius intelligantur, placet ex Pererio ipso sententiam
Alberti Magni describere, idem testantis. Sic igitur Pererius Je-
suita lib. 8 c. 20. *Albertus*, inquit, *in libro suo* 30. *de Mineralibus*
c. 9 hanc de facultate Alchymiæ quæstionem pertractans, pri-
mùm exponit sententiam Avicennæ, quæ fuit hæc, Sciant
(inquit Avicenna) artifices Alchymiæ species metallorum
permutari non posse, quamvis aliquid illis simile fieri possit.
Quod enim differentia specifica aliquo tollatur ingenio, non
credo possibile; sed exspoliatio accidentium non est impossibi-
lis, vel saltem diminutio eorum. Non enim permutantur spe-
cies metallorum, nisi priùs in primam materiam metallicam
reducantur, & sic juvamine artis deducantur in speciem me-
talli, quod volueris. Atq; idem quoq; sensisse ait, Hastem philo-
sophum præcipuum in physicis & Mathematicis. Deinde Al-
bertus subjungit ea quæ sequuntur. Oportet nos dicere Alchy-
micos peritos non aliter operari, quam peritos Medicos, qui per
medicinas purgativas purgant materias corruptas & noce-
tes sanitati, & postea per media confortantia naturam ju-
vant virtutem naturalem, ut digerendo sanitatẽ inducant,
quæ sanitas est effectus & naturæ & artis: sed illius effecti-
vè & principaliter, hujus autem instrumentaliter & organi-
cè. Sic Alchymistæ primò benè purgantes materiam arg. vivi
& sulphuris, insitam in omnibus metallis confortant; deinde
deducunt virtutes elementares & cæleste tali materiæ inhæ-
rentes ad proportionem mixtionis metalli, quòd intendunt in-
ducere, & tunc ipsa natura operatur & non ars, nisi organi-
cè juvando & exspoliando, ut diximus, & sic verum aurum
& argentum educere & facere videntur. Quod enim virtu-
tes elementares & cæleste faciunt in vasis naturalibus, hoc
etiam faciunt in vasis artificialibus, si artificialia formentur
ad modum naturalium; quod facit natura calore solis & stel-
larum, hoc faciet ars calore ignis: dummodo sic temperetur,
ut non excedat virtutem se movẽtem & informantem, quæ
est in metallis. Huic enim cælestis inest virtus, quæ primò cõ-
miscuit eam, & hac inclinatur ad hoc vel illud, per artis ju-
vamen. Alchymia igitur per hunc modum procedit, id est,
corrumpens unum, à sua specie removendo, & cum juvamine
eorum quæ in materia sunt, alterius speciem inducendo. Quæ-
re omnium operationum Alchymicarum melior est illa, quæ

procedit

procedit ex iisdem, ex quibus procedit natura, sicut expurgatione sulphuris per decoctionem & sublimationem, & expurgatione arg. vivi horumq; bona permixtione cũ materia metalli. In his enim, & ex virtutibus horum, omnis species metalli inducitur. Qui autem per alba albificant, & per citrina citrinant, manente specie prioris metalli in materia proculdubio deceptores sunt & verum aurum atq; arg. non faciunt, & hoc modo ferè omnes vel in toto, vel in parte procedũt Propter quod ego experiri feci aurũ Alchymicum (puta manente specie prioris metalli) quod ad me delatum est, & postquam sex vel septem ignes sustinuit, tandem amplius ignitum consumitur & perditur, & quasi ad facem revertitur. Hæc Albertus, quibus Pererius addit: *Ecce supra dictis verbis Albertus non solùm docet, verum aurum posse fieri per Alchymiam, sed etiam quis modus ejus sic efficiendi sit possibilis, & quis impossibilis, manifestè declarat*: Sed inquam ego, An non hoc ipsimet Pererio attendendum erat & priùs experiendum, quàm exagitandum, si vera Albertum dicere fatetur? Sed tempus est, promissa exsolvendi, antequam ad objecta reliqua respondeamus.

Quod igitur ad metallorum transformationem attinet, scribit Johannes Matthesius vir experientissimus hac in re idem, quod Paracelsus de ferro & chalybe in cuprum transmutato, tum per naturam, tum per artem. Sic enim habet conc. 3. *Quod in fonte Cypsensi ex ferro fiat cuprum certum est* (*En opus naturæ.*) *Item, quod artifices sciant minerale lixivium fundere, in quo ferrum itidem abit in cuprum in monte Kutticensi, probatum est* (En opus artis!) Sed nos aliorum inventa nolumus referre: tantum hinc apparet Matthesium, chymistarum maximum adversarium, eo loco, ubi eos oppugnat, non posse reticere metallorum transmutationem essentialem (siquidem specie differunt) possibilem esse & naturæ & arti. Neque hîc disputamus de modis efficiendi cuprum ex ferro, quos docet Paracelsus, quos non per se fieri putamus, si quidem cum vitriolo fiunt. Unum afferimus nostræ Minervæ, & nostræ effectionis, ubi ex ferro vitriolum, ex hoc rursum cuprum generatur, beneficio naturæ & ministerio artis per sulphur commune. Sumatur uncia una olei sulphuris per campanam facti, uti moris est, licet non rectificati, cui immiscentur unciæ duæ aquæ fontanæ. Mox chalybis sive ferri laminas tenuissimas ignias & multoties restinguas in vase pleno aquæ frigidæ, donec ita indurentur, ut nullo negotio forcipibus discerpi queant, quas in modum ungviculi lancina, & siccas impone mixtioni aquæ & olei sulphuris in phiala, quam obstipatam colloca in vase repleto cineribus, sub quo ignem carbonum tantisper excitabis, ut bulliat lentissimè ad horas sex: mox infrigidari spõte permitte, &

mitte, & invenies ſupernè in vaſe refrigerato generatum vitriolum ſplendens, viride, optimum. Hoc in aqua communi diſſolutum bulliat, donec ſupernè cuticulam contrahat, mox aquæ impone laminas nitidas & recentes chalybis, & parvo momento adhærebunt eis nitellæ æris, quas collectas funde & habebis cuprum naturale, ductile & fuſile ad omnem æris proprietatem. Hoc unico experimento diſſlantur omnes rationes Ariſtotelicorum, quomodo pars chalybis poſſit retromeare in vitriolum, & iterum ex vitriolo reduci in cuprum, atque ita verè per artis miniſterium beneficio naturæ generari, nec tantùm transmutari metallum.

Aliud brevius experimentum appono. Calcinetur limatura ferri cum tantundem triti ſulphuris, & reverberetur agitando ſuper teſta donec ſulphur comburatur, reſiduum in aquam ferventem ita candefactum immitte, & impone laminas puras chalybis, & adhærebit eis cuprum in forma mucilaginis, quod deterſum fundatur, & erit naturale cuprum. Hoc, ait Paracelſus, minus eſt quam ferrum aut cuprum transmutare in aurum, quod Deus vulgò nondum voluit innoteſcere omnibus: ſed quidquid ſit, abundè ſophiſtarum cavillos evertit.

Procedamus verò ad argenti transmutationem in aurum naturale & omni ſpecillo probatum, juxta omnes proprietates auri. Ita tamen procedamus, ut poſſibilitatem duntaxat artis & naturæ aliquam oſtendamus, non utilitatem. Nam indigni ſunt ut amplius aliquid conſequantur, qui iſta impugnant, quippè cum nemo ad proprium commodum, ut ajunt juris periti, ſit cogendus. Paracelſus cum hac de re contra Ariſtotelicos ageret. lib. Mineral. cap. 7. de ſulphure, paulò poſt principium inquit; *Sciendum quod (niſi Deus impediat) in ſulphure negotium mirabile ineſt, ac ita excellens, ut lumen naturale hominis obſtupeſcat, aut ſi Deus non impedit, error eſt penes artifices, qui ſulphur tractant, quod facilè fieri poteſt. Sed ut ſit, ea vis & facultas in ſulphure ineſt, ut nemo peritus eam exhaurire poſſit, talis quoque virtus, ut cuivis admirationi ſit. Confundit enim* (inquit) *Ariſtotelem, qui dicit, ſpecies non poſſe transmutari ſulphur transmutat. Si vivere Ariſtoteles adhuc viveret, eum ex ſtulto inſanum redderet, plusquam ab ulla fœmina eſt victus.* Hæc Paracelſus. Sed non oſtendit, qua ratione hæc transmutatio fieri habeat, niſi quod agens de ſulphure minerali docet ex eo cum oleo lini epaticam conficere, quâ rectè diſtillatâ & rectificatâ (modum ejus docet ſecundo libro Archidoxorum) imponatur in ejus oleum rubeum quodvis argentum, & permittatur ad deſtinatum temporis terminum uſque, ita fiet ut nigreſcat, & calcem auri profundat, nempè in aqua forti, ſed nondum eſt fixum

auruni,

aurum, sed volatile, inquit: quod si autem perfectum terminum ſuum assequatur, omnia, inquit, efficit quæ efficienda sunt, de quo non est ex usu plura disserere Hæc Paracelsus. Plura de sulphure fixo in libello de mortificatione rerum ejusque metamorphosi extant. Sed nos misso Theophrasteo processu, monstrare volumus, quomodo vel crudum sulphur commune transmutet & verum aurum naturale progignat. Recipe ergo partem unā plumbi, quod liquescat in crucibulo super carbonibus accensis, postea cum pyrolabe exime crucibulum, & priusquam plumbum congelescat immitte tantumdem Mercurij crudi ac vivi & leniter agita bacillo. Habeas deinde sulphuris communis partem item unā, quod fluat in alio crucibulo, cui fuso injice frustulatim superius malagma coagulatum, ac agito spatula, & cave ne sulphur flammam concipiat aut aduratur, priusquam omnia injeceris. Inde spontè refrigeratum tere super marmore vel saxo & iterum crucibulo impositum fundatur, donec comburatur sulphur, & materia imposita tantisper fluat, ut in virgam effundi possit metallicam, similem Antimonio fuso & friabilem. Hujus triti recipe partem unam, & argenti laminati unam, & fac stratum super stratum in crucibulo, & desuper minutim pistum vitrum venetum imponatur, ad spissitudinem digiti, nec nimium repleatur vas, ne vitrum effluat: Ita per horæ spatium continue fundantur omnia igne intenso, ut vitrum & reliqua sint in fluxu continuo. Postea permitte infrigidari, & diffracto crucibulo exime regulum in fundo, & compone cineritium, cui imponatur plumbum de more, donec intensè currat, inde emitte regulum, & fulmina more aurifabrorum, donec argentum mundum subjaceat. Id laminatum vel granulatum mox in aquam fortem immissum & dissolutum, nitellas auri profundet, quæ pulveris nigri instar ad fundum subsidebunt, quas elotas aqua tepida in crucibulo ignias & fundas, & habebis micas auri veri naturalis, puri puti, omnes proprietates & examina auri naturalis tam in Medicina, quàm in reliquo usu sustinentes. Etsi autem non docemus totum argentum in aurum transmutare, sed portiunculam duntaxat levissimam & minimam; tamen quia omnes partes argenti sunt homogeneæ & similares, etiam micam argenti satis est in aurum verum naturale transire, ad transmutationem metallicam oculis demonstrandam. Ne quis autem putet antea infusum fortè & admixtum argento plumbove aut mercurio fuisse aurum, aut in ipso hæsisse sulphure, singula prius seorsim, si libet, per ignis & aquarum fortium criteria examinabit, quo certiùs sciat non aliunde, quàm ex transformatione aurum hoc existere, per artis experimentum. Possemus & alia addere experimenta haud paulò momenti majoris, præsertim ex sulphure Veneris fixo, sed nihil est opus helluonibus auri hæc gratificari,

tificari, cùm veritati mica sat esse queat. Quæ commemoramus ut principia naturalia metallorum proxima particularitet cognoscenda tradamus, & jurisconsultos in recepta sententia confirmemus & constabiliamus, qui contra Angelum chymiam defendunt: quò quidem ablegamus & principatus & Respublicas super hoc negotio vel dubitantes, vel minùs rectè sentientes.

Póstquam igitur promissa adimplevimus (ut ipso facto experiri est) reliquum est, ut ad inanes objectiones breviter respondeamus tam Hagelij & Pererij, quàm eorum, qui nos potentiam Dei attentare frustrà clamitant, cum nihil hîc contra naturam, nec contra essentialia metallorum principia tractemus, & proinde ordini creationis nullo modo adversemur. Illud tamen præmittimus, DEUM opus quamvis naturale posse destruere & impedire, non minus ac sationem vegetabilium, & generationem animalium: id quod & Medici in suis pharmacis sæpe experiuntur, natura non semper operante, sed interdum à superiori causa repressa. Quinimò vim omnem crescendi ei soli tribuimus, qui dixit FIAT, sine cujus benedictione omnia ad nihilum rediguntur. Atque haud scio, an & istud eodem referendum sit, quod Hagelius de virgula bifurcata indagatrice metallorum attingit, non omnibus scilicet mobili. Nam omni vitio rem carere, ex usu ostendemus. Cæterum virga bifurcata horna, id est, unius anni, ex corylo vel quercu, cujus cornua sint æqualia & sine vitio. Quidam tamen eandem putant ante Solis exortum maximè crescente Luna, & quidem potissimùm circa diem Annunciationis Mariæ cædendam: Sed nos nihil horum observavimus Hoc facto sumantur duæ furculæ in utramque obversam manum, cœlum versus digitis compressis, utrinque videlicet extremitatibus flagellorum furcæ ad utrumque compressum pollicem extra manum prominentibus: Ipse autem furcæ caudex extrinsecus intra duas manus vergat. Quod si quis argenteos globulos thoraci prefixos gestet, etiamsi omni nixu comprimat virgam utraque manu, tamen gyrum movendo per se faciet, & versus thoracem sese introrsum usque ad globos cæsa illa caudicis pars vertet: Sin verò omni metallo exutus argentum, aut aurum ponas in terram, tunc etiam retinente & invito te, qui tenes virgam, pars caudicis cæsa extrorsum verget, donec validissimo judicio & motu metallum percutiat. Quæ sit hujus rei ratio, Physicos latet: adeò miranda est naturæ sympathia: tamen & ipse verum esse reipsa expertus sum, & in aliis identidem vidi. Quod si non cuivis movetur in manu (ut Hagelius ait) sanè in Dei potentia & hoc reservari quis non videt? Sed jam ad umbilicum nostram Disquisitionem perducam[9]. Quæ enim Hagelius præterea affert argumenta, nullius ponderis sunt nec valoris. Primum concedit ab iisdem causis

produci,

produci, & easdem operationes tantum secundum majus & minus differentes habere metalla. At si proprietates sequuntur naturam, multò magis hæ convincunt, metalla proprie & constitutive non differre, tantum abest ut ipsi patrocinentur, qui vult differre ea specie per essentialem differentiam. Nam quod de lapidibus excipit non eadem est proxima essentia eorum: Non enim ex Mercurio vivo originem proximè ducunt. Quæ autē de elementis adfert, magis imperfectam mixtionem arguunt ὡς ἐν τῷ μετεώρῳ. Quod autem addit: *Natura nec vult, nec potest cætera metalla in aurum transmutare. Non vult: tùm nunquam id fecit: tum quia propter certos ac necessarios usus omnia ac singula produxit, quos ex substantiali immutatione omnino amitti necesse est.* Respondeo me agnoscere non Naturam, sed Deum naturæ moderatorem prospexisse usibus humanis diversitate metallorum, ac proinde non omne metallum in aurum terminari, sed ex sulphuris fixi & volatilis diversitate cum Mercurio puro vel impuriore, & bona mixtione diversa produci metalla, quatenus à temperato absunt, alia per impuritatis duritiem cremabilem, alia per mollitiem evaporabilem; sed si accidentia ista separentur, non magis transmutationi serviunt, ac usibus medicinalibus. Nec tamen metalla ex immutatione omninò amitti necesse est. Etenim auro præ ferro ad certos usus comparato nemo uti potest. Proinde non est metuendum abolitioni eorum per artem. Quid? quod Theophrastus idem operis esse & laboris fatetur, si quis meliora metalla velit mutare in viliora; adeò nihil attinet horum abolitioni timere. Quod autem naturam nunquam feciſſe ait, tantum abest, ut etiam scarabæum halitus auro correptum transmutarit; qualia multa miranda in mineris reperiuntur, nisi quis dicat occupatum illum halitum auri abolitione & exustione scarabæi externam ejus figuram induisse, cui libens adstipulor. Sed quis in hiatus naturæ descendit, aut quis ita Lynceus, qui naturam hoc nunquam feciſſe dicat? Certe Petrus Bonus contrarium probat, & plumbum omne granum argenti natura continet, & stannum modica præparatione granum argenti post se relinquit: quæ sunt naturalis inclinationis indicia manifesta. Non posse autem naturam metalla transmutare per calorem & frigus, frustrà impetit, ut jam ante de ferro in cuprum per naturam mutato visum est. Hæc eadem argumenta in quæstione de mutua metallorum transmutatione idem odiosè repetit, cùm negat substantialem metallorū transmutationem his interrogatiunculis, thesi 88. *An quia generatio est opus solius naturæ? An quia quod naturæ non solet, ab arte fieri non potest? An quia nihil frustrà fit in natura?* Item thesi 89. *Præterea* (inquit) *metallum in metallo, nec actu nec virtute continetur.* Sed quam hæc omnia sint falsa & futilia

& futilia per hydrargyron ex metallo elicitū apparet, & per plum bi ex Mercurio conſtructionem, cæteraque ſuperius pareſacta. *At horum corruptio*, inquit, *fit in deterius*: quod verum eſt: ſed Chymicus non corrumpit tantùm, ſed generat etiam per medi naturæ conſentanea, miniſterio artis. Quod autem aurum, quod facit Alchymia, non ſit frigore conſtitutū, ut pyrotechnia docet ſanè dicimus frigus non eſſe propriè rerum generativum, ſed potius calorem. At metalla igni exempta frigore conſiſtunt, id quod & Chymico auro non minus convenit, ut ipſa fuſio docet, atque idem naturali auro competit, quod uſu facile perdiſces. Supereſt una quæſtio, partim Phyſica, partim Theologica, an aurum per artem productum, ſit verum naturale, & omnes proprietates auri naturalis tàm in Medicina, quàm in cæteris rebus retineat, & ſi hoc non, an ſit illicitum, & ordini creationis contrarium. Negativum tuetur Pererius cap. 29. ſupra citato loco: *Aurum*, inquit, *quod fit ab Alchymiſtis, licet ſimilimum videatur vero auro, falſum tamen eſſe multis modis cognoſci & judicari poteſt, nempe vel ex pondere, vel ex eo, quia non ſuſtinet vim ignis; vel ex eo, quia injectum in urinam amittit colorem ſuum; vel quia non eſt ductile in tenuiſſimas laminas; vel denique quia non habet naturalis auri proprietates, quarum inprimis illa commendatur confortandi cor humanum.* Hæc Pererius. At meminiſſe debebat ex verbis Alberti ab ipſo productis, aliud eſſe aurum & argentum (æquivoce ſic dictum) eorum qui per alba albificant, & per citrina citrinant, qui procul dubio deceptores ſunt: aliud eorum, qui ex iisdem procedunt, ex quibus procedit natura, præſertim cum ipſemet ſubſcribat, Albertū manifeſtè declarare, quis modus veri auri efficiendi ſit poſſibilis, quis impoſſibilis. Sed in magno opere dormitare per nos quidem Pererio licet, præſertim cum ejus ex philoſophia depromptum judicium multò ſit ſanius & æquius, quàm Hagelii, etſi procul dubio ad Pererium reſpexit Hagelius, cum theſi 84. ſcribit. *Ultimò non deſunt, qui aurum quidem ulla arte hactenus factum negent* (hæc enim Pererianæ deciſionis ſumma) *ſed tamen quin abſolutè artificio fieri poſſit, non inficiantur:* & tamen idem Hagelius contra complicem Pererium ſtatuere & decidere non erubeſcit, hoc fieri nullo modo poſſe. Tale eſt ingenium omniū Linguæ quàm naturæ ſtudioſorum. Reſpondemus igitur ad Pererii aurum Alchymiſticum, omnia quæ dicit eſſe vera, ſi eadem de ſophiſticato auro & argento intelligat, hoc eſt, de albificationibus & rubificationibus duntaxat in colore, manente in eodem eſſentiæ ſtatu ſulphure & argento vivo prioris metalli. Et tale apparens & ſophiſticum aurum maximum eſt venenum, & peccatū tale vendere propter arſenicales & narcoticas qualitates in medicina:

icina: quod qualecunque est, ignitum consumitur & perditur tan-
em, imò quasi ad fæcem revertitur, post justa criteria & exami-
ia ignis, quale fuit aurum ab Alberto sexies vel septies probatū;
Apparet autem ex Pererii indiciis eum per nebulam de auri exa-
minibus loqui, cui opponimus judicia severissima à Gebro & Pe-
ro Bono Ferrariensi, physico & chymico, in eorum operibus
præscripta, & quæcunque præterea ad veri auri naturalis proprie-
tates examinandas adhiberi debent, ut sunt Ignitio, Fusio, sub
malleo per omnem dimensionem extensio, cineritium, Expositio
super vapores acutos, Extinctio, Cementum, commixtio rei ad-
urentis, post calcinationem reductio, susceptio argenti vivi facilis
vel difficilis, &c. Si igitur ad omne specillum probatum aurum
fiat, nec ut sophisticatum perdatur: sed subsistet, habens omnes
proprietates auri naturalis, omnes operationes & passiones (qua-
le nostrum esse dicimus) non simile, sed idem cum naturali erit,
quicquid deliret cum Ægidio Pererius. Nam quod de serpenti-
bus & dracunculis à Magis & Mose factum affertur, illorum fuit
diabolicæ illusionis, hujus à divina virtute. Nos vero neutrum
præsumimus, nec tale quid attentamus, sed vires naturales dun-
taxat sequimur. Jam quod de muribus ex putredine natis ac dif-
ferentibus specie à muribus generatis per semē objicitur, unde in-
serunt: Sic aurum chymicum differre à naturali, licet proprieta-
tes auri naturalis habeat; prorsus est alienum. Siquidem ex aliis
principiis, quàm naturalibus, met llorum vera ars chymiæ non
procedit, nec quicquam aliud usurpat, quam quod natura gene-
ravit ac generat, adhibita mixtione, & debita præparatione. Ita-
que ut diversæ materiæ suppositio sit in muribus, in metallificio
nulla est. Quod vero nonnulli eò usque procedunt, ut si omnes
quidem proprietates auri naturalis contineat id, quod fit per chy-
miam, tamen istud recipere nolint, quis non videt dimittendos
esse tales, ac bonam eis mentem precandam? Quodcunque e-
nim principia essentialia eadem habet, & passiones atque opera-
tiones alicujus rei, id idem est cum ea re; ut testatur, de formis
agens, Aristoteles. Sic enim libro quarto Metaphysicorum ar-
guit, ex operibus rerum & accidentibus super ipsas formas: *Quod
enim facit operationes oculi, est oculus, quod verò non, non
est oculus. Itaque oculus lapideus vel cæcus, quia non facit
operationes oculi, non dicitur oculus, sed imago oculi: & ser-
ra lignea, non dicitur serra, sed imago serræ.* Idem testatur
totum Naturæ lumen. At sophisticationes, fateor, non habent
tales proprietates: verum autem aurum chymica operatione, ex
veris principiis & essentialiter metalla componentibus productū;
continet omnes proprietates auri, ut experimento patet. Itaque
si quid aurum ad medicinam facit (puta crudum) etiam hoc au-

rum

rum chymicum præstabit, puta lætificare & confortare cor, &
multò magis hoc, ut testatur chymicus Plato in 3. stellic artum, &
Hamech in commento ibidem, & similiter Haly in suis secretis.
Itemque chymicus Aristoteles in suo libro de secreto secretorum
& lapidibus preciosis; licet sophisticatum aurum chymicum facia
contrarium, de quo supra dictum est. Itaq; verũ ab Alchymistico
auro fucato & duntaxat alterato & adulterato, est discernendum.
Nec libet sophisticationũ ponere documẽta, qualia leguntur apud
Albertum Brunum in tractatu augment. & diminut. & in correc
torio Richardi Anglici, ac denique in libris de subtilit. Cardani
(si hæc est subtilitas) & passim apud alios, partim albificationis,
partim rubificationis, hoc est, adulterini auri & argenti colorem
tantum præferentium. Ex principiis autem & criteriis proprieta-
tum omnium in vero chymico auro licet colligere, nihil contra
ordinem creationis à nobis attentari, quia aurum nostrum est na-
turale ac verum, beneficio solius naturæ per ministeriũ artis pro-
ductum, ideoque nec ex suppositione diaboli occultè additum, ut
vult Ægydius & Angelus, duo soli ex Jureconsultis artem chymi-
cam frustrà impetentes, & post hos vir quidam in Germania ma-
gnus, sed harum rerum imperitus, & ab aliis deceptus, siquidem
ex essentialibus & naturalibus metallorum principiis, non diaboli-
cis operibus hîc proceditur; licet Deus Opt. Max. inhibere aut im-
pedire, aut prorsus destruere etiam opus naturæ & artis possit;
Nec verò divinæ potentiæ munus propterea invadimus, cum non
jussu & voluntate & verbis id producamus, ut in miraculis divinis
jussu divino fit, sed tantùm per insitam naturæ generantis facultа-
tem, cui servimus tanquam ministri, nihil ad eam de alieno, nec
de proprio afferentes. Quod si hæc non sufficiunt ad probos arti-
fices discernendos ab impostoribus, & ad artis veritatẽ particula-
riter defendendam à vanitate sophistices, aut Diabolicarum artiũ
imposturis, & calumniantium linguis, doceant, qui contrà senti-
unt, meliora, & verioribus ultrò parebimus: aut respondeant sal-
tem Apologiæ Gastonis Clavæi adversus Thomam Erastum me-
dicum scriptæ, vel ad solutiones Boni Ferrarienſis Physici Aristo-
telici, quod à nonnullis attentatum quidem, sed planè præstitum
est à nemine.

*Quod si id bona fide fiat, ex varia & diversa rerum ven-
tilatione, tanquam ex puteo emerget veritas, & ita Heliæ
artis in lucem prodibit; Cui hanc disputationem
impendisse hactenus libuit.*

Radix Elixiris.

A.

CON-

CONCLUSIO EX HIERONYMO DE ZANETINIS, QUA disputationi & argumentis Angeli respondetur in c. 1. Ext. de accusat.

ANALCHYMIA sit peccatum, & ars reprobata? Alber. in Dict. juris civ. in ver. Alchymia arguit, & Jo. And. in addit. Spec. in tit. de crim. falsi. Jo. de Ana. in c. 2 de sortileg. & Pet. de Anchar. in c. 1. eod. tit. Bald in c. 1 quæ sunt regal. & Tho. secunda secundę qu. 77. art. 2. & finaliter videntur tenere, quòd non videntur peccare, si attribuunt Deo: quia non mutant unam speciem in aliam (ut eis imponitur) quia hoc est impossibile: sed dicunt, quod ex una specie metalli (scilicet stanno) potest alia species metalli (scilicet aurum, vel argentum) produci. Nec hoc est inconveniens, videmus quandoque quòd ex re mortua producitur viva, ut in vermibus, ex quibus producitur sericum. Nam omnia metalla procedunt ex eodem principio, scilicet ex sulphure, & argento vivo: sed ex virtute elementorum quædam habent majorem influentiam in uno loco, quàm in alio, & in una contracta fit stannum, in alia argentum, in alia aurum, & ideo est licita: dummodo non fiat per artem magicam, vel aliam legibus odiosam. leg. 1. Cod. de Thesaur. libro decimo: sunt enim laudandi. Adde tamen Summam Angelicam, in verb. Alchymia quæ tenet, quòd ars illa sit illicita ex multis respectibus: tum primò, quia nullus invenitur qui habeat hujusmodi veram artem, licet dicatur de multis: sed falsum ex experientia: tum quia videmus, quod communiter ipsam facientes multa consumunt, & à communiter accidentibus est standum. Unde de ipsis dicitur illud ad Timoth. cap. 3. & d. c. nec mirum, 26. quæst. 5. Semper addiscentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes. Experientias multas faciunt, & nunquam ad perfectum attingunt: tempus vitamque consumunt, nec id quod operantur, habet veritatem cum auro vel argento, sed solùm apparentiam. Et ideo simpliciter sunt condemnandi Alchymistæ. Et hoc evidenter probatur: quia nemo eam in publico vult facere: ut appareat quod malè agunt: quia odiunt lucem, & si aliquando verum faciant, aut fit cum damno, computatis expensis, vel ex aliqua deceptione, imponendo aurum verum, vel aliqua diabolica fallacia, quæ ut eos attendere faciat hujusmodi, facit eis verum aurum ex appositione auri veri occultè aliquando. Cùm ergo sit tale exercitium contra utilitatem publicam, ut patet ex consumptione rerum, & quia ut communiter fa-

ter faciunt ex his monetam falſam, ideo ſimpliciter ſunt condemnandi eam facientes. Ego verò teneo communem opinionem: artem iſtam eſſe licitam, quia rationes ſummæ Angelicæ non concludunt artem iſtam eſſe illicitam, eò quia nullus habeat artem veram: quia hoc non ēſt ex defectu artis: nec etiam aliæ rationes concludunt, ut de ſe patet. Et idem tenent Tho. & Alber. An autem lucrum ex Alchymia ſit licitum & venditio reddatur injuſta, dicit Tho. ubi ſup. quòd ſi per Alchymiam fit verum aurum, non eſt illicitum ipſum pro vero vendere: quia nil ptohibet uti arte & aliquibus naturalibus ad producendos naturales effectus: aut non habet veram ſpeciem auri, & eſt injuſta venditio, poſtquam eſt aurum ſophiſticatum.

Thom. Arſoncini l. V. Doctoris de jure Alchymiæ reſponſum.

AD propoſitam quæſtionem (utrum) ars Alchymiæ ſit licita breviter reſpondeo: ſi communis Doctorum opinio facit jus (ut inter omnes peritos conſtat) ſequitur ut Alchymia ſit licita. Verum eſt autem antecedens, quia eſt Oldrad. Bald. Joh. And. Panormit. And. Iſernin. Alber. de Roſar. Alb. Brun. Guid. Pap. & alii complures tam civiliſtæ quàm canoniſtæ illam comprobârunt. Unus ſolus contradicit Angelus in ſua ſumma angelica. Sed præterquam quod unius Doctoris contra communem nulla eſt authoritas, ut omnes ſciunt, certe fuit unus magnus Canoniſta Hieron. de Zanetin. qui in c.1. de accuſat. omnibus & ſingulis ipſius argumentis exactiſſimè reſpondit. Hoc eſt fundamentum adamantinum ex authoritate magnorum & clarorum Doctorū, & jurisconſultorum: ut omittam auctoritatem Thomæ de Aquino, qui duobus aut tribus locis Alchymiam apertiſſimè comprobavit. Plinius quoque lib.34. cap.4. ſcribit. Caji Imp. temporibus fuiſſe Alchemiſtas. Neque ad rem pertinet quòd dicit, illorum artificium non fuiſſe quæſtuoſum. Primùm quia in quæſtione, an Alchemia ſit ars licita: non quæritur, an ſit lucroſa, & fructuoſa: ſed tantùm, an jure divino vel humano prohibeatur: Deinde quia fieri poteſt, ut illi artifices, de quibus loquitur, non ſatis periti fuerint: cum alii peritiores eſſe potuerint: ut vulgo dicimus; inter artifices, ff. de ſolut. Mira ſunt præterea, quæ Suidas de Alchemia & artificioſa auri confectione narrat: quod Ægyptii potuerunt alere bellum diuturnum contra tyrannum Diocletianum, freti arte ſua; id eſt, aurificio.

Sed videamus alia quædam argumenta. Scribit enim Ariſtoteles lib. Metaphyſ.2 & 4. quod ars naturam in quibusdam imitatur, & quod multa naturalia confici & perfici arte poſſunt: & Colchotar & Chalcantum exempli cauſa nominat, dicens, quod

illa

illa duo atramenta non tantum nascuntur in mineralibus, sed etiã confici arte possunt. Tertium exemplum ponatur de sale. Nam (ut ait Plin. lib.13.) sal aut fit, aut gignitur. In Polonia est sal minerale, in Gallia est factitium, & hujus eadem est proprietas, natura, & efficacitas, quæ illius. Quartum est Electrum quod Plin.lib.33. capit.4. & multi alii scribunt esse non tantum naturale: sed etiam est factitium. De quo factitio & artificiali textus loquuntur in l.4. ff. de legat.1. l.7.§. voluntas. ff. de acquir.rerum dom. §. si duorum. Instit. de rerum divis. Quintum est argentum vivum, quod prædictus Plinius lib.33. cap.8. dicit esse aliud nativum, aliud factitium, & hoc ad alterius differentiam nominat Hydrargyrum. Guillelmus Philander in commentariis Vitruvii, quatuor ejus genera numerat: duo nativi, & duo factitii: atque ibidem ostendit, & chalybem, & sandaracham, & æruginem, & calchantum, & cinabrium, alia natura gigni, alia hominum arte confici. Quæ cum ita sint, non absurdè concludere possumus: sicut ars in tam multis aliis naturam imitari potest, non esse inconveniens dicere, illam etiam in auri & argenti operatione naturam imitari posse. Certè Cardanus libro de Subtilitate decimo sexto scribit, & multi dicunt sibi hoc esse cognitum, quod ex ferro potest fieri cuprum chalchanto adhibito, & Cardanus eodem libro testatur pharmacarium quendam Trevisanum, coram illustrissimo principe Venetorum & sapientibus senatoribus argentum vivum in aurum convertisse. Verum est quod Julius Scaliger negat se id credere, sed nititur argumento infirmo, videlicet, quod si Veneti hoc vidissent, qui tanta sunt avaritia (ut ipse scribit) ut etiam cum Turca hoste Christiani nominis fœdus faciant; nunquam illum pharmacarium dimisissent: sed tormentis eum coegissent artem suam revelare: & fortè eum in Sabbato suspendissent. Sed verisimile est, pharmacarium illum fide publica, fortasis etiam obside aut alia securitate sibi caviisse & providisse. Nec certè de omnibus omnia suspicari honestum est. Illud constat, innumeros, & superioribus seculis fuisse, & nunc esse graves viros, qui eam artem factitârunt, & sibi quæstuosam fuisse prædicârunt. In quibus fuerunt Albertus Magnus, Comes Trevisanus, Augurellus, Avicenna, Geber, Lullius, Bonus Ferrariensis, Morienus, ac Tolod. & præsertim Arnald. de Villanova, summus medicus. Videmus etiam nostris temporibus Joh. Fernelium in arte medica principem existimatum in suo libro de Abdit. Rerum caus. eandem artem ad unguem tenuisse: & in ea exercitatum fuisse, quamvis circa finem joculariter ex tribus Augurelli versibus incautum lectorem eludat, Unius autem illius Fernelii authoritas aliorum multorum medicorum contradicentium auctoritati (ut quidam dicunt) præponderat.

Sed principaliter, & ante omnia in quæstione: An ars aliqu
sit licita? considerandum est, an divino aut humano aliquo jur
sit prohibita. Nam licita aut illicita ita discernuntur l.1.ff. de con
cubin. l. cum senatus. ff. de reb. dub. l.1 & per tot. ff. de colleg. &
corporibus. Quantum ad divinam scripturam, certè nullum
textum reperio, ubi Alchemia & auri confectio prohibeatur: cum
tamen innumera vitia & crimina legislator divinus Moses in Le
vitico & Deuteronomio persequatur. Neque puto illum ma
gis prohibuisse distillationes & alembicationes, & auri argenti
confectionem, quàm jocalium, & annulorum, & cæterorum ejus
modi ornamentorum conflaturam: quibus Salomon & alii re
ges ornabantur. Quantus etiam laminarum, & bractearum au
usus apud populum Dei fuerit, præsertim in tempore Jerusalem
nemini ignotum est. Quantum autem ad jus civile, certè nulla li
tera in Digestis, Codice, Instit. vel Novell. ostendi posset, quæ in
prohibitionem Alchymiæ pertineat, quin potius Fusorum ars cō
probatur, & laudatur & præmiis decoratur. l.1. de excusat. artific.
Sic Vascularii fusores frequenter nominantur, quasi artem (sine
controversia) legitimam exercentes in l. apud Labeonem §. ult.
ff. de præscript. verb. l. ult. ff. de obligat. & action. l. penult. ff. de aur.
& argent. legat. Et de Metallariis, quod legitimam artem exerce-
ant, dubitari non potest ex tit. Cod. de Metallariis, lib. XI. Quan-
tum ad jus Canonicum, opponi solent duo textus: sed facile est u-
trique respondere. Primus est in c. spondent. Extravag. de crim.
fals. Ubi Papa Joannes XXII. Alchemistas reprobat non tamen
eos morte damnat, sed tantum infamia perpetua. Sed textus ille
non est infinitè & generaliter scriptus de omnibus Alchemistis: ve-
rum specialiter & propriè de iis tantum, qui (ut textus verba pro-
feram) aurum vel argentum Sophistica transmutatione confin-
gunt. Quare ad eos, qui non reprobum, adulterinum, sed pro-
bum & verum aurum conficiunt, textus ille non pertinet Sicut
Joh. Andr. in addit. ad Specul. testatur, Arnoldum de Villanova
suo tempore facere solitū virgas auri, quas omni probationi sub-
mittebat. Itaque omnes Doctores tam civilistæ, quàm canonistæ
non curârunt illam extravagantem Papæ, ut superius diximus,
quin etiam Joh. Augurellus magnus poëta, opusculum suum de
Alchemia liberè dedicavit & præsentavit Papæ Leoni X. cui gra-
tissimum illud munus fuisse constat. Hæc igitur ad illum textum
responsio sufficiat: ut illud omittam, quòd multi hodie non reci-
piunt authoritatem illius legislatoris, qui fuit Papa: & dicent, quod
si in uno capite authoritas illius approbatur, etiam in altero capite
proximo, ubi de Franciscanis & aliis monachis quædā pro suo li-
bito constituit, & approbanda esset. l. qui non cogitur. ff. de judic.

Alter

Alter textus, qui opponitur, est in c. episcopi. 26. q. 5. qui tempus dicitur ex concilio Anquirensi, & sic scriptum est: Quisquis credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius, aut in deterius transformari in aliam speciem, vel aliam similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, infidelis est. primum ridiculosa est allegatio ex concilio Anquirensi quod nunquam fuit nec esse potuit. Corrigendum est AQUILEIENSI: sed magis deridicula est allegatio illius textus ubi damnantur qui credunt transformationē fieri in aliam speciem. Certē nihilo magis hoc pertinet ad nostram quæstionem, quàm quod Imp. scribit, possibile esse res omnes in pecuniam converti: l. 2. C. de constit. pecunia. textus ille non loquitur de speciebus metallorum, aut similium rerum, sed de speciebus personarum: hoc est, de mulieribus sortilegis, quæ dicebant, quod noctu transformabantur in varias species animalium, & per sylvas ac nemora cum Diana vagabantur. Itaq; in §. siquidem Sathanas (inquit textus) transformat se in diversarum species personarum. Quare deridiculum est, textum qui de diabolica transformatione personarum loquitur, contorquere ad transformationes metallorum, quæ industria & solertia quorundam artificū fieri possunt sine ullo diabolico vel magico artificio: ut Thomas de Aquino in prædictis locis ostendit. Quin etiam textus est sub eadem quæstion. in c. nec mirum: ubi sic scriptum est: Insunt rebus corporeis per omnia elementa quædam occultæ seminariæ rationes: quibus, cū data fuerit opportunitas temporalis aut causalis, prorumpunt in species debitas. Addam etiam illud, quod legibus nostris comprobatur medicamentum factum ex venenis, aut rebus venenatis, quasi ea, quæ natura venenosa sunt, arte & solertia emendari & commutari ad salubritatem possint, ut de Mithridatico innuit textus in l. quod sæpè, §. venena, ff. de cont. empt.

Restat illud argumentum, quod multi Alchemistæ faciunt falsam monetam: multi etiam fuerunt sortilegi, impii, athei, necromantici. Dicitur etiam quod Raimundus Lullus & Paracelsus fuerunt magicis artibus inquinati. Horum disputatorum laudanda pietas & probitas: sed tamen rogandi sunt, ut cogitent, artificum vitia nequaquā arti imputanda esse. Quoniam aliud est ars, aliud artifex. Aliud est usus artis, aliud abusus. l. quicunque. & l. seq. ff. ad leg. Corn. de falsi. Ubi ars monetaria probatur: sed tamen damnantur qui nummos aureos aut argenteos tinxerint aut finxerint. Sic in l. 1. ff. de extra ord. cognit. artis medicæ professores laudantur: inter quos tamen dicuntur esse impostores, qui incantationibus & imprecationibus & exorcismis utuntur. Sic Mathematica simpliciter damnatur in l. 2. Cod. de malefic. cum tamen non o-

omnes mathematici damnandi sint, sed impostores soli. Sic venenarii capite puniuntur in l. capitalium. §. venenarii. ff de pœn. cum tamen ne venena quidem ipsa damnentur, ut modo dictum est ex l. quod sæpe ff. de cont. empt. Quod si artes propter artificum abusum damnandæ essent, quænam hodie probaretur? An Jurisprudentia, in qua tot sunt fabulæ? an Medicina in qua tot sunt venefici? an Theologia in qua tot sunt Sophistæ? Judicium igitur & delectus adhibeatur. Separentur paleæ à granis in area: mali pisces à bonis in sagina: adulterini nummi à probis in Repub.

Vorred an den Kunstliebenden Leser.

Je Kunst ist grecht/ wahr / vnd gewiß
Dem der Gottsförchtig / fleissig ist/
Vnd braucht sich der Naturen recht/
Macht jhn zum Herren / nit zum Knecht.
Eyl nicht / bleib auff der rechten ban/
So wirstu nutz vnd frewd viel han/
Vnd gund es dir Gott in deim leben /
So thu reichlich den Armen geben.
Biß trew/ vnd halt die Kunst in still/
Dann das ist gwißlich Gottes will.
Halt trew vnd glaub / denck mein darbey/
So bleibstu aller nachred frey.

Von

Republ. Sophisticantes aurum vel argentum à peritis artificibus, acerrimæ contra falsarios & monetæ corruptores animadversiones, inquisitiones, informationes constituantur. Sed (ut ait Jurisc.) alieni admissi pœnæ ab iis quos nulla culpa contingit, removeatur l. ultim. d. bon. damnat.

FINIS.

PPOGRAMMA

Ad Lectorem Philochymicum.

ARtis opus rectum, verum, certoque probatum,
Assiduis tantum traditur atque piis.
Qui recto insistunt Naturæ tramite ducti,
Non servi, verùm hinc efficiuntur heri.
Festinare cave; neu rectum desere callem,
Hinc operæ pretium lætitiamque metes.
Sique tuæ Dominus dabit hoc tempore vitæ,
Munificam dextram porrige pauperibus.
Esto fidelis, & artem mente reconde silenti,
Et certò reputes id voluisse Deum.
Pacta fidemque datam serva; memor esto meique;
Tutus & abs omni scommate liber eris.

Von der Materi vnd Prattick deß Steins der Weisen.

IHr Gottsförchtigen / frommen / lieben /
Die sich in Kunst vnd Tugent üben /
So nicht wider Gott vnd den Nechsten /
Sondern jederman gereicht zum besten /
Habt jhr lust / ich will euch weisen
Den grossen Schatz der billich zpreisen /
Nach Gottes Wort / vnd Smenschen Seel /
Ein Hülden Brun vnd Silbern Quell.
Ich bin derselb von dem ich sag /
Der Welt Gut mir nicht gleichen mag :
Aber ein gifftiger Wurm vnd Trach /
Ein grimmiger Lew mit offuem Rach /
All Metall müssen sich vor mir tücken /
Erwüsch ich sie / sie müssen zu stücken.
Doch so ich durch deß Künstlers Hand
Dahin wird getrieben vnd gebant /
Wird auß mir die höchst Medicin /
Vngeacht daß ich so gifftig bin /
Vertreib all Kranckheit / erhalt langs leben /
Doch wider Gott kan ich nicht streben.
Ich bin das recht Einhorn der Alten /
Wer mich kan von einander spalten /
Vnd wider zusammen leymbt vnd ticht /
Daß mein Leichnam nicht mehr auffbrichs /
Der wird sich zuverwundern han /
Was ich vor mich nur allein kan /
Das sonst jhrn viln nicht müglich wer /
So nun villeicht wer dein Begehr /
Mich dir besser zu offenbaren /
Daran will ich kein Fleiß nit sparen /
Allein thu auff Vernunfft vnd Sinn /
Vnd bsich mich nicht oben hin.
Kein wort zuviel ist hie geschrieben.
Auch keins vmb sonst ist aussen blieben /
Ich sag dir das für gwis vnd wahr /
Daß keines mahl so lauter klar /
Von vieln Philosophen ist geschrieben /

DE MATERIA ET PRAXI
Lapidis Philosophorum.

O Mihi dilecti, quotquot pietatis amantes
Virtuti atque Arti vos studuisse juvat,
Arti, quæque Deo non est adversa, nec ulli
Parti hominum publico servit at illa bono.
Discendi ardetis studio? vos ecce docebo
Thesaurum ingentem, quem coluisse decet,
Postpositum Verbo Domini tamen, atque saluti.
Fons argenteus hinc, aurifer itque Tagus.
Ipse ego sum, de quo sermocinor: omnia Mundi
Non mihi regna & opes se similare queunt:
Sim licet immundus vermis, plenusque veneni,
Gutture distento terrificusque Leo.
Omnia me metuunt, quæ sunt ubicunque metalla,
Namque in frusta abeunt quæ tetigisse datur.
Si tamen artificis solertia docta manusque
Me liget, & nodis urgeat implicitis.
Summa medela ex me nascetur, munere Divûm,
Quantumvis spiro dira venena priùs.
Omne genus morbi depello: prorogo vitam:
Nil tamen adversus cæliça fata queo.
Sum veterum unicornu: qui me findere novit,
Atque iterum in corpus restituisse potest
Irresolubile, næ nimium mirabitur ille
Vimque meam, nec non quid queo solus ego,
Quod reliquis impossibile est compluribus. Ergo
Si me fors melius perdidicisse velis
Utque patefaciam tibi me distinctius optas,
Per me non stabit: non erit ulla mora.
Tu modo mentem acuas, animi pulsesque recessus,
Nec tantùm exterius me, sed & interius
Pervideas. Nil hic memoratur inane, nec est hic
Quod scriptum justo plusve minusve siet.
Assero veridicè non ullo tempore multis
Hæc adeò clare scripta fuisse sophis.

Was mich aber darzu hat getrieben/
Wer zuerzehlen viel zu lang/
Damit ich dir nicht mache bang/
Vnd erstlich anzeig mein gestalt/
Das folget jetz hernacher bald/
Von Art hab ich ein grauwen Leib/
Vnd bin doch weder Mann noch Weib/
Beyd Naturen ich an mir han/
Das zeigt mein Fleisch vnd Blut an/
Das Blut Mannlich / das Fleisch Weiblich/
Die Krafft beydersam ist Geistlich.
Ich hab Mannes und Weibes Glied/
Darumb heiß ich Hermaphrodit.
Mein Sitz hab ich im Erdtereich/
Wo Metall/ Minerall / vnd deß geleich/
Bin doch dern keins als man vermeindt/
Sondern von Natur also vereint/
Auff meiner Metall form vnd gstalt/
Warm/ Feucht/ Trocken vnd Kalt.
Aber nit gedigen/ sonder güssig
Im Fewer/ vnd an der Kälte sprüssig/
Die vier Element sind in mir beschlossen/
Mit Sulphur vnd Mercuri vmbflossen/
Wild/ ruch / tödtlich vnd gifftig
Fix/ flüchtig/ bstendig/ vnd läfftig.
Bin weder Kraut / Thier oder Schmaltz/
Arsenic/ Victril/ Alaun / noch Saltz/
Schweffel/ oder ander dergleich Minerall/
Auch nicht Gold/ noch ander Metall/
Mercurius Philosophorum ist mein Nam/
Hab nur ein Wurtzel/ vnd zween Stam/
Mich thut verachten jederman /
Weil ich kein eusserlich ansehen han/
In meinem alten grawen Rock/
Bin doch derselbig Binen Stock/
Der da gibt den besten Honig /
Vor Potentaten/ Fürsten/ König/
Edel / Vnedel/ Arm vnd Reich/
Es gilt mir ja ein jeder gleich/

Sed quæ me impulerit, longum esset dicere, causa,
Distinuisse animum nolo loquendo tuum,

Et primum quâ sim specie spectandus & ore,
Nunc intervallo proloquar exiguo.
Natura indutus gryseo sum corpore, lector
Corpus & est vestis concolor una mihi.

Nec tamen aut mas sum, nec fœmina: sum sed utrumque,
Naturas geminas possideoque simul.
Id caro demonstrat mea sangvis & indicat: iste
Masculeus totus, sed caro fœminea.

Vis tamen amborum, virtusque est spiritualis;
Quodque virile geram, fœmineumque geram,
Hermaphrodita vocor: moror in tellure, metalla,
Et mineralia, & his sunt ubi syngenea.

Nec tamen unum ex his, ut multi forte putabunt,
Sum; verùm unitus sponte meaque physi
In speciem propriam proprii formamque metalli,
Humidus & siccus, frigidus, & calidus.

Non sum ductilis, impositus sum fusilis igne,
Exemptus fragilis conglacioque gelu.
In me clauduntur bis bina elementa fluuntque
Sulphura juncta simul, Mercuriusque simul,

Efferus, asper, lethalis, plenusque veneno,
Constans, inconstans, fixus & aèrius.
Sed neque florens herba, animalve, aut dulce butyrum,
Vitriolum, Arsenicum, Sal, nec Alumen, adhæc

Sulphur, & his non syngeneum minerale, nec aurum,
Nec quæ præterea quinque metalla vides.
Infecta: at proprio sum nomine, reque sophorum
Mercurius, radix una duplexque mihi

Surculus: abjecta cunctis sum vilior alga,
Exterius quia non èst mihi forma potens.
Veste mea gryssea sum decolor; & tamen illud
Mel sum quod Reges, degeneresque simul

Dives egens (nullo mihi sunt discrimine cuncti)
Tros, Rutilusque solent expetiisse semel.

Vnd ob ich schon bin schlecht vnd gering/
Ist in der Welt doch sonst kein ding/
Das in sich hält warhafft Tinctur/
Dann ich hab Mercurii rein vnd pur/
Gefestnet/nit beweglich zwar/
Gar flüchtig/jedoch weiß vnd klar/
Außwendig Tod/inwendig Lebendig/
Ein roter König macht mich bestendig/
Das ist der Philosophen Goldt/
In mir du dasselb suchen solt/
Das heist Sulphur Rubeum fixum/
All ander ding gang müssig kurtzum/
Dann ich vermag es alls allein/
Vnd bin doch nur ein einiger Stein.
Dann ich leid kein Silber noch Gold/
Dem Mercuri bin ich auch nicht hold
Weder im anfang/mittel/noch end/
In mir selbs ich alles vollend/
Nichts frembdes in mich imbibier/
Sonder nur Solvier vnd Coagulier/
Vnd kehr mir das Häupt zum schwantz/
So hast du die rechte Kunst gantz/
Wer mich kan lösen auff ohn noth/
Der find in mir beid weiß vnd roth/
Ohn alles Pulver vnd Wasser zwar:
Setz mich auff ein feuchte baar/
So gib ich von mir selbs ein Quell/
Die da leuchtet als der Mon hell/
Darauff da wächst ein schwartzer Rapp/
Wol dem Mann der denselben hat.
Halt das Fewr stät/vnd gar nicht eil/
So sichst mancherley Farb mit weil.
Hernach begundt es sich zuweissen/
Wanns gar hoch ist/so magst dus preissen/
Sie macht Queckſilber Kupffer Zin vnd Bley/
Zu gutem Silber das beständig sey.
Fahr fort/auffs letzt da wird es roth/
Bekombstu das/ so dancke Gott/
Die Sonn ist allen Metallen hold/
Vnd verkehrt sie in das beste Goldt/
In allen dingen Gott loben solt.

Sed licet abjectus ſim, nec non vilis in Orbe;
Res tamen extra me tingere nulla poteſt.

Mercurium geſto intra me purum, atque coctum,
Mobilis haud equidem, ſed ſolet eſſe fugax.

Et tamen eſt clarus, puraque albedine ſplendens,
Mortuus exteriùs, vivus at interiùs.

Rex rubeus conſtare facit me, aurumque ſophorum,
Id quære in meipſo, viſceribusque meis.

Hoc ſulphur rubeum fixum vocitatur ubique:
Cætera præter me cuncta repelle procul.

Omnia nam poſſum ſolus, quantumlibet unus
Sum lapis: Argentum nolo ego, nolo Chryſon.

Mercurio infeſtus ſum principio, medioque
Atque in fine operis: Cuncta ego ſolus ago.

Imbibe nil alieni in me: ſed ſolve, deinde
Coge, caput caudæ junge ſimulque meæ.

Totius hæc Artis conſummatiſſima ſumma eſt.
Qui ſine vi me ulla diſſolviſſe poteſt,

Invenit & Rubeum, ſed & Album repperit in me,
Tu modò me ſine aquis, tu ſine pulveribus,

In ſtatione loca tepidè humeſcente, ſubindè
Ex me proſiliet candida vena, velut

Luna micans: Corvus ſed porrò innaſcitur ater,
Felices atrum quotquot habere queant.

Inſta ne ceſſes, ignemque tenere memento
Aſſiduum, ne quâ præcipitesve cave.

Lumina continuè paſces variante colore:
Hinc niveam Fixam concelebrare potes.

Mercurium, Venerem, Saturnum quippe, jovemque
Argenti virgam vertet in ætheream.

Perge bonis avibus, donec ſuper igne rubeſcat.
Tunc laudes ſummo dicito jure Deo.

Omnia namque metalla poteſt traducere in aurum.
Omnibus in rebus glorificato Deum.

Gulden Gedicht.

EIn ding der Welt vor Augen steht/
So in sich nimbt deß Golds secret/
Sein form der Mann/die Weiblich gstalt
Ist sein Materi also kald
Der Mann bleibt vest/ das Weib das fleust/
Wann man das auß seinr Miner zeucht/
Ist doch nur eins/Anfang vnd End/
Hiemit der Mann zum Weib sich wendt/
Solvier/feu l/wasch/Coagulier/
Biß sich der güldin jung figier/
Den speiß mit seiner Milch auffs new/
Vnd widerhol das Werck ohn schew/
Biß alles fleußt vnd penetriert/
Wie Wachs/darnach fein Goldt addiert/
So wird der Leibgeist gesewret wol/
Zum Werck bereit der ferben sol
Die sechs vnzeitigen Metall/
Durch Kunst auch heylen alle qual/
Diß ist das Geheim der Alchimey/
Den Weisen von Gott geben frey.

CARMEN APOLLINEVM.

OMnibus ante oculos verſatur & unica res eſt,
In ſe quæ formam ſuſcipit aurificam.
Forma maris partes, ſed fœmina materiei
Obtinet: illa manet fixa, ſed iſta fugit.
Et tamen ortu eadem, duplex licet, unaque ſola eſt
RES, Mineræ finis, principiumque ſuæ.
Junge mari uxorem, conjunctos ſolve, putrefac,
Ablue, condenſa, fige, fit inde puer
Aureus: hunc ale lacte ſuo, totiesque refinge,
Tingat ut, & penetrans ceu nova cera fluat.
Bracteolis tandem puri ſociabilis auri
Fermentatur: ſic ſpiritus intrat opus;
Cætera ſive velis mutare ex arte metalla,
Seu libet affectis applicuiſſe manus.
Hæc ſunt Alchymicæ myſteria totius artis,
Non niſi divinis experiunda ſophis.

PLUTARCHUS
DE CAPIENDA UTILITATE EX INIMICIS.

QVum Satyrus primum fulgentem cerneret ignem,
Amplecti, ſed & huic oſcula ferre cupit
Cui catus, Heus (inquit) niſi caveris hirce Prometheus,
Ambuſto mento mox dolituris eris.
Vt enim tactus, non hos valet ignis in uſus:
Sed lucem præbet, resque calore fovet.
Eſt & πάντεχνον πῦρ, cuilibet organon arti,
Si quis eum diſcat ritè adhibere modò.

PROGRAMMA AUTHORIS.

SVnt qui sapè legant Chymicos multumq; libellos,
Nec dena attingant post quoq; lustra scopum,
Nunc huc, nunc illùc, incertis passibus acti,
Quos Labyrinthæis flexibus ire patet.
Sunt alii invidiâ tacti, qui cuncta recondunt,
Offusis tenebris impediuntq; bonos,
Scilicet ut soli sapiant, solisq; putentur
Esse sophi, queis nîl quam sua sponsa placet.
Aequoris hanc inter Scyllam, & saxamq; Charybdin
Alchymicam, in medio nostra carina natat:
Cholchidos auriferam ut si quando ad littora lætam,
Technophilus per me fortè referre queat,
Inscribat spoliis, anagrammate nominis apto,
Mi NICOLAUS *erut dux* NIGER HAPELIUS.

OMNIBUS ARTIS CHEMICÆ STUDIOSIS BENE AGERE.

QVanquam non erat animus pro tenui mea parte ullum scriptum, ullamvè speculationem in rebus Chymicis post disquisitionem de Helia Artista præterea de me edere, ponderatâ vel imprimis rerum hujuscemodi gravitate: tamen singularis quidam amor erga eos, qui huic arti proposito Christiano & studio pio adhærent (inter quos & viri Principes) me fateor huc impulit, ut brevem hanc, sed perspicuam Cheiragogiam Helianam de auro Philosophico, hactenus parum animadverso, committerem luci eamq; communicârem dignis, etiam atque etiam studiosè petens, ut eam diligenter ponderare ne graventur, si fortè de nõnullis præmoneri hinc quiverint. Cum enim perlongo tempore hanc artem sectatus fuerim, nec tantũ perpetuis cogitationibus & studio theoretico, mul-

tico; multorumque manuscriptorum inspectione, quorum mentio passim à nobis fit, sed manuali insuper labore, & experientiâ propriâ, quæ (ut proverbio dicitur) vel stultorum est magistra, non sine gravi intertrimento & attentaverim, & compererim plurima, licebit mihi spero, aliqua ex parte hujus rei conditionem & fundamentum studiosis Chymiæ paulo altius retegere & de me gustum aliquem præbere, quousq; vel cogitando vel studendo vel conando operandove pertigerim. Quamvis enim tria illa principia essentialia rerũ omnium quæ nunc ex auro & argento communibus, aliisve metallis extrahuntur: nunc in eorundem mineris potentissimè perveſtigantur, efficiunt quod possunt (neque enim hæc nunc exquirere nostrũ) atque ita pro Philosophico & vivo auro habentur, perhibenturque: tamen si Philosophos purgatiore aure audimus, est adhuc aliud aurum, non paulò magis isto abditum, idque duplex, quod inquiri profundius, & produci in apertũ luculentius oportet! unum quod Monarchiæ Chymicæ proprium est, & in primo ente inest Vniversalissimi Mineralis: alterum quod ad tincturam Solis parandam spectat, quo de in hoc tractatu abundè disseruimus quandoquidem apparet latere plærosque prorsus. Quanquam autem ab omni Alchymicæ artis praxi aliquamdiu abstinuimus, partim propter malevolentiam quorundam suffusos in nos animos, partim propter exantlata varia discrimina (quæ hîc recensere nimis longum foret) partim deniq; propter offensam eorum, qui cùm nihil horum capiant, tempus in his terè nolunt: fit tamen, ut summè etiã pradentes quandoq; soleant quærere utrumnè tanti pœnitere à nobis emptũ sit, ut siliquas inanes quatere (ut ipsi loquuntur) posthac simus desituri, nec ne? Quibus quin hac ipsâ Cheiragogia nostra responderemus facere nequivimus: non certè quod Chymicum studium non summi faciendum censeamus: sed quod temporis usura, & vocationis necessitas hujus rei negotiationem & pragmatejam nobis interdicat. Scripta est igitur horis subcisivis aperta

hæc

hæc Tractatio à nobis de auro Philosophico nec dum cognito, non Chymicorum stylo (ut solent) allegorico, sed plano, ut intelligatur Tinctura Solis hactenus occultata, additis aliis, quantum equidem revelare decuit, licet occultius & circumspectius fuerit in cæteris agendum, ut quousque philosophando legendove, aut etiam operando pervenire contenderimus, de nobis alii statuere judicando possint, si forte aliquibus, non futuris erga nos ingratis, plus hinc lucis oboriri queat, & ad præcavenda damna oculi eorum adaperiri: quem morem si plærique omnes sequeremur, fieri non posset, quin operta tandem fierent apertiora, Heliá artium in lucem denique producto. Precamur autem Patrem luminum, ut ipse huc benedictionem suam elargiri dignetur, ut ad ejus gloriam hæc inprimis vergant, & Ecclesiæ emolumento sint, præsertim instantis calamitatis ærumnoso tempore. Perscripsi 4. April. Anno 1612.

PROTESTATIO.

Quæ de Vniversali Regni Mineralis universalissimo in hac Cheiragogia asserimus, nihil derogare volumus Canonibus nostris Hermeticis sive Helianis Aphorismis, quibus Ens Medium majoris & minoris mundi pertractavimus, ex quo homini constat sanitas. Dixi.

R. E. I. D.

CHEIRA-

CHEIRAGOGIA HELIANA
De
AURO PHILOSOPHICO
NEC DVM COGNITO.

SCribit Basilius Valentinus, ordinis Benedictini Monachus, qui proavorum memoria, ex superiore Alsatia oriundus, Philosophus in Chymia fuit princeps, in Curru suo triumphali Antimonij pag. 242. Ubi de lapide Ignis tractat, qui ex Mercurio Antimonij conficitur, in hanc sententiam: *Sed lapis ignis (inquit) non tingit universaliter, sicut Lapis Philosophorum, qui ex Solis essentia paratur: Nequaquam. Etenim tantum ei concessum non est ad efficiendum sua virtute: Verum tingit particulariter, nempe Lunam in Solem, praeter stannum & plumbum: Martem & Venerem equidem omittit, nisi quantum hac in parte per separationem inde elici potest.* Item: *Haec tinctura* (inquit) *una sui parte non supra quinque partes transmutare potest, quod fixum maneat in Saturno & Antimonio ipso, in Quartatione, & Adurentibus: Cùm contra verus ille ac perfectus Magnus Philosophorum Lapis immensum quantum efficere queat. Consimiliter in augmentatione sui Lapis Ignis amplius exaltari nequit: Sed tamen aurum ipsum* (inquit) *purum est & fixum.* Sic paulò post pag 244. *Animadvertendum porro Lectori est* (addit) *non unius generis reperiri lapides, qui particulariter tingunt. Omnes enim pulveres fixos, qui tingunt, appello lapides: sed unus subinde altero tingit efficacius atque altius: qualis est primò Lapis Philosophorum, qui omnium primas obtinet. Hunc sequitur tinctura Solis & Lunae ad rubeum & ad album: quam excipit tinctura Vitrioli & Veneris, itemq; tinctura Martis, quarum utraq; tincturam Solis etiam in sese habet, si modò ad fixationem perseverantem prius deducta fuerit. Hanc insequitur Tinctura Iovis & Saturni ad coagulandum Mercurium. Denicq; ipsamet tinctura ipsius Mercurij. Haec est igitur differentia* (inquit Basilius) *& multiplicitas Lapidū & tincturarum: Omnes tamen* (addit) *ex uno semine, & ex una initiali matre generati sunt, unde verum* UNIVERSALE *consimiliter profluxit: Extra quae nulla* (inquit) *praeterea tinctura metallica reperiri potest, in omnibus inquam rebus, quomodocunque vocentur. Alij lapides tam nobiles juxtà quam ignobiles, me hunc non movent; de quibus etiam nolo quidquam nunc*

dictum scriptumve, quandoquidem vim praeterea nullam habent extra medicinam. Consimiliter de animatibus & vegetabilibus nunc lapidibus item nihil mētionis faciam, quia ad medicos duntaxat usus ordinati sunt, neque ullum opus metallicum efficere possunt ad unicam ne quidem vim ex sese praestandam; quorum potentia omnium, tam mineralium (inquam) quàm animalium & vegetabilium lapidum juxta simul cumulo in Lapide Philosophico reperitur. Salia omnium potestatem tingendi habent nullā: sed tantum claves sunt ad praeparationem lapidum, aliâs per se ipsa nihil possunt, nisi quod attinet ad salia metallorum, mineraliumque (nunc aliquid loquer, si me rectè percipere voles (inquit) quodnam discrimen inter Mineralium salia puto) nequaquam omittendis sitione carere nequimus. Nam in his reperitur eximius ille thesaurus, unde omnis fixatio cum perseverantia originem suam, & verum germanumque fundamentum habet. Hucusque Basilius Valentinus.

Sublimis hic & incomparabilis ante Paracelsum, Philosophus, fundamentum hîc locat totius Universalis universalissimi, omniumq; praeterea lapidum & tincturarum in regno Minerali, extra quod Metallicæ tincturę (in rebus aliis per se scilicet) quæri non debent, id quod idem pluribus attestatur locis. Quinimò hoc loco evidentissimè indicat, præter originale magnum Universale seminis & initialis matris, ex qua omnes tincturæ cæteræ prodierunt (licet ea expresso nomine ab eo non nominetur) sex distinctos & inter se differentes alios Lapides & Tincturas existere, quarum una tingat altera subinde potentius: ut de particularibus nunc prorsus taceam. Ac initio quidem in curru suo Triumphali Antimonii describit nobis lapidem Ignis, sive Tincturam Antimonii, cujus Mercurium cum oleo Vitrioli ex Marte docet praecipitare, & in suo proprio oleo dulci rubeo, quod ex sulphure & sale Antimonii beneficio spiritus vini extrahitur, & per Retortum pellitur, dissolvere ac postmodum figere in lapidem tingentem & fluentem. Particularis est hæc quidem Antimonii Tinctura, quod tamen Paracelsum ita exaltasse cōstat & subtilibus praeparationibus, deinde reverberationibus, postea sublimationibus, tum digestionibus, nec non separationibus ac distillationibus, postremò variis reductionibus & resolutionibus (ut ipsemet Paracelsus libro Archidoxorum IV. attestatur) eò usque perduxisse, ut nulla ratione pervestigari satis possit admiranda ejus vis, qua metalla omnia pertransit, immunis utique ab imminutione suæ virtutis, eaque ad perfectionem adducit, sibi ipsi subinde ad alia atque alia tingenda semper sufficiens, & corpora humana in decimam generationem usque

usque sana, & valida propagans. Antimonio non absimile est sulphur Minerale (utrumque enim inter vitriolata *referri* debet) de quo Theophrastus, *Quod in ipso* (*inquit*) *non inest, id beneficio alterius per ipsum possumus assequi*, intelligens spiritum Mundi Magneticum, qui Philosophis est Magnesia vera lib. Mineralium cap. 7. *Quod ducem artis* (hoc est, Heliam Artistam) *sedulò sectaturum ait*. Verùm quomodo lapis Ignis ex Antimonii tribus intrinsecis interventu olei vitrioli ex Venere & Marte debeat præparari non solummodo in curru suo triumphali sparsim docet Basilius, sed multò magis conjunctim & methodo aperta in manuscripto manualis suæ practicæ videtur pertractasse.

Secundum lapidem Ignis idem proximè mentionem facit lapidis Philosophorum, cui quidem primas tribuit, respectu cæterarum videlicet tincturarum universalium, non verò universalis universalissimi, ut postea dicetur. Asseverat autem Lapidem Philosophorum fieri ex essentia auri: verè quidem, sed ut audiemus non sine adjunctione salis Naturæ tum simplicis, tum compositi: Unde Alchymiam quasi Halchymiam non ineptè indigitat Chrysippus Fannianus.

Tertia est tinctura Solis maximè Philosophici, quæ Lapidem Philosophorum proximè sequitur. Hæc auro solo eoque Philosophico à nobis descripto potissimum constat, quo nomine à Lapide ipso differt, quamvis variæ habentur ejus præparationes. Philosophorum enim Lapis ex auri quidem essentia, ut & ipsa tinctura fit. Sed Solis hæc tinctura loco salis fusilis naturæ, suo ipsius sale contenta est, & ex tribus auri præsertim Philosophici principiis resolutis, depuratis, & conjunctis prodit, ut sub finem dicemus.

Quarta Tinctura secundum Basilii sententiam est Tinctura Veneris & Martis, in unum videlicet conflatorum, hoc est, ex eorum vitrioli albo & rubenti spiritu, qui est Mercurius & Sulphur ambo-rum, unà cum eorundem fixo sale, unde hæc tinctura paratur: licet sine Sole vulgari, cum quo illa est incorporanda, non perficiatur; siquidem prius cum eo figenda est, quemadmodum testatur Basilius in lib. de Naturalibus & Supernaturalibus cap. 2. p. 28. his ipsis verbis: *Quando enim* (inquit) *Tinctura Solis in nullo abundantius reperitur, quàm in Marte & Venere, veluti masculo & fœmina, eorum corpora destruuntur, & spiritus eorū tingens ex eis propellitur, qui reseratum & præparatum aurum sanguine suo saturum, & per cibum & potum suum fugax ac volatile faciunt. Proinde aurum volatile postquam cibo ac potu suo satiatum est, suū ipsius sanguinem reassumit, & per suum ipsius internum calorem exsiccat, beneficio intervenientis vaporiferi ignis, unde rursus victoria extstit, quæ prorsus fixum & summè perseverans reddit, ut aurum fiat medicina plus-*

quam fixa. In hanc sententiam idem post duo folia addit: Etsi Mars & Venus non egent vestitu, sed eum cæteris quinq; communicare queunt: tamen asseveranter affirmo sine Leone (hoc est auro ut supra relato, & præparato) *nihil prorsus efficere posse, quia de fixitate eorum Mercurij, & malleabilitate ipsorum salis ad necessitatem eis prospectum non est, ut lucrosi aliquid venari inde possis: nisi Leo in certamine eos rursus vicerit, ut utrinq; triumphum agant, id est, ut non solum modò soluta, sed etiam utrinque ad perfectam fixationem sint ambo perducta, quemadmodum ante edocuit.*

Cæterùm magna & memorabili objectione hîc nobis occurritur, neque id immeritò. Etenim Basilius pagina vigesima nona hujus capitis non solum apertè scribit: *Tincturam Veneris & Martis sine resoluto auro* (ut jam modò dictum est) *nihil efficere posse: Sed etiam* vice versa de auro vulgari cujus tinctura tincturæ Veneris & Martis commiscenda est, testificatur: *Non posse Dominum* (nempe aurum) *de suo vestitu quidquam suis subditis impartiri: quandoquidem natura ei unicum duntaxat indumentum honorarium tribuit, nisi prius servus dixerit Dominum:* Item paulò post addit: *Non posse Regem suis famulis de regno suo quidquam hæreditatis communicare, nec perseverantem vestitum aulicũ tribuere, nisi prius pensionem & tributum à suis subditis acceperit, ut ita Dominus & servus simul consistere possint.* Hæc cum ita sint, non immeritò quis interrogârit, Quo pacto igitur tinctura Solis secundum essentialem sui differentiam à tinctura Veneris & Martis aut reliquarum distet? Si videlicet vulgare aurum nisi tinctum spiritu subditorum suorum tingere nequeat? Hunc nodum dissolvere nonnulli conati ad auri mineram, Marcasitasque confugerunt, quas multum posse non nego, cum spiritibus non sint destitutæ. Inde igitur parari Tincturam Solis, non autem ex auro fuso, contendunt. Alij contra Tincturam auri non ex auro simpliciter resoluto, sed in sua principia prius distinctè redacto, indeq; depurato, & rursus coalito, Solis hanc Tincturam venantur. Nam qui auri Mercurio non Sulphur Solis, sed Solem ipsum addunt, huc non pertinent, Nos, ut hoc loco non oppedamus illis; aliter tamen respondemus, nempe ad Tincturam solis non tam requiri aurum & argentum à natura simpliciter datum, quam aliud sublimius & melius, aurũ videlicet Philosophorum nostrum, in quo inest spiritus tingens, de quo jamjam dicemus, si prius Tincturas Basilianas omnes percensuerimus.

Quintam igitur Basilius tincturam proponit in Jove & Saturno, sed tantùm ad coagulationem Mercurij, puta in argentum & aurum, per rubeum videlicet & dulce oleum eorum arte prolectum, uti Basilius non uno loco innuit. Huc etiam pertinet, quod

per

per commixtionem aliorum metallorum Paracelsus vexationum libro, de Saturno, Luna, & Mercurio componendis tradit. Hîc verò reticere non possum Basilium de Saturno & Jove vulgari loqui: sed si adhuc sint in suis mineris, altioris sunt indaginis ac virtutis; qua de re in curru triumphali Antimonij, loquens de fixatione vulgaris Mercurij, in hæc verba scribit Basilius, pag. 87. *Ad nullam coagulationem perduci Mercurius potest, nisi fiat ei additio reliquorum metallicorum spirituum, quæ coagulatio in matre Saturni omnium efficacissimè potentissimeq; præ cæteris effusa est, & sine hoc fieri nequit, nisi Lapidem Philosophorum ipsum habeas.* Sic de Naturalibus & Supernaturalibus rebus cap. 9. de Saturno, pag. 121. *Quibus etiam scire* (inquit) *debet, nullam illius metalli transmutationem ex Saturno consequi posse, propter ingens ipsius frigus, excepta coagulatione Mercurij vulgi: quoniam frigidum plumbi sulphur currentem Mercurij spiritum calidum domare, eumque ei adimere potest, si processus rectè instituatur.* His paulò post subjicit: *Quapropter Saturnum non penitus rejeceris, nec irrisoriè prorsus post tergum collocâris: siquidem ejus natura & virtus non multis adhuc cognita est. Nam Philosophorum lapis primum suum initium sui cœlestis & plusquam coruscantis coloris tantùm ex isto metallo habet, & per influentiam hujus planetæ traditur ei clavis perseverantiæ per putrefactionem: quoniam ex citrino nullum potest fieri rubeum, nisi ex nigro prius factum fuerit album.* Hæc ille, quæ ut altioris sunt indaginis, ita ad secretiorem Saturnum pertinere intelliguntur, nempe Philosophicum, qui ex putrefactione existit Solis & salis Naturæ: tametsi inesse tum ipsi plumbi mineræ certi cujusdam generis, vim longè maximam conatur evincere in Ruricola suo excellens quidam jurium Doctor, cujus flosculi sunt gemelli: idemq; ostendit tinctura dicta Aromaticum Philosophorum ex Mercurio plumbi, ut de aliis minoribus particularibus nihil dicamus. Hinc Paracelsus in superius adducto vexationum, seu potius Fixationum libro, non satis deprædicare potest interiorem illum Saturni spiritum, qui metallorum spiritus reliquos, sive Mercurios occidat: quemadmodum vidimus & ipsi ex Mercurio vulgaris plumbi confectas auri probatissimi virgas, quas vir quidam doctissimus ante quinquennium conspicandas nobis exhibuit.

Sexto & ultimo loco Basilius mentionē facit *Tincturæ ipsius Mercurij*. Ea verò vel mediante ovorum calce paratur, ut est apud Paracelsum lib. 5. de ulceribus patentibus: vel à vitriolo Veneris & Martis elevatur, resolvitur, distillatur & coagulatur, ut videre est apud eundem de Morte rerum in Metamorphosi & apud Rupescissam, cui libellum de tinctura Mercurij in altera par-

tium Grataroli vendicamus : vel beneficio Malagmatis Jovis sublimatum resolvitur ac destillatur, in quo Mercurius calcinatur & cum metallis coagulatur, quem morem Basilius de duplici Mercurio Solis sequi videtur, pag. 108. in Repetitione Lapidis magni. Multiplex enim est via procedendi cum Mercurio : tametsi facilimè carbonum tritorum beneficio per ignem in liquorem reducitur, qui certo artificio postea Soli animam extrahit. Præcipitatur etiam per se ac figitur Tincturis Martis, Veneris ac Solis : maximè vero nutritur lacte suo, de quo illud Sybillæ Emmeriæ fortasse interpreteris, cùm inquit : *Sedens super sedem stratam, dans illi jus proprium, id est, lac de cœlo missum, quod idem idem tamen potest ad Lapidem universalem applicari*, in fragmentis Sybillinis Philippi de Lignamine Equitis Siculi. De hoc etiam Gebri dictum accipias, qui inquit: *Si ex solo Mercurio* (ex minerali nempe licet aliunde parato) *Lapidem conficere noris, præstantissimæ indagator eris naturæ.* Hinc Basilius in currū triumphali pag. 88. *Etenim Mercurius* (inquit) *est purus putus ignis penitus. Quapropter à nullo igne comburi potest, nullus eum capiat ignis ad destructionem ipsius omnigenam. Aut subitò aufugit, resolvens se spiritualiter in oleum incombustibile; aut manet post sui fixationem constans, ita ut hominum nulli possibile sit aliquid ei adimere : tantùm eousque, quidquid ex auro fieri potest, id ex ipso quoque potest confici per artem. Nam post rectam sui coagulationem auro per omnia similis est : quandoquidem cum auro ex una radice, unoque stipite & ex unitate provenit.* Cum his consentit, quæ idem sparsim habet de astro Solis & spiritu sive astro Mercurii, quæ duo radiosa virium potestate conjuncta sapientiæ intimæ penetralia certo tempore aperiunt. Vide currum Triumphalem pag. 71. & 72. nec non pag. 91. & 92. Quod si à nonnullis Tractatus Basilii de astro Solis & Mercurii, quorum illud rutilans, hoc niveo candore resplendens, non usque adhuc supprimeretur, in verbis Basilii explanandis minus laboraremus.

Nec ignoramus ad mineram Solis à nonnullis applicari cujus processus per viam humidam mediante nitro & sale gemmæ instituitur ita, ut primo terna sequestrentur principia, quæ per spiritum vini depurantur: primumque omnium ascendit astrum Mercurii album, residuo Sulphure & Sale, quorum hoc per aquam pluviam stillatitiam extrahitur & à sulphure separatur, mox ab omni terrestri fœculentia purgatum in vitriolum concrescit triangulari & quadrangulari forma. His tribus depuratis minera nova Solis de integrō extrahitur, extractumque cohobatur aliquoties per affusionem novæ aquæ regiæ, dones os Leonis rubei (ut appellirant) probè reseratum sit, quod in digestione positum circulatur, postea

abstracta

abstracta aqua ascendit spiritus Mercurialis. Hoc supra præparatum vitriolum primo solvitur & digeritur donec fœculentiam omnem deposuit. Hæc aqua oleaginea solvit supra præparatum sulphur in dupla sui proportione. His tribus partibus quatuor astri Mercurialis addunt, & sic in balneo per dies quadraginta digerunt, donec in viridem ac viscosum liquorem abeant omnia, quæ postmodò in furno Physico leniſſimè coagulantur in Medicinam fixam. Alii viam siccam sequentes mineram ab auro separant, aurumq; spiritu suo imprægnatum leniter contusum per retortum distillant, adeo, ut ex libra vix drachmam sui spiritus dulcis eliciant. Hujus ad sufficientiam parati unciam includunt phialæ & per semestre decoquunt secundum ignis gradus, donec in rubedinem fixam vergat, quæ Mercurium vivum Mineralem absque igne collectum pertransit, & idoneum reddit, ut corpus auri in tincturam vertat. Utrum hi, an illi, astrum Solis & Mercurii Basiliani rectius investigent, aliorum facio judicii, quandoquidem Tractatum Basilii de astro Solis videre non contigit.

Sed ut de Mercurio, in vulgus cognito agamus apertius, diligenter inter se conferre debemus, quæ de spiritu Mercurii in Lapidem Sapphiri congelando cum vitrioli oleo in libro Mineraliũ profert Theophrastus, cum iis quæ discipulus ejus Phædro, cognomento Magnus, de Hermaphroditi anima refert, & patebit Monarchiæ Chymicæ principibus, unde existat, & quomodo paretur Hermaphroditi ſtos ille Sapphiricus, qui est admirandum majoris mundi mysterium, quippe *cujus drachma* (inquit) *post sui projectionem super tria drachmarũ millia liquati auri, in Mille æris drachmas immissa, id universum in aurũ transmutat purissimum.* Hæc Phædro Rodochæus: cujus processus nos quosdam latet.

His addere nõ immeritò possumus, quæ experientissimus vir & Naturæ indagator profundissimus Joannes Isaacus Flander (ab hoc enim cæteri ætate posteriores omnes, velut ab altero Hermete, didicerunt) in suo tractatu de oleo vitrioli habet; Itemque de Mercurii, nec non Antimonii oleis ad tincturam fixam perductis. Nec possum silentio involvere, quod ex pluribus metallis & mineralibus conglobatis spiritus & salia oleosa cum auro & Mercurio resoluto concrescere idem docet Tincturam, quæ ex uno & eodem quantumvis diversorum mineralium genere parata, mille partes argenti perseveranter tingat & transmutet in aurum. Nihilo inferior putanda est tinctura Mercurialis & solaris Illustrissimi Bavariæ Ducis *Domini Georgij Digitis*, cui immensas opes ex hac arte constitisse traditum est à majoribus. Quinimò illud vetus: *Fac Mercurium per Mercurium per aquam Mercurialem* (scil. ex auro) nobis eadem reipsa exhibet. Nec longè ab eadem Palingenius in Capricorno alludere videtur, lib. 10. cùm inquit:

Hunc juvenem Arcadium infidum nimiumq; fugacem
Prendite, & immersum stygiis occidite lymphis. & quæ
sequuntur.

Sed de his plus satis Haud enim scio an huc sint referenda, quæ prodit Hohenheimerus Doctor ille Helvetius in libro Thesauri thesaurorum, ubi de mineralibus scribens: *Natura* (inquit) *progignit Minerale in visceribus terræ, cujus duo sunt genera, quæ in multis locis & finibus Europæ reperiuntur: Optimum autem in figura majoris Mundi est in ortu astri Sphæra Solis. Alterũ in astro Meridionali, quod est in primo flore suo, ab astro visci terræ productum, quodque in prima sua coagulatione reperitur rubeum, in quo omnium Mineralium flores & colores concluſi jacent.* Quæ verba literaliter de minera auri & Mercurij accipienda videntur, quia Theophrastus argento vivo, tanquam metallorum matri (ut & magnus Phædro) omnes mineralium colores attribuit, sicut in libello de Generatione rerum in Metamorphosi ejus videre est. Quamvis non desunt, qui hæc pertinaciter rubeæ argenti mineræ translucidæ (Germanis Rotguldigertz dictæ) accommodent. Ego pro auro alteri cuidam mineræ potius convenire putarim, quæ ferax quidem est auri, non tamen aurum. Huic non dissimile est quod Basilius in libris Naturalium, & Supernaturalium rerum capite tertio affert de spiritu Mercurij pagina quadragesima quinta in hæc verba: *Hic quispiam nec immeritò* (inquit) *interrogaverit, quomodo hic spiritus Mercurij adipiscendus & comparandus sit? Super hac re cum desiderio quispiam responsum exspectabit* (addii) *quod tamen quenquam celare nolo, sed fideliter aperire, quantum quidem* (inquit) *per Dei mandatum jus & judicium permissum mihi & indultum est, sequentem in modum: Accipe* (inquit) *in nomine Domini rubeam Mercurij mineram instar cinnabaris* (puta factitii) *apparentem. Insuper sume optimam auri mineram, quam habere potes: utramque tere pari pondere simul, priusquam ullius ignis participes facta fuerint, & cætera*, quæ ibidem sequuntur.

Notum est ex minera quadam Solis fertili & liquore Mercurij, cum ejusdem appositione menstrua perpetuum Solis augmen fœminæ cuidam nobili succrevisse: auro surgente primùm instar graminis viridi colore: postea sensim apicibus in Solem vergentibus, qui forfice demeti possent. Est & particularis tinctura alia in Solis rubeos Chrystallos abiens ubi sublimata fuerit, cum antea in ramusculos *versicolores excrevisset ferè priori consentanea.*

Sed notandum est non uno modo de spiritu Mercurii & Sulphuris Basilium, sed diversimodè loqui, nunc de Lapide, nunc de tinctura Veneris & Martis, nunc de universalissimo: unde non multò post

tò post capite quarto de spiritu vitrioli ex Venere & Marte: *Genuinum* (inquit) *& verum sulphur est incombustibile, Etenim verus ac merus spiritus est, ex quo oleum incombustibile paratur: & idipsum est* (inquit) *Sulphur, ex quo & sulphur auri ex eadem radice provenit & factum est.* Ex quibus non difficile fuerit conjectu, quid per optimam auri mineram alibi atque alibi pro subjecti varietate, quo de agit, subintelligi detur. Itaque addit: *Nam hoc sulphur rectè vocari potest & baptizari Philosophorum omnium sulphur* (quomodo & Paracelso indigitatur in libro Mineralium capitulo octavo de vitriolo, & à Basil. cap. de vitriolo pagina centesima trigesima tertia.) *Quoniam* (inquit) *in eo omnis sapientia reperitur, usque ad spiritum Mercurij, qui eum antecedit.* Quis autem sit iste spiritus Mercurii, de quo illic quidem scribit, an expressus in tinctura Veneris manuscripti sui, albus videlicet spiritus vitrioli Veneris ex Marte, an universalis universalissimi, eruditorum facio judicij. Ex una enim radice tum astrûm Solis & Mercurii, tum Mercurium & Sulphur Philosophorum provenire ait, primum quidem spiritum album, quem disertè Mercurium Philosophorum vocat: *postea enim sequitur spiritus rubeus* (inquit) *id est, sulphur Philosophorum, & oleũ incombustibile*, puta ex utraque tinctura Veneris & Martis in unum pariter coëuntium. Videantur quæ capit. de vitriolo apud eundem habentur pagin. 132. quid illic de spiritu albo ad album, & ad rubeum de rubeo analogicè philosophetur Philosophus.

Apparet igitur rubeam mineram Cinnabaris Paracelsicæ & mineram rubeam Mercurii Basiliani, ferè concordare, & utrorumque auri optimam mineram non modò de vulgariter à natura datis, sed & de aliis, utpote Antimonio, Minera Martis, & præsertim vitrioli Veneris ex Marte (ut ne quid dicam amplius) posse intelligi. Sed de his obiter, & ut Græci dicunt, ὡς ἐν παροδῷ, ad rectius intelligendum Basilium, de spiritu Mercurii multimodè loquentem; qui mos est ferè multa expertorum Chymicorum, plura uno calceo induentium. Plures enim sunt viæ, quæ ad unum finem non tantum per unum, sed etiam per plura, & quidem diversa, contra quam multi opinantur, particulariter collineant.

Quandoquidem igitur Basilius noster sex hasce explicitas Tincturas & Lapides minerales, quos fusè hactenus percensuimus distinctè recenset: interim tamen pagina 244. Currus sui triumphalis apertè simul profitetur, *Sex hos Lapides metallicarum tincturarum omnes ex uno semine, & una initiali matre, quam videlicet omnes in sua generatione prima* (verba sunt ipsius Basilii) *acceperint, ita proseminari, ut ex eadem verum Universale consimiliter profluxerit*, luce meridiana clarius liquet, præter & supra essentiam aurificam tum vulgaris, tum Philoso-

phici auri noſtri (ex vulgari enim Tinctura Veneris & Martis imbuenda eſt: ex Philoſophico vero potiſſimum noſtro Tinctura Solis conſtat) adhuc aliud eſſe, idque longe magis adhuc abditum, ex quo Univerſale univerſaliſſimum, tanquam ſeptimum & perfectiſſimum proficiſcatur, quod ex ſuamet ipſius propria radice, id eſt, terra & aqua, oriatur, eoque & Lapidem Philoſophorum ipſum antecellat, utpote ex quo unico tum lapis ipſe, tum reliqua omnia particulariter tingentia, initialiter ſint orta: Imò ex quo omnes reliquæ totius mundi res, non ſolum in regno Minerali, ſed etiam in Vegetabili & Animali vitam ſuam acceperunt, & adhuc retinent, & à Creatore ad incrementum ordinatæ ſunt. Hoc verò cujusmodi ſit, & qua in re ſitum, etſi ex ſuperioribus utcunque conjici poteſt (linea viridi ubique gyrante) tamē etiam infra plura de hac re dicemus.

Quæſtio dehinc omnis, poſtquam omnes tincturas, earumque multiplicitatem & diverſitatem in regno Minerali, percenſuimus, transferenda nobis eſt ad aurum Philoſophorum noſtrum, quodnam illud ſit, ex quo videlicet Tinctura Solis potiſſimum præparanda venit, præter univerſale univerſaliſſimum, & reliqua ſuprà à nobis commemorata.

Dicimus igitur hoc illud eſſe aurum Philoſophorum (de reliquis enim, ut & de univerſali univerſaliſſimo nunc non loquimur) nempe quod à Philoſophis ipſis ex metallis inferioribus & minoris valoris non per ſeparationem ſolam, ſed beneficio Naturæ per artem operantis ipſo actu transmutationis producitur. Itaque non eſt vulgare aurum, quod à natura in ſuo gradu duntaxat ſimpliciter eſt perfectum, & propterea in exſpiratione, ſive declinatione ſui ſeminis jam potius eſt, quàm ut fructiferum eſſe poſſit ad progenerandum alium Solem. Hac de re expertiſſimus metallarius Andreas Solea à clariſſimo Montano editus, audiendus nobis eſt, qui in ſuo libello de mineris metallicis capitulo nono de metallo exſpirante Septuria ſecunda ita ſcribit: *Quando natura cum metalli corpore perVenit uſque ad aurum, tum deſcendit iterum ex defectu alimenti famis cauſa deorſum.* Item in fine ſeptimi capitis ſepturia prima de aſcenſione & deſcenſione metallorum, poſtquam commemoravit, quam pulchrè natura aſcendens totum corpus Lunæ calcinat, quæ calx nihil ſit aliud, quàm corpus Solis, addit: *Quod Verò ad deſcenſionem attinet, facile ex adſcenſione potes eam cernere. Nam hæc eſt differentia, quod in adſcenſu Tincturam ante acquirit, quàm corpus: hîc Verò* (ſcilicet in deſcenſu) *citius amittit. Itaq; metalla* (inquit) *deſcendentia multo ſunt imperfectiora, quam adſcendentia:* Hæc ille. Proinde ubinam ſemen & Tinctura frugifera vel infrugifera ſit in metallis eadem

dē ſepturia prima capitulo ſecundo de ſemine metallorū in hanc ſententiam ſcribens, *Adſcenſio* (inquit) *& deſcenſio metallorum fieri non poſſet, niſi in ſemine conᵛenirent, & ſibi inᵛicem cognata eſſent.* Item, *Argentum & aurum habent idem ſemen* (inquit) *quod in aſcenſu argentum transmutat in aurum: in deſcenſu ᵛero transfert cuprum.* Denique eodem loco concludens apertiſſimè inquit: *Oportet ut ſemen ex corpore ſuo in aliud eat, aliàs non eſt frugiferum.* Hactenus Soleas, cujus multiplici experientiæ fidem qui non habet, habebit nemini. Apparet igitur cauſa cur ex communi auro tincturæ non fiant, niſi illud tingenti ſpiritu ſubditorum ſuorum prius (ut ait Baſilius) exaltetur. Nobilius enim & perfectius nobis quærendum eſt aurum, quod ſit in adſcenſu, in quo ſpiritus tingens atque creſcens ineſt, & ſemen fructiferum, quod quidem ipſius Soleæ indicio eſt aurum ex inferioribus metallis productū. *Quorſum enim aliàs* (inquit Comes Treviſanus) *inſerᵛiret nobis tempus noᵛimeſtre* (puta quod in exaltatione auri communis impendendum nobis eſt per Tincturam Veneris, ut docet Baſilius, donec nobis aurum Philoſophorum progenerare queat) *Etenim ſumeremus utique corpus hoc* (inquit) *quemadmodum à natura eſt creatum.* Vides hîc non aurum à natura ſimpliciter datum tincturas per ſe parere: ſed aliud. Itaque concludens addit: *Aurum noſtrum non eſt aurum ᵛulgi, ut omnes Philoſophi dicunt, quia aurum commune mortuum eſt: noſtrum autem ſpiritu imprægnatum & ᵛiᵛum.* Hinc Johannes Clopinellus de Mehum in Reſponſione ad Lamentationem Naturæ, *Aurum* (inquit) *ſcitur eſſe minerarum omnium theſaurum: attamen formam non habet neque materiam tantæ potentiæ, ut ſuam excedat perfectionem. Non habet enim majorem potentiam, quàm perficiendi ſeipſum, quidquid moliatur artifex. Ipſum deſtruere, ac in eſſe reducere, fatuum eſſet opus, cùm ex eo nihil plus ᵛirtutis, neque potentiæ haberi poſſit, quam obtinet ex ſua propria natura. Nulla fit reductio eorum, quæ natura perficit in ſpeciem, ᵛel in indiᵛiduum, niſi primò corrumpantur. Etiam poſt corruptionem generatio non fit ſpeciei ſimilis, niſi fiat regreſſus in hoc genus. Quapropter auri deſtructio ᵛiam non ſternit ad ipſum conſtruendum, quia per ſui deſtructionem conſtrui nihil poteſt; Ipſo namque mortuo pariter moritur ejus ſubſtantia, ut ex eo non poſſit amplius aliud argentum ᵛiᵛum enaſci, neque metallum*, & cætera, quæ ibidem ſequuntur, notatu condigna.

Ut igitur ſententiam noſtram de auro Philoſophorum ex inferioribus metallis parando expreſsè & ſolidè confirmemus, adducemus

cemus testimonia evidentia Philosophorum complurium, Ac primò quidem Basilius in manuscripta declaratione manualis suæ Practicæ, de Tinctura Solis in hæc verba scribens : *Debes igitur scire* (inquit) *quod Lapis noster componatur ex sua propria essentia, & alia metalla transmutet in aurum Verum : quod* AURUM (addit) ITERUM DESTRUI OPORTET *& in meliorem Lapidem converti,* Satis evidenter hîc (opinor) indicat prius constructendum esse hoc aurum, quàm iterum destrui possit, vel in meliorem converti lapidem : unde & Rythmis suis Germanicè impressis, statim ab initio canit :

O Sol, Regis in hoc qui munere fungeris Orbe.
Luna genus servat multiplicatque tuum.

Quibus equidem Lunam ad auri propagationem requiri ostendit, ut & in sequentibus, cùm expressè addit:

Summè Luna precor, ne deserueris velis me,
Quum Venus in bivio jam sit, ut illa decus
Indutias q3 tuas ipsa induat: ut libet ambo
Abs illa compti, divitiisq3 simul
DITATI *simus! quod te meminisse subinde*
Addecet. Hoc etenim nunc tibi lingue. VALE.

Sic in versibus de Venere ipsa testatur, *Ejus filium nempe (Antimonium) excalfacere corpus Lunæ, ut ea fiat prægnans, & progeniem post se relinquere possit virtutis & fructus innumerabilis* ; innuens aurum nostrum Philosophicum.

Sed de Basilio infra plura dicemus : nunc ad præstantissimum Auctorem libelli de duodecim Tractatibus Lapidis Philosophici accedamus, cujus anagramma fuit, QUI DIVI LESCHI GENUS AMO, quod est, MICHAEL SENDIVOGIUS, Polonus ille, quem Olvvaldus Crollius in præfatione Basilicæ suæ vocat HELIOCANTHARUM BOREALEM, apud quem Tincturam Lapidis Philosorum, ejusque magnam vim & operationem ipsemet stupescens pervidit. Sic igitur Sendivogius in Procœmio Tractatuum suorum : *Licet* (inquit) *reperiantur quidam maleferiati, qui aut ex invidia, aut malitia, aut metu detectionis impostura-rum suarum clamitant, auro suam animam* (tingentem videlicet) *posse extrahi, ac pomposa & vana ostentationis delusione alieno reddi corpori, non sine temporis, laborum ac sumptuum jactura & detrimento: sciant pro certo Hermetis filij ejusmodi animarum* (ut loquuntur) *sive ab auro, sive à Luna quacunque tandem via vulgari Alchymistica, extractionem, meram esse persuasionem: quod quidem à multis non credetur, sed tandem per experientiam, unicam & solam veritatis Magistram cum damno verificatur. Econtra, qui via Philo-*

sophica

ſophica (inquit) *hoc ſine fraude & fuco præſtare poteſt, ut vel minimũ metallum ſive cum lucro, ſive ſine lucro, realiter colore Solis vel Luna in omnib. examinib. requiſitis permanente tingat: illũ jure affirmare poſſum, habere fores Naturæ apertas* AD ULTERIORA ET ALTIORA ARCANA INVESTIGANDA, *& cum Dei benedictione acquirenda.* Hæc non tam ad artificium extrahendi animam tingentem referenda ſunt, per quod via pateſit ad altiora ſecreta indaganda: quã ad ipſummet ex inferiorib. metallis verè productum aurum, quippe cujus beneficio ad altiora nobis, ut ex authore oſtendemus via ſternitur. Quæ verò de anima auri vulgariter extracta ſermocinatur, ſciendum eſt eam transmutare non poſſe, licet colorem inducat, ut teſtis locuples eſt Paracelſus libro Mineralium capitulo ſeptimo, cùm in hæc verba ſcribit: *Hoc in ſe omnino verum eſt, ſi auri ſulphur projicitur in argentum, colorat quidem illud, ſed non figit, quod & Baſilius innuit, in repetitione Lapidis magni pag.* 113.

Rectè igitur Sendivogius in Tractatu nono de commixtione metallorum: *Noverunt* (inquit) *Chymiſtæ ferrum in cuprum ſeu Venerem ſine Sole transmutare: ſed ſi ſcirent* (addit) *hus mutationibus Solis adminiſtrare Naturam, certè rem omni theſauro invenirent pretioſiorem.* Quid hoc, obſecro, eſt aliud quàm non aurum commune, ſed aurum noſtrum philoſophicum, ex quo Tinctura Solis, theſaurus pretioſiſſimus poteſt poſtea præparari? *Propterea* (inquit) *dico non ignorandum eſſe, quæ metalla invicem ſint conjungenda, & quorum natura naturæ correſpondeat.* Deniquè concludens: *propterea* (inquit) *unum datur metallum* (metallum inquit) *quod habet potentiam alia conſumendi* (corrodendo videlicet.) Quare? *Eſt enim ferè* (inquit) *ut aqua eorum & ferè mater: Vnica tantum res, humidum radicale Solis & Lunæ videlicet reſiſtit ei, & melioratur per illud.* Poſſet omninò videri de Saturno vulgari ad literã loqui: Sed propriè aurum & argentum per Saturnum vulgarem intrinſecus meliora non redduntur, licet forinſecus purgentur. De alio igitur Saturno accipias oportet, cum quo ſi aurum undecies coit, proſternitur in mortem, & poſtea impoſitum matrici ſuæ (Mercurio videlicet) concipit & progenerat optimos fructus. Verùm cum alius Saturnus præter vulgarem, aut qui per ejus animam ex regulo Antimonii per Cementum, ut & ex Mercurio vulgi reſoluto in aqua forti fit transmutatione, actu nullus ſit metallum, non ineptè iſta ad Tincturam Vitrioli Veneris & Martis (hæc enim eſt ferè ut aqua eorum & ferè mater, per quam humidum radicale Solis melioratur) referuntur: ſiquidem aurum reſeratum & præparatum inde ſaturatur & in Tincturam fixam promovet, teſte Baſilio: quandoquidem aurum per ſe tingere nequit,

nequit, nisi tingatur, Itaque addit Sendivogius: *sed ut detegam* (inquit) *Chalybs vocatur*: verè quidem chalybs: sed non vulgaris, verùm in Venerem transmutatus, cui Solis natura intrinsecus est permiscenda (ut paulo ante dixit) per amborum vitriolum scilicet, non commune. Huc illud pervulgatum pertinet: *Visitans Interiora Terræ Rectificando Invenies occultum Lapidem Veram Medicinam.*

Quod vero addit Sendivogius: *si undecies coit aurum cum eo* (nec enim nisi multis vicibus conjunctum cum auro transcendit Alembicum, ut videre est in Practica manuscripta Tincturæ Veneris Basilianæ (*emittit semen suum, & debilitatur ferè usque ad mortem*, id ita accipiendum est, ut per putrefactionem post amborum distillationem mortificetur demum, quo possit in novam vitam inde resuscitari. *Tunc* (inquit) *chalybs concipit, & generat filium patre* (id est vulgari auro) *clariorem*, hoc est, generat nobis Solem sive aurum philosophicum, unde postea Tinctura Solis ex Sole philosophico existit. Hinc addit: *Postea cum semen jam natu* (id est sulphur auri philosophici) *imponitur in suam matricem* (hoc est si suo admiscetur Sali & Mercutio) *purgat illam, & facit eam millesies aptiorem ad pariendum optimos fructus*, id est, profert nobis Tincturam ex Sole philosophico, quæ post fermentationem sui mille partes tingit, ut author est Basilius. Sed addit Sendivogius: *Est & alius chalybs, qui assimilatur huic, per se à natura creatus, qui scit ex radiis Solis mirabili vi & virtute elicere illud, quot tot homines quæsiverunt, & operis nostri principium est*: intelligens non tam mineram Martis sive chalybis nativi) quam certum quoddam minerale Marti oppositum, de quo Tractatu ultimo inquit: *Sal nostrum est Mercurius*: Deinde addit: *Sol & Luna nostra* (unde scilicet Lapis hic Philosophorum existit) OBDUCTA EST SPHÆRA SATURNI: quod quidem minerale auri radios (id est V. essentiam ejus) in se recipit & mirabili vi promovet in lapidem tingentem. Nihil his magis opertum, nihil magis etiam apertum: Si modo habeamus apertos oculos ad intelligendum radicem minerarum & simplices & compositas.

In hanc sententiam idem Sendivogius tractatu decimo: *Aurum* (inquit) *potest dare fructum & semen, in quo se multiplicat industria sagacis artificis, qui scit naturam promovere.* Sed tam in Praxi Tractatus undecimi, quàm in Theoria Tractatus tertii, arctè cavet, ne aurum vulgare ad Tincturam Solis per se assumamus simpliciter: In praxi quidem, *Sed hoc admonitus sis* (inquiens) *ne accipias aurum & argentum vulgi. Nâ hæc sunt mortua. Accipe nostra* (inquit) *quæ sunt viva.* In Theoria vero, *sed hanc tibi habeto cautelam* (ait) *ne in metallis vulgi,*

illud

illud quæras punctum Naturæ, in quibus non est. Nam hæc metalla, PRÆSERTIM AURŪ VULGI *mortua sunt: sed nostra sunt & viva spiritum habentia, quæ omnino sumenda sunt.* Hæc Sendivogius: quibus (fateor) non tantum de nostro philosophico hoc auro agit, sed etiam de Universali Magno. Quidquid tamen sit, omnino aurum vulgare simplex, nisi è mineris prius eruatur, & exaltetur, excludit.

Sed Theophrastū Paracelsum consulamus, & quid ille nobis de auro hoc nostro philosophico philosophetur, aut potius praxi sua demonstret, dispiciamus. Docet is lib. de Natura mineral. cap. 7. ex sulphure minerali Epaticam conficere, *unde postea oleum rubeū edistillatur*, ubi in hæc verba scribens: *Hic item observandū est* (inquit) *quod vis argentum, quod oleo huic imponitur, & ad tempus suum permanet, denigratur, & calcē solarem in fundum demittit. Sed ante tempus debitum non fixam calcē* (inquit) *sed volatile quid & immaturum* (notetur hîc vox immaturi propter sequentia) *Quod si autem suum terminū assequitur* (addit) *& ad finem usq; pervenit, tunc* EFFICIT OMNIA (inquit) QUÆ EFFICIENDA SUNT: NON BONUM PLURA DE HAC RE DICERE. Ex hoc equidem vel unico loco plusquā evidenter apparet, quidnā hoc aurū ex argento natū præstare possit, de quo non conducere ait, ut plura indicet: & tamen omnia peragere fatetur, quæ peragenda sunt, quidquid videlicet Artis cupidus desiderat. Insignis hic est locus, qui nullo pacto nec elidi nec eludi potest, quo minus Palmariū sufficiat ad confirmandū nostrā sententiam tanto (inquam) certius, quanto major omnium est Theophrastus. Cæterum sulphuris hoc oleum nihil est aliud, quàm primum ens vitrioli, quod tū aciditate sua satis arguit, tū etiam inde liquet, quod si huic oleo sulphuris cōmunis bis tantum aquæ fontanæ immisceas, postea chalybis in hoc lamellas usq; ad tertias decoquas, continuo ac refrigerabitur, vitriolum viridissimum progignitur, quod tirocinio suo insertū nuper ex nostra disquisitione quidam verbotenus descriptum pro Sale Martis ineptè venditavit.

Sed redeamus ad Paracelsum. Scribit is in Manuali suo, ubi de praxi & præparatione Tincturæ Solis agit, ut ex fine patet. (ibi enim de auro potabili & liquore Solis disertè loquitur) in hæc verba *Sume* (inquit) *Electri mineralis immaturi* (hoc est quod inter maturum, & immaturum est) Quid hoc (obsecro) electri? Nihil sanè aliud Electrum Paracelso nisi metallum quod est ex alio metallo arte factum, ita etiam ut vel alba venus ex rubea quantumvis tantum secundum colorem non secundum rem distans sic ei dicatur. Hinc in lib Mineralium cap. de Arsenico ita definiens: *Electrum* (inquit) *metallum est, quod ex alio metallo provenit* (puta beneficio naturę per artē) Unde alibi etiā crama-

mnium metallorum Mercurio junctum Electrum, tanquam ex septenis elicitum quid, nuncupat. Consequens ergo est ipsum nomine Electri hîc non de vulgaribus & simpliciter à natura datis, sive in minera sua constitutis, sive fusis metallis per se loqui, sed de hujusmodi, quæ per artem ex aliis producuntur, ut cùm Venus ex Marte fit, quæ longè est præstabilior, & majoris potentiæ (ut docet experientia) quàm commune cuprum.

Sic etiam aurum ex Luna productum, quod supra per oleum epaticæ sulphuris fieri docuit, vulgari multò est præstantius, quippe quod omnia efficit (ut inquit Paracelsus) quæ efficienda sunt: quod etiam ita exaltari potest, ut cuivis sit admirationi. Sed cur minerale & immaturum vocat? Nempe quod ex minerali & immaturo. Fit enim per mineralia, utpote per oleum sulphuris ex Luna quæ imperfecta est, sed in via tamen propinqua, ut ad maturitatem proximè perducatur. Antequam igitur terminum suum planè compleat, est immaturum, habens adhuc extraneas superfluitates, quo nomine ab omni superfluitate lavare & purgare electrum docet per stybium more chymico, nempe ut ad exquisitos auri gradus usq; perveniat. Quid? quod aurum ipsum, (quantumvis ex Luna productum) respectu Lapidis & Tincturæ Solis, est res adhuc imperfecta, & proinde quodammodo immatura? ut ipsemet Theophrastus seipsum exponens ibidem non multo post declarat, Cum inquit: *Natura reliquit id hoc loco imperfectū, cùm non lapidem, sed materiam ejus formarit: quæ quidem, respectu lapidis; & sine præparatione res est dimidiata & manca.* Accuratè perpendendus hic est locus, ut intelligamus, quid hîc vocet respectivè Naturæ opus (veluti est argenti in aurū naturalis transmutatio per oleum Epaticæ sulphuris) quid item opus artis, in paranda videlicet Tinctura Philosophica: eò quod ubi natura desinit in construendo auro nostro, ibi ars demum incipit nempe Solis Philosophici præparare Tincturā: quamvis utrobiq; artifex tanquam Naturæ minister tantum accedat, plus equidem in opere artis, minus v. in opere naturæ laboris impendens. Theophrasto succenturiatus adstipulatur Bartholomæus Korndorferus, cui aurum ipsum etiamnum crassum, nec clarificatum, corpus dicitur. Nam ut hunc quoq; testem tanti negotii producamus idoneum, scribit is in Tractatu de Luna & ejus defectibus, Tractatui Tritheimiano non absimili in hæc verba: *Fieri potest* (inquit) *ut brevi via argentum eò adducatur, ut fiat aurum optimū, quod maximi est faciendum*, QUIA NULLUM MELIUS ISTO AD TINCTURAS NOSTRAS POTEST ADHIBERI. Quid expressius his, quid evidentius obsecro aut quid cum Theophrasto denique magis consentiens? Addit autem, quo Theophrastum de solutione electri immaturi mirificè illustrat, *Quisquis* (inquit) *im-*

maturum

maturum aurum (sic argentum vocat) *maturare potest, id q; in debitum liquorem convertere, ut à terra sua separetur fontem sanitatis consequutus est.* Hinc extollit dictum Theophrasti in libro Vexationum asserentis: *Veram Alchimiam tantùm per unam artem docere argentum & aurum facere ex quinq; imperfectis metallis: nec uti receptus aliis, nisi tantùm* de *metallis*, ex *metallis*, per *metalla*, & cum *metallis fieri perfecta metalla.* Quod quomodo intelligendum sit veluti explicans, *Magna* (inquit) *arcana in metallis abscondita sunt & via facili eruenda supra quam credi potest, ut inde aliquid efficias. Taceo, iam* (addit) *si Philosophico more resuscitentur & experiefiant in primæ vum Mercuriũ suum, non currentem, sicut circumcelliones de hoc vociferantur, sed in sementem visciđã in speciegerminis, suavissimi Leonis. Ita nominari solet Mercurius Philosophorum. Hic mira* (inquit) *super mira efficiuntur.* Ex his patet cujusmodi Mercurium & principia esse oportet, in quæ metalla sunt resolvenda: nisi velimus Tincturas in cassos abire pulveres, qui nullum in metalla fusa ingressum habeant, sed eis frustra innatent. Ac de metallis quidẽ fiunt Tincturæ, cùm de illorum substantia eruuntur primordia, quæ in viscosam sementem promovent, si rectè tractentur. Ex metallis autem cùm metalla perfecta componuntur cum suis primordiis in forma oleaginea materialiter: Per metalla autem in Tincturarum super metalla perfecta projectione, ut per eorum medium acquirant consistentiam debitam: Cum metallis denique fusis perfecta fiunt metalla, nempe in transmutatione imperfectorum in perfecta beneficio medicinarum jam perfectarũ. His totius artis summam signantissimè Paracelsum brevissimeque esse complexum videmus. Inspiciantur quæ de hoc præparationum genere non modo tradit Guido de Monte (est enim prolixis circulationibus tædiosior) sed etiam quæ longè experientissimus vir Isaacus Hollandus de salibus & oleis metallorum peculiari Tractatu proposuit (quanquam furnum Reverberii clausum, perpaucis illum cognitum, quo usus est Paracelsus, cum monticuso intus desiderant, alias præparari nequeunt) cætera per se aperta sunt, præsertim si cum tractatu de oleo vitrioli, Itemque Antimonii & Mercuri (de quibus supra) conjungantur.

Nec verò prætermittere possum hoc loco, quin ad clarissima illa Paracelsi & Bartholomæi Korndorferi bina testimonia addam & aliud Monachi monstrosissimi Franciscani, qui ad Burggravium Fridericum Marchionem Brandenburgensem anno 1419. scripsit Constantiæ tractatum Germanicum: sed impressus liber non est, multis de causis. In eo Tincturæ & Metallorum & gemmarum multiplices continentur & arcana multa. Si igitur eo loco, quo ad

Tincturam Veneris atque Solis pervenit, cujus beneficio Lunam in Solem convertere docet, HIC SOL (apertis verbis indicat) PLUS EFFICIT, QUAM ALIUS SOL: & modum ostendit, quo sit procedendum. Compendium Friburgi olim Brisgojæ acceptum Leonhardus Turnisserus in arce Kussenbergica amisisse se questus est, sed eo adhuc vetustius exemplar extat in Bibliotheca Schobingeriana S. Galli, cui Medicum nobilissimum Dn. Sebastianum Scobingerum à morte clarissimi viri, agnati ejus Dn. Bartholomæi. J.U.D. præesse memini. Cum his congruunt aliquemodo quinque iliæ Tincturæ particulares quæ feruntur corticeis libellis inscriptæ, ex unò ferè cum prioribus fundamenti genere procedentes, sed in eis purum ab impuro terrestri non separatur: Contrà quam apud Monachum videre est, qui terrā leprosam abjicere docet, quò fit ut ejus Tincturas particulares tantò necesse sit præstantiores reddi, & magis matureſcere, & plus tingere, quantò illas subtilitate vincunt.

Sed ad Comitem Bernhardum ex Marchia Trevisana redeamus, qui in secunda parte sui libri in hæc verba expressè scribit: *Cum damno* (inquiens) *expertus sum*, QUOD IN METALLIS ABDITUM ESSE OPORTEAT: Quo allegat dictum illud Gebri dicentis: *Nulla res extranea, quæ non ex metallis composita, seu orta, potens est ipsa perficere, seu eorum transmutationem facere novam.* At verò idem Bernhardus *Corpora perfecta* (inquit) *quæ sic simpliciter per naturam sunt perfecta, tantum in gradu suo simplici sunt perfecta, & nisi per artem plusquam perfecta fiant, non possunt imperfectis corporibus hoc modo ullum auxilium præstare: sed si per artem tractentur* (inquit) *& secundum artem more Philosophico perficiantur* (notentur verba) *tunc via aperta est* (inquit) *& facile deprehenditur, quid efficere queant. Nam nostrum aurum non est vulgare aurum* (addit) *& nostrum argentum non est argentum vulgi: siquidem ista in sua substantia ita permanentia, mortua sunt, nec vires in se habent ullas, ut videre est in codice veritatis*, id est, turba Philosophorum. Hinc ex Gebro aureum illud dictum allegans: *Quicunq;* (inquit) *ignorat radices mineralium & simplices & compositas, ignorat principia naturæ. Ergo & artis: & perconsequens erit sophista potius, quàm Chymista.* Simplices intellige, quæ insunt Universali universalissimo: Compositas verò quæ ex Mercurio in liquorem viscidum cum terra minerali quadam homogenea resoluto componuntur, quibus vis germinans atque tingens universalis universalissimi spiritualiter inest, quæ in igne absque strepitu instar ceræ post debitam rectificationem fluit, cum quibus aurum attenuatum colliquescit ut butyrum, & in Lapidem Philoso-

phorum

phorum abit. Intentius igitur & diligentius naturam perſcrutatus Bernhardus perpetuò ſibi hoc dictum ante oculos poſitum fuiſſe teſtatur, nempe: *Natura naturam continet : Natura naturã ſeparat : natura obvians naturæ ſuæ lætatur, & in alienas transmutatur naturas*: Quorum duo priora docent non metalla quidem ipſa qualia in ſe ſunt eſſe ſumenda, ſed ab illis extrahenda, quæ in eis continentur (cum damno enim ſe didiciſſe fatetur, quod in metallis abditum eſſe oporteat) duobus poſterioribus verò amicam auri cum radicibus minerarum conjunctionem, & inde conſequentem tincturam complectitur: quæ ſatis eſt hactenus veluti intenſo digito commonſtraſſe.

Nunc quoniam ſatis ſuperque videmur probaſſe, aurum Philoſophicum noſtrum, ex inferioribus metallis arte & natura productum, præſtare nobis tincturam auri Philoſophici à Lapide diſtinctam, rem totam ex Baſilio concludemus: Scribit igitur Valentinus in occulta Philoſophia ſua ſub finem *de cervo, cujus cornua ex auro puro erant, quæ multa corniculorum, ſive ramorum, millia acquiſiverunt, qui quidem cervus in ſylvam viridem cucurrerit, quem venatores usque in hodiernum diem inveſtigent, & perſequantur.* Parabolæ hujus intellectum ex ſuperioribus dictis non difficile eſt cõjicere: tum à Baſilio ipſo in fine Currus Triumphalis Antimonii ſatis declaratur, *quomodo videlicet* (ut ibidem inquit) *quæſitus cervus cum venationis alacri induſtria comprehendatur.* Etenim per multiplicatum Lapidem ignis, cujus una pars quinque partes Lunæ, eum perſequi docet, & quæ ibidem conſequuntur. Ex quibus plusquam abunde conſtat qualenam metallum ſit aurum hoc philoſophicum noſtrum & unde producatur, ex Luna nempe in Solem tincta, unde cervus ille aureus nobis exiſtit, quod quidem aurum (teſte Baſilio) oportet denuò confringi (ut in manuali praxi docet) ſiquidem in meliorem lapidem, hoc eſt, in tincturam Solis, abire debeat: quò reſpiciens Paracelſus in libro de generatione metallorũ ſive mineralium, ita ſcribit: *Si Alchymiſta ſulphur iſtud aureæ poſſent reperire, quemadmodum benè poteſt reperiri* (inquit) IN ARBORE AURI ET EIUS RADICE (*Hoc enim ſcrupulus eſt ipſorum univerſalis*: NON ALTERUM ILLUD) *utique lætari poſſent, &c.*

Hæc igitur hactenus de auro philoſophico noſtro, quod plærisque omnibus video ignotum, & hucusque inobſervatum fuiſſe dicta ſufficiant. Nunc ſub finem Cheiragogiæ noſtræ colophonis loco breviculã ex Baſilio Tincturæ Solis philoſophici, itemq; Lapidis Philoſophorum præcipui, præparandi rationem appendemus; ſi modò illud præmiſerimus, etiam in ſale communi, nec non alio quodam pene illi congenere abditiſſimas vires ineſſe, quæ

cum auro compoſita mira nobis præſtant, ut & cum oleis vitrioli & antimonii rectè præparatis. Certè ſal commune excellens aurū potabile nobis exhibet per ſpiritum vini, ſi poſt calcinationem debitam criſtallizetur, & in oleum dulce per ſe diſtilletur, quem proceſſum Baſiliano planè conformem integerrima & nobiliſſima quondam gente nato Chriſtophoro Meyero, à Rodolph Zell & Windeck &c. conſolaneo noſtro debemus: ut de aliis arcanis ex ſale prognatis nihil dicam. Nam & Paracelſo eſt circulatū minus, quod matricem ille omnium metallorum ſuo quodam jure vocat, præſertim marinum, cùm quo circulatum majus ex Mercurio ſublimato per eundem præparatū conſentit. Quid dicam de oleo antimonij dulci quod tantopere quæſivit Crollius, nec invenit, non ita quidem ab eodem amico fideliter nobis communicatum?

Quod igitur ad Tincturam Solis Philoſophici attinet, ſi ea rite debeat præparari, oportet ut id fiat per juſtam & debitam auri anatomen: ita ut primò ſulphur ejus puriſſimum, & ſummè graduatum ſine omni corroſivo extrahatur, & ab omni recremento ſeparetur. Poſtea ſal auri noſtri philoſophici, quod inſtar lactis apparebit albidum, non tantum extrahi oportet, ſed etiam in transparentem criſtallinam ſerenitatem adduci, quò facilius deinde in extracto ſulphuris auri liqueſcat inſtar butyri, & una cum eo alembicum tranſcendat. Cùm verò utraque hæc ſic exaltata fuerint, tunc ſuo Mercurio reſiduo ſuperfuſa mox ab ipſius ſolutione eum præcipitabunt. Hinc omnia tria principia viſcoſa in vitro philoſophico putrefieri, atque inde in novam vitam reſuſcitari per ſuum proprium corpus & ſal oportet, donec in regeneratam aſtralem fixam & perſeverantem eſſentiam abeant, quæ per initialem trium principiorum ſuorum craſin multiplicari & menſtruo ſpatio augeri poteſt viribus & quantitate. Hæc breviter de Tinctura Solis.

Quod verò ad Lapidem Philoſophorum attinet, alia ineunda eſt via, ſiquidem duplex ejus præparandi ratio eſt, vel per compoſitionē radicis ſuę mineralis ſimplicis cum reſoluto auro, quem morem ſequitur Baſilius in 12. clavibus, vel per conjunctionem auri cum radicibus minerarum compoſitis, à qua via minimum recedit Lapis Ignis ex Mercurio antimonii & vitriolo Veneris atque Martis per proprium ſulphur parandus. Sed de hujus genere ſatis ſupra diximus, à quo nihil differt deſcriptio parabolica de Nobili Solis flore, ex præcipuæ cujusdam Civitatis Imperii archivis non ita pridem (ut fertur) deprompta, quæ totum proceſſum abundè tradit, quamvis multorum Sophiſtarum præſtringat oculos. Poſſunt autem Tincturæ particulares ex hoc compoſito præparari variæ, de quibus nunc dicere ſuperſedeo. Radicem verò mineralem Univerſalis univerſaliſſimi ſequuti ſimplicem, cum Baſilio

filio in fine Memorialis Tabellæ asserimus, hîc non opus esse, ut in Tinctura Solis fieri docuimus, aurum in tantum destrui, ut per elementa justificetur & ita prima essentia radicis ejus quæratur & in apertum proferatur. Quin ne in compositis id fieri necesse est: quanquam non desunt, qui per Mercurialem essentiam extrahunt auri animam, ipso auro penè immuni manẽte, unde opus ad summam excellentiam promovent, adeò quidem ut perpendiculariter immisso in Tincturam Lapidis sui universalem cultro, & indidem eodem modo extracto, tantumq; absterso cum papyro super liquatum aurum projectâ, etiamsi prorsus nihil adhæsisse videatur cultro, solo odore tamen Tincturæ suæ unciam plumbi integram in aurum converterint omni specillo probatũ, ut retulerunt nobis, qui viderunt, quorum animi cum essent antea ab hoc studio prorsus alieni, facti postea artis avidissimi.

Sed unicuiq; (inquit Basilius) *qui huic sapientiæ adhæret, eamq; amare cupit, incumbit, ut aureum illum magnetem* (videlicet Universalis universalissimi) *pervestiget, quò rectius eum agnoscat, quem unica in re unicè, & in una sola materia radicem ejus inveniet* (qua cum purum aurum subtiliatum medio amicabilis cujusdam liquoris, est resolvendum, ac tantisper continuo igne fovendum ac in philosophico furno decoquendũ, donec in Lapidem Rubini instar transparentem abeat) *ex quo* (inquit Basilius) *aurum nostrum potabile adhuc perfectius fit, quàm ex ipsomet auro, quod primum spirituale oportet fieri antequam ex eo potabile aurum possit præparari, ut habet cap.6. de rebus Naturalibus & cap.7. pag.93. Nam spiritus hîc cæruleus, qui & in sapphiro gemma & Luna inest, est sulphur atque anima* (inquit) *unde aurum & argentum vitam suam percipiunt.* Hinc Basilius in repetitione Lapidis Magni, pag.114. *Lunæ spiritum spiritui Solis perinde appropriari scribit, atque fœminam viro tum in terra* (ubi metalla primum generantur) *tum deinde super terram per artem.* Denique *Tinctura alba* (inquit) *sita est in Magnetica forma illius unicæ rei, in qua primum ens auri itidem reperitur.* Proinde caput illud, post descriptam Rectificationem Tincturæ argenteæ, & ejusdem præporationem, his verbis claudit: *Si verò nostri* (inquit) *illorum omnium primum mobile, non est opus* (tantis compositionum videlicet circulationibus) QUANDOQUIDEM opus EX UNO PERFICERE POTES.

Quid verò hoc sit unum in Natura Mineralis regni pervestigandum est. Sed tamen ne intactum relinqueret prorsus, atq; ita Lectorem in medio cursu destitueret, passim innuit, non longè ab unoquoque esse nostrum; Sic enim Rerum Naturalium cap.4. pag.56. queritur, *filios hominum id non observare, sed potius*

contemnere, quod Deus in natura abſconditum poſuit. In eandem ſententiam in fine memorialis ſuæ tabellæ, *Vera radix vilis eſt* (inquit) *etiam oculis ipſi plebi viſibiliter expoſita, ignota tamen, & ſine multiplici præmonſtrata proba homini in caliginoſo abdita. Totus enim hic Mundus* (quod & Bernardus teſtatur) *eam videt, nec tamen agnoſcit.* Sic de Magno Mundi minoris myſterio ſub finem pag. 220. *Prima materia toti mundo manifeſta* (inquit) *coram oculis ſita eſt, quam paucissimis tamen cognita, & adhæc ubiq; locorum viſibiliter reperienda nempe Mercurius ſulphur & ſal & aqua Mineralis, ſive metallicus liquor, tanquam centrum, a* SUA FORMA SEPARATA, *& ab his tribus incipientibus facta.* Maximè verò omnium in fine ultimi capitis de Naturalibus rebus, *Omnia* (inquit) *quæ poſt Antimonium Vitriolum Sulphur, Magnetem, præcipuè dotata ſunt præ aliis & affinia ijs, ex quibus aurum & argentum principium medium & finem ſuum ſortiuntur, una cum vera transmutatione & alteratione particulariter, virtutem, vires & potentiam ſuam acceptiſſe ait* EX UNA RE, *in qua hæc omnia inviſibiliter adpariendum abſcondita latent, una cum metallis omnibus: quibus ſubjungens,* QUÆ MATERIA (inquit) *manifeſta eſt coram oculis omnium hominũ. Verum quia virtus ejus, potentia, atq; vis in profundo valdè ſepulta eſt, adeoq; plærisq; incognita, eò fit, ut materia hæc pro nihilo etiam & inidonea ex ignoratione cenſeatur ac reputetur. Nomen ejus vocatur Hermes* (inquit) *qui ſerpentem volantem pro inſigni geſtat & pro uxore habet, quæ dicitur Aphrodita, quæ omnium mortalium corda novit: & tamen omnia unum & unares unicè, & unica eſſentia eſt* (inquit) QUÆ COMMUNIS EST IN OMNIBUS ORIS, ET COGNITA IN OMNIBUS LOCIS, QUIVIS (inquit) EAM PREHENDIT MANIBUS: *& uſurpat ad res viles. Vile exiſtimat pretioſum, & pretioſum rejicit.* In ſumma, *Nihil eſt aliud* (inquit) *præterquam aqua & ignis, unde terra cum additamento aeris eſt orta, & etiamnum conſervatur. His abundè materiam interioris radicis omnibus ante oculos collocat.*

Hic igitur tanquam ad metam Uuniverſalis univerſaliſſimi & nobis ſubſiſtendum eſt in regno minerali, poſt recenſionem Univerſalium, & particularium Tincturarum ferè omnium, de quibus aliqua notitiæ aura ad nos pervenit.

Unum tantum addere viſum eſt propter eos, qui extra Univerſale univerſaliſſimum nihil prorſus putant eſſe verum vel proficuum, eoque neganr particularia ulla extra illud eſſe quærenda: quin omnia dicta Philoſophorum obtortis crinibus ad Univer-

ſale

sale duntaxat trahunt. Quibus quidem facilè concesserim habita universali materia rectèque cognita, posse ex ea certissima parari particularia: Sed non ideo consequens est in aliis atque aliis universalis materiæ propaginibus, veluti surculis, licet specie ab illa differentibus, vim transmutationis nullam inesse, quod & testatur experientia. & agnoscunt doctissimi, ut Chrysippus Fanniatus, & Thomas ipse Aquinas de corporibus supercœlestibus & inferioribus cap. 4. & deinceps. Nec sequitur Comes Trevisanus in tota vita sua nullum particulare nactus est, quod alicujus esset momenti: ergo nec alii reperire id possunt, aut falsò ab aliis tale quid astruitur. Nam ut taceam Comitem Bernhardum quæsivisse Universale (quod certè in particulari nullo extra universale reperias) tum eum, tum alios refutant satis, quæ Basilius non modò de lapide ignis deque tincturis metallorum inter se distinctis prodidit, sed etiam quæ Theophrastus de Epatica sulphuris & Lana in Solem per ejusdem oleum conversa docuit: quodque de Lapide Schisto ad fixationem Lunæ idoneo Bartholomæus Korndorferus refert, licet tum in sulphure vulgari, tũ in Schisto Korndorferi, qui est Sal quoddam peracre, etiam ipse Basilius ullam transmutationis vim inesse per ignorationem neget. Sic non desunt contrà, qui nacti universalem aliquam, aut etiam particulatem Tincturam, statim insolenter declamitant, aliud nullum extare Universale præter illud suum: adeò plærique nobis Suphenisumus omnes? Sed nos hûc obiter digitum intendisse sat esto.

Deus optimus ille Maximus donet nobis omnibus per spiritum suum συναίδιον in Filio suo unigenito, sibi ὁμοουσίῳ, Emanuele nostro, ut ne corda nostra bonis hisce terrestribus, hoc est, Mammonæ affligantur, neglectis cælestibus, sed ut potiorem nobis substantiam in cœlo repositam seriò quæramus, quam vera fide apprehendentes & spe certa exspectantes, indefesso pietatis cursu cum sincera charitate conjuncto, sequamur, & propter dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto est unus ille verus Jehova benedictus in secula, cui laus & gloria in ævitatem æternam, Amen.

Carmen Apollineum Helianum.

OMnibus ante oculos versatur & unica res est,
In se quæ formam suscipit aurificam,
Forma maris partes, sed fœmina materiei
Obtinet: illa manet fixa, sed ista fugit,
Et tamen ortu eadem, duplex licet, unaque sola est,
RES, Mineræ finis, principiumque suæ.

Junge mari uxorem, conjunctos ſolve, putrefac,
Ablue, condenſa, fige, fit inde lapis
Aureus: hunc ale lacte ſuo, totiesque refinge,
Tingat ut, & penetrans ceu nova cera fluat
Bracteolis tandem puræ ſociabitur auri,
Sic fermentatus ſpiritus intrat opus,
Cætera ſive velis mutare ex arte metalla
Seu libet affectis applicuiſſe manus.
Hæc ſunt Alchymicæ myſteria totius artis
Non niſi divinis experiunda Sophis.

TRACTATVS DE COELO TERRESTRI,

VENCESLAI LAVINII Moravi.

VNus eſt ſpiritus corporeus à Natura primò creatus, communis, occultus, vitæ pretioſum: conſervans pura & bona, impura & mala deſtruens. Is eſt finis & initium omnis creaturæ, triplex in ſubſtantia, ex ſale, ſulphure, & Mercurio, ſive aqua pura, qui coagulat, unit & congregat, irrigatque hæc inferiora loca omnia per ſiccum unctuoſum & humidum, ex loco ſuperiori (Hoc eſt habile & aptum ad recipiendum quamlibet formam & figuram) Sola ars mediante natura oculis noſtris viſibilem reddit: in ventre ſuo celat & occultat infinitam vim & virtutem: refertum eſt & plenum facultatibus & proprietatibus cæli & terræ. Eſt Hermaphroditicum, & incrementum dat: cum omnibus rebus indifferenter ſe miſcet, quia in ſe recluſum habet omnia germina globi ætherei. Plenum enim eſt igne alacri & potenti, & deſcendens de cœlo influit & imprimit vim ſuam ſuper corpora terræ, & venter illius poroſus plenus ardore eſt Pater omnium rerum. Tunc venter iſte impletur alio igne vaporoſo, & continue alimentum recipit de humore radicali, qui in amplo illo corpore corpus aſſumit aquæ mineralis; & id concoctione ignis ſui calidi. Hæc aqua coagulabilis, generans omnia, fit terra pura, quæ ſe incluſam tenet firma unione virtutum ſupremorum cœlorum. Quia igitur ipſa conjuncta eſt in ipſa terra cum cælo, hoc nomine pulchro illam VOCO COELUM TERRESTRE.

Ut primò ad ornamentum massæ indigestæ Natura prima usa fuit separatione, sic Ars perfectionem diligens, imitari debet Naturam. Natura excrementum substantiale tollit, aut per limum terrestrem in aquam, aut per adustionem: Ars utitur elotione & digestione sive per aquam, sive per ignem & separat infectionem & impuritatem, purificans animam puram ab omni vitio. Qui igitur scit viam utendi aqua & igne, verum iter scit, quod ducit illum ad suprema arcana Naturæ.

Magnum illud corpus creatura prima Dei aqua repleta fuit spiritu ab initio, omniformis in semine, & vivificans in motione, omnia animat, & omnia producit in lumen terræ & cæli. Est aqua nutrix omnium eorum, quæ in ipsis vivunt: in terra est vapor: in cœlis ignis propriè, triplex in substantia & prima materia, quia de tribus & in tribus omnia corpora procedunt & recedunt à Natura: balsamum continet: habens progenitorem Solem & Lunam: per aërem germinat in locis inferioribus, & quærit alta & suprema: terra nutrit illud in ventre suo calido, & causa est omnis perfectionis.

Magnus ille Deus omnibus vitam dans constituit duo remedia spiritibus & corporibus, scilicet duos purificatores impuritatum, unde corruptio ad novam vitam invitat. Metalla hæc duo in se habent: hæc duo causa sunt restaurationis & participant de terra & cœlo, ut unionem aliis extremitatibus dent. Itaque utraque duo de cœlo descenderunt in terram, & iterum in cœlum revertuntur, ut potestatem suam ostendant, & demonstrent in terra. Ut Sol nubes dissipat, & terram illuminat, sic spiritus iste ita paratus à nubibus suis omnia obscura illuminat. In spiritu isto considerandа venit duplex forma, in succo & veneno. Succus duplex conservat omnia corpora: venenum duplex consumit & destruit. Succus conservat sale amaro.

Hæ sunt facultates, quæ includuntur in limbo & cahos, quod habet eosdem effectus cum de terra extrahitur: sed cum per separationem boni a malo præparationem recipit, tunc super perfecta & imperfecta ostendit vim suam: Habito in montibus & in planitie pater antequam filius: genui matrem meam, & mater mea sive pater tulit me in matrice sua, generans me, non opus habens nutrice, Hermaphroditus sum utriusque naturæ, super omnes fortes victor, à minimo victus, & nihil sub cœlo invenitur tam pulchrum & tam perfectæ figuræ.

Nascitur mirabilis avis, quæ de suis ossibus, quæ mea ossa sunt, furnulum sibi constituit, ubi sine alis volans moriens vivificatur, & Ars Naturæ leges superans in fine transmutatur in Regem, qui sex alios in virtute infinita excedit.

PHILOCHEMICIS HELIO-PHILIS HELIOPHILUS

PHILOCHEMICUS,

NICOLAVS NIGER HAPELIVS

Anagrammatizomenos, S.

AD *asserendam veritatem artis Chrysochemicæ (quanquam ea multorum impostura pessimè audit, & à prudentibus ac cætera doctis, quasi nulla esset planè proscribitur) hanc disquisitionem instituere visum est, qua causæ aperiuntur ejus difficultatis, aç quid sentiendum de ea sit, certis indiciis ostenditur,* HELIA *artis (quem vocant) in lucem producto. Itaq; patientem. Lector huic disquisitioni aurem accommodabit, dum quid sibi Helias velit, perpenderit, ut metallorũ transformationem rectiùs intelligat.*

Constat inter eos, quorum sententia chymiæ adversaria est, nullos magis obniti, quàm Physicos & Theologos. Vtriq; quæ ex principiis & fontibus naturæ hauriunt, quibus efficere conantur transformationem metallicam partim ἀδυνάτον esse, partim ordini creationis adversari, in progressu tractationis hujus disputabimus. Quæ autem merè Theologica sunt, & cum principiis Physicis parum aut nihil commune habent, ea pauçis nunc præfando quasi delibabimus. Sunt autem ferè duûm generum ab Exemplo & usu. Exempla singularium & universorum.

Prioris generis argumentum præbet hujusmodi.

Omnes scientiæ naturales ac licitæ notæ fuerunt Salomoni: Scientia artis chemicæ, transformationem metallorum docens, Salomoni fuit ignota:

Ergo scientia artis chemicæ, de metallorum transformatione, nec naturalis, nec licita putanda est.

Propo-

Propositionis vis inde dependet, quod omnium mortalium sapientissimus fuerit Salomon, non solùm recti judicij excellentia, & actione ac prudentia politica, sed etiam, quod de omni quæsito rerum naturalium & contemplationis physicæ differuerit, à Cedro Libani usque ad hyssopum parietis, & de jumentis volucribus & de reptilibus ac piscibus: unde Reges universæ terræ, & imprimis Austri Regina illa sagacissima (ut priscis olim philosophis apodemicis usu venit) ad eum audiendum accessit. 3. Reg. 4. 10. Itaque major propositio videtur planè ἀνένσατος.

Minor multis probatur argumentis. Nam ex sacris literis perspicuum fit, (contrà quam chymici nonnulli hallucinantur) Salomoni divitiarum affluentiam tantam, non quidem ex chymia, sed ex innumeris provinciarum locupletissimarum tributis, exactionibus, vectigalibus, Regiis donationibus & largitionibus constitisse: maximè verò ex auro Ophir Tharsis advecto. Nam præ auri copia argentum viluit, cujus tantum, quantum olim esset lapidum, Hierosolymæ suppetebat. 3. Reg. 10. Quod si hæc auri affluentia domi nascebatur, aut ullo artificio chymico parari poterat, quorsum foris quæreretur peregrinationis triennalis per maria periculo? quorsum pretio animarum redimeretur pretium terrenum, quod domi gratis habere liceret? Sic enim 2. Paral. 20. legimus naves attritas sub Iosaphat divina ultione. Consequens igitur, Chymiam Vanam esse, ac proinde nec naturalem, nec licitam.

Respondemus ad majorem propositionem, eam ἁπλῶς admitti non posse, sed cum conditione esse intelligendam. Pendet enim à circumstantia optionis & Voti, quo Salomon nec gloriam, nec divitias, nec inimicorum animas sibi, nec longævitatem postulavit, sed moderandi populi Sapientiam. Etsi igitur ei Deus ad Sapientiam ultrò etiam gloriã & divitias adjecit, quantæ Regum nulli contigere: tamen longè est diversa sapientiæ ejus donatio, ac divitiarũ adjectarum.

ctarum. Illa enim non ſtudiis diſciplinarum & inſtitutione parta, ſed planè δεόσδοτα fuit, & extra communem rationem collata: Divitiæ verò communi diteſcendi more adjectæ, exactionibus & tributis, & auro cum Rege Hyram aliunde importato cõſtiterunt. Quod ſi verò divitias poſtulaviſſet Salomon, loco Sapientiæ, quis non videt, Deum ſingularem ipſi monſtraturum fuiſſe parãdarum opum viam, peræq; ac exſorti Sapientia eum ornavit? Itaque argumentum non tàm diluitur, quam retorquetur. Hinc enim appareret, eſſe aliquem conceſſum modum, & rationem Deo non adverſantem diteſcendi, quâ aurum & argentum non more communi, ſed per ſcientiam exſortem, δεόσδοτον, non Diabolicam, multiplicari poßit, licet Salomoni, ſi reſpicias conditionem ipſius voti, hæc ſcientia atq; exſors diteſcendi ratio perindè fuerit ignota, atq; hodie paucißimis eſt pervia. Atque hinc ſuſpicari licet, cur de foßibilibus, & rebus metallicis, ſicut de vegetabilibus & animalibus expreßè diſſeruiſſe non legatur. Cui verò ſit dubium, Dei munere exſtare exſortem ſcientiam rerum metallicarum talem, quâ & aurum & argentum multiplicari, non certè contrà ordinem, ſed ex ordine naturæ, æquè poßit, atque multiplicatio ſolet fieri in vegetabilibus: cum omnibus creatis jam à principio dictum ſit: Creſcite & Multiplicamini. Quæratio ſi cui ab ipſo Deo immediatè, ſive per homines patefacta fuerit, is rectè illam, naturæ veſtigiis inſiſtens, pertractare poterit. Quicquid enim extra naturæ ordinem & motum ſuſcipitur in hanc arte, vanum & inconceſſum eſſe ipſimet agnoſcimus, & ultrò averſamur ac deteſtamur.

Occurrunt verò hîc nonnulli & ajunt non poſſe nos addere cubitum ad ſtaturam noſtram, nec capillum unum album aut nigrum facere, ut eſt Matth. 5. & 6. Luc. 12. Si igitur quod minimum eſt, non poſſumus mutare, quomodo transmutabimus metalla? Reſponſio facilis eſt: Hæc quoad noſtram voluntatem ſic dici, nempè quod jurando per caput, ſollicitevè cogitando, nihil tale ex poteſtate & viribus pro-

bus propriis facere queamus: interim medicamentis naturalibus nihil vetat ex atris capillis facere albos: & ex canis atros, non contra, sed ex ordine & viribus naturæ ipsius, ut lippis & tonsoribus notū est. Simile huic est quod nōnulli dictitant, Deo Chymistas adversari, qui quæ in suo ordine & juxta suam speciem perfecta creârit, ipsi velint in genus melioris transmutare. Verùm eádem ratione non licebit pyris poma inserere, aut sylvestria in cicuria traducere, aut fructus exossatos arte producere, aut ex verme bombycino papilionem elicere, aut lignum in lapidem beneficio aquarum lapidificativarum convertere, & quæ sunt id genus varia naturæ miranda. Nos nihil hîc contra ordinem naturæ tentandum esse, iterum atq; iterum profitemur. Quod si natura ipsa proprio suo motu metalla transmutat, ut ferrum in cuprum, ligna in lapides, ut notum est, &c. Quidni licebit etiam artificio naturæ æmulo corumpere formam unius metalli, & per naturæ motum ac debita media, pretiosius ex viliori metallo producere? qua de re postea.

Alterum argumentum ab exemplo est universale, idque hujusmodi.

Si Chrysochymicum artificium aliquod esset, quò rectè ditescere liceret, aliquod ejus vestigium in scriptura, aut in tota Antiquitate extaret.

At nihil tale extat. Ergo, &c.

RESpondemus Scripturam non ideò datam nobis esse à Deo, ut in specie doceat, quinam modi ditescendi sint liciti: Sed in genere satis esse eam tradere, Nihil sine labore parari: Nihil sine benedictione Dei (quod plerique Chymistæ plus satis experiuntur) Neminem scienter esse defraudandum, nec medica cum lege Dei & charitate pugnantia esse tentanda: Denique non usum & possessionem divitiarum, sed abusum, & mentis depravationem damnari, ut perniciosa & Deo adversa, &c. Tale quidem cùm nihil in naturalem chymiam per se cadat, quod cum scriptura pugnet, certè à legitimis ditescendi modis excludi nequit, licet in

cet in ſpecie nullo ſcripturæ exemplo, vel documento fiat evidentior: imò licet Patriarchæ & cæteri, qui fuerunt divites, non ex chymia, ſed aliunde ditati fuiſſe legantur cujus rei cauſa poſt aſſignabitur. Atque idem ſanè de totâ Antiquitate dici poteſt. Etſi enim nullum prorſus extaret chymiæ documentum vel veſtigium, tamen non efficeretur, nullam propterea eſſe ac fuiſſe artem, vel propterea eam fore per ſe illicitam. Itaque totum connexum in ſe eſt infirmum, quod alibi pluribus à nobis pertractatū eſt, productis antiquitatis teſtimoniis in tractatu contra Cardanum. Sed reſpondebimus tamen ad minorem. Quum Scripturæ ſtudiosè adhibeant non ſolum ſimilitudines metallicas, ſed ipſi Dei ſervi res metallicas, inſuper & gemmarias tractārint, ſatis appāret, ſtudium earum rerum, quatenus ductum naturæ ſequimur, non poſſe in quoquam reprehendi. Quod ad ſimilitudines, certè D. Paulus 1. ad Corinth. cap. tertio, de auro, argento, & pretioſis lapidibus agit, quæ non exuruntur. Manent enim in igne, omnibus aliis in fumum abeuntibus metallis, ligno, fœno & ſtipulis, nomine combuſtibilium rerum propoſitis. Quam quidem ſimilitudinem à fulminatione per plumbum factam, ſicut & Eſa. capit primo de exploratione monetaria, cum Excoquam, *inquit*, ad purum putum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannum tuum (*qualia permulta ſanè ſunt in ſcripturis ſanctis) quam diu Theologi non intelligunt, inter ſacrum, (ut ajunt) & ſaxum hærent. Sic Moſi mandatur purgatio auri, argenti, æris, ferri, plumbi & ſtanni per ignem, quæ per ignem tranſire poſſunt: reliquorum quæ ignem ſuſtinere nequeunt, per aquam. Num. c. 31. Quid verò de eodem Moſe dicendum, omni ſapientia Ægyptiorum erudito? Hebr. c. 7. licet majores arbitratus ſit divitias probrum Chriſti, quam Ægyptiorum Theſauros, in epiſtola ad Hebræos capite undecimo. Nam veteres teſtantur (ut auctor eſt Suidas) ad Diocletiani uſq; tempora Chryſopœjam inter Ægyptios fuiſſe celebrem: & ut refert Augurellus Imperio Romano Dio-*

cletianum

cletianum ex arte illa metuisse, an Sybillinis monitis nec ne, parum compertum habemus. Licet autem quoad chymiam in specie de Mose nihil constet, tamen æneum serpentem jussu Dei fecit & fudit Moses: aureum verò vitulum jussu Dei combussit, & contrivit, usque adeò, ut insper sum aquæ populo bibendum propinárit, Exod. 23. *Quod an ulli usspiam aurifices hodie præstare possint, ut aurum comburendo simpliciter fiat potabile, ipsi viderint. Iam verò Reges Christum adorantes,* & Aurum, Thus, Myrrham, Regique hominique Deoque *offerentes, non frustra Magos, nempe naturales, donorumq; suorum scientes & gnaros fuisse constat: sicut & Arabes hac ipsa scientia Chrysochymica leguntur præditi, quorum nonnulla adhuc extant monumenta. Sed inquies, nihil hæc ad Rhombum, nec dum liquet de transmutatione metallica. Agedum igitur vel ex S. Scripturis aliquid promamus, tincturæ Philosophorum non absimile, unde constet aliquid auro pretiosus extare, aurificæ tamen naturæ, quod non nisi Lapidi Philosophico conveniat. Habetur Apoc.* 21. *v.* 18. urbem sanctam fuisse aurum purum, similem vitro puro: *quæ per similitudinem dicta summam excellentiam gloriæ cœlestis Hierosolymæ denotare, nulli est dubium. Hunc locum Mattheſius metallicarum rerum peritissimus in Sarepta sua conc.* 15. *de conficiendo vitro Germanicè sic interpretatur:* Dun läßt sich Johannis Text ansehen / daß er nicht von gemeinem Golde / das bey vns auch bekandt ist / rede / sondern von einer newen / vnd sonderlichen Golds art / das über seinen vorigen Adel vnd Krafft in der newen Welt newe Eigenschafft haben werde / wie ein Crystall / vnd werde nicht allein leuchten wie ein Goldstein / oder Jacinth / der nur Goldsfarb hat / sondern da werde auch das dichte oder düstere Gold durchsichtig seyn: *Hoc est, Textus equidem Ioannis videtur non de communi auro, quod apud nos cognitum est, loqui, sed de novo & singulari*

quodam

quodam auri genere, quod supra pristinam suam nobilitatem & vim Novo Mundo novas proprietates habiturum sit, ad instar Crystalli, nec tantum refulsurum sicut lapis auri vel hiacynthus, qui tantùm auri colorem habet: sed hîc etiam ipsum aurum spissum ac defæcatum fore & perspectibile. Id quod similitudine illustrans corporum nostrorum *in claritatem transformandorum, addit:* Schafft doch Gott jetzund durchsichtig Silber in rotgüldigem Ertz/ *id est, Deus quin etiam nunc condit perspectibile argentum in rubenti aureola minera. Hinc tale deducitur argumentum: Si urbs est aurum, & eadem est pellucida ut vitrum. Ergò quiddam quod est substantiæ & naturæ aureæ, est pellucidum instar vitri, idq; summum apicem gloriæ denotat. Antecedens verum est, non ex accidente, sed per se, ut docet Matthesius: Ergò & consequens; nisi velimus Spiritum Sanctum a rebus vanis, puerilibus, & commentitiis similitudinem pretiosissimarum & verissimarum rerum desumpsisse, quod absit. Tale autem aurum pellucidum ut vitrum, quod gloriæ summum splendorem exprimat, in sola tinctura Philosophorum extat, & à Paracelso ita describitur, Metam. suæ 9.* Nostra tinctura rubea (*inquit*) quæ in se astra auri continet, est substantiæ fixæ, incorruptibilis essentiæ, summæ rubedinis, cujus pulvis croci instar, sed toto corpore instar rubini, fluxibilis in modum resinæ, translucida instar crystalli, fragilis ut vitrum, & superabundantis ponderis. *Ne quis igitur hæc ad vitrarios, aut vulgares artifices, qui aurum vitrificato purpurant colore, referat, omnes velim apicem gloriæ attendant, qui in Scriptura hoc loco exprimitur, & per consequens nulla alia re, quàm aurifica illa superabundanti & clarificata tinctura rubeæ substantia fixa adumbrari intelligent. Itaque cum in hac re nihil præter naturam inquiramus, & omnia metalla alia aliis citiùs in igne evanescant, & propriè solum aurum*

in igne

in igne durabiliſſimum ſit, ac proinde perfectionis metallicæ ſimplicis terminus: licebit ſanè a minus perfectis ad perfectiora contendere, adeoque ad ſummam pulveris Philoſophici claritatem, in qua non eſt perfectio ſimplex, ſed multiplicata viribus, qualis eſt in tinctura rubea, ſive aurea illa ſubſtantia cryſtallizante, ac omnia imperfecta perficiente. Meritò igitur negamus concluſionem, quia infertur artificium chryſochymicum aut nullum aut illicitum eſſe, non tantùm propter majoris propoſitionis imbecillitatem, ſed etiam propter ſubſumptionis ignorationem, ut jam declaratum eſt.

Reſtat ut ad uſum accedamus: unde Theologica promuntur argumenta hujuſmodi.

Nemo poteſt ſervire duobus Dominis, Deo & Mammonæ.

Ergo Chriſtianis non licebit operam dare chryſochymicæ.

REſpondeo, hæc ſimpliciter inter ſe non opponi, ſed reſpectu abutentium, & quatenus duo hæc inter ſe ſunt contraria. Nam alioqui nullis Chriſtianis liceret eſſe divitibus. Non igitur poſſumus ſervire Deo & Mammonæ, tunc, ſi demergimus animum & cor ad theſauros corruptibiles, iis ſiſi: ſi malis & iniquis in proximum artibus opes cumulamus: ſi denique malè poſſidentes, diſpenſamus peſſimè, qui mos eſt hodie toto mundo vulgatiſſimus. Hinc *Apoſt. 1. Timot. 6.* Qui volunt diteſcere, *inquit*, incidunt in tentationem & laqueum, & cupiditates, amentes & damnoſas, quæ demergunt hominem in exitium & interitum. Siquidem radix omnium malorum eſt pecunia: quam quidam dum appetunt, aberrârunt à fide & ſeipſos transfixerunt doloribus multis. *Hæc vulgò uſuveniunt; multis etiam pſeudochymiſtis cauſa fuerunt, cùm ſecreta Naturæ per ſe indagare non poſſent, ut ſeſe dederent malis artibus, aut etiam illicitis & diabo-*

licis mediis se ista adepturos sibi pollicerentur, quorum finis est juxta opera illorum. At idem tamen Apostolus non omnem divitiarum usum tollit, aut omne studium parandi opes ex benedictione Dei impedit. Addit enim: Iis qui divites sunt in hoc sæculo denuncia, ne efferantur animo, neque spem ponant in divitiis incertis: sed in Deo vivo, qui præbet nobis omnia copiosè ad fruendum, *& cætera, quæ sequuntur.*

Rursus instant, & verbis Salomonis nos urgent, sic orantis; Mendicitatem & divitias ne dederis mihi tribue tantum victui meo necessaria: Ne fortè satiatus illiciar ad negandum; & dicam, Quis est Dominus? *Proverb. 30. &c.*

Ergo nec nobis divitiarũ affluentia per chrysochymiam parta poterit esse utilis.

Respondemus, non quidem nos Salomone esse prudentiores, & illis ipsis divitiis abusum esse scimus Salomonem, quas ei Deus supra omnes Reges, communi ratione divites, concessit: adeò efferus & procax est humanus animus: Interim tamen abusus non usus illis verbis notatur, ostenso periculo, quo fit ut non omnibus conducat esse divitibus. Interea scimus in Deo gloriatos esse Patriarchas de opibus sibi datis, & ista non secus esse quam ut cujusq; est animus. Sed & certis de causis factum ajo, ut in commune fidelibus chrysochymia antehac nondum innotuerit, sed in Ægyptiorum ac infidelium manibus ferè hæserit. Animadvertendum enim est, distincta esse tempora, & sicut Apost. 1. Cor. 7. inquit: Hoc autem ajo fratres, quoniam tempus contractum est in posterum, ut qui habent uxores, sint ut non habentes; qui flent ut non flentes; qui gaudent ut non gaudentes; qui emunt ut non obtinentes; & qui utuntur mundo, ut non abutentes. *Ita pro diversis casibus aliter atque aliter hæc contingere posse statuendum est. Certè Paulus ipse ad Philip. cap. quarto:* Novisse se dicit

se dicit deprimi, noviſſe item abundare, initiatum ubique & in omnibus eſſe, & ad ſaturitatem, & ad eſuritionem, & abundantiam, & ad inopiam. *Et Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui propter nos pauper factus eſt, cùm eſſet dives, ut nos illius paupertate diteſceremus, nempè divitiis ſpiritualibus.* (2. Cor. 8.) *in caſu neceſſitatis exſortiratione ſublevatus eſt theſauris Magorum, profugus in Ægyptum: poſtea verò à piis matronis & mulieribus in reliqua vita communiter. Quid ergo vetat piis idem contingere, ut exſorti aliqua ope ſubleventur per artificium* θεόσδοτον *Chryſochymicum, quo tempore Cataſtrophen Tragœdiæ claudet Antichriſtus? Sed de his in progreſſu dijudicationis & diſquiſitionis Helianæ nonnulla dicentur plenius.*

Negamus igitur Chryſochymicum artificium homini Chriſtiano per ſe illicitum, aut non naturale, adeoq; nullum eſſe, quod fuit demonſtrandum.

Hæc paucis prælibata volui, Lector amice, ad eorum retundendas voculas, quas multi per inſcitiam ſpargunt, ne per livorem dicam de rebus incompertis judicium, ut cœci de coloribus ferentes. Tuum erit quidque rectiſſimum ſequi; & compertis incomperta non anteferre. Vale.

R. E. I. T.

DISQUISITIO HELIANA,

De

Metallorum transformatione, &c:

PHILIPPUS Bombastes Eremitanus ille Helvetius, qui se Aureolum Theophrastum (fortè more Academico, atque ab arte quam factitavit) & quidem Paracelsum, ut conjectura fert, gentilitio nomine à Germano *Hohenheim* ducto, nuncupat, primus (quod sciam) Heliæ cujusdam Artistæ post se venturi, in libris suis publicatis mentionem fecit, quos de chymia & rebus mineralibus scripsit; quem & Alexander à Süchten in suo de secretis Antimonii libello sequitur, eidem adstipulante nuper demùm edito, sed tempore priore, Basilio Valentino, scribentes libros chymicos per Heliam, qui venturus est, nobis aperiendos esse.

Hac occasione ductus Disquisitionem de Helia artis & metallica metamorphosi instituere volui: Nempe quidnam Heliæ nomine Spagirus significet: Quæ tempora ei assignet, & quid inde emolumenti sit sperandum. Deinde productis adversus Hagelii & Pererii Jesuitarum opiniones rationibus & experimentis ostendemus, transmutationem metallicam veram esse, nec omne (quod veteri proverbio dicitur) oleum & operam perdi, quod in studiū Chrysochymiæ impensum fuerit.

Etsi autem, quod ad Heliam Theophrastum attinet, disquisitionem tantùm ejus molimur: tamen interponere judicium non dubitamus, ubi Theophrasti authoritas vacillat, aut nobis suspecta est. Interim quæ naturæ consentanea, & multorum experientiâ, multoque usu comperta idem profert, quatenus fidei non adversantur, accipimus: ipsum fato functum divino committimus judicio, nec nisi cautè & cum judicio legendum arbitramur.

Quod igitur ad Heliam artificem attinet, bifariam ferè de eo Theophrastus in suis libris loquitur: Semel in genere, ut libro de Mineralibus cap. 8, cum de vitriolo in hæc verba scribit: *Quod vilius est Deus patefieri sinit; quod autem majoris momenti est* (nempe transmutatio in aurum) *vulgò adhuc latet, usque ad Heliæ Artistæ adventum* (quædam Exemplaria habent) *usque ad artem Heliæ, quando is venerit*) Quibus explicationis ergò addit: *Æquè enim artes Heliam habent, ac de cætero intelligitur.* Hæc ille, quæ indefinitè & generatim dicta, nemo non ad periodos temporum referenda intelligit, quibus ad suam ἀκμήν, sive florem & maturitatem omnia perveniunt. Itaque de naturæ abstrusis, & artium arcanis perinde accipienda videntur, atque

in Evan-

n Evangelio de Evangelio Dominus & Servator noſter ait: *Ni-*
il eſſe tam abſconditum, quod non ſit retegendum; Et Evan-
relium regni omnibus gentibus in toto orbe annunciatum iri,
pſis in teſtimonium, & tunc fore finem. Nam ut is eſt Helias
Evangelicus, cujus virtute & ſpiritu reſtituentur omnia, qui in
præcurſore Domini, Joanne videlicet Baptiſta, in quo primum in
Novo Teſtamento promulgatum Evangelium, jam tum quidem
venit & emicuit, ſed in fine mundi idem longè lateque in ſpiritu
coruſcabit: ita ad eundem modum nobis *Paracelſus* chymica-
rum artium Heliam quendam depingit, quarum occulta in aper-
tum ſit prolaturus, quando illæ magno quæſtu vigentes paſſim
florebunt, quæ nunc radices agunt, qua de repoſtea. Iterum Pa-
racelſus de iſto Helia artium definitè, & in ſpecie loqui deprehen-
ditur, generalius dictum ad hypotheſin referens, & uni ferè ſingu-
lari homini accommodans, non ut ſignificationem generalem
tollat, ſed ut doceat collectivum illud nomen Heliæ ad certum uſ-
que individuum propagari, κατ' ἐξοχήν. Sicut enim Ciceronis ſecu-
lum aureum fuiſſe dicitur, quo Linguæ Latinæ puritas, elegantia,
nitor, ad ſummum planè maturitatis & venuſtatis apicem perve-
nit, quæ tamen in uno Cicerone præ cæteris vires ſuas explicavit,
& quaſi cumulo univerſas naturæ opes profudit: ita ſi quis He-
liam Latinæ Linguæ tum emicuiſſe dicat, hoc eſt tempore Cice-
ronis in quàm plurimis, in ipſo vero Cicerone præcipuè, nihil in-
quam à ſententia Theophraſti diverſum in re diverſa dixerit.

Heliam igitur artium, ac præcipuè chymiæ, ſic proponit κατ'
ἐξ in libris mineralium, Tractatu primo: *Verum quidem* (inquit)
eſt, multa in terris adhuc latent abdita, quæ juxtà cum aliis
ignoro. Nam hoc ſcio Deum deinceps mirabilia multa patefa-
cturum, & multò plura in lucem proditurum eſſe, quàm an-
tehac nobis omnibus cognita fuerint. Hoc item verum eſt:
Nihil eſt abſconditum, quod non ſit retegendum: ideò poſt
me veniet, inquit, *cujus magnale nondum vidit, qui multa re-*
velabit. Hæc ille μαντῳδῶς de certo ac ſingulari quodam ho-
mine. Eadem cap. 4. Tincturæ phyſicæ explicare videtur cum in-
quit: *Horum arcanorum adhuc plura ſunt, quæ transmuta-*
tionem efficiunt, licet per paucis ſint cognita. Nam ſi cuiquam
à Deo patefiunt, laus tamen & præconium eorum non ſtatim
in vulgus percrebeſcit, Deo cum arte prudentiam alios cela-
di præſtante, uſque ad Heliæ Artiſtæ adventum. Tunc enim
patefiet, quicquid eſt reconditum. Hæc ille. Quin imò tunc au-
reum, & gratiæ illud ſeculum pollicetur, cùm dona Spiritus adeò
luculentè ſeſe exſertura aſſerit, ut ab omni ævo tantum ſcientiæ &
ſapientiæ neget auditum fore: qua de re poſtea. Mirum ſanè ho-
minis augurium, præſertim de quodam uno homine ſingulari poſt

ipſum venturo, cujus, ut inquit, magnale ſe vivente nondum vivat, hoc eſt, qui in rerum natura nondum extiterit. Fac enim in genere illud verum eſſe, ut ſtato tempore & Heliana periodô in lucem proditura ſint, quæ vulgo adhuc latent: imò quæ nunc Ægyptiorum ferè ſpolia ſunt (ita enim appellare iſtorum manibus nunc concluſa placet) eadem ad veros Iſraelitas devolvenda eſſe, & ad veros Naturæ Magos, qui ut olim Chriſto, ſic eidem nunc in ſuis fidelibus profugituro in Ægyptum, aperturi ſint theuſauros ſuos, quæ certè me impulit cauſa, ut iſta & mihi putarem perveſtiganda: unde tamen iſta peculiaris Theophraſto futurorum denunciatio? unde, & à quo ſpiritu profecta Perſonalis neſcio cujus Heliæ poſt ipſum venturi deſignatio? An ut in prognoſtico Theologico Adamus Nachemoſer (ita ſonat inſcriptio) reformatorem quendam, quem mundi ſeptimum ille numerat: part. 4. lib. 4. capite ſexto, ab anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo primo, certè & ſine exceptione ſpiritum Heliæ geſtaturum aſſeverat: ita quoque conſimiliter ſuum Heliam Chymicarum artium, & naturæ magiſtrum nobis prædicit Theophraſtus, naturaline ſagacia, & apprehenſione mentis (præſertim pulvere lapidis & tincturæ phyſicæ perpurgatæ) an prognoſticatione quadam ſyderali & influentia cœleſti? an peculiari afflatu, neſcio quo, cujuſve ſpiritus? Poſſent ex Paracelſo & Suchteno plura in hanc ſententiam vel diſquiri, vel differi: Sed quia mihi neç probantur & de incompertis judicium temerarium eſt, illis libens ſuperſedeo.

Transeamus ad alteram quæſtionis partem, in qua tempus Helianum explicandum, & ejus emolumentum. Diſtinguit Paraçelſus ſeculum, quo ipſemet vixit, ut profitetur, Arcanorum Monarcha, à ſeculo poſt ipſum venturo: quorum prius intermedium, poſtremum hoc aureum & gratiæ & ultimum vocat, in libro tincturæ phyſicæ (Fruſtra enim ſunt, qui hos Tractatus Theophraſti eſſe dubitant) Quinquageſimo igitur octavo anno ipſius Theoriam fore in flore ait: quo tempore ei omnes ſint adhæſuri, & in naturæ perveſtigandis arcanis ipſius ſeçuturi veſtigia: Praxim item conſecuturam admirandam operibus & ſignis, ita ut in vulgus paſſim atque infimam plebem abeat, & probetur. Hæc ille. Quæ in quinquageſimum octavum annum non ſeculi, quo ipſe vixit, ſed ſubſequentis (iſtô nempe milleſimo ſexcenteſimo) eventura prædici apparet ex libris Mineralium, cap. de Vitriolo, ubi & de ſuo ſeculo, & de ſubſequenti in hæc verba ſcribit: (exceſſit enim ex hac vita anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo.) *Longè*, inquit, *ſatius eſſet etiam hac hora ſive nunc temporis, hiſce rebus operam dari* (nempe arcanis naturæ) *quàm mulgere ebrietati, ſcortationi atque alterius modi nequitiæ. Sed nunc ita fert tempus, ut ſcortationi incumbatur,*

cantiſper

tantisper donec tertia pars mundi occidetur gladio; altera absumptâ peste: tertiâ vix residuâ. Tunc in locum suum atq; in integrum res restituetur. Sed prout nunc res sese habent fieri id nequit. Etiam ordines interire necesse est, & penitus è mundo tolli, aliàs fieri identidem nequit (Hæc postrema pericope in exemplari Colonienſi in quarta forma edito ab Arnoldi Birckmanni hæredibus, anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, abeſt. (*Tunc verò*, inquit, *aureum erit ſeculum, tunc homo ad ſanum intellectũ perveniet. Vivetq; humano more, non pecudum ritu, nec inſtar porcorum, neque in ſpelunca (putà latronum)* His Protaſis, Epitaſis, & Cataſtrophe, quoad tempus Helianum, Theophraſto conſtituitur.

Protaſis eſt in ſeculi ſui moribus, quibus non modò fit, ut naturæ arcana negligantur, & à Deo pleriſque ſubtrahantur, juſto judicio: Sed etiam quod eò gravius malum accerſatur, (per ſcelleratam videlicet vitam) internecionis nimirum tertiæ partis hominum, ut Epitaſis docet. Hinc in libris Mineralium capit. ſeptimo, cùm de Sulphure Paracelſus ageret, *Niſi*, inquit, *contra Deum eſſet (ſic ſentio ne quivis dives ſit; Nam novit Dominus cur caudam capræ non promiſerit) compendio multi juvari poſſent: ſed quia opulentia pauperem ſeducit, ab eo humilitatem & modeſtiam aufert, in nebulonem eum transformat, ſatiùs eſt tacuiſſe, & tales in paupertate dimiſiſſe.* Hæc ille. Sic nos ipſi vidimus cum aliquoties in particularibus (quæ vocant) fructuoſum aliquod operatione chymica productum eſſet: tamen artificem idem opus rarenter inſtauraſſe, an ob materialium diverſitatem, præſertim ſi non attendatur unde res pendeat, an ob cœli inclementiam, an ob vaſorum inæqualitatem, an propter ignis moderationem (qua in re plurimùm ſitum) an verò quod non viſum eſſet Deo plantatis & rigatis incrementum dare? Solus enim pro infinita ſua ſapientia Dominus minimos etiam naturæ motus regit, ut vel effectum ſortiantur, vel diſpereant. Non eſt igitur ut inficias eamus mores ſuæ cuique fortunæ fabros eſſe, ut hæc in vulgus non conducant.

Quid de Epitaſi dicendum? cùm tertiam partem hominum prius occidendam prædicat Theophraſtus, antequam hæc vulgentur & paſſim innoteſcant? Sanè ſi vel exſibilandus ſit Theophraſtus, nec ejus augurationes attendendæ, tamen, ut ex Sacris literis apparet, poſt cladem ingentem piorum, qua mors & inferus (quæ ſunt portæ inferorum) quadrantem terræ occident gladio, fame, peſte, perque terreſtres feras (ut eſt Apocalypſ. capite ſexto) quando jacebunt corpora ſanctorum, ac præcipuè Eccleſiaſtarum in urbis magnæ plateis, quæ ſpiritualis eſt Sodoma & Ægyptus Apocal. cap. undecimo, finito nempe illorum teſtimonio, ſub

nio, ſub deſinentis beſtiæ tempus, quod ante fores excubat, tunc interibit tertia pars hominum. Solventur enim Angeli alligati ad veteris Romani terminum Euphratem, parati ad horam, diem, menſem & annum, ut occidant tertiam partem hominum (nempe impiorum) Apocal. capite nono. Sanè, ſi qua eſt, huc referenda videtur Theophraſtea illa ordinum abolitio, id eſt ordinum beſtiæ, non Magiſtratuum & Principum piorum, ſed quatenus beſtia plena eſt nominibus blaſphemiæ, quæ ſimul cum pſeudopropheta exuretur igne viva, ut ante Johannem ſanctiſſimus Propheta Daniel diſertis de beſtia verbis teſtatur, capite ſeptimo. Tunc nimirum res in integrum reſtituetur. Tunc enim Eccleſiæ facies renovabitur, & regna mundi ſubjicientur ſceptro Chriſti; Judæis etiam ad fidem converſis, ut ante hanc diſquiſitionem nobis alibi teſtatum eſt.

Atque huc Theophraſtea Cataſtrophe quoque pertinere poſſe videtur, qua dicit, tunc futurum aureum ſeculum, quando homo non belluino more vivet inſtar ſuum, & in ſpelunca latronum & uſurariorum, ſed ut hominem decet. Huc enim Paracelſica temporum diſtributio quadrat, licet neſcio quo Spiritu ab ipſo prædicta & ad ἀκμὴν Heliæ Artiſtæ ab ipſo relata ſit: quando ipſius Theoria cum Praxi florebit, & paſſim, ut ait, in vulgus diſpergetur. Ex his ſatis animadvertimus, quid cauſæ ſit, cur in vulgus haud quicquam ferè hodie perveniat ex chymia, quod alicujus ſit momenti: licet omnia non ſolum plena ſint librorum, ſed inter Chriſtianos & Mahumetiſtas nihil frequentius paſſim exerceatur atque ars chymica, adeò nullus non orbis angulus redolet fumis chymicis! Quid igitur? omnis ne ſpes ſublata? & ante Helianum illum temporis articulum non licebit per Theophraſtum arti chymicæ ullis vacare niſi penitus & ſe & ſua perditum ire velint? Non ita Theophraſtus. Nam etſi nihil invidentius eſt hoc hominum genere, nihil magis varium & fallax: tamen in libro Tincturæ Phyſicæ apertè idem ſcribit: Non ſolummodo ultimum ſeculum gratiæ & aureum ſibi adhæſurum, cum iſta in vulgus paſſim celebrabuntur: ſed etiam nunc intermedio ſeculo promovendo ſe hæc ſcribere ait, quò veritatis amantibus uſui & ornamento eſſe poſſint. Et in manuali Philoſophorum diſertis verbis ait: *Quæ nunc ſcribo, ita ſcribam, ut Aſtrales diſcipuli ea percipere poſſint, iſque uti & frui, & de iis gloriari.* Et addit: *Hæc etiam alterius diligentia, quem diſcere non pudet, percipi poſſunt, cum ita gravia non ſint, quin labore & induſtria percipi queant.* Hæc ille. Quæ ſi attendantur, apparebit Theophraſtum non huic ſolùm rei natos, quos non ſolum ex Angelicis ſuperiorum aſtrorum naturis, ſed & ex aſtris metallorum Philoſophicorũ Aſtrales, Suchtenus verò Mentales, vocat, verùm & alios

labore

labore & induſtria, quibus carbones (ut alibi Theophraſtus loquitur) non ſordent, & qui experiendi cupiditate flagrant, poſſe iſta utcunque conſequi, quorum in numero meum nomen hactenus profiteor, quatenus ex officio, & Naturæ legibus, & charitati Dei & proximi hæc non repugnant.

2 Sed miſſo Helia Theophraſteo, cujus exquirendi cauſa iſta ſolum attigimus: (fides enim penes eum eſto) nos jam tertio & poſtremo noſtræ Disquiſitionis loco contra eos contendemus, qui transmutationem metallorum vel fieri poſſe negant, vel ordini creatoris adverſari, tanquam ſi potentia Dei attentaretur, affirmant. Gravis accuſatio ſi vera ſit, ſed præcipites hasce cenſuras, rationibus & ad oculum propoſitis demonſtrationibus, hoc eſt, experientia, quæ, ut dicitur, etiam ſtultorum eſt magiſtra, refellemus. In cujus rei fidem ſyncere ante omnia profitemur nos nihil hic niſi naturalib. mediis attentare, cũ ſine motu naturæ ars tota ſit inanis, & naturæ artifex duntaxat famulus & miniſter exiſtat, nihil ad eam de ſuo addens. Petimus ergo primò, ne præjudicio premamur: deinde ne (quod in omni ſcientia fieri conſuevit) illotis manibus, & ἀναλφάβητοι lectores, hoc eſt, rerum mineralium prorſus imperiti, & criteriorum metallorum expertes, huc accedant, ne vel in judicando ſe ipſos fallant, vel in reprehendendis aliis ſuam prodant ignorantiam & livorem, cum propriè artifices de arte judicare & poſſint & debeant, ut vetus habet proverbium.

Principio igitur citra ambiguitatem de his judicare volentibus, ab aurificibus, & argyrocopis & metallariis probatoribus diſcendę ſunt ſolennes illæ probæ & examina, quibus aurum & argentum à reliquis metallis ſecerni, & re ipſa ſequeſtrari ſolet. Non enim Lydius lapis hîc ſufficit, & in operibus Sophiſticis imponere poteſt, ſi non alia accedant ad affricatũ colorem criteria. Proinde & principatus & Reſpublicæ omnes plurimum debent non tam Guardianis & aurificibus, qui examina hæc uſurpant, ne falſa nummorum & æris non cuſi merce adulterina ſimpliciores circumducantur, quàm ipſis horum examinum inventoribus, qui quidem rerum mineralium peritiſſimi fuerint neceſſe eſt, quando & cauſas harum rerum inveſtigare oportuit, & experientia probari, quod ſine negociatione chymica fieri nequivit. Itaque non omnes Alchymiſtæ ſemel in univerſum ſunt proſcribendi, licet impoſtoribus & circulatoribus (hoc eſt cakchymiſtis) non ſit patrocinandũ: cùm non parum inter hos & veros naturæ indagatores & philoſophos interſit, quod & in ipſa medicinali facultate ſatis ſuperque res ipſa comprobat.

Primum igitur Criterium eſt ignis Cineritii, quod & fulmen dicitur, & probatio per plumbum. Quæ quò ſeverior ſit, ſumantur ex

tur cineres ex ſolis oſſibus combuſtis ad albedinem: aliàs verò tertia ex oſſibus, binæ verò partes ex cineribus vulgaribus per lixivium defecatis & exûſtis denùò, , & caveatur ne oſſa ſuilla ſubintrent, quæ omnia corrumperent. Omnia autem ſubtiliter trita per ſetaceum trranſeant: poſtea inſperſa aqua tantiſper humeſcant, ut vel in modellis, (quæ & mortariola vocantur) catilli, quæ & capellæ, per ſe, vel paropſides in vaſis teſtaceis fiant, & probe levigentur, deſuper impacto piſtillo ad id fotmato. Sed hæc neceſſe eſt ab experienti demonſtrari. Poſtquam igitur interjecta hora una atque altera, ſuperimpoſita tegulâ, ut vocant, incanduerint in fornacula, imponatur duplum plumbi, vel triplum, vel quadruplum, ratione materiæ, quæ imponitur & probanda eſt, idque ſenſim. Nonnunquam quindecim pondera plumbi adhibenda ſunt, in extremis examinibus, ſi alia ratione edomari & quicquid eſt auri & argenti à cæteris metallis & ſcoria ſecerni nequeat. Ita fiet, ut cum plumbo reliqua metalla exurantur, & in fumum abeant, ac ſcoriam ad exteriora propellant, auro & argento ſolis reſiduis, quæ propterea quod in igne ſola perdurent, perfecta & ſuperiora dicuntur, reliqua verò imperfecta & inferiora, ex fixo vel non fixo ſulphure, ut poſt intelligetur, &c.

Altera probandi ratio eſt per aquam valentem ſive fortem, quam vocant quartationem, eò quòd minimum tribus partibus argenti opus ſit, ſi quarta pars auri cum argento mixta ritè ſit inde ſeparanda per aquam fortem. Quod ſi minus argenti fuerit, aqua fortis (niſi modus excedat probationis) id non ſolvet debita ratione: ſi plus argenti fuerit, ſolutionem promovet, ſed aurum ferè lancinat. Fiat ergo aqua fortis ex una parte vitrioli calcinati, altera crudi, tertia ſalis nitri; Hæc ferè communiſſima eſt ratio.

Poteſt tamen tantundem ſalis nitri ſumi, quantum eſt vitrioli; quæ erit tantò fortior: niſi fæcum pars adjiciatur ex aqua forti jam ante ſemel facta quod caput mortuum vocatur.

Sed de his rebus editi ſunt libri à monetariis, aurifabris & metalliſtis: quò ablegamus lectores, inprimis ad Georgii Agricolæ de re metallica librum 10. Cùm hæc committerentur prælo incidimus forte in eruditiſſimos Libavii viri clariſſimi libros, qui omnium facilè princeps eſt quos nobis videre contigit. Is abunde omnia præſtat. Aqua fortis purgetur ab omni fæce: nempe ſolvendo argenti drachmam in ſemuncia aquæ fortis in ampulla vitrea levi calore ſuppoſito, quæ diſſoluto argento mox injiciatur in reliquã aquam fortem, ſive una, ſive duæ libræ fuerint, Fiet hæc inſtar lactis alba & turbida: mox reſidendi ſpatium detur per noctem, & aqua erit clarificata, omni fæce ad fundum vaſis depreſſa.

Hac utimur ad ſeparandum argentum ab auri ramentis, ſuppoſito

sito calore ampullæ vitreæ ita, ut unciæ metalli in tenues bracteolas extensi & convoluti, more Cylindri, superfundantur unciæ duæ aquæ fortis : residebit, si ferè quarta pars auri argento permixta est, in fundo integra: sin minus plerunque ramenta & nitellæ pulveris nigri speciem referent, quæ exemptæ aqua tepida sunt eluendæ, & postea igniendæ in crucibulo, auro sese, quale est, subjiciente visui, quod exemptum affricetur coticulæ probatoriæ, aut fundatur. Sed hæc non est nostri instituti longius persequi, cùm unde peti possint ostenderimus.

Tertia aurificum vulgata ratio est per Antimonium faciendi Reguli ex permixtis cum auro metallis, unde eliciunt aurum purum, si impositum catino per prunarum superinductā flammam, juvante folle, mundetur, quoad omne stybium sive antimonium evaporaverit. Residuum reguli per aridas vini fæces & Halinitrum reducitur ut moris est.

Ultima probandi auri ratio, & quicquid fixum non fuerit, separandi, est Cementū regale cum lateribus minutissimè tritis, quantitate dupla ad reliqua, & sale pisto, & vitriolo calcinato, ita ut stratum super stratum fiat super laminas sive bracteolas tenuissimè extensas in tigillo vel catino fornaculæ impositō, & probè lutato. Ignis tandem carbonum excitatur, ut crucibulum post calefactam fornacem continuò rubeat, ita tamen ut laminæ ne fundantur nimia ignitione, quod ad aliquot horas solet continuari, tres quatuorve, unde affinatur aurum.

Hæc specilla & criteria internoscendi auri argentique (quæ sola in igne manent) propterea perdiscenda sunt, quod sine his omnis ratio sit cæca de metallis judicandi ac disputandi, nedum tractandi. Itaque relegandi omnino sunt nasuti isti homines, qui censoriam virgulam sumunt sibi adversus Chymicos, priùs ad metallarios & aurifabros, unde discant, quæ sit ratio & vis metallorum in igne, & quæ examinandorum ratio, ne cum ratione insaniant, si contra experientiam contendere velint. Sed his præmissis ad institutum accedamus.

Qui transmutationem metallorum dari negant, orsi à principiis metalla componentibus, negant Chymistas hydrargyrum & sulphur componentia eorum principia rectè statuere. Sic Balthasar Hagelius Jesuita Philosophiæ in Academia Ingolstadianā Professor, in ea quam de metallo & lapide disputationem edidit, pro laurea respondente Andrea de Luchis Austriaco, anno 1588. th. 7. scribit titulo de materia (libet enim Sectæ causa, quæ sola philosophiæ penetralia jam sibi vendicat, inde arcessere disquisitionis hujus fundamenta, quibus refutatis, cæteri tùm veteres, tùm neoterici, quorum vestigia Hagelius sequitur, sua sponte corruent.) Sic igitur inquit thesi jam dicta: *Alchymistæ nostrum & maximè*

ximè superstitiosum genus hominum, metallorum omnium principia pertinacissimè contendunt esse sulphur & hydrargyrum, sive argentum vivum. Eadem explicans th. 12. addit: *Res ad chymicos rediit. Hi quod ipsi sese ex sulphure & hydrargyro metalla fabricare putent, ex iisdem naturam conflare non sine multo fastidio contendunt.*

Hæc Jesuita novum maximè & superstitiosum genus hominum contra sui ordinis professores, qualis est Delrio & alij. At quomodo susceptum probare conatur? *Quod metalla ex sulphure, inquit, & argento vivo non fiant, ita probandum est: Si res ita habent, ut volunt chymici, cur sulphur & argentũ vivum in venu metallicis omnibus aut plærisque, aut metalla in puteis ipsorum non reperiuntur?* Hæc est prima Jesuitæ ratio ab ortu metallorum, sive loco potius ducta. Arguit deinde ex proprietate componentium. *Et cur*, inquit, *proprietates sulphuris & argenti vivi non habent? Quid enim sulphure ad flammam concipiendam aptius est? At metalla non sunt φλογιστὰ.* Item, *Nullum argentum vivum concrescit frigore, ut experientia & Arist. Meteor. c. 8. auctor est. Metallum autem nullum est, quod non frigus densarit: Quomodo igitur ex hydrargyro factum sit?* Hæc sunt Jesuitæ principia: quibus metalla negat sulphure & argento vivo constare: quibus fortasse rectius obviam iremus, si ad oculum statim adhibita demonstratione, hoc est, ipso facto, evanidas istas ratiunculas everteremus, juxta illud Poëtæ:

Nec locus ingenio est, oculi te judice vincent:

Veruntamen ad objecta breviter respondebimus, priusquam rem facto firmemus. Quod in metallifodinis omnibus, aut plerisque sulphur & argentum vivum negat reperiri, ubi sunt venæ metallicæ, & contrà in puteis sulphuris & argenti vivi negat metalla esse: quis non videt inde fieri, quod hic semina duntaxat metallica sint, & quidem extrusa à natura & dispersa, antequam metalla fieri potuerunt: ubi autem venæ metalli sunt argentum vivum & sulphur non ita frequenter comparent, eò quòd principia componentia in composita jam transierint, hoc est, in metalla concreverint. At si quid vellet efficere, probaret, nullum in venis metallicis uspiam reperiri argentum vivum & sulphur. Hoc enim (tametsi probabiliter tantum arguit) non solum Physici & Philosophantes cæteri asseverant) quod callidè Jesuita declinavit, verum etiam Chymistæ quidam non ignobiles à minerariis minus experientibus decepti senserunt. Sed hoc aliter se habere testibus oculatis & fide dignis & minerarum peritis monstramus, & quod ad rem facit, ab Alchymia alienis. Primus est Christoph: Encelius Salveldensis, qui de re metallica tres libros scripsit, quos

præfixa

præfixa epistola ad Christianum Egenolphum, civem Francofurtensem, Dn. Philippus Melanthon curavit edendos, qui tamen demum impressi sunt anno 1554. in 8. forma ab hæredibus Christiani Egenolphi. Is libro primo cap. 1. in hæc verba scripsit: *Fuerunt*, inquit, *qui negarunt principia metallorum esse argentum vivum & sulphur.* Caussam affert ab iisdem adductam hanc: *Quia olim talia scilicet argentum vivum & sulphur in natura sua non reperiri dicebantur in fodinis.* Sed hi maximè errant (addit) *Nam reperiuntur in nostris fodinis in natura sua tũ argentum vivum, tum sulphur verè metallorũ principia.* Hæc ille. Cui similia docet experientissimus vir Johannes Mathesius, qui cum Pastorem ageret in valle Joachimica nobis explicationem locorum sacræ Scripturæ exhibuit, quæ de fodinis, mineris, & metallificio agunt, theologicè & physicè ista pertractans, ipse testis oculatus. Sic igitur in Postillis Sareptæ luculentissimo stylo Germanicè editis Norinbergæ, anno 1562. in tertia concione, de ortu, incremento, & decremento metallorum, parum quidem æquus Alchymistis, sed etiam quæ viderat fideliter commemorans; *Alchymistæ*, inquit, *propositum ab ipsis traditum ad opus sive probam producere non possunt, hoc verum est: nihilominus tamen experientia testatur*, inquit, *ubi venæ sunt divites, & minera ûberes, quod sine sulphure & argento vivo non sunt.* Hæc ille. Quæ nominatim regionibus & fodinis citatis probat addens, *in generatione & incremento metallorum oportet ut sinamus adesse argentum vivum.* Eadem documenta sulphuris adducens, multis locis testata, tandem concludit: *His adducti signis minerarum periti cum ijs sentiunt, qui metalla ex argento vivo & sulphure nasci docent, sicut elegans distichon Philippi Melanchthonis in hac ipsa valle factum testatur, nempè:*

Lactea ubi fumis hydrargyra mixta coquuntur
Sulphureis, venæ semina prima novæ.

Hæc Mathesius. Ubi ista Melancht: lux Germaniæ videns indignè à quibusdam umbratilibus Philosophis & Medicis flagellatur, quos ita scribere non pudet: *Valeant somnia Melanchthonis, Titelm. & Chymicorum, qui his adhærere videntur, qui dum ponunt Mercurium & Sulphur pro proxima metallorũ materia, omnia confundunt.* Utrũ somnia potiùs sint, quæ isti ex cerebro suo comminiscuntur, an quæ sensus & experientia Philippo demonstrarũt, & testes oculati fatentur, judicet æqu⁹ lector.

Refutata Jesuitæ ratione, de loco ortus metallici, ad alteram è propriis consequentibus accedamus. Metalla, inquit, proprietates sulphuris & argenti vivi non habent, ergo ex his non sunt orta. Priusquam de proprietatibus & antecedente agamus,

placet

mus placet contlusionē reapse evertere, & ipso facto demonstrare, metalla ex argento vivo constare, in quod resolvuntur, ex quo componuntur. Duæ sunt viæ apud Alchymistas, altera quæ dicitur humida, quæ fit per aquas & solutiones: altera quæ dicitur sicca, quæ fit per pulveres. Utriusque documentum edamus, quomodo metalla vel horæ spatio tam mollia, quàm dura in argentum vivum currens converti & resolvi queant. Prioris exemplū esto in plumbo, quod limetur, vel rasile fiat, scalpro detritum: vel fusum inter duas patellas ligneas pulverisetur minutè, qualis est arena plumbea ferè clepshydrarum. Ad hujus analysin in sua principia talis præparetur aqua. Recipe aquæ fortis purificatæ uncias duas, dissolve in ea argenti vivi communis unciam unam in ampulla vitrea probè obstipata, levi carbonum igne supposito, donec in aquam limpidam abierit. Postea remove à calore ignis, & aperto ore sensim injice unciam unam plumbi rasilis vel pulverizati. Effervescit enim aqua sponte, & tumultuatur, si simul omnia aut nimis ingeras. Inde iterum obtura orificium vitri, & aliquantisper dissolvere sine aquam: mox videbis vulgare argentum vivum, quod prius in aqua fuerat dissolutum, subsidere instar calcis & pulveris albi: plumbi verò ramenta oculis spectantibus, si agitentur, resolvi sensim in argentum vivum currens, adeò ut duæ & quandoque tres partes unciæ ex plumbo sint futuræ argentum vivum, quarta pars circiter (si rite omnia peracta fuerint) scoria & fæx sulphuris plumbi superstes. Quibus peractis, effunde aquam fortem in aliud vas vitreum. Reliquum argenti vivi ex plumbo facti eime, & trajice per corium vel linteum cū chorda (uti moris est) compressum & constrictum, & videbis, quantum ex plumbo elicueris Mercurii vivi, & quantum restet fæcis terreæ & sulphureæ. Calcem quoque albam ex dissolutione argenti vivi primò in aquam impositi subsidentem collige, quæ vel ulterius præcipitari poterit in pulverem rubeum per aquam fortem, vel revivificari in pristinum argenti vivi pondus, per sublimationem & decoctionem, chalybis frusto imposito aquæ communi, ut rerum chymicarum peritis notum est. Ita ad oculum evidenter apparebit, quomodo plumbum in argentum vivum redeat, ex quo fuerat ab initio creatum, pondere etiam residuæ fæcis id testante, quantum plumbi in hydrargyrum abierit, quod à communi nihil discrepat, nisi quod sit lividius paulo & segnius, prout cujusque metalli natura peculiaris postulat: sicut contra id quod ex ferro fit, omnium vivacissimum & agilimum est. Neque hic disputo, cur unus Mercurius alterum resolvat, vulgaris (inquam) in aqnam transparentem resolutus, eum qui inest plumbo eliciens, & vivum permittens, cum prior ex resolutione in calcem totus subsideat. Hoc tantùm animadverti velim, distingui manu-

manifestè duos hos Mercurios, ne quis permisceri putet,& proximum metalli esse vivum, alterum in aquam resolutum remotiorem, quippe per quem sile metallicus elicitur,& non in aquam nubis aut transparentem, sed in hydrargyrum resolvitur. Sunt & aliæ viæ resolvendi plumbum in Mercurium citra omnem Mercurium maximè per salia, plumbo prius calcinato: sed quia momento fieri nequeunt, idcirco commemorandis his supersedeo, ne aliquot dierum specimen afferat lectori tædium.

Accedamus ad duriora metalla, quæ rebus siccis dissolvemus. Deligamus chalybem, ferri depurati nucleum. Hujus limetur semuncia, & ponatur in Crucibulo, ac super imponatur semuncia salis armoniaci minutissimè triti, cum uncia Mercurii sublimati (qui non cum arsenico, sed cum salibus & vitriolo sublimatus sit) permisti & prius pisti: mox crucibulum collocetur in medio leniter accensarum prunarum, idque sub camino, aut aere libero. Quamprimum calorem senserit sal armoniacum cum sublimato incipiet sublimari (Cavendus autem est odor, propter Mercurii venenositatem, ne imprudentius naribus excipiatur) Paulo post incipiet sal armoniacum cum sublimato fundi & fluere, quo ad tria vel quatuor momenta peracto (visu enim tuto percipitur sub camino) statim crucibulum auferatur, & sponte refrigescat: postea super patella diffractum monstrabit chalybis limaturam magna ex parte sui in argentum vivum abiisse, quod patella vel vitro exceptum per linteum exigatur, unde perspicietur limpidissimum & ita vivacis naturæ, ut in plano decurrens quasi subsiliat, adeo igneæ naturæ est Mars sive chalybs. Quin nec in vase ligneo ne sensim evolet, penè ulla observandi ratione conservari potest, sed in solo vitro firmiter obsignato. Est tamen verum & naturale hydrargyron, omni proprietate hydrargyri constans. Sed apprimè cavendum est, ne inter resolutionem paulo largior mora intercedat. Statim enim subvolat, longeque citius, quàm aliud quodvis durorũ aut mollium metallorum ac etiam fe immiscet salis armoniaci & Mercurii sublimati massæ, quod si fit, in mortario cum aqua fervida eluenda erit massa, donec purus secernatur Martis Mercurius. Quod si fortè quis dubitet, vivũ hunc Mercurium ex sublimato defluere, is si velit per alembicum in receptaculum exhalationem excipiat,& in phiala vitrea hæc eadem factitet, videbitque sublimati & armoniaci pristinum pondus supersesse demptis fæcibus ferri, sive sulphure terrenoso chalybis, & inde producti hydrargyri. Sed & alia ratione probari potest ex sublimato non defluere, nempe si loco limaturæ, frustum chalybis immittas, facilè experimento cognosces, nihil ex Mercurio sublimato (qui tamen in aqua decoctus sine ferro non facile revivificatur) Mercurii vivi relinqui, ac proinde ex chalybe limato,

non

non autem ſublimato id hydrargyron fieri. Idem judicium eſto de cupro & argento. Pari enim modo parantur, niſi quod paulò diutius fluere ſuperjectos pulveres oporteat, quam in chalybe reſoluto. Ac ex hydrargyro cupri (ſeparato jam ſulphure viridanti) pretioſiſſimum paratur Turbit minerale, cum oleo vitrioli & ſpiritu vini, quod ſaltem cum ſaccharo roſarum ſumptum in quantitate piſi eximium & expertum eſt contra Peſtem remedium, etiam poſt infectionem, & quidem citra omne periculum, priusquam elabantur 24. horæ, quod ipſemet cogente periculo, cum cætera omnia deficerent, in meis expertus ſum. Neq; curo quod Suchtenus in tractatu ſuo antimoniali, diriſſimum venenum pronunciat mixtum Marti, neſcio an ullo experimento edoctus, nec ne? Hoc enim meum certum eſt experimentum & hactenus innoxium. Sed medica non tractamus.

Diximus de mollibus & duris metallis, Aurum enim veluti medium eſt, & extremitatum centrum, ac proindè temperatum, in quo activa non prævalent paſſivis, & contrà, ubi alius modus incundus eſt ſeparandi Mercurii ipſius per Mercurium. Argentum verò, ſoror auri, & veluti compar, pondere & colore deficiens & æquali complexione & fixionis infirmiore permanentia. In exceſſu verò dura ſunt cuprum & ferrum, in defectu vero mollia ſtannum & plumbum, quorum hoc mollitiè reſpondet duriciei ferri è regione: ſtanni autem mollities duritiei cupri. Sed eſt & aliud inſtar metalli, ſi non metallum, quod neque durum per ſe eſt, neque molle ſub mallei extenſione, ſed duntaxat friabile & fuſile, quale eſt Antimonium, & quod ab eo degenerat Byſemutum (Hydrargyron enim principium eſt metallorum, non metallum propriè.) Diſtingvuntur autem mineralia in majora & minora. Majora, quæ ex Mercurio & ſulphure originem ducunt: Minora, quæ Mercurio carent, ut Sales, alumina, ſulphur. &c. Antimonium igitur quoniam argento vivo & ſulphure conſtat, licet non in metallum duratum ſit, nec ductile: tamen & ipſum metallicum eſſe convincitur. Poteſt enim beneficio vitri Veneti & ſalis nec non rerum aliusmodi, ex eo pulvis ſubcinericius in alembicum ſublimari, qui tritus profundit Mercurium currentem ad madefactum digitum.

Oſtendimus hactenus, ut metalla in Mercurium reſolvantur: ſubjiciamus quomodo ex Mercurio, beneficio ſulphuris metallici, metalla componantur, ut conſtet de eorum geneſi, quod in efformatione plumbi patebit. Fundatur plumbum in teſta, & reverberetur agitando ſuper carbones dum in calcem ſivè pulverem flaveſcentem abeat. Huic trito affunde Phlegma acetoſum deſtillatum, tantum ut ſpitamam ſuperemineat: & ſimul permittantur ita triduum. Interea dulceſcet acetum per extractam animam Saturni:

turni. Limpidum quod fuerit perinclinationem à calce effundatur. Hujus aceti si aliquantum decoxeris (saltem crucibulum plenum) donec acetum totum evaporaverit (leniter autem id fiat propter impetuosum tumorem aceti, ne ebulliens dispereat effluendo) videbis in fundo residere inpalpabilem pulverem subcroceum, qui est anima, sulphur & essentia plumbi, nullo pondere, ne fortè plumbum ipsum corporale restare existimes. Hoc ad oculum subjeciſſe libuit, ut sulphur extractum ex metallis, quod tamē ad aliquam fixationem pervenit, cerneretur. Reliquum aceti sive extractionem illam ex plumbo, animam continentis serva, & dissolve in aquæ fortis communis uncia semiunciam argenti vivi (ut moris est) cui dissoluto infunde sensim tantum reservati aceti (ejus puta quod animæ plumbi extractionem in se habet) quantum est aquæ fortis, & videbis statim Mercurium resolutum instar pulveris residere tracta in se anima Saturni. Effuso igitur liquore, residuam illam materiam Mercurii in pulverem redacti in crucibulo per se funde, & habebis ex Mercurio plumbum verum, naturale, per artem factum ita ut nemo negare possit metalla ex Mercurio & sulphure gigni atque effici, naturali ac vera genesi.

Sed tempus tandem est, postquam reipsa ostendimus (ut quivis experiri potest (metalla ex hydrargyro, contrà vulgares Physicos & Philosophos, proxime originem ducere, ut ad Jesuitæ rationem, ex propriis consequentibus dictam, respondeamus: quod quanquā opus non erat, quippe conclusione ipso facto & demonstratione, quo ad sensum, eversa: tamen ut hominibus sibi placentibus in suis argutiarum vanitatibus, satisfaciamus, non pigebit etiam hæc somnia brevibus discutere. Non habent, inquit proprietates sulphuris & argenti vivi metalla: Cur obsecro? quia, inquit, sulphure nihil ad flammam concipiendam aptius est: at metalla non sunt φλογιστά. Ridicule. Nam sulphur in metallis ad aliquam fixationem pervenit, ita ut in imperfectis cum Mercurii cruditate sulphur quidem evaporet, licet non sit inflammabile, in perfectis autem penitus hydrargyron fixavit, ut nec evaporet, nec cremetur. Quod quò melius intelligatur, sciendum est τὸ φλογιστὸν esse quidem proprium omnis sulphuris, adde & solius sulphuris in omnibus rebus insiti, at non semper ei est propriū. Quippe fixari potest, idque imperfectè fixum & materiæ immixtum nō incenditur, tamen evaporat in igne: perfectè fixatum manet. Atque hinc metallorum in igne evaporantium vel permanentium perfectio & imperfectio maximè oritur. Hujus rei documentum insigne præbet Antimonium, nondum ad extensionem mallei usque fixum, sed tantum friabile & fusile, uti diximus. In eo enim sulphur, quod congelavit argentum vivum in massam terrenosam (extra reverberationis artificium puta, quandiu ma-

net compositum) non inflammatur, sed cum Mercurio evaporat in igne penitus, nempe ipsa ambo in massam natura simul conjuncta. At si sulphur ex Antimonio eliciatur per extractionem, tunc est sicut sulphur commune, & perinde sicut illud φλογιζὸν. Non loquor de rubedine, quam chymistæ extrahunt, sed de vero naturali sulphure subviridi. Id hoc documento probabis. Rec. Aluminis & salis nitri ana quantum sufficit, fac aquam valentem, vel etiam communem aquam fortem fume, ut moris est, cui ponderatæ immitte dimidium salis tosti: Postea tere Antimonii subtilissimè, & immitte in pauxillum hujus aquæ tantum Antimonii triti, ut ei supernatet aqua ad quatuor digitos. Sensim autem immitte, ne aqua effervescat insolentiùs. Cum virorem aqua conceperit in phiala extracto sulphure subtilissimo, statim effunde, & aqua communi tepida in eam immersa subsidebit sulphur, veluti commune viride, quod ipso facto probabis esse φλογιζὸν, & nihil à vulgari hac in re differre. Colligamus igitur argumentum & Jesuiticam proprietatem sulphuris evertamus. Si enim sulphur in Antimonio non est inflammabile (quod tamen nondum ductile est metallum, & à quo separatum ardet) quantò minus in cæteris sive perfectis, sive imperfectis metallis necesse est inflammationis proprietatem servare, in quibus jam ad malleationis usque fixationem pervenit? Prius est verum, ut experimento patet. Fundatur enim Antimonium ante follem, & evaporabit sine inflammatione. Ergo & posterius verum est: idq; tantò magis, quantò ad majorem fixationem in metallo, quàm in Antimonio, sulphur pervenit. Nam separatum à metallis non amplius inflammatur propter aliquam fixationem, ut patet in plumbo, quà de re ante egimus. Eadem ratio est argenti vivi, quod frigore non concrescit, scilicet per se, & solum. At cum in metallū cum sulphure concrescit, & fundi potest, & frigore congelascit, ut videre est in genesi plumbi ex Mercurio, & vel in Antimonio patet, in quo tamen fixionis permanentia nulla in metallum per extensibilitatem facta est. Apparet igitur elumbia esse Jesuitæ argumenta, & ad speciem sophisticam solùm composita, ac nescio quid futilis, sed planè nihil solidæ rationis præ se ferre. Hoc & illi, & ejus complici Pererio responsum esto, qui in suis libris de communibus omnium rerum naturalium principiis & affectionibus ita scribit lib. 8. c. 19. Quidam, inquit, rerum metallicarum peritissimi, de quibus etiam subtiliter, & accuratè scripserunt, affirmant, primum ac summum fundamentum, quo nititur & sustentatur ars Alchymiæ, nullum esse: quo intelligere licet, ipsam artem (si modo ars dicenda est, quæ in se nihil veri ac certi habet) inanem ac falsam esse. Etenim Alchymistæ putant materiam omnium metallorum esse sulphur & argentum vivum: quamobrem profitentur se

ex

ex varia sulphuris & argenti vivi invicem commixtorum tempe-
ratione, posse quodlibet metallorum efficere, in quo sanè vehe-
menter falluntur. Nam si sulphur & argentum vivum est materia
auri & argenti, ergo in venis, in quibus generatur aurum & ar-
gentum, apparebunt aliqua vestigia sulphuris & argenti vivi, simi-
liter etiam in venis sulphuris & argenti vivi, reperirentur aliqua
indicia auri & argenti: Sed ipsi qui totam penè vitam curiosissi-
mè lustrandis considerandisque venis & locis metallorum con-
sumpserunt, nunquam tale aliquid reperire potuerunt. Quare
falsa est opinio Alchymistarum, & aurum quod ab ipsis fit ex sul-
phure & argento vivo, non est verum aurum. Non enim ut dictū
fuit, talis est materia veri & naturalis auri, &c. Hæc hypothesis
principiorum, quæ metalla componunt, utrùm à Jesuita Pererio
rectè negetur, & proinde veri & naturalis auri effectio & genera-
tio per chymiam explodatur, satis superque jam ostendisse puta-
mus, unde non mirum est, eum præconceptis huiusmodi falsis o-
pinionibus fascinari, ignoratis principiis, & eundem in tota reli-
qua disputatione, quod & Hagelio accidit, nihil solidi posse asse-
rere. Sed pergamus ad reliquam telam pertexendam.

Altera adversus Chymistas ab Hagelio suscipitur de metallo-
rum distinctione defendenda opinio, qua specie ac differentia es-
sentialia ea vult distingui, ac proinde metalla in metalla non pos-
se transmutari colligit. Tertia deinde directè contra chymistas
intenditur, de mutua metallorum transmutatione, in qua nullam
substantialem metallorum transmutationem arte fieri posse sta-
tuit. Cui opinioni Pererius supra citato loco quartam adjicit,
nempe nullam per artem non modo transmutationem fieri, sed
nec de integro effectionem sive productionem veri auri naturalis
esse: quibus explicatis & discussis, Disquisitionis nostræ non mul-
to post finem faciemus.

Quod igitur ad distinctionem metallorum attinet, cum omnia
pariter ex sulphure & hydrargyro concreverint, ut demonstratum
est, & ipso facto deprehenderimus, ea solum quoad hydrargyron
purius vel impurius, & quoad sulphur fixum vel cremabile dif-
ferre, juxta diversam contemperationem eorum per sal sive ter-
ram metallicam concurrentem cum sulphure, non quidem eorum
opinionem improbare possumus, qui negant essentifica differen-
tia speciali metalla differre, sed tantùm ratione accidentium di-
versorum, in mineris supervenientium, quæ diversa metalla faci-
unt: sed tamen dicis causa supponamus ea differre speciali for-
ma, nunquid una forma corrupta alteram inducere ars nequit?
nempe si substernetur materia formam appetens, & impulsu cau-
sæ efficientis naturalis, ac debitis adminiculis in actum prorum-
pens? Non enim species in species mutari dicimus, velut argen-

teitatem in aureitatem, sed individua specierum corruptioni & ge
nerationi obnoxia & mutabilia. Videamus igitur quomodo Je
suita suam sententiam tueatur: Communis, inquit, multorum es
opinio solum aurum inter metalla perfectam speciem habere, cæ
tera omnia esse quasi quędam rudimenta & initia auri tantùm, a
proinde inter metalla aliud discrimen non esse, quàm inter per
fectum & imperfectum in eadem specie; verùm contra hanc opi
nionem sic agere possumus: Ferrum non est mixtum imperfe
ctum, quale est Nix & cætera quæ, ἐν τῷ μετεώρῳ fiunt. Quis enim
credat? Ergo est mixtum perfectum. Egregia sanè ratio, si hoc es
ratiocinari, præsertim in philosophia & scientia naturali. Quis
enim credat? inquit. An non principium his apertè postulat, &
mixtum esse perfectum colligit, quia ipse cum suis non credit
quod sit imperfectum? At cum sæpè ferro pluisse legatur, sanè quæ
in μετεώρῳ fiunt, longè verosimilius est, ferrum & reliqua metalla
imitari, quàm secus. Itaque quod addit, idem licebit dicere de
auro & argento & cæteris; tantundem ponderis habet, quantum
prior ratio habuit. Reliqua argumenta, ut & alterius cujusdā, qui
ex suppositione terminorum Logicorum arguit, metalla differ-
re specie, non tenent, nisi addicantur propriis principiis naturali-
bus. Etsi enim de individuo hoc plumbo prædicetur plumbum
in specie, & de specie hac metallum in genere: tamen ista non
re ipsa, sed distinctionis causa dici possunt, ex usu loquentium, non
rei natura. Sed pergit Jesuita. Et, vel unica metallorum substan-
tia est, inquit, & qualitates diversæ: vel non est unica substantia.
Si unica est substantia, tùm veræ erunt illæ, plumbum est aurum;
& viceversa, aurum est plumbum. Tum quoque non erit difficile
ex plumbo aurum conficere, cum non sit difficile, qualitates,
quæ à nulla peculiari forma cohibentur, à plumbo tollere, & quæ
auri sunt, inducere. Et tamen hactenus nullus omnino repertus
est, quem aurum omni ex parte probatum confeciisse liquido con-
stet. Ex quo conficit non esse metallorum unicam substantiam.
Respondemus, satis patuisse ex substantia hydrargyri supra addu-
ctis experimentis omnia metalla constare, & penes sulphuris fixi
vel non fixi differentiam & diversam contemperationem, vel im-
perfecta & igne cremabilia, vel perfecta & fixa esse. Proinde cum
ad oculum ista pateant, non est opus de his conquisitis ratiuncu-
lis eristicè & sophisticè contendere. Porrò hæ propositiones si
vulgus spectes, paradoxis similes sunt: plumbum est aurum. At
si naturam intrinsecus spectes, non ita erunt absurdæ. Unde chy-
mistis plumbum dicitur aurum leprosum. Item interiora argenti
sunt aurum: & similes propositiones rectè intellectæ, ex natura
rerum, non vulgi loquela & opinione. Unde etiam facilis est qua-

litatum

litatum purgatio,& aurificæ formæ, ministerio artis, introductio per principium metallicum fixum,quod imperfectum tollit,& materiam perficit. At nemo hactenus repertus est, inquit,quem cõfeciſſe aurum ex omni parte probatum liquidò constet. Nimirum hûc omnia redeunt denique, ut his Papistis apistis re ipsa demonstremus, contrà inanes argutias Philosophantium, metallorum transmutationem in aurum possibilem esse, itemque verum aurum naturale ex principiis metallicis produci, quod deinceps præstabimus. Nam quod nullus hactenus repertus sit (ut ait Jesuita) quem aurum omni ex parte probatum confeciſſe liquidò constet, non est cur refutemus, præsertim cum de Arnoldo Villanovano scribat Ioh. Andr. in addit.ad speculat.tit. de crimine falsi: Nostris diebus habuimus Arnoldũ de Villanova, in curia Romana summum Medicum & Theologũ, de quo scripsi de observ.jejun. consilium, qui & Magnus Alchymista, virgulas auri quas faciebat, cõfitebatur omni probationi submitti. En exemplum! Sed hac de re extant Arnoldi libri, qui testantur ex plumbo factum esse aurũ. Possem adducere testimonia clarissimorum & fide omni dignissimorum virorum, qui hæc suis viderunt oculis,& manibus palparunt,ac non ita pridem cum una tincturæ parte, tria millia quingenta octuaginta quatuor põdera plumbi in aurum versa sunt,cujus portio etiamnum Basileæ asservatur. Sed nolumus inartificialibus argumentis agere: sed ad nobilis Evaldi Hõhenlandii historiam transmutationis metallicæ lectores remittimus, pro defensione chymiæ super his experimentis. Ingerunt tamen hoc loco seſe Medici,neque ullum è doctioribus chymiæ assensum præstitisse, audacter asseverant. Sed quid Fernelius de abditis rerum causis de Elixiri Arabum & de tota hac re statuat lib. 2. cap.18. & Marsilius Ficinus(duo quovis Hercule superiores)lib.2 de vita Cæl.Re. cap.3 ante oculos omnium & in ore doctorum versatur, quos refutare nimis temerarium est, quibus Comitem Mirandulanum comitem addo, ut silentio prætream alios atque alios.

Nos vero transmutationem metallorum possibilem & naturalem esse, experimento naturæ & artis probabimus, si ad illud prius respondemus, quod nonnulli species rerum perfectiores negant fieri nisi uno modo, hoc est ab agente naturali, eo quòd generationes hujusmodi rerum determinatæ sint, tam secundum activum principium, & materiam, quam secundum locum in quo fiunt. Id hactenus admitti potest(ut rectè Petrus Bonus Ferrariensis notat) quatenus ad artem eadem naturæ proxima principia sunt adhibenda,quæ sunt penes ipsam naturam. Nam si alia vel similia adhiberentur, non idem cum naturali auro produceretur, sed diversum vel simile. Non loquimur de operibus sophisticis dealbationum vel rubificationum in colore: sed de eo quod in

ipſa metallorum natura & eſſentia ineſt, in definitione univoca, ſi metalla ſpecie differant, & omnia criteria & omnes proprietates auri, argenti, æris,&c. ſuſtinet : Unde Paracelſus apertè in libro de vexatione Alchymiſtarum, veram Alchymiam non cõſtare niſi de metallis, ex metallis, per metalla, & cum metallis, teſtatur. Sed quod ad locum attinet & generationis media res aliter ſe habet, ut ex 9. Met. Ariſt. conſtat, qui fatetur ex agente & materia ſimilibus, operationes ſemper ſimiles eſſe, quamvis media ſint diverſa, ut & ante nos alii demonſtrarunt. Nam iſta & materia duo ſunt, maximè cum habeamus æquipollentia vaſa & media ad eundem iſtum finem. Hæc quo melius intelligantur, placet ex Pererio ipſo ſententiam Alberti magni deſcribere, idem teſtantis. Sic igitur Pererius Jeſuita lib. 8. cap. 20. Albertus, inquit, in libro ſuo 30. de Mineralibus c. 9. hanc de facultate Alchymiæ quæſtionem pertractans, primùm exponit ſententiam Avicennæ, quæ fuit hæc : Sciant (inquit Avicenna) artifices Alchymiæ ſpecies metallorum permutari non poſſe, quamvis aliquid illis ſimile fieri poſſit. Quod enim differentia ſpecifica aliquo tollatur ingenio, non credo poſſibile ; ſed exſpoliatio accidentium non eſt impoſſibilis, vel ſaltem diminutio eorum. Non enim permutantur ſpecies metallorum ; niſi prius in primam materiam metallicam reducantur, & ſic juvamine artis deducuncur in ſpeciem metalli, quod volueris. Atque idem quoque ſenſiſſe ait, Haſtem philoſophum præcipuum in phyſicis & Mathematicis. Deinde Albertus ſubjungit ea, quæ ſequuntur: Oportet nos dicere Alchymicos peritos non aliter operari, quàm peritos Medicos, qui per medicinas purgant materias corruptas & nocentes ſanitati, & poſtea per media confortantia naturam, juvant virtutem naturalem, ut digerendo ſanitatem inducat, quæ ſanitas eſt effectus & naturæ & artis: ſed illius effectivè principaliter, hujus autem inſtrumentaliter & organicè. Sic Alchymiſtæ primò bene purgantes materiam argenti vivi & ſulphuris inſitam in omnibus metallis confortant, deinde deducunt virtutes elementares & cæleſtes tali materiæ inhærentes ad proportionem mixtionis metalli, quod intendunt inducere, & tunc ipſa natura operatur & non ars, niſi organicè juvando & exſpoliando, ut diximus, & ſic verum aurum & argentum educere & facere videntur. Quod enim virtutes elementares & cœleſtes faciunt in vaſis naturalibus, hoc etiam faciunt in vaſis artificialibus, ſi artificialia formentur ad modum naturalium, & quod facit natura calore Solis & ſtellarum, hoc faciet ars calore ignis, dummodo ſic temperetur, ut non excedat virtutem ſe moventem & informantem, quæ eſt in metallis. Huic enim cœleſtis ineſt virtus, quæ primò commiſcuit eam, & hæc inclinatur ad hoc vel illud, pet artis juvamen. Alchymia igitur per

hunc

hunc modum procedit, id est, corrumpens unum à sua specie removendo, & cum juvamine eorum, quæ in materia sunt, alterius speciem inducendo. Quare omnium operationum Alchymicarum melior est illa, quæ procedit ex iisdem, ex quibus procedit natura, sicut expurgatione sulphuris per decoctionem & sublimationem, & expurgatione argenti vivi horumque bona permixtione cum materia metalli. In his enim, & ex virtutibus horum, omnis species metalli inducitur. Qui autem per alba albificant, & per citrina citrinant, manente specie prioris metalli in materia, proculdubio deceptores sunt & verum aurum atque argentum non faciunt, & hoc modo fere omnes vel in toto, vel in parte procedunt. Propter quod ego experiri feci aurum Alchymicum (puto manente specie prioris metalli) quod ad me delatum est, & postquam sex vel septem ignes sustinuit, tandem ampliusignitum consumitur & perditur, & quasi ad fæcem revertitur. Hæc Albertus, quibus Pererius addit: Ecce supra dictis verbis Albertus non solum docet, verum aurum posse fieri per Alchymiam, sed etiam quis modus ejus efficiendi sit possibilis, & quis impossibilis, manifestè declarat: Sed inquam ego: An non hoc ipsimet Pererio est contrarium, quod ei attendendum erat & prius experiendum, quàm exagitandum, si vera Albertum dicere fatetur? Sed tempus est, promissa exsolvendi, antequam ad objecta reliqua respondeamus.

Quod igitur ad metallorum transformationem attinet, scribit Johannes Mathesius vir experientissimus hac in re idem, quod Paracelsus de ferro & chalybe in cuprum transmutato, tum per naturam, tum per artem. Sic enim habet conc. 3. Quod in fonte Cypsensi ex ferro fiat cuprum certum est (en opus naturæ.) Item, quod artifices sciant minerale lixivium fundere, in quo ferrum itidem abit in cuprum in monte Kuticensi, probatum est (en opus artis!) Sed nos aliorum inventa nolumus referre: tantum hinc apparet Mathesium, chymistarum maximum adversarium, eo ipso loco ubi eos oppugnat, per imprudentiam non posse reticere metallorum transmutationē essentialem (siquidem specie differunt) possibilem esse naturæ & arti. Neque hic disputamus de modis efficiendi cuprum ex ferro, quos docet Paracelsus quos non per se fieri putamus, siquidem cum vitriolo fiunt, ex quo per se cuprum potest elici. Unum afferimus nostræ Minervæ, & nostræ effectionis, ubi ex ferro vitriolum, ex hoc rursum cuprū generatur, beneficio naturæ & ministerio artis per sulphur cōmune. Sumatur uncia una olei sulphuris per campanam facti, uti moris est, licet non rectificati, cui immisceantur unciæ duæ aquæ fontanæ. Mox chalybis sive ferri laminas tenuissimas ignias & multoties restinguas in vase pleno aquæ frigidæ, donec ita indurentur, ut nullo negotio

forcipibus discerpi queant, quas in modum unguiculi lancina, & siccas impone mixtioni aquæ & olei sulphuris in phiala, quam obstipatam colloca in vase repleto cineribus, sub quo ignem carbonum tantisper excitabis, ut bulliat lenissime ad horas sex: mox infrigidari sponte permitte, & invenies supernè in vase refrigerato generatum vitriolum splendens, viride, optimum. Hoc in aqua communi dissolutum bulliat, donec supernè cuticulam contrahat, mox aquæ impone laminas nitidas & recentes chalybis, & parvo momento adhærebunt eis nitellæ æris, quas collectas funde & habebis cuprum naturale, ductile, & fusile ad omnem æris proprietatem. Hoc unico experimento difflantur omnes rationes Aristotelicorum, quomodo pars chalybis possit retromeare in vitriolum, & iterum ex vitriolo reduci in cuprum, atq; ita verè per artis ministerium beneficio naturæ generari, nec tantum transmutari metallum.

Aliud brevius experimentum sed minoris quantitatis appono. Calcinetur limatura ferri cum tantundem triti sulphuris, & reverberetur agitando super testa, donec sulphur comburatur, residuū in aquam ferventem ita candefactum immitte, & impone laminas puras chalybis, & adhærebit eis cuprum in forma mucilaginis, quod deorsum fundatur: & erit naturale cuprum. Hoc, ait Paracelsus, minus est quàm ferrum aut cuprum transmutare in aurū, quod Deus vulgò nondum voluit innotescere omnibus, sed quidquid sit, abundè sophistarum cavillos evertit.

Procedamus vero ad argenti transmutationem in aurum naturale, & omni specillo probatum, juxta omnes proprietates auri. Ita tamen procedamus, ut possibilitatem duntaxat artis & naturæ aliquam ostendamus, non utilitatem. Nam indigni sunt, ut amplius aliquid consequantur, qui ista impugnant, quippè cum nemo ad proprium commodum, ut ajunt jurisperiti, sit cogendus. Paracelsus cum hac de re contra Aristotelicos ageret. lib. Mineral. cap. 7, de sulphure paulò post principium inquit; Sciendum quod nisi Deus impediat) in sulphure negotium mirabile inest, ac ita excellens, ut lumen naturale hominis obstupescat: aut si Deus non impedit; error est penes artifices, qui sulphur tractant, quod facilè fieri potest. Sed utut sit, ea vis & facultas in sulphure inest, ut nemo peritus eam exhaurire possit, talis quoque virtus, ut cuivis admirationi sit. Confundit enim (inquit) Aristotelem, qui dicit, species non posse transmutari. Sulphur transmutat. Si vecors Aristoteles adhuc viveret, eum ex stulto insanum redderet, plusquā ab ulla fœmina est victus. Hæc Paracelsus. Sed non ostendit, qua ratione hæc transmutatio fieri debeat, nisi quod agens de sulphure minerali docet ex eo cum oleo lini epaticam conficere, quâ rectè distillatâ & rectificatâ (modum ejus docet secundo libro

Archi-

Archidoxorum)imponatur in ejus oleum rubeum quodvis argentum, & permittatur ad destinatum temporis terminum usque, ita fiet ut nigrescat,& calcem auri profundat,nempè in aqua forti,sed nondum est fixum aurum, sed volatile, inquit: quod si autem perfectum terminum suum assequatur, omnia, inquit, efficit quæ efficienda sunt,de quo non ex usu plura differere. Hæc Paracelsus. Plura de sulphure fixo in libello de mortificatione rerum,ejusque Metamorphosi extant. Sed nos misso Theophrasteo processu, monstrare volumus, quomodo vel crudum sulphur commune transmutet & verum aurum naturale progignat. Recipe ergo partem unam plumbi,quod liquescat in crucibulo super carbonibus accensis, postea cum pyrolabe exime crucibulum, & priusquam plumbum congelascat immitte tantundem Mercurii crudi ac vivi ac leniter agita bacillo. Habeas deinde sulphuris communis partem item unam, quod fluat in alio crucibulo,cui fuso injice frustulatim superius malagma coagulatum, ac agito spatula, & cave ne sulphur flammam concipiat aut aduratur,priusquam omnia injeceris. Inde spontè refrigeratum tere super marmore vel saxo & iterum crucibulo impositum fundatur, donec comburatur sulphur,& materia imposita tantisper fluat,ut in virgam effundi possit metallicam,similem Antimonio fuso & friabilem. Hujus triti recipe partem unam,& argenti laminati unam, & fac stratum super stratum in crucibulo,& desuper minutim pistum vitrum venetum imponatur, ad spissitudinem digiti, nec nimiùm repleatur vas,ne vitrum effluat: Ita per horæ spatium continuè fundantur omnia igne intenso, ut vitrum & reliqua sint in fluxu continuo. Postea permitte infrigidari, & diffracto crucibulo exime regulum in fundo, & compone cineritium, cui imponatur plumbum de more,donec intensè currat,inde immitte regulum,& fulmina more aurifabrorum, donec argentum mundum subjaceat. Id laminatum vel granulatum mox in aquam fortem immissum & dissolutum,nitellas auri profundet,quæ pulveris nigri instar ad fundum subsidebunt, quas elotas aqua tepida in crucibulo ignias & fundas,& habebis micas auri veri naturalis tam in Medicina quàm in reliquo usu sustinentes. Etsi autem non docemus totum argentum in aurum transmutari, sed portiunculā duntaxat levissimam & minimam; tamen quia omnes partes argenti sunt homogeneæ & similares, etiam micam argenti satis est in aurum verum naturale transire,ad transmutationem metallicam oculis demonstrandam. Ne quis autem putet, antea infusum fortè & admixtum argento plumbove aut Mercurio fuisse aurum, aut in ipso hæsisse sulphure,singula prius seorsim, si libet, per ignis & aquarum fortium criteria examinabit,quò certiùs sciat non aliunde, quàm ex transformatione aurum hoc existere, per artis experimentum.

Quod si quis autem sulphur per calcem nonnihil figat, indeque aqua calida extrahat & insperso aceto separet, ac denique quinta essentia Vini tartarisata ad rubedinem & ad oleitatem edistillata imbibat, majus operæ pretium fecerit. Hæc commemoramus, ut principia naturalia metallorum proxima particulariter cognoscenda tradamus & jurisconsultos in recepta sententia confirmemus & constabiliamus qui contra Angelum chymiam defendunt: quo quidem ablegamus & Principatus & Respublicas super hoc negotio vel dubitantes, vel minus rectè sentientes.

Postquam igitur promissa adimplevimus (ut ipso facto experiri licet) reliquum est, ut ad inanes objectiones breviter respondeamus tam Hagelii & Pererii, quàm eorum, qui nos potentiam Dei attentare frustrà clamitant, cùm nihil hîc contra naturam, nec contra essentialia metallorum principia tractemus, & proinde ordini creationis nullo modo adversemur. Illud tamen præmittemus, Deum opus quamvis naturale posse destruere & impedire, non minus ac sationem vegetabilium, & generationem animalium: id quod & Medici in suis pharmacis sæpè experiuntur, natura non semper operante, sed interdum à superiori caussa repressa. Quinimò vim omnem crescendi ei soli tribuimus, qui dixit Fiat, sine cujus benedictione omnia ad nihilum rediguntur. Atque haud scio, an & istud eodem referendum sit, quod Hagelius de virgula bifurcata indagatrice metallorum attingit, non omnibus scilicet mobili. Nam omni vitio rem carere, ex usu ostendemus. Cædatur virga bifurcata horna, id est, unius anni, ex corylo, vel quercu, cujus cornua sint æqualia & sine vitio. (Quidam tamen eandem putant ante Solis exortum maximè crescente Luna, & quidem potissimùm circa diem Annunciationis Mariæ cædendam.) Sed nos consultò nihil horum observavimus. Hoc facto sumantur duæ furculæ in utramque obversam manum, cœlum versus digitis compressis, utrinque videlicet extremitatibus flagellorum furcæ ad utrumque compressum pollicem extra manum prominentibus: Ipse autem furcæ caudex extrinsecus intra duas manus vergat. Quod si quis argenteos globulos thoraci præfixos gestet, etiamsi omni nixu comprimat virgam utraque manu, tamen gyrum movendo per se faciet, & versus thoracem sese introrsum usque ad globos cæsa illa caudicis pars vertet: Sin verò omni metallo exutus, argentum aut aurum ponas in terram, tunc etiam renitente & invito te, qui tenes virgam, pars caudicis cæsa extrorsum verget, donec validissimo indicio & motu metallum percutiat. Quæ sit hujus rei ratio, Physicos latet; adeo miranda est naturæ sympathia: tamen & ipse verum esse reipsa expertus sum, & in aliis identidem vidi. Quod si non cuivis movetur in manu (ut Hagelius ait) sanè in Dei potentia & hoc reservari quis non videt? Sed

jam ad

jam ad umbilicum noſtram Diſquiſitionem perducamus. Quæ enim Hagelius præterea affert argumenta nullius ponderis ſunt nec valoris. Primùm concedit ab iiſdem cauſis produci, & eaſdem operationes tantum ſecundum majus & minus differentes habere metalla. At ſi proprietates ſequuntur naturam, multò magis hæ convincunt, metalla propriè & conſtitutivè non differre, tantum abeſt ut ipſi patrocinentur, qui vult differre ea ſpecie per eſſentialem differentiam. Nam quod de lapidibus excipit, non eadem eſt proxima eſſentia eorum. Non enim ex Mercurio vivo originem proximè ducunt. Quæ autem de elementis adfert, magis imperfectam mixtionem arguunt ὡς ἐν τῷ μετεώρῳ. Quod autem addit: *Natura nec vult nec poteſt cætera metalla in aurum transmutare. Non vult, tùm quia nunquam id fecit: tùm quia propter cæteros ac neceſſarios uſus omniâ ac ſingula produxit, quos ex ſubſtantiali immutatione omnino amitti neceſſè eſt:* Reſpondeo me agnoſcere non naturam, ſed Deum naturæ moderatorem proſpexiſſe uſibus humanis diverſitate metallorum, ac proinde non omne metallum in aurum terminari, ſed ex ſulphuris fixi & volatilis diverſitate cum Mercurio puro vel impuriore, & bona mixtione diverſa produci metalla, quatenus à temperato abſunt, alia per impuritatis duritiem cremabilem, alia per mollitiem evaporabilem: Sed ſi accidentia iſta ſeparentur, non magis transmutationi ſerviunt, ac uſibus medicinalibus. Nec tamen metalla ex immutatione omnino amitti neceſſe eſt. Etenim auro præferro ad certos uſus comparato nemo uti poteſt. Proinde non eſt metuendum abolitioni eorum per artem. Quid? quod Theophraſtus idem operis eſſe & laboris fatetur, ſi quis metalla velit mutare in viliora; adeò nihil attinet horum abolitioni timere. Quod autem naturam nunquam feciſſe ait, tantum abeſt, ut etiam ſcarabæum halitus auri correptum transmutârit, qualia multa miranda in mineris reperiuntur: niſi quis dicat occupatum illum halitum auri abolitione & exuſtione ſcarabæi externam ejus figuram induiſſe, cui libens adſtipulor. Sed quis in hiatus naturæ deſcendit, aut quis ita Lynceus eſt, qui naturam hoc nunquam feciſſe dicat? Certè Petrus Bonus contrarium probat: & plumbum omne granum argenti natura continet, & ſtannum modica præparatione granum argenti poſt ſe relinquit: quæ ſunt naturalis inclinationis indicia manifeſta. Non poſſe autem naturam metalla transmutare per calorem & frigus, fruſtrà impetit, ut jam ante de ferro in cuprum per naturam mutato viſum eſt.

Hæc eadem argumenta in quæſtione de mutua metallorum transmutatione idem odiosè repetit, cum negat ſubſtantialem metallorum transmutationem his interrogatiunculis, theſi octuageſima

gesimà octava. *An quia generatio est opus solius naturæ? An quia quod natura non solet, ab arte fieri non potest? An quia nihil frustrà fit in natura?* Item thesi octuagesima nona. *Præterea* (inquit) *metallum in metallo nec actu nec virtute continetur.* Sed quam hæc omnia sint falsa & futilia per hydrargyron ex metallo elicitum apparet, & per plumbi ex Mercurio constructionem, cæteraque superius patefacta. *At horum corruptio* (inquit) *fit in deterius.* Id quidem verum est: sed Chymicus non corrumpit tantùm, sed generat etiam per media naturæ consentanea, ministerio artis. Quod autem aurum, quod facit Alchymia, non sit frigore cõstitutum, ut pyrotechnia docet, sanè dicimus frigus non esse propriè rerum generativum, sed potius calorem. Ac metalla igni exempta frigore consistunt, id quod chymico auro non minus convenit, ut ipsa fusio docet, atque idem naturali auro competit, quod usu facilè perdisces. Supereſt una quæstio, partim Physica, partim Theologica, an aurum per artem productum, sit verum ac naturale, & omnes proprietates auri naturalis tàm in Medicina, quàm in cæteris rebus retineat, & si hoc non, an sit illicitum, & ordini creationis contrarium. Negativam tuetur Pererius cap. 19. supra citato loco: *Aurum*, inquit, *quod fit ab Alchymistis, licet similimum videatur vero auro, falsum tamen esse multis modis cognosci & judicari potest; nempe vel ex pondere, vel ex eo, quia non sustinet vim ignis, vel ex eo, quia injectum in urinam amittit colorem suum; vel quia non est ductile in tenuissimas laminas; vel denique quia non habet naturales auri proprietates, quarum inprimis illa commendatur confortandi cor humanum.* Hæc Pererius. At meminisse debebat ex verbis Alberti ab ipso productis, aliud esse aurũ & arg. (æquivocè sic dictũ) eorum qui per alba albificant, & per citrina citrinant, qui procul dubio deceptores sunt: aliud eorum, qui ex iisdem procedunt, ex quibus procedit natura, præsertim cùm ipsemet subscribat, Albertum manifestè declarare, quis modus veri auri efficiendi sit possibilis, quis impossibilis. Sed in magno opere dormitare per nos quidem Peretio licet, præsertim cùm ejus ex philosophia depromptum judicium multò sit sanius & æquius quàm Hagelii, etsi proculdubio ad Pererium respexit Hagelius, cum thesi 84. scribit: *Vltimò non desunt, qui aurum quidem ulla arte hactenus factum negent* (hæc enim est Pererianæ decisionis summa) *sed tamen quin absolutè artificio fieri possit, non inficiantur*: & tamen idem Hagelius contra complicem Pererium & Delrio statuere & decidere non erubescit, hoc fieri nullo modo posse. Tale est ingenium omnium Lingvæ quàm naturæ studiosorũ. Respondemus igitur ad Pererii aurum Alchymisticum, omnia quæ dicit esse vera, si eadem de sophisticato auro & argento intelligat, hoc est, de

est, de albificationibus & rubificationibus duntaxat in colore, manente in eodem essentiæ statu sulphure & argento vivo prioris metalli. Et tale apparens & sophisticum aurum maximum est venenum, & peccatum tale vendere propter arsenicales & narcoticas qualitates in medicina: quod qualecunque est, ignitum consumitur & perditur tandem, imò quasi ad fæcem revertitur, post justa criteria & examina ignis, quale fuit aurum ab Alberto sexies vel septies probatum. Apparet autem ex Pererii indiciis eum per nebulam de auri examinibus loqui, cui opponimus judicia severissima à Gebro & Petro Ferrariensi physico & chymico in eorum operibus præscripta, & quæcunque præterea ad veri auri naturalis proprietates examinandas adhiberi debent, ut sunt Ignitio, Fusio, sub malleo per omnem dimensionem Extensio, Cineritium, Expositio super vapores acutos, & per aquam Regalem Solutio, Extinctio, Cementum, Commixtio rei adurentis, post calcinationem Reductio, Susceptio argenti vivi facilis vel difficilis, &c. Si igitur ad omne specillum probatum aurum fiat, nec ut sophisticatum perdatur, sed subsstet, habens omnes proprietates auri naturalis, omnes operationes & passiones (quale nostrum esse dicimus) non simile, sed idem cum naturali erit, quicquid deliret cum Ægidio Pererius. Nam quod de serpentibus & dracunculis à Magis & Mose factum affertur, illorum fuit diabolicæ illusionis, hujus à divina virtute. Nos verò neutrum præsumimus, nec tale quid attentamus, sed vires naturales duntaxat sequimur. Jam quod de muribus ex putredine natis ac differentibus specie à muribus generatis per semen objicitur, unde inferunt: Sic aurum chymicum differre à naturali, licet proprietates auri naturalis habeat, prorsus est alienum; Siquidem ex aliis principiis, quàm naturalibus metallorum vera ars chymiæ non procedit, nec quicquam aliud usurpat, quàm quod natura generavit ac generat, adhibita mixtione, & debita præparatione. Itaque ut diversæ materiæ suppositio sit in muribus, in metallificio certè nulla est. Quod verò nonnulli eò usque procedunt, ut si omnes quidem proprietates auri naturalis contineat id, quod fit per chymiam, tamen istud recipere nolint, quis non videt dimittendos esse tales ac bonam eis mentem precandam? Quodcunq; enim principia essentialia eadem habet, & passiones atque operationes alicujus rei, id idem est cum ea re, ut testatur, de formis agens, Aristoteles. Sic enim 4. Metaphys. arguit, ex operibus rerum & accidentibus super ipsas formas: *Quod enim facit operationes oculi, est oculus, quod verò non, non est oculus. Itaque oculus lapideus vel cæcus, quia non facit operationes oculi, non dicitur oculus, sed imago oculi: & serra lignea, non dicitur serra, sed imago serræ.* Idem testatur totum Naturæ lumen. At sophisticationes, fateor, non habent tales proprietates:

prietates: verum autem aurum chymica operatione, ex veris principiis & essentialiter metalla componentibus productum, continet omnes proprietates auri, ut experimento patet. Itaque si quid aurum ad medicinam facit (puta crudum) etiam hoc aurum chymicum præstabit, puta lætificare & confortare cor, & multò magis hoc, ut testatur chymicus Plato in 3. stellicarum, & Hamech in commento ibidem, & similiter Haly in suis secretis: Itemque chymicus Aristoteles in suo libro de secreto secretorum, & lapidibus pretiosis; licet sophisticatum aurum chymicum faciat contrarium, de quo suprà dictum est Itaq; verum ab Alchymistico auro fucato & duntaxat alterato, est discernendum.

Nec libet sophisticationum ponere documenta, qualia leguntur apud Albertum Brunum in tractatu augmen. & dimin. & in correctorio Richardi Anglici, ac denique in libris de subtil. Cardani (si hæc est subtilitas) & passim apud alios, partim albificationis partim rubificationis, hoc est, adulterini auri & argenti colorem tantum præferentium, quæ prorsus damnamus. Ex principiis autem & criteriis proprietatum omnium in vero chymico auro licet colligere, nihil contra ordinem creationis à nobis attentari, quia aurum nostrum est naturale ac verum, beneficio solius naturæ per ministerium artis productum, ideoque nec ex suppositione diaboli occultè additum, ut vult Ægydius & Angelus, duo soli ex jureconsultis artem chymicam frustrà impetentes, & post hos vir quidam in Germania magnus, sed harum rerum imperitus, & ab aliis deceptus, si quidem ex essentialibus & naturalibus metallorum principiis, non diabolicis operibus hic proceditur; licet Deus Opt. Max. inhibere ac impedire, aut prorsus destruere etiam opus naturæ & artis possit; Nec verò divinæ potentiæ munus propterea invadimus, cum non jussu & voluntate & verbis id producamus, ut in miraculis divinis fit jussu divino, sed tantùm per insitam naturæ generantis facultatem, cui servimus tanquam ministri, nihil ad eam de alieno, nec de proprio afferentes. Quod si hæc non sufficiunt ad probos artifices discernendos ab impostoribus, & ad artis veritatem per se defendendam à vanitate sophistices, aut Diabolicarum artium impostoris, & calumniantium lingvis, doceant, qui contrà sentiunt, meliora & verioribus ultrò parebimus: aut respondeant saltem Apologiæ Clavæi & Libavii adversus Thomam Erastum medicum scriptæ, vel ad solutiones Boni Ferrariensis Physici Aristotelici: quod à nonnullis attentatum quidem, sed planè præstitum est à nemine.

Quod si id fiat bona fide, ex varia & diversa rerum ventilatione, tanquam ex puteo emerget veritas, & ita Helias artis tandem in lucem prodibit; Cui hanc disputationem impendisse hactenus libuit.

D. FABIA-

D. FABIANVS DE MONTE S. SEVER.
in Tract. de Empt. & vend. q. 5. n. 8.

SEd hîc quæritur incidenter, an Alchemista vel faciens Alchemiam puniatur de falso: Dicas quod Non, quia est Ars perspicaci ingenio inventa, ubi expenditur tantum pro tanto, & tale pro tali, sine aliqua falsificatione formæ vel materiæ, secund. Andr. de Isern. & Olrad. in Consiliis suis, ut refert Bald. in d. c. 1. Quæ sint Reg. Idem etiam tenet Ioan. Andr. in addit. spec. in tit. de crim. fals. in rub. Hoc insuper firmavit Abb. Sicul. in c. 2. de sortil. ubi allegat Oldra. in consil 69. Quod licet non posset una species in aliam commutari, nisi à Deo, 26. q. 5. c. Episcopi: tamen hîc una non transmutatur in aliam, cum omnia metalla procedant ex eodem fonte & origine, scilicet ex sulphure & argento vivo. Sed ubi melior est influentia astrorum, ibi producitur metallum pretiosius! unde per influentiam astrorum, & cum herbis & lapidibus pretiosis, quibus insunt multæ virtutes, potest unum metallum in aliud transmutari magis pretiosum.

APHORISMI BASILIANI SIVE CANONES HERMETICI.

De Spiritu, Anima, & Corpore medio Majoris & Minoris Mundi.

HERMES τρισμέγιστος ob triplicis regni Mineralis, Vegetabilis, Animalis, imò ob triplicis in una creata essentia subsistentiæ indagationē, in qua vim omnem vegetabilis, animalis, & mineralis Naturæ exploravit, Pater Philosophorum dici meruit.

2. Vis vegetans in natura Mercurii volantis, instar nivis candidi, concreti, non vulgaris inest; qui tam majoris, quàm minoris mundi quidam Spiritus est, unde naturæ ipsius humanæ, secundum animam rationalem, pendet mobilitas, atque fluxibilitas.

3. Animans autem vis, tanquam Mundi glutinum, inter Spiritum atque corpus medium est, atque utriusque vinculum, in Sulphure nimirum rubentis atque transparentis olei cujusdam, veluti Sol in Majore Mundo, & cor Microcosmi.

4. Mineralitas denique tanquam corpus instar Salis obtinet, mirabilis virtutis & odoris, ubi sal à scoria terræ separatum fuerit, à Mercurio non nisi corporis crassitie, & consistentia ferè distans.

5. Hæ

5. Hæ tres ſubſiſtentiæ in una creata eſſentia limbum minoris & majoris mundi conſtituunt ex quo formatus eſt primus homo, cùm fingeretur è pulvere terræ. Huc accedit anima rationalis Microcoſmi immortalis à Deo immediatè inſpirata horum trium & omnium functionum in homine motrix atque directrix cauſa, veluti Regina.

6. Cæterùm ut è 4. elementis conglobato pulvere terræ vis corporum noſtrorum atque vita integra eſt, ſi ſpiritus Mercurialis, tanquam humidum radicale, & anima ſulphurea, tanquam calidum naturale, una cum ſalis conſiſtentia à putredine aſſervantis, ſuaviter in unum conſpirent: ita vice verſa animam immortalem à corpore conglobati pulveris terræ ſeparari neceſſe eſt, ſi vel in uno principiorum trium pluribusve defectus oboriatur: in toto quidem unde mors: in parte verò unde morbus: quod in ſeptem Principalium membrorum anatomia præcipuè videre eſt.

7. Huic triplici defectui nihil æquè mederi poteſt, quam illa limbi, ex quo primus homo conflatus eſt, conglobata in unum è ternis principiis maſſa, quæ ad quamvis naturæ potentiam atque vim excitandam ac fovendam valet, ſi in corpus aſtrale fixum debitè fuerit verſa.

8. In quo intelligitur Balſamum ſubjecti Hermetici cum corpore humano ſingularem harmoniam habere: unde velut Helveticus ille Phyſicorum Monarcha *Philippus ab Hohenheim ſive Paracelſus*, libro de lapide Phyſico, Manuali dicto, ſua Medicinâ Microcoſmum, qui in limbo terræ ſitus & ex pulvere terræ formatus eſt *Radicaliter tanquam à ſuo ſimili*, non autem ſecundum opinionem, ſed verè ac propriè ad ſanitatem poſſe perduci & conſervari rectiſſimè aſſerit: idem de noſtra hac medicina dici non immeritò poteſt & debet.

9. Tantò verò id magis attendendum eſt, quantò medicina vulgaris debilior eſt ad tria illa principia microcoſmi, eorundemque harmoniam radicaliter tuendam atque inſtruendam: quippe veluti ex accidenti (quandoquidem tota ferè in quatuor humoribus occupatur) tribus illis principiis obſtetricans.

10. Mineralis autem Medicina Chymica è metallis & mineralibus rarò vel rectè paratur vel adminiſtratur: unde Paracelſus eodem in libro Medicinam ſuam omnibus quidem præfert: negare tamen ſeſe negat, magna Arcana item aliis in rebus mineralibus ineſſe, ſed longioris operæ & laboris, neque facilè rectè uſurpari præſertim ab imperitioribus; qui in hæc incidentes plus damni dent, quam prodeſſe queant.

11. Quæramus igitur Limbum Microcoſmi noſtri, in quo is ſitus eſt, hoc eſt globum illum viſcidum terræ, ex Mercurio, Sulphure, & Sale concretum: qui quidem quoniam ex humido

quodam

quodam existit, pulchrè viscosa humiditatis humiditas, secundum Gebrum, dici potest.

12. Sicuti enim Mundus licet ex Nihilo conditus, originem debet Aquæ, cui Spiritus Domini incubabat: rebus tam Cœlestibus quàm Terrestribus omnibus inde prodeuntibus: ita Limbus hic emergit ex Aquâ non vulgari neque ex rore cœlesti, aut ex Aëre condensato in cavernis Terræ, vel in Recipiente ipso, non ex abyssо Maris, fontibus, puteis, fluminibusve hausto: Sed ex Aquâ quadam perpessa, omnibus obvia, paucissimis cognita, Quæ in se habet, quæcunque ad totius operis complementum sunt ei necessaria, omni amoto extrinseco.

13. Est autem Natura hæc quædam media inter Majorem & Minorem Mundum ubique repertitia, & tam ad pauperem, quàm ad divitem uti adserunt omnes Philosophi. Projicitur enim in viis, & conculcatur pedibus: licet tam admirandarum operationum sit fons, unde tria illa corporis principia sunt instauranda.

14. Hæc materia resoluta in suam propriam Aquam (ab Aquâ enim omnis Generatio profluit) per 4. Elementa rotatur, donec in Naturam Astralem fixam abeat, in Ovo Philosophico, quod à fotu Gallinæ indesinenter ovis incubantis sic dicitur, alioqui spes omnis sobolis periret.

15. Sic Avicula Hermetis animalis semel inclusa Caveæ, quæ Furnus est, vaporosi ignis nostri calore continuato gradatim excitanda est donec seipsam excludat, & suo partu omnes sanet.

16. Ut autem in trium Principiorum perpessæ hujus Aquæ præparatione nihil addimus substantiali Materiei, nihilque subsistentibus tribus proprietatibus in ea adimimus, sed solâ præparatione superflua removemus, hoc est, heterogenea; sive Terram emortuam, & aquam insipidam: Ita opus Hermeticum trium Principiorum præparatorum conjunctione inchoatur sub certâ proportione, nempe pondere corporis sesquialtera parte Spiritum Animamque propemodum æquantis.

17. Exinde fotu continuo regenda sunt omnia, ut Natura Agens interior neque cesset, neque excessum patiatur. Fiat igitur initio ignis mitis, & primus quidem quasi 4. guttarum sive filorum: donec Materia nigrescat. Post adde, ut sit quasi 14. filorum: donec se abluat, & Iris apparens in colorem Gryseum desinat. Inde urge quasi 24. filis usque ad Albedinem perfectam, Nive superiorem, fluentem, fixam, quæ est Luna Microcosmi.

18. Quod si procedere cupis ad Rubedinem perfectam, per dies 70. continuabis ignem, donec Lapis vertatur in Rubinum pellucidum, gravem, atque ponderosum: qui quidem est Sol

Microcosmi, eodem modo augmentandus, quo fuit inchoatus. Hujus unum granum sex mille granis æquipollet: unde in tenuissima Dosi est administrandus.

RADIX ELIXIRIS.

Δ.

Entheus est olli vigor & cœlestis imago.
Vnde fluit nobis hæc medicina Dei.

R. E. I.

REVERENDISSIMO, ET ILLVSTRISSIMO
Principi ac Domino, Domino

WOLFGANGO EPISCOPO RATISBONENSI, PRÆPOSITO AC DOMINO ELVACENSI, &c. DOMINO meo Clementissimo.

IN quovis opere dijudicando, Illustrißime Princeps, Domine Clementißime, duo se hominum genera offerunt: Vnum opus seu artem commendans; alterum vituperans.

Idem quoq; in Chymicæ artis judicio fieri, cottidianâ adprobante experientiâ luce est clarius.

Quosdam enim Viros honestos invenire licet, qui artem hanc multis nominibus jucundam utilemque amplectuntur, & pro vera agnoscunt: alii verò non desunt, quibus absurda nimis, inutilis, & incerta videtur, propter summam incertitudinem à tot seculis fuerit suspecta, & cujus eventum, cujus gratiâ maximè omnis in eâ labor suscipitur, nullus ferè unquam, qui notorius, aut certè rarißimi sint assecuti.

Non solùm autem artem ipsam; sed etiam eos, qui hanc editis libris divulgare, atq; hac ratione excolere & propagare instituunt, magno prosequuntur odio.

Nam

Nam avaritiæ illos ſervire pleriq; credunt, & improbo-
um hominum animos ſpecioſis blanditiis, ac ſpe magna-
um divitiarum, quibus illi ſuam expleant libidinem, adeò
neſcare, ut indomiti & cæci quaſi in ſummum ſe detru-
lant exitium: & non ſolùm fortunarum, ſed etiam famæ,
valetudinis, imò etiam animæ jacturam faciant.

Proindè nec artem aliis commendandam, nec libris edi-
tis divulgandam: Sed multò magis ex omnibus bene con-
ſtitutis Rebuspublicis, atq; adeò omnium hominum conſor-
tio, una cum Amplificatoribus prorſus ejiciendam, & ex-
tirpandam eſſe, manibus pedibusq; contendunt.

Sed Zoile bona verba quæſo.

An neſcis Artem hanc neminem habere luſorem, quàm
ignaros, malè feriatos, & qui nil, niſi quod ipſi cudant,
probare ſolent: quique caninâ quadam invidiâ, alios à
pabulo, quo ipſis frui non licet, arcere, omnem navant
operam.

Omnibus etiam placere, gratumq; facere impoßibile eſſe,
ignoras? nec DEVM OPT. MAX. omnium exiſtentium
Creatorem, & Dominum ſummo honore colendum, non
cunctis placere poſſe, nemo eſt, qui neſciat.

Ipſa Sacroſancta Scriptura, quæ merito Ars artium,
ſcientia ſcientiarum definiri poſſet, non omnibus arridet,
ſed à nonnullis ſiniſtrè accipitur, & malè interpretatur.

Ea propter proceſſus & ſententias has Philoſophicas, à
Viro quodam Doctiſſimo (D.L.O.) quibusdam paraphraſi-
bus donatas, ob ſycophantarum invidiam ſupprimere no-
lui: ſed hoc modo collectas & diſpoſitas pro candore meo
naturalium myſteriorum indagatoribus communicare
placuit.

Hoc unum jam reſtat, Reverendiſſime, & Illuſtriſſime
Princeps, excutere, cur hîc te compellam, & Reverendiſſimo
nomini tuo tantulum quidem opus, ſi, quod de meo eſt, ſpe-
ctetur, nuncupandi, ac conſecrandi anſam & confidentiam
tam audacter arripuerim.

Sed cui potius, quàm Tuæ Reverendißimæ Celſitudini, hanc Farraginem (ſic enim huic libello titulum impoſui) ab omni invidia conſervandi tutela, ac cura cõmitti poßit, quæ & bonis literis & armis non mediocriter, ſed abunde, omniq; aliarum virtutum genere eſt inſtructa; cujusque Anteceſſores, nimirum Acutißimus ille Philoſophus ALBERTUS MAGNUS, *qui in hac Philoſophorum Farragine primum locum obtinet; Vt & Reverendißimus, & Illuſtriſſimus Princeps, & Epiſcopus Matthias Fuggerus, ſanctæ memoriæ, huic nobiliſſimæ arti Chymicæ, fuerunt dediti, & quaſi devincti.*

Hoſce autem meos conatus Illuſtriſſima Celſitudo tua clementi vultu accipiat, & favoris aurâ, gratiâque deinceps ſuâ me dignari pergat, ſubmiſsè oro. Eandem demùm valere, & ad Neſtoreos annos vivere, ac pacificè regnare, ex animo precor. Chambi, die XX. Ianuarii, Anno M. DC. VI.

Celſitudini T.
Illuſtriſs.

ſubmißè deditus

Andræas Brentzius
Med. D.

VARIÆ

VARIAE PHILOSOPHORUM SENTENTIÆ PERVENIENDI ad Lapidem Benedictum. 1.

Sententia seu Processus Alberti Magni *Philosophi.*

Lib. 3. de rebus mineralibus cap. 10.

ALchemistæ volentes facere Elixir, primò quidem accipiunt Vas inferius amplum, quod totam recipiat materiam sulphuris vel argenti vivi depuratorum, vel aliorum, quæ in Elixir recipiuntur. Deindè con- *Descriptio diligens Vasis.*
iderant, quod super istud sit vas, habens collum longum, strictum, & super illius colli foramen sit operculum ex luto, in quo sit foramen valdè parvum, & strictum: deindè inhumant, hoc est, mergunt fundum vasis inferioris in cineribus, vel fimo, vel fortè in *Ignis ratio.*
imo equi melius est, quod vocant equi clibanum: & tunc suppount ignem lentum valdè.

Et est primi vasis descriptio, sicut figura urinalis. Et secundum tat super illud, & recipit totum vaporem, qui resolvitur ex ipso. Et est contractus vitrorum vel vasorum linitus optimè luto, ne aliquid per illum locum evaporare possit. Receptum ergò vapo- *Præfocatio vaporum.*
rem dirigit sursum, in collum suum longum, quod paulatim strin-
gitur, & in ipso vapor præfocari incipit & convolvi. Illud verò
quod incensum est de vapore, evolat fuliginosum, per foramen *Color lapidis fixi.*
strictum operculi colli. Cùm ergò præfocatur, redit ad substan-
tiam citrinam, convolutus in seipso, quod postea acceptum, tingit
quodcunque metallum, in colorem auri, & fortè pulcriorem, si *Tinctura.*
fuerit nobile elixir, in quo nullo erravit Artifex.

Idem lib. 3. cap. 6.

ARs Alchemiæ vidit nullo modo fieri citrinum Elixir, quàm per Sulphur. In Sulphure autem vidit unctuositatem vehe- *Præparatio & purgatio Sulphuris.*
menter, ita ut omnia metalla adurat, adurendo denigret, super
quæ liquefactum projicitur. Præcipit ergò lavari acutis loturis, & decoqui Sulphur ita diu, donec ab ipso decocto, aqua non
citrina egrediatur: & sublimari loturas has, donec tota unctuositas ab eo cremabilis egrediatur. Eò quod tunc tantum subtile unctuosum manet, quod sustinet ignem, & non crematur ab
igne.

Idem lib. 4. cap. 1.

ARgentum vivum est fortissimæ compositionis & commixtionis, ita quod sublimetur solum & per se in vase vitreo, cum *Argentum vivum non nisi dato respiraculo, congelatur.*
longo collo præparato, semper manet idem, quotiescunque sub-

limetur, & non exiccatur plus, nec induratur: NISI HABEAT RESPIRACULUM, per quod fugiat.

Finis hujus processus Alberti Magni, Episcopi Ratisponensis.

Sequitur

II. *PROCESSVS RAIMVNDI LVLLI, quem in suis libris hinc inde descripsit: præsertim Testamento novissimo, & in luce Mercuriorum.*

Destillatio aquæ ardentis ex vino.

IN nomine sanctæ Trinitatis, Accipe Vinum album vel rubeum, clarum & odoriferum (sicuti in libro nostro de quinta essentia docuimus) quod liquorem Lunariæ appellamus, & nigrum nigrius nigro vocamus. Pone in putrefactione in Balneo per dies viginti, ad hoc, ut per putrefactionem partes disgregentur, & melius possint separari. Postea per destillationem Balnei extrahas aquam ardentem lentissimo igne, quam rectificabis, quousque sit omninò sine phlegmate. Quod cognosces quando comburit petiam licii propter sui ardorem, ut nulla aqua remaneat. Et multi arbitrantur, opus esse rectificatione usque ad septimam vicem: sed dico tibi (si lento igne debito agas) quod ter vel quater sufficit, ne nimia rectificatione aliquid de quinta essentia evaporetur. Hæc aqua ardens post reductionem suam in q.e. quæ per putrefactionem, & circulationem fit, vocatur Argentum vivum vegetabile, vel Mercurius vegetabilis. Et cùm habueris tale signum, dividas illam in duas partes, & unam partem serva pro creando menstruo: & cum altera parte abstrahas animam à terra, per modum quem tibi dicam.

Quoties aqua sit rectificanda. Argentum vivum vegetabile.

Phlegmatis residui depurgatio ad creandum Salē Tartari.

Modus est, quòd tu destilles phlegma in cineribus, quousque maneat tibi materia ad modum picis liquidæ. Et tunc pone super illam de altera parte aquæ, quam rectificasti, tantùm quod supernatet materiam tribus vel quatuor digitis: & benè clauso vase pone in Balneo diebus duobus (alibi sex) Postea sine igne cinerum bullire leniter per unum diem: & invenies phlegma, multum coloratum. Quod separa per evacuationem, per filtrum: & superfunde novam aquam, reiterando, ut dictum, donec non amplius coloretur. Et si tibi aqua deficeret, accipe aquam coloratam, & abstrahe ab ea partem quandam, qua rursus uti poteris, si coloratum separare volueris, destilla per Balneum, & transit aqua, oleo remanente in fundo. Postea terram siccam & induratam ac-

Calcin. Tartari.

am accipe,& in vaſe bene clauſo,ſuſtinente ignem,pone,& da ſibi gnem calcinationis,quouſque terra albeſcat. Hæc eſt Terra nostra dealbata,& Sal depuratum per ingenium Artiſtæ.

Hanc terram ſi animabis, ſcias terræ pondus, & pone in vitro, & ſuper eam, infunde octavam partem aquæ animatæ, antea partem ſervatæ (videlicet per extractionem animæ ex pice liquida,ut prius)vaſe optimè clauſo& pone in Balneo noſtro, per tres dies, quouſque videas ſpiritum condenſatum, ardentem in Balneo: tum tranſit phlegma, Spiritus autem manet cum terra inprægnata. Extrahe igitur,ut dictum, ſuperpoſito alembico,humiditatem illam, quæ eſt ſine guſtu: quia anima amplexata eſt ſpiritum, qui eſt in ea parte aquæ animatæ, & digere ut prius, & deſtilla humiditatem.

Impregnatio Tartari per Spiritum vini.

Tertiò imbibas cum ſexta parte & digere, & deſtilla humiditatem. Quartò, infunde quintam partem aquæ animatæ,ut ſuprà. Quintò des quartam partem, & digere ut ſcis: & ſic cum reliquis quatuor partibus continua,ſemper digerendo & abstrahendo humiditatem,quouſque terra noſtra ſit prægnans & alba: & biberit totum ſuum Spiritum: Quod cognoſces, ponendo terram ſuper laminam ignitam,qui pro majore parte ibit in fumum. Fili ſcias, quod iſtud caput eſt generale ad omnem ſublimationem Mercuriorum. Hanc terram pone in tripode per ſex dies naturales ad digeſtionem. Poſt extrahas, & ponas ad cineres, augmentando ignem, & in vaſe ſublimatorio lutato & bene clauſo in igne tertii gradus ſublima purum ab impuro, donec aſcendat Mercurius vegetabilis ad latera vaſis,& in fundo remaneat terra damnata, quæ non intrat in opere noſtro. Et ſic habebis vegetabilem Mercurium ſublimatum,clarum,reſplendentem in ſale mirabili. Et ſcias, quod Philoſophi, & nos appellamus id propriè: Sulphur vegetabile,Sal armoniacum, Sulphur noſtrum, Sulphur naturæ,Mercurium Teſtamentarium, Sal Tartari, vel Sal nitri: & etiam multa alia nomina illi imponuntur.

Signum quo cognoſcitur ſalſedo Tartari.

Sublimatio Salis Tartari.

Mercurius vegetabilis.

Ejus nomina.

Ignis Balnei dicitur ignis primi gradus: & ignis cinerum dicitur ignis ſecundi gradus: & ignis ardens dicitur ignis tertii gradus.

NB.

Gradus ignis.

Poteſt autem Sulphur prædictum mirabiliter accurtari, tali modo: Accipias picem noſtram liquidam, & illam pone in cucurbita in igne tertii gradus, & extrahes Oleum quouſque remaneat terra ſicca & combuſta. Hanc calcina,ut te docui,& depura terram: ſic ſepara ſal ab ea, & ſuper illam da quartam partem Spiritus,qui eſt in ſecunda aquæ parte,& digere ut ſuprà,extrahendo poſtea humiditatem. Iterando da quartam partem & digere, & exicca ut prius, quouſque terra ſit prægnans: Signum erit, quod amplius nihil diſtillabit. Sublima ut prius,& habebis Vege-

Abbreviatio hujus operis.

tabile Sulphur, mundum & purum, & ejusdem virtutis cum primo. Idem etiam potest fieri cum fecibus vini vel tartari, modo illo, quo dictum est.

Acuatio aquæ vitæ cum Sale Tartari volatili.

Post hoc accipias illam partem æquæ, quam seorsim servari præcepimus (partem videlicet aquæ rectificatæ alteram) pro acuitate menstrui vegetabilis (quod nihil aliud est, quàm Aqua vitæ summè rectificata) & illam ad hunc modum acues, reducendo super menstruum: Recipe de Sulphure vegetabili, quod fecisti, & pone in vase vitreo unciam unam: & superinfunde uncias tres de aqua tibi superius revelata (suspicor legendum reservata) & vase benè clauso cum coopertorio suo pone in Balneum per diem unum naturalem. Postea destilla in cineribus, quousque quod poterit ascendere, ascendat: postea scias pondus Salis tibi remanentis in fundo vasis: & in fundo tres partes sui ponderis aquæ ardentis supra dictæ, & pone in nostro balneo per unum diem naturalem: postea in cineribus destilla, & sic fac tribus vicibus. Tunc totum Sal vegetabile transactum est per alembicum cum sua propria aqua, & facta est mixtio, & aqua una clara, SIMPLEX menstruū vocamus & menstruum vegetabile, quod habet dissolvere omnia metalla, sub conservatione suæ formæ. Vocatur etiam menstruū simplex resolubile, quod in resolutivum menstruum per circulationem reduci potest.

Menstruum SIMPLEX. Circulatio menstrui vegetabilis acuati.

Recipe vas vitreum, quod sit vitrum album, & solidum, & magnum, & pone intus libras quatuor, vel sex, ad plus hujus menstrui sic soluti simpliciter. Et vase benè clauso & sigillato, pone in Balneo, vel fimo sex dierum (alibi decem, alibi 60.) spatio, & in isto igne convertetur in quintam Essentiam gloriosam & odoriferam præter modum. Quod cognosces, quando in fundo vasis videbis hypostasin ad modum urinæ juvenis benè complexionati: & erit clara & resplendens, ut stella cœli, serva eam in loco calido & humido, ut est Balneum, prius separando eam cautè à sua hypostasi, evacuando ne turbetur & sigillando vas. Quod sequitur, ex codicillo est desumptum, de Mercurii sublimatione.

NB. In circulatione alicujus materiæ tanquam tertia pars vitri debet esse impleta.

Etsi enim in sequenti paragrapho loquitur de argento vivo vulgi: tamen, quia in cristallinam claram formam transire dicit ejus solutionem, & aquam, videtur per argentum vivum vulgi Mercurium sublimatum intelligere: de quo sic dicit in codicillo, Cap. 14. Depuratio Mercurij per primam sublimationem est, ut sumas partem unam de D. (vitriolo) & dimidiam partem C. (Salis petræ) & destilla aquam (fortem) per illum modum, quem natura requirit, ut explicavimus in Testamento nostro in capitulo, quod incipit: Tu in virtute de A. & continetur locus ille in practica Testamenti primi, capite 4. & nihil aliud continet, quàm communem aquæ fortis confectionem. Et in fundo

Sublimatio Mercurii ex aqua forti.

inde in tali aqua Mercurium. Deinde separa totam aquam per ublimationem. Postea sublima ipsum, donec sit albissimus, ut Cristallum. Speramus autem (inquit Lullius) in Domino nostro Jesu Christo, quòd adhuc sublimabitur ad majora, & res magis alas, per sublimes gradus præparationum, cum additione rei tingentis ipsum, & ejus anima exaltabitur in gloria. Hucusque Codicillus.

Fili, Philosophi appellarunt menstruum nostrum: Spiritum vivum quia metalla vivificat, & aquam vitæ, & animam cœlicam vegetabile menstruum, fimum, stellam, Dianam: alii sanguinem menstrualem, urinam: alii aquam Sulphuris nostri: alii petram benedictam. Et hæc nomina fecerunt errare incipientes vulgares, credentes ista nomina varias res significare. Et sic habes modum faciendi nostrum vegetabile menstruum, resolubile, & resolutivum cum omnibus capitulis sibi perrinentibus peroptimè elucidatum. Memorare ergo eum cum DEI timore, & intra secretum pectoris tui, sub pœna maledictionis DEI, retineas. Nunc dabimus tibi modum, cum DEI auxilio, dissolutionis nostrorum Luminarium pro creatione, & sublimatione nostri sulphuris, nec non pro compositione nostri lapidis pretiosi prædicti.

Nomina menstrui vegetabilis Philosophici.

Et Fili modus est, quòd tu accipias libram unam argenti vivi vulgi, & pone in vase vitreo, & superpone de vegetabili menstruo. quod supernatet per quatuor digitos, pone in Balneo vel fimo per 6. dies, & totum solvetur in aquam glorioſam.

Solutio argenti vivi per menstruum vegetabile.

Eleva menstruum per balneum lene, & in fundo vasis remanebit tibi lumen perlarum, & anima metallorum. Tunc accipe talem aquam glorioſam, quæ erit libra una, & misce cum libris duabus de menstruo vegetabili cœlificato, (id est, circulato) & totum fiet anima, cum qua dissolves omnia corpora tam perfecta, pro creatione Sulphuris nostri. Et scias in VERITATE ET FIDE DEI, quod nullum naturæ Sulphur alicujus metalli sublimaretur absque ista aqua argenti vivi vulgi.

Nova mixtio argenti vivi resoluti cum menstruo quò possis Solem solvere.

Nunc revelabimus tibi Calcinationem, quâ nullum metallorum amittit de specie, & menstruum infra modicum tempus ipsũ resolvit. Et Magisterium hujus secreti tale est: Quòd capias Aurum vel Argentum, in tenues laminas redactum, & accipe particulam cum tantundem de argento vivo vulgi, & pone ad ignem lentum, & cum fumaverit, mitte laminas, & move cum ligno, & post hoc mitte in garola in aquam, quæ sit frigida. Et nisi talis fuerit pasta, quod frangatur ad modum metalli campanarum, revertatur massa ad alembicum, & dimitte plus evaporari de argento vivo, & iterum mittatur in aquam: & postquam dura fuerit, sicut dictum est, pone pastam in galaide, ut diximus, cùm quarta parte sui Salis communis, & contere fortiter, donec pasta, & Sal totum

Calcinatio auri per Mercurium. Amalgama.

videatur sal nigrum. Accipe igitur istud sal,& pone in sublimatoria, si volueris servare argentum vivum : quod si non, pone illum in quandam garola, quæ ignem sustineat, & da sibi ignem, donec videbis, quod totus Mercurius exhalaverit vel sublimaverit. Postquam verò hoc compleveris, mitte istud sal in altera garola, & superpone de aqua ferventissima, secundum quod tibi visum fuerit, & misce cum quodam ligno,& sal fundetur, & vertetur in aquã nigram, quam quiescere demitte, & post illam extrahe, & mitte passim evertendo, donec tota eversa fuerit, & calx remanebit inferius: iterum supermitte de aqua ferventissima, & fac sicut prius, & iterum mitte sibi de supra dicta aqua, donec exeat à calce clarissima sicut missa fuit, & nunc pone calcem ad desiccandum ad solem, & habebis ipsum perfectissimè redactum in pulverem subtilissimum, ad usum Artistæ.

Resolutio Philosophica auri cum menstruo composita.

Recipe ergo auri benè cæmentati & calcinati uncias quatuor, & pone in vase vitri, & superfunde de menstruo mixto, in quo est argentum vivum,uncias quatuor, & pone in cineribus per unum diem naturalem, ut bulliat lentissimo igne. Postea pone in Balneo per duos dies naturales,& illud quod invenies solutum in hoc tempore, evacua per inclinationem in alio vase, & serva illud in Balneo. Postea superfundas de alio novo menstruo,quantum est pondus calcis remanentis insolutæ, & fac bullire super cineres per unum diem, & in Balneo per duos dies, ut suprà fecisti. Postea evacua, quod solutum est, & cum alio servato, in Balneo pone. Et sic continuabis nostram Regalem solutionem, quousque totum aurum sit conversum in aquam glorioſam. Id verò quod remansit post sex inhumationes, de fecibus, non cures. Hic ergò est limus metalli, quæ est major pars Mercurij Fili, per hoc elucidatur tibi clausula Theoriæ Testamenti, quæ dicit: Dissolve æqua lance librata,&c.

Feces remanentes.

Pondus.

Notabile de usu menstrui in medicina & Alchymia.

Intelligas, fili, pro salute humana aurum dissolvi cum menstruo vegetabili, antequam immisceas cum argento vivo vulgi: pro metallis verò minimè sine illo.

Abstractio menstrui per Balneum. Decoctio.

Quando ergò cum auxilio Dei ad naturæ Sulphur metallorum procedimus, quoniam sine ipso factum est nihil, modus iste est: quod tu accipias illud aurum sic solutum, & ponas in balneo, & destilles ab eo totum menstruum,quousque aurum sit in modum ceræ fusæ,&c. quæ stat in vase ad modum liquoris spissi. Ab hinc ergò, igne lento, & vase obturato, una & sola decoctione per colores procedere poteris.

Sunt autem multiplices præparationum modi nostri lapidis in nostro Testamento, aliisque nostris voluminibus enarrati, videlicet: Solutio, coagulatio, sublimatio, destillatio, calcinatio, separatio,fusio,inceratio, imbibitio,fixio,&c. quorum omnium significatio

ficatio est decoctio: Quoniam in sola nostra decoctione omnes isti perficiuntur modi. Ingenium verò hujus nostræ decoctionis est, ut materiam compositi juxta suam mensuram in vas, furnum & ignem suum ponas, jugiter decoquendo donec in maturitatem & complementum perveniat: quod in decem mensibus completur sine manuali operatione, ab initio usq; in finem totius Magisterij. In solutione autem prima citrinatur: postea succedit viriditas, quam consequitur nigredo: pòst varii colores, sive cauda pavonis usq; ad albedinem perfectam & resplendentem, quæ tinctura alba est: postea majore ignis gradu materia citrinescit, tandemque in Rubini formam rubescit.

Decoctio unica.

Tempus lapidis.

Colores.

Multiplicatio verò nostra nihil aliud est, quàm nostri operis primordialis compositi reiteratio. Et hucusq; Raymundus Lullius.

Multiplicatio

Lullii mens est, menstruum removeri post primam solutionem. Ad hoc enim tam subtiliter præponat, ut calore balnei menstruū cum suo sale armoniaco ascendat, in fundo interim limositate & viscositate Mercurii & Salis residente. Quia verò in Mercurio sublimato insunt etiam spiritus vitrioli & salis petræ, de hoc dicit in suo Testamento: duos illos spiritus abesse non posse. Et si spiritus cū menstruo non ascendunt, sed inferius remanent: Postquam autem opus suum secundæ solutionis perfecerunt; partim in augmento igais exhalant: partim quoad cum Mercurio participant, ad eum convertuntur: partim lapide sic crescente in heterogeneum pulverem dejiciuntur. Atq; hæc causa, cur Lullius in practica Testamenti, & alibi non tantum menstrui vegetabilis, sed mineralis mentionem faciat, sicuti in præcedentibus satis ex ipso Lullio est demonstratum. Quod aliqui (ut Janus Lacinius) non animadvertentes, caverunt ex aqua forti & menstruo vegetabili quādam mixturam esse conficiendam Mercuriumque cum ea mixtura miscendum. Et fortasse speculatio illa ad particularem quandam tincturam pertingere posset, sed ad lapidem secretum, quod manifestè & ingenue fatetur Lacinius, isthac ratione pervenire non poterit: adscribam tamen & Lacinii sententiam, non quòd eam probem, sed ut si cui libet, & illum tentare quis possit. Præterquā enim, quod Lullius in præmissis per se satis clarus sit: Lacinius authenticus apud me non est: utpote qui lapidem habuerit nunquā, sed vel aliorum authorum collectanea (sic enim ipsemet suos nominat labores) vel suas, & quidem interdum satis ineptas speculationes, non sine bonorum librorum corruptione (ut in pretiosa Margarita Boni Ferrariensis ab ipso Venetiis in lucem emissi, apparet) ediderit. Cæterùm judicium inter utramque sententiam, hanc & illam, æquo Lectori, & in rebus, & in libris Chemicis benè experto, commissum volo.

Methodus Lull.

De Spiritibus Salium.

Error quorundam in explicando Lullio.

Sequuntur Verba Lucinii.

PRO-

III. # PROCESSVS LVLLII SECVNDVM mentem IANI LACINII Calabri, quem tamen ego non probo.

Confectio aquæ fortis Mercurialis.

ACito aquam ex vitriolo ſiccato, Sale nitro, atque Cinabrio, ad medium illorum: qua facta, reitera libram unam hujus aquæ, cum libra media Cinabrii, tribus vicibus, ſemper addendo de novo Cinabrio, tunc eam per ſe rectifica, ut benè ſit depurata. Demum recipe iſtam aquam claram & cum ea miſce tantundem aquæ vegetabilis acutæ, cum terra ſua ſublimata, vel fixa, & cave in actu mixtionis, ut paulatim & cautè miſceas cum diligentia: & ſic ſtent per diem naturalem, vaſe ſigillato, ut ſimul benè miſceantur: tunc deſtilla in Balneo totam aquam, & iterum ſuperfunde, atque iterum deſtilla, & opus hoc reitera, quousque benè ſit unitus ſpiritus mineralis, cum ſpiritu vegetabili, & videas eos unitos in fundo bociæ in forma glaciei. Abjice aquam deſtillatam, quia amplius non utimur ea. Si vis hunc ſpiritum, ſive glaciem multiplicare, multiplica eum novis aquis, ſemper tamen in Balneo deſtillando, ut feciſti prima vice. Ponas tamen unam libram aquæ fortis ſuper unciam iſtius Salis. Et ſic poteris multiplicare hanc glaciem, ſive ut rectius loquar, ignem quantum libuerit.

Glacies facta ex aqua Mercuriali.

Conjunctio cũ Sole vel Luna.

Recipe ergo de iſto ſpiritu ſeu ſale, ſive glacie, vel G. vegetabili, quod idem eſt libram unam, & contere cum uncia una Solis volatilis, ſeu foliati, vel ſoluti, & in naturam Spiritus reducti, mediante ſua aqua menſtruali, ſuæ naturæ conformi. Cùm autem tu habebis Lunam vel Solem ſic foliatum, habebis illum diſpoſitum ad diſſolvendum, & uniendum cum glacie ſupra notata, prout dictum eſt. Tunc ambos in Balneo per dies octo pone, & totum diſſolvetur in aquam coloris auri. Fac inſimul circulari in vaſe gemino, quod pellicanum fuiſſe appellant, per dies viginti vel circa, & congelabitur in lapidem coloris rubini. Diſſolve in Balneo congela in cineribus, & erit Medicina, cujus una pars cadit ſuper centum Mercurii vel Lunæ, & vertet in Solem.

Circulatio.

Sequi-

Sequitur

PROCESSVS GEBRI ARABIS, COLLECTVS IV.

ex variis locis ſummæ perfectionis, in quibus ſparſim GEBER eum tradidit.

Et primò quidem de Tinctura ALBA.

Gradus primus.

Argentum vivum Materia circa quã.

IN rebus cæteris mineralibus exquirentes, non invenimus inventione noſtra, rem aliam magis, quàm Argentum vivum, corporum naturis amicari: per hoc opus noſtrum in illo impendentes reperimus, ipſum eſſe veram alterabilium medicinam in complemento cum alteratione vera, & non modicè peculioſa.

Natura argenti vivi.

Eſt enim argentum vivum amicabile & placabile metallis, & medium conjungendi tincturas. Figitur, & eſt tinctura rubedinis exuberantiſſimæ refectionis, & fulgidi ſplendoris. Eſt etiam perfectivum & aduſtionis ſalvativum. Veruntamen ipſum non eſt perfectivum, aut Medicina in ſua natura, ſed id quod ex ipſo producitur per artificium noſtrum. Neque enim iſta materia eſt Argentum vivum in ſua natura, nec in tota ſua ſubſtantia, ſed pars illius: & eſt materia, quæ ex materia illius aſſumſit originem, & ex illa creata eſt.

Argentum vivum non eſt tinctura in ſua natura.

Præparationes Mercurio adhibendæ.

Cùm autem non invenerimus ipſum ſine alterationis naturæ illius adminiſtratione mutare, invenimus & ſimiliter ipſum præparari debere neceſſariò, cum non permiſceatur in profundo, abſque illius præparationis modo. Et eſt ſcilicet, ut talis fiat illius ſubſtantia, quod permiſceatur in profundo, usque ad profundum corporis alterabilis, ſine ſeparatione in æternum.

Sublimatio Mercurii neceſſaria.

Hoc autem non fit, niſi ſubtiliter valdè cum præparatione certa, & determinata in capitulo ſublimationis. Neceſſe eſt igitur, ut ſumatur lapis, & cum operis inſtantia aſſiduetur ſuper illum opus ſublimationis primi gradus, & per hoc mundetur à corrumpente impuritate. Et eſt ſcilicet ſublimationis perfectio, ut cum ea ſubtilietur lapis, donec in ultimam ſubtilitatis puritatem deveniat: Et ita per ſeparationis modum illius puriſſimam partem dividas & ſeorſim portes.

Modus quo Argentum vivum ſublimatur.

Modus autem ſublimationis argenti vivi talis eſt: Eſt autem ſublimatio ejus completa, ſumma illius depuratio terreitatis & remotio aqueitatis illius. Excuſamur enim à labore remotionis aduſtionis ejus, quoniam eam non habet. Dicimus igitur, quod ingenium ſeparationis ſuperfluæ terræ ipſius eſt, & ipſum commiſcere rebus, cum quibus affinitatem non habet; & ſublimatió-

nem

nem ejus reiterare ab eis multoties, donec videris ipsum albissimum, excellens nivem albedine sua, & quasi mortuum, & per vivum aludelis spontilibus adhærere. Et harum genus est Talck, & calx corticum ovorum & marmoris albi: similiter & vitrum minutissimè tritum, & salis omne genus præparati. Ab istis enim mundatur, ab aliis verò rebus habentibus affinitatem cum eo, nisi sint perfectionis corpora, corrumpitur potius: quia sulphureitatem habent omnia talia, quæ ascendens cum eo in sublimatione, ipsum corrumpit. Et in hoc experientiam vides, quia si sublimas illud à stanno, vel à plumbo, ipsum post sublimationem infectum conspicies nigredine.

Feces Mercurio addendæ.

Ergò melior est ejus sublimatio per ea, cum quibus non convenit. Cum quibus autem convenit, melior esset, si sulphureitatem non haberent. Ideo à calce melior est sublimatio, quàm à rebus omnibus, quoniam illa parum convenit, & sulphureitatem non habet.

Remotio aquositatis Mercurii.

Modus verò Remotionis aqueitatis ipsius superfluæ est, ut quando commisceatur calcibus, à quibus sublimari debet, teratur, & commisceatur illis cum imbibitione, quousque de illo nihil appareat, & postea super ignem lentissimum aqueitatis imbibitionis removeatur: qua recedente, etiam argenti vivi aqueitas cũ ea recedit, sit tamen ignis tam lenis, ut per eum argenti vivi tota substantia non ascendat. Ex multiplici igitur reiteratione imbibitionis cum contritione, & leni assatione, aqueitas illius major deletur, cujus residuum per sublimationis reiterationem removetur. Dehinc verò ejus, qui purissima est, partis aliquid figas, & aliquid ex illa relinquas.

Gradus Secundus.

Fixio Mercurii necessaria.

IMpressio argenti vivi non permanet, nisi figatur: abhinc ergò (postquam fulgidissima illius per sublimationem extracta est substantia) cum fixionis modo figatur, donec in ignis asperitate quiescat.

Duplex fixio Mercurii.

Potest autem arg. viv. figi absque hoc, quod in terram vertatur, & figi similiter cum conversione illius in terram potest.

Fixio cum cõservatione fusionis.

Potest ergò figi, sine humiditatis fundentis consumptione: propter bonam enim partium adhærentiam, & fortitudinem suæ mistionis, si quo modo partes illius inspissentur per ignem, ulterius non permittit se corrumpi, neque per ingressionem furiosæ flammæ in illud se in fumum ulterius elevari permittit: quoniam rarefactionem sui non patitur, propter suam densitatem & carentiam adustionis, quæ per sulphureitatem combustibilem quam habet, perficitur. Per successivam autem illius, iterata vice, sublimationem figitur & non in terram vertitur, imò fusionem dat metal-

metallicam. Est autem intentio festinationis fixionis illius, ut ingenieris ad inventionem reiterationis multiplicis sublimationis in brevi tempore, quod per duo fit aludela cum duplicibus suis coperculis, hoc ordine scilicet, ut nunquam ab actu sublimationis desistas donec fixum fuerit. Projiciatur ergò, cùm in uno ascenderit, in aliud aludel, & sic alternata vice fiat. Et nunquam otiosa permittatur aludelis spondilibus adhærere, quin in continua sit ignis elevatione, quousque cesset illius elevatio. Quantocunque enim in breviori tempore poteris multiplices sublimationis reiterationes multiplicare, tantò celerius & melius contingit ipsius fixionis tempus abbreviare. Ideoque fuit secundus fixionis modus inventus, qui est per ipsius sublimandi præparationem ad calorem & ignis asperitatem cum violentia, ut continuo in illo sit, donec figatur. Asperitas enim ignis de facili delet & removet aqueitatem illius. Et hoc fiet per longum vas vitreum, cujus fundus sit terreus & non vitreus (quia scinderetur in partes) illi artificialiter cum clausura bona connexus. Et sit figura vasis multæ longitudinis, in quo inveniat locum refrigerii, adhærentiæ, & quietis in ejus spondilibus, propter suam longitudinem, & non fugæ viam: quousque iterata vice ad illius fundum præcipitetur, multa caliditate ignitionis, cum reiteratione multa, quousque figatur. Cùm igitur ad spondilia ejus adhæserit, per spatulam ferream vel lapideam dejiciatur ad ima caloris continuè per alternas vices, quousque fiat fixum.

Modus fixionis per crebrã sublimationẽ.

Præcipitatum ergò hoc, & fixum Argentum vivum ponatur ad furnum magnæ ignitionis, ad modum conservationis calcium. Calcinatio enim spirituum est, ut ipsis ad fixionem approximantibus administretur ignis, successivè & paulatim illum augendo, ne fugiant, quousque maximum eos tolerare ignem contingat. Causa verò inventionis Calcinationis spirituum est, ut ipsi melius figantur, & facilius solvantur in aquam: quia omne calcinati genus fixius est, quàm non calcinati, & facilioris solutionis.

Calcinatio Mercurii per præcipitationem fixati.

Gradus Tertius.

CUm fixeris Argentum vivum, tunc reitera sublimationem residuæ partis servatæ, non fixæ super illud, ut illa similiter figatur, & serva, quod tentabis super ignem: si fusionem bonam dederit, tunc sufficientem illi sublimationem administrasti: si verò non, adde illi de argento vivo sublimato, partem aliquam & reitera sublimationem, donec fiat. Quòd si lucidum & albissimum habuerit colorem, & pervium, tunc bene mundasti: si non, non. Igitur ne sis in præparatione illius, quæ per sublimationem fit, negligens: quia talis erit mundatio, qualis & perfe-

Cerificatio prouratione ordinis secun'

ctio

fectio per illud sequitur, in projectione illius, super unumquodq; imperfectorum corporum & super ipsum vivum non præparatū. Si igitur directè sublimando mundaveris, & illud perfeceris, erit albedinis tinctura firma & perfecta, cui non est par. Hic quartus gradus, non antecedentibus solutionibus & elevationibus fixi ad volatilitatem, videtur esse secundi ordinis: qui vero in tertium ordinem conscendere voluerit, mox post fixionem modo sequenti agat.

Tinctura.

Solutionis modi.

Cùm fixa fuerit materia, solve quod solubile ex ea fuerit: quod verò non fuerit solubile, ad calcinationem mittas, & abhinc super idem solutionem reitera, donec iterum, quod ex ea solubile est, solvatur omni modo. Sic igitur ordo ille servetur, quousque major solvatur quantitas.

Solutio per fimum.

Modus verò solutionis duplex est, scilicet, per fimum calidum, & per aquam ferventem; quorum est una intentio & unus effectus. Modus ergo per fimum est, ut ponatur calcinatum in ampullam vitream, & super illud fundatur quantitas aceti destillati, vel consimilis, vel duplum ejus, & obturetur caput ipsius benè, ne respiret, & sub fimo tepido dissolvi dimittatur, & postea per distillationem filtri solutum removeatur, non verò solutum iterato calcinetur. Modus verò, qui fit per bullientem aquam, velocior est: & est ut calcinatum, in ampullam similiter ordinatur cum aceto, obturato foramine, ne respiret: quæ in caldario, pleno aqua & stramine sepeliatur, ut in destillationis modo, & postea succendatur ignis sub ea, donec aqua per horam ferveat. Post hoc vero solutum destilletur, & seorsim servetur: Non solutum verò iterato calcinetur, & iteratò eodē ordine solvatur, donec per reiterationē totum solvetur. Post hoc vero solutiones omnes simul commisce, & coagula. Coagulationis verò solutorū modus est per ampullā in cineribus usque ad collum cum temperamento ignis, quousq; aqueitas evanescat. Deinde verò leviter assando, in ignis temperamento conserva, quousq; illi major, ad illius exigentiam, ignis ministrari possit.

Solutio per bullientem aquam.

Coagulatio materiæ solutæ.

Repetitio solutionis.

Post hoc verò primum solutionis ordinem serva, quousq; iteratò totum solvatur, quod ex eo est solubile, & iterato coagula, & iteratò in ignis temperamento conserva, quousque iteratò illi possit ignis major ad ejus perfectionem administrari.

Omnes igitur hos ordines præparationis super illa quater reitera, & ultimò calcina per modum suum: & sic preciosissimam Lapidis terram sufficienter administrando. Hoc loco, si mox tingere cupies, & non prius, & in quantitate & in bonitate augere Lapidem volueris: tunc ad cerationem hac via sequenti procede.

Usus solutionis.

Causa autem inventionis solutionis est subtiliatio eorum, quæ non fusionem, nec ingressionem habent. Nam omne quod solvitur,

vitur, neceſſe eſt, ſalis aut aluminis, vel eorum conſimilium naturam habere.

Eſt autem natura eorum, quòd fuſionem dant, ante illorum vitrificationem. Ergò & ſpiritus ſoluti fuſionem præſtabunt ſimiliter ſimilem. Cùm ergò multum ex natura ſua corporibus & ſibi invicem conveniant, habita fuſione, neceſſe eſt per illam corpora penetrare & penetrando transmutare.

Ad hoc verò ut penetrent & transmutent, ſine Magiſterio non pervenitur, quod eſt, ſcilicet, ut poſt ſolutionem & coagulationem illius adminiſtretur illi aliquis ex ſpititibus purificatus, non fixus. Et toties ab illo ſublimetur, quousque ſecum maneat, & illi velociorem præſtet fuſionem, & ipſum in fuſione à vitrificatione conſervet. Reſultat enim ex his bona fuſio, & ingreſſio, & fixio ſtans. *Penetrativa virtus, quomodo Lapidi concilietur.*

In multis autem rebus melius, & poſſibilius, & propinquius hæc humiditas (concilians fuſionem, & penetrationem) cerativa invenitur, quàm in his videlicet, Sulphure & Antimonio propinquè: propinquius autem & melius in argento vivo. Hoc autem non ſtet ante illorum perfectam mundationem ab omni re corrumpente. *Argentum vivum in ceratione commodiſſimum.*

Quartus Gradus.

DEinde ſervatæ partis non fixæ, cum hac terræ parte adminiſtratæ quantitatem, per ingeniorum ſubtilem conjunge modum, per minima. Et ſit ingenium hoc intentionis Levationis ejus per modum dictum ſublimationis quousque fixum cum non fixo levetur totaliter. Quod ſi non eveniat, addatur illi iterato viciſſim non fixæ partis quantitas, quousque ad elevationem illius ſufficiat. *Multiplicatio lapidis in virtute & quantitate.* *Quomodo lapis fixus reddatur.*

Cum igitur elevata fuerit, reiteretur illius ſublimatio, quousque per hanc adminiſtrationis reiterationem figatur totum: Cum igitur totum fixum fuerit, iterato, cum non fixæ partis quantitate, poſt quantitatem combibe, per ingenium tibi notum, quousque iteratò levetur. Igitur iteratò figatur, quousque præſtet fuſionem facilem cum ignitione ſua. Ex reiteratione igitur præparationis hujus gradus in medicina reſultat bonitatis alterationis multiplicatio. *Fixio iterata.*

Ex diverſitate igitur reiterationis operis ſuper lapidem in gradibus ſuis, reſultat multiplicationis bonitatis, alterationis diverſitas, ut ex medicinis quædam quidem ſui centuplum, quædam verò ducentuplum, quædam trecentuplum, quædam verò millecuplum, quædam verò infinitum, & verum perfectionis lunificum transmutet corpus. *Multiplicationis vis & effectus.*

Hæc est medicina, quæ omne à perfectione diminutum corpus, omneque cujuscunque generis argentum vivum in Lunare perfectissimum transmutat corpus.

Finis albæ Tinctur æ secundum Gebrum.

Sequitur

V. TINCTVRA GEBRI AD rubeum.

Additamentum sulphuris pro tinctura rubea.

SOlaris hujus Medicinæ præparationi, non adurentis fit additamentum Sulphuris, per modum figentem & calcinantem, cum astutiæ industria administrati perfectè, atque solutionis modum multiplicem, cum reiteratione multa, quousque múndum fiat: his quidem administratione perfecta præveniente, quæ per sublimationem perficitur.

Sulphuris virtus & natura.

Est autem Sulphur tinctura rubedinis: fitque tinctura, & dat pondus, & complementum unicuique metallorum, & ipsum à fœditate depurgat, & illustrat: & perficitur cum Magisterio, sine quo nihil horum præstat, sed potius corrumpit, & denigrat: non sine Magisterio igitur illo utaris. Per Deum altissimum, ipsum illuminat omne corpus, quoniam est lumen, alumen, & tinctura. Non est autem Sulphur in natura sua de veritate nostræ artis, sed pars ejus, vel illud, quod ex ipso producitur per artificium nostrum.

Primus Gradus.

Sulphuris natura & compositio.

IN sulphuris divisione magnam cautelam adbibere necesse est. Habet siquidem Sulphur homogeneam, & fortissimam compositionem, & est uniformis substantiæ in suis partibus homogeneum. Qui ergò quærit ex eo opus elicere, illud per se præparando non eliciat, quoniam cum misto perficitur, & sine illo protelatur magisterium, usque ad desperationem.

Quia si non conjungeretur sulphur cum fece de aliqua re fixa, tunc necesse esset, illud cum tota sui substantia ascendere, non mundatum. Et si feces non permiscerentur per minima, tunc idem contingeret, sicut si fecem non haberet.

Si verò cum calce alicujus corporum sublimetur, tunc benè sublimatur, & perfectè mundari potuit cum facilitate. Est ergò intentio fecum, ut administrentur de calcibus metallorum.

Est enim in illis facilis operationis sublimatio: cum rebus autem alijs difficillima. Non est ergo aliquid, quod locum illorum possit obtinere.

Proportio fe-

Proportio verò fecum est, ut quantitas fecum quantitati sublimando-

mandorum æquetur. In hoc enim etiam rudis artifex errare non poteſt. Mediocrem verò artificem ponere medietatem ponderis ſublimandorum ex fecibus, ſufficiens eſſe contingit, & in hoc errare non debet. Exercitato vero & maximè experto, minima illarum pars ſufficit. Quantò enim minores ſecum ſunt quantitates, tantò & majoris exuberantiæ ſublimationem neceſſe eſt eſſe, dummodo & ſecundum diverſitatem ſubtractionis ſecum, fiat proportionalis illi ſubtractio ignis. In parva enim quantitate, parvus ad perfectionem ignis eliciatur: in magna, magnus: in majori, major. Melior verò modus ſecum eſt, ut ſumantur ferri ſquamæ vel æris combuſti: & hæc quidem propter privationem multæ humiditatis de facili ſulphur ſibi imbibunt, & ſecum uniuntur: Hujus autem viam ſcit exercitatus ſolus. *cum adhibendarum.*

Si igitur ſublimetur ſulphur, neceſſe eſt illud per remiſſum ſublimari, quoniam cum habeat partes ſubtiliſſimas conjunctas uniformiter groſſas, aſcenderet utique illius tota ſubſtantia ſine purificatione aliqua, imò denigrata & combuſta. *Sublimatio ſulphuris.*

Ut igitur ſeparet quis immundam terream ſubſtantiam, neceſſe eſt ingenia duorum invenire generum: proportionem ſcilicet ignis, & mundificationem cum commiſtione ſecum, quoniam commiſtio cum fecibus partes comprehendit groſſas, & tenet illas in aludelis fundo depreſſas, nec eas ſcandere permittit. *Quæ ad mundandum Sulphur requirantur.*

Unde & neceſſarium eſt, artificem triplicem ignis gradum ſublimationi applicare. Unum proportionatum taliter, quod per eum aſcendant alterata tantum & mundiora, & lucidiora, donec per hoc manifeſtè viderit ipſa mundari à terrea feculentia. Expedit autem inprimis, cum parvitate ignis ſolam aqueitatem ex ſublimandis exprimere, qua remota, ſi quid aſcendit per illum, tunc in principio hic non augeatur ignis, ut per debiliſſimum ignem ſubtiliſſima pars tollatur & ſeorſim ponatur, quæ eſt cauſa aduſtionis. Cùm autem jam nihil vel modicum aſcenderit, vigoretur ignis ſub eo. *Gradus ignis in ſulphuris ſublimatione requiſiti.* *Gradus primus ignis.*

Alter vero gradus eſt, ut quod in fecibus remanſit de pura illius eſſentia, ſublimetur cũ majore expreſſione ignis, videlicet cũ ignitione aludelis & ipſarum ſecum, quam videre poteris oculis tuis. *Gradus ſecundus ignis.*

Sæpiſſimè autem evacuetur caput aludelis, ne præ nimia ſublimandorum multiplicatione in illud cadant ad illius fundum, & detineat multitudo reiterationis ſublimationis occupatum longo tempore. Et etiam ſemper ſeorſim ſeparetur, quod ſurſum ad propinquitatem foraminis capitis aludel aſcendit in pulverem ab eo, quod fuſum & denſum in fruſtis, & apud fundum illius pervium, & clarum, cum adhærentia ad vaſis ſpondilia conſcendiſſe invenitur. Quoniam hoc minus habet de aduſtione, quàm quod prope foramen reperitur ſcandiſſe.

Gradus tertius ignis.

Tertius verò gradus eſt, ut adminiſtretur ignis debiliſſimus ſine fecibus ei, quod ſublimatum à fecibus, & jam depuratum eſt, ità ut vix aliquid de illo aſcendat, & quod aſcendet de illo, ſit res ſubtiliſſima, quæ in hoc opere nihil valet, quia iſta eſt res, mediante qua, aduſtio fit in ſulphuribus.

Totalis intentio ſublimationis ſulphuris.

Et igitur tota ſublimationis intentio hæc, ut remotâ terreitate illius per ignis adminiſtrationem debitam, & abjectâ ſimiliter ex ea ſubtiliſſima, & fumoſa illius parte, quæ aduſtionē cum corruptione adducit, relinquatur nobis pars illa, quæ in æqualitate conſiſtit, quæ ſimplicem fuſionem ſuper ignem facit, ſine aduſtione aliqua de igne fugiente ſine inflammatione illius. Sublimatum enim directè non inflammatur, ſed evolat, & extenuatur, ſine inflammatione, præcedente tamen fuſione. Et ſi non inventum eſt ſic, mitteretur opus ſuper illud, quousque ſic inveniatur.

Gradus ſecundus.

Fixio in Sulphure repurgato neceſſaria.

MEdiocris & dicto modo præparata ſulphuris ſubſtantia, non eſt perfectionis cauſa corporum vel argenti vivi, niſi figatur. Quæ cùm fixa non fuerit, licet ejus impreſſio non removeatur de facili, non tamen ſtabiliter perpetuatur. Figitur autem ſulphur duobus modis: per crebram ſublimationis reiterationem, & per præcipitationem ad aſperitatem ignis. Et eſt idem modus cum fixione argenti vivi, & non diverſificantur inter ſe, niſi in hoc, quod non poteſt Sulphur per hunc ultimum fixionis modum (per præcipitationem) figi, niſi prius ejus partes inflammabiles tenuiſſimæ, ſubtili diviſionis artificio ab eo ſeparentur. Argentum vero vivum hanc conſiderationem non habet. Et ad hoc ſimiliter temperatiori indiget calore, quam argentum vivum indiget in hoc, ſcilicet præcipitationis modo. Similiter diverſificantur, quia in longiori tempore figitur ſulphur quam argentum vivum, in eo ſimiliter, quoniam altius elevatur propter ſuam ratitatem, quàm argentum vivum. Ideoque longiori vaſe indiget, quàm argentum vivum, ad ſuam fixionem.

Tertius Gradus.

PRo ſecundo Medicinarum ordine, per ceratiōnem, hoc Sulphur fixum ad Tincturam adducitur. Cujus modus talis eſt: Ut Argentum vivum depuratum non fixum, ſumatur, & toties ſuper ſulphur fixum multiplicetur ejus ſublimatio, quousque in illo cum ſua humiditate remanens, fuſionem bonam præſtat. Quia verò tertii ordinis Medicina quæritur principaliter, quia non diverſificatur à tertii ordinis medicina ullatenus, niſi per ſubtiliſſimos præparationis gradus in ceratione illius, & per diuturniorem laboris inſtantiam: ſequenti modo poſt fixionem Sulphuris eſt agendum,

gendum. Ut adhibeamus ei ſolutionis modum multiplicem, cum reiteratione multa, quousque mundum fiat, Eodem videlicet modo Solutionis, Coagulationis, & aſſationis, qui ſupra in alba Tinctura, gradu tertio, eſt enumeratus.

Niſi quod hîc videtur Geber innuere, quo plures fiant fixi ſulphuris ſolutiones, eò melius adminiſtratione hujus gradus (quandoquidem omninò omnem deperdit Sulphur fuſionem in ſua fixione) præparari ſulphur, tum ad fuſionem facilem ſuſcipiendam, tum ut ingreſſio & multiplicatio per elevationem cum Mercurio purgato, non fixo, comparari poſſit.

Quartus Gradus.

COnſiſtit in additamento Argenti vivi purgati, non fixi. Et eſt ſcilicet hujus additamenti modus per reiterationem partis non fixi Lapidis, ſublimationis cum ingenio conjungendi, quousque elevetur cum ea, & iteratò cum illa (per ſublimationem) figatur, ut ſtet: Et quantò hujus complementi exuberantiæ ordo reiteratur pluries, tantò & hujus exuberantiæ medicinæ multiplicatur magis, & illius augetur bonitas, & multiplicatur illius augmentum perfectionis maximè.

NB. *Argentũ vivum purgatur cum aquæ pura, & ſale communi.* *Multiplicatio lapidis rubei.*

Et nos quidem, ne mordeamur ab invidis, complementum narramus totum hujus Magiſterii, ſub brevi ſermone completo & noto. Et eſt illius intentio, ut per ſublimationis modum mundetur perfectiſſime Lapis, & illius additamentũ, & abhinc quidẽ cum ingeniorũ modo volativũ ex eis figatur; dehinc verò fixum, volatile fiat, & iteratò volatile, fixum: & fixum, ſolutũ, & ſolutum iterato volatile, & iteratò volatile fixum, quousque fluat, & alteret in complemento ſolifico certo. Ex reiteratione igitur hujus gradus in Medicina reſultat bonitatis alterationis multiplicatio. Ex diverſitate igitur reiterationis operis ſuper lapidem in gradibus ſuis reſultat multiplicationis bonitatis alterationis diverſitas: ut ex Medicinis quædam quidem ſui centuplum, quædam ducentuplum, quædam trecentuplum, quædam verò, millecuplum, quædam verò infinitum ſolificum transmutet corpus. Et in hoc ordine completur arcanum pretioſiſſimum, quod eſt ſuper omne hujus mundi ſcientiarum arcanum, & theſaurus incomparabilis. Laudetur igitùr ſublimis naturarum Deus benedictus & glorioſus.

Repetitio totius Proceſſus conficiendi Lapidem.

Finis rubeæ Tinctura ſecundum Gebrum.

Sequitur

VI. ALIVS ET QVIDAM PRÆSTANTIßIMUS rubeæ Tincturæ modus, Gebro ſparſim parcè & paucis verbis poſitus.

Argenti vivi laus.

ARgentum vivum figitur & eſt Tinctura rubedinis exuberantiſſimæ refectionis & fulgidi ſplendoris, & non recedit à commiſto, donec eſt in natura ſua. Laudetur igitur Altiſſimus, benedictus & glorioſus, qui creavit illud, deditque illi ſubſtantiam & ſubſtantiæ proprietates, quas non contingit ex rebus ullâ in natura poſſidere, ut in illa poſſet inveniri hęc perfectio, per artificium aliquod quod in illo invenimus potenria propinqua. Ipſum enim eſt, quod ignem ſuperat, & ab igne non ſuperatur: ſed in illo amicabiliter requieſcit in illo gaudens.

Præſtantia argenti vivi in lapide rubeo.

Studeas igitur in omnibus tuis operibus, ut argentum vivum in commiſtione ſuperet. Et ſi per ſolum argentum vivum perficere poteris, precioſiſſimæ perfectionis indagator eris, & ejus perfectionis, quæ naturæ vincit opus. Mundare enim poteris intimè, ad quod Natura non pervenit

Proceſſus ad eliciendam rubeam tincturam ex Mercurio.

Rubificatur vero nonnunquam (non ſemper quidem) per ſe in præcipitatione. Quod ſi evenerit, non opus eſt, ut per ſulphur tingatur, ſed calcinetur, ſolvatur, coaguletur, & hoc quater, aut ultra repetatur. Poſt cum argento vivo, non fixo, fiat volatile, & volatile fixum: & conſequenter, ut in ſuperioribus dictum.

Finis hujus Tincturæ.

VII. TINCTVRA AD ALBVM EX ARSENICO à Gebro deſcripta.

Arſenici natura.

ARſenicum eſt tinctura albedinis. Quia verò in radice ſuæ naturæ, per actionem naturæ, reſolutæ ſunt multæ illius partes inflammabiles, ideo artificium ſeparationis eſt facile.

Gradus primus.

Sublimatio Arſenici.

Arſenici ſublimatio fit ſicuti ſublimatio ſulphuris: melior autem ejus ſublimatio ex calcibus metallorum eſt.

Secundus Gradus.

Fixio ejus.

Figitur Arſenicum ſicut Sulphur.

Tertius

Tertius & Quartus Gradus.

Unus & idem modus est, qui in sulphure fuit observatus: nisi quod Arsenicum solarem non dat tincturam, sed tantùm lunarē.

Cætera require in præcedentibus processibus, quandoquidem utrobique eadem est operatio.

Finis Tincturarum à Gebro conscriptarum.

Sequitur

PROCESSVS B. THOMÆ DE AQVINO, quemadmodum ejus facit mentionem Paracelsus in lib. 3. de vita long. capite 8. VIII.

Brevis processus recitatio.

REduc Mercurium in elevatione tantisper, dum in fixum Cristallum abeat: deinde in solutionem ac coagulationem digere, & cum auro conjunge, ita ut fermentum eius hoc ipsum fiat. Proinde juxta præscriptum Hermetis age, usque in finem Lapidis. Hucusque Paracelsus.

Exegesis hujus processus vera & certa.

Recipe Mercurii libram unam, sublima ter cum vitriolo & sale communi: tunc cum tantundem vitri Venetiani toties etiam sublima (semper novis fecibus additis) donec Mercurius nihil nigredinis post se relinquat. Hunc Mercurium solum per se sublima crebrò, donec nullas feces post se relinquat, & instar olei in fundo vasis fluat: tum Mercurius factus erit lapis pellucidus, instar Cristalli. Hunc bene pulverisatum, clauso vase, in Balneo Mariæ tene, donec solvatur in aquam, quæ quasi vinum est in asperitu. Hanc destilla per retortam vitream, ut quantum potest transire per destillationem illam, transeat. Residuum quod est, pulverisetur, & cum sua aqua imbibatur, ponatur ad solvendum in balneo Mariæ, ut antea: post iterum destilletur, repetaturque hoc omne toties, donec totus Mercurius in aquam convertatur.

Solutio Cristalli fixi Mercurialis.

NOTA.

Define & effectu aquarū Mercurialiū. Aurum quomodo ad fermenti formā deducendum.

SIne menstruo vegetabili acuato non credo Solem aut Lunam solvi posse. Vidi namque mercurialem quandam aquam, longo tempore cum calore Solis excoctam, nihil tamen de ea solvisse. Aut igitur (ut Lullius docet) menstruo illo erit opus, aut necesse erit, ut aurum illud, quod pro fermento adhibeatur, prius seorsim sit aut in solubilem formam, aut in viscositatem reductum: tunc enim similis forma in similem agere potest, quod aliàs nunquam fieret. Et hæc est ratio fermenta conjungendi, quod in omnibus tincturarum viscosis formis observandum est: nisi quis Mercurium cum menstruo conjunctum habeat, pro facienda Auri resolutione: aliàs in vanum laborat.

Alius modus viscosum reddendi Mercurium.

Adjungam hoc loco Mercurii sublimati quandam viscolitatem, non quidem certam, sed utatur ea qui volet. Recipe Mercurii, ter sublimati, unciam unam, solve in unciis quatuor aquæ pluvialis, in qua tamen prius resolutæ sint boracis unciæ duæ. Destilla in cineribus, & manet Mercurius in fundo: abstrahe adhuc quinquies, & invenies Mercurium fluentem, tanquam cera, & fixum, quò diutius moratur in igne, eo pulchrior in fusione evadit. Huic da fermentum & tinges.

Finis Tincturæ Beati Thomæ.

Sequitur

IX. PARACELSI TINCTVRA EX SOLO *sulphure: desumpta ex lib. de Natur. rerum lib. 1. & 5.*

Qua ratione Sulphur possit mortificari.

MOrtificatio sulphuris fit, quando adustibilis & fœtens ab eo aufertur pinguedo, & in fixam convertitur substantiam: quod sic perficitur.

Recipe sulphuris communis citrini, in pulverem redacti minutissimum, aliquod pondus, & tertia vice ab eo abstrahe aquam fortem acerrimam: tunc remanebit sulphur in fundo, atri coloris: illud abluatur aqua communi dulci, destillando, quousque aqua omninò dulcis ascendat, neque ullum sulphuris fœtorem redoleat. Hoc igitur sulphur in clauso reverberatorio in morem Antimonii reverbera. Et primò efficitur albū, post citrinum, & tandem rubeum instar cinnobaris. Eò ubi deduxeris ipsum lætare, quia hoc initium est tuarum divitiarum. Sulphur hoc reverberatum quodvis Argentum tingit in aurum excellentissimum, & corpus humanum ad summam sanitatem reverberatum & fixum istud est Sulphur.

Reverberatio Sulphuris.

xtractio Quintæ Essentiæ ex Sulphure fixo.

Recipe istud sulphur reverberatum, & ei affunde Spiritum vini, cum quo Essentia Quinta sulphuris extrahatur: abstracto postea Spiritu vini, quinta sulphuris essentia rubea apparet, & instar Rubini pellucida. Est hoc ingens, & excellentissimum arcanum pro transmutandis metallis albis, & Mercurio vivo in fixissimum aurum coagulando. Hoc igitur Secretum, tanquam ditescendi thesaurum ingentem, commendatum tibi habeas, & meritò vel hoc unico transmutandi metalla artificio contentus vivas.

Notabile.

Observandum tamen, ut cum aqua fortis à sulphure abstrahitur, quatuor transversos digitos emineat, & refundendo aquam fortem postremò ad siccitatem, usque hoc Sulphur subnigri coloris

oris abstrahatur. Quintæ hujus essentiæ extractæ in Spiritu vini, in periculosissimis morbis, dosis est guttarum quatuor vel sex, quotidiè usque ad solidam restitutionem. Sumta verno tempore, si quis dicto modo ad dies 28 utatur, juventutem revocat. Contra pestem sumantur guttæ sex vel septem in aqua tormentillæ, in vino, aqua nucum, vel oleo juniperino, sic tamen ut sudor subsequatur. *Vsus hujus Tincturæ in morbis.*

Finis hujus Tincturæ Paracelsicæ.

Sequitur

PROCESSVS PARACELSI NOBILIS. X.

simus, quem paucissimis verbis in Tinctura Physicorum exposuit cap. 4.

DIco vobis, ut non accipiatis, nisi de Leone, sangvinem ejus roseum, & de aquila gluten album. Hæc postquã conjunxeritis, coagulate secundum processum Antiquorum. Et sic habebitis tincturam Physicorum, quam investigârunt multi, pauciſſimi verò eam invenerunt. *Paracelsi verba de tinctura Physicorũ.*

Hucusque Paracelsus.

Hic certè nullo commentario opus erit illi, qui antecedentes Lulli, Gebri, & Thomæ Processus intellexerit. Viscosum Mercurium intelligit Paracelsus, quem glutinosum hîc vocat. Is quomodo paretur, jam antea à nobis monstratum est. *Explicatio sententiæ Paracelsicæ.*

Quis sangvis sit ille rubeus Leonis, facilè est intelligere. Sive enim Solis animam, sive, quod facilioris laboris, & ejusdem efficaciæ est: Quintam sulphuris fixi Essentiam rubeam pellucidam, viscositati Mercurij miscueris: quis non videt, in coagulatione Mercurium (quandoquidem glorificatus est, & subtiliatus) non in metallum, sed nobilius quiddam, mitiori præsertim igne, non fundente, coagulari. Non credo in rerum natura reperiri posse Processum isthoc vel celeriorem, vel nobiliorem, facilioremvé.

NOTA.

Theoph. Paracelsus, aliis in locis suorum scriptorum intelligit per GLUTEN Tartarum: quod etiam Raym. Lullius annuere voluit.

Finis hujus Tincturæ Paracelsicæ.

Sequitur

XI. MODVS PERVENIENDI AD TINCTVRAS per Mercurios corporum perfectorum

Tenendus modus, quo metalla ad Mercurium reducuntur.

HOc in loco primum opus est, ut exactè teneamus modum, quo facilè metalla cuncta, præsertim verò duo perfecta, Aurum, & Argentum, sine ullius Mercurialis substantiæ additione, per se sola in vivum, & (si lubet) currentem Mercurium reducantur. Artificium quidem aliàs satis occultum: possibile tamen & certum. Et licet non una ad hanc rem sit methodus, & una fortè altera melior, & celerior: eam tamen nunc proponemus, quam ipsa experientia nobis comprobavit, testibus oculis manibusque nostris. Ea autem Methodus & ratio sic se habet.

Modus faciendi Mercurios corporum.

Primò metallum est solvendum in aquam: Luna per aquam fortem communem: Sol verò per aquam Regis, quæ fit, si tribus unciis aquæ fortis vulgaris, uncia una triti salis armoniaci adjungatur.

Mixtio saliũ.

Post solutionem aquæ per alembicum sunt abstrahendæ usque ad oleitatem, iterumque affundendæ, hocque tertia vice faciendum: tandem omni vi ignis aquæ cum spiritibus sunt elevandæ. Calci siccæ affundatur vini Spiritus, ter aut quater, etiam abstrahatur per alembicum, Calcem hanc cum æquali pondere salis tartari triti in vase repone (addunt alii, ut & ego feci, partem Salis armoniaci dimidiam) & affunde acetum destillatum, ut supernatet. Vel accipe calcem metallicam, & dimidiam salis armoniaci partem adde, & superfunde oleum tartari, ut supernatet. Materiam benè occlusam in Balneo Mariæ sine putrefieri, vel digerere per dies viginti. Tum exime vas & primò omnem humorem aufer per destillationem: postea siccatâ jam materiâ, affunde aquam calidam, ut salsedines in ea solvantur: ubi subsederit turbedo, eam infunde per filtrum & aliam aquam infunde, donec omnis salsedo sit extracta, & calx edulcorata. Hanc resicca, siccatam in vitreo alembico magna vi sublima: & ostendit Mercurius, vivus interdum, si omnia salia fuerint remota: mortuus verò in forma Mercurii vulgaris, sublimati, si salia remota non fuerint. Sin volueris habere Mercurium currentem, eum qui mortuus ascendit, cum tartaro calcinato permisce, & calce vivâ, & per retortam in aquam frigidam igne urges, & habes Mercurium corporis perfecti vivum.

Putrefactio.

Edulcoratio.

Sublimatio.

Vivificatio.

Mortificatio.

Si ex vivo mortuum facere volueris, necesse est, ut ipsum cum sale communi & vitriolo, more vulgato, sublimes, sicut vulgarem Mercurium.

Vsus

Vſus ſecundus.

MERCVRIORVM E CORPORIBVS *extractorum.* XII.

SI Mercurium corporis perfecti habueris non vivificatum, ſed inſtar Mercurii ſublimatum: hanc auri niem (ut appellat Augurellus) in vaſculo vitreo ſive ampulla incluſam, percoq; in igne Balnei, vel putrefanis fortiſſimæ, & invenies materiam, quæ in ſe ipſa ſolvitur atim, donec reſolvatur tota, quæ poſtea rectà in igne debito gulatur, & colores in opere requiſitos paulatim commonſtrat, ie hac ratione ex ſolâ viſcoſitate Mercurii corporalis perveis ad tincturam albam vel rubeam velociſſimam penetran-, & celerrimæ fuſionis.

Mercurius corporis non vivificatus quomodo fiat Tinctura.

Hæcque Medicina multiplicatur, ſi denuò reſolvatur cum addine novi Mercurii, ejusdem originis, & per ſuos gradus excoatur. De hoc curſu Mercurii corporalis ſequentia verba ſcribit eophraſtus in ſuo libello, quem de Lapide ſcripſit, eiq; nomen it: Manuale Philoſophorum: cujus verba ſic habent: Cum Merrio iſthoc, è corpore Solis ſublimato, tutò procedere potes in ra morborum periculoſorum complurium, qui communi & tâ Medicinæ viâ curari non potuiſſent. Quin inſuper in aquam, l in oleum reducere eum poteris, & in rubeum convertere pulrem, eoque uti ad omnia in re medica tibi neceſſaria. Poſtquam rò Electrum tuum fuerit, modo dicto, corruptum, & ulteriùs, l adipiſcendum exoptatum finem, procedere volueris: Accipe lectrum hoc in volatilem naturam perductum (quantum equiem ad perfectionem deducere optes) impone Ovo Philoſophico, probè ſigillo occlude, ne quid expirare queat, permitte ſtare in thanore tam diu, donec per ſe ſine aliqua additione deſuper olvi incipiat, & in iſthoc pelago in medio illius inſula quædam ppareat, quæ indies diminuitur, tandemque in attramenti ſutorii colorem tranſit. Iſthæc nigredo avis illa eſt: quæ de nocte ſine alis olat, quæque primitus cœleſti rore per crebrum aſcenſum & deſcenſum, in nigredinem corvini capitis converſa fuerit.

Verba Paracelſi de uſu Mercurii non revivificati.

Mercurii corporalis reſolutio Philoſophica.

Color Lapidis.

Poſteà ex ea fit pavonis cauda, & conſequenter cygneas acquirit ſibi plumas: tandemque ſummè intenſum, totius Mundi ruborem adipiſcitur. Rubor ille, igneæ ſuæ naturæ eſt indicium, per quam omnia corporis accidentia expellere, & emortua frigidaque membra reficere poteſt. Hacque medicinâ, conſentientibus cunctis Philoſophis, in unico vaſe, unica fornace, unico igne, eoque indeſinente, vaporoſoque præparari, & ad finem uſque deduci poteſt.

Unitas materia, vaſis, fornacis & ignis.

Scien-

Qualis præparatio requiratur, ut solvi possit in viscositatem Mercurius corporis revivificati.

Sciendum autem Electri solutionem fieri non posse, nisi ci
lum sphærarum septem tertiâ vice exactè percurrerit. Hic e
numerus est ipsi competens, ipsumque perficiens (sunt die
qui septem sphærarum circulus, septimana una est) quare anim
& diligentiam tuæ præparationi adhibeas, utpote quæ solutio
causa est: & ad glorificatum & spiritualisatum Electrum, Arc
tartarisato utere ad abluendas superfluitates, quæ in præparan
accesserunt, ne in cassum labores. Neque etiam de arcano T
tari aliquid residuum remanere debet cum Electro, sed solum
dò circulariter cum eo, ad numerum modò positum, proceda

Modus solutionis.

& sic facilè (postea) in Ovo Philosophico, & igne vaporoso, pe
in aquam Philosophicam, quæ aqua viscosa appellari solet, c
vertitur: seipsam quoque coagulabit sponte, omnibusque col
bus apparebit. Tandem verò summo rubore decorabitur. H
usque Paracelsus.

Explicatio processus Paracelsi.

Ne autem posterior iste paragraphus aliquantò obscurior
deatur, necesse est, ut Paracelsi præparationem paucis huc ad
cam, quæ sic habet.

Primò, conficit aquam Regiam ex sale petræ, & sale armonia
sublimato: & hac aquâ resolvit Aurum, per Antimonium pr
defecatum.

Secundò: aquam Regis ad medietatem per alembic
abstrahit, residuum per 24. horas unà cum vitro obturato in c

Lapides Cristalli succinei.

lam frigidam locat, & nascuntur lapilli eodem prosus colore, q
pulcerrimum succinum resplendere in diaphaneitate videm
Residuam aquam iterum ad dimidiam partem abstrahit, & in c
la locat, sicque repetit, donec nulli amplius flavi aut lutei Crista
oriantur.

Tertiò: hosce Cristallos conterit cum medietate Salis Arm
niaci sublimati: hoc est dimidium pondus, quod ponderave
aurum, ante solutionem, de sale Armoniaco sublimato, con
rendo miscet.

Quartò; aquam fortem sive Regiam superfundit novam, ean
que septies abstrahit, ita tamen, ut ad oleitatem, non usque a

Cohobatio.

siccitatem destilletur. Cùm verò septima vice aqua virtutem
acredinem amittit, abstractâ isthac, novam affundit, & eam s
pties abstrahit: iterum tertiò novam ponit, & septies, ultimaqu
vice ad siccitatem abstrahit. Absolutus est igitur Circulus tr
nus septenarum sphærarum, & ad spiritualitatem jam paratu
Aurum.

Spiritus vini tartarisatus.

Quintò affundit Spiritum vini tartarisatum (hoc est, qui supr
tartarum calcinatum diebus quibusdam stetit) eoque salsos spiri
tus, materiamque salinam resolvit & abluit, donec omnis salsed
recedat. Tunc destillatione resiccat: tandemque vehemention
igne

in ſublime elevat. Aſcendit pulvis citrinus, qui revivificatur, lueris: ſin non revivificatur, per ſe in ovo Philoſophico, & vaporoſo in aquam viſcoſam reſolvitur.

Vſus ſecundus

MERCVRIORVM E CORPORI-bus extractorum. XIII.

Oſtquam Mercurius corporis fuerit confectus, & in ſuam viſcoſitatem decoctione mediante, reſolutus, tunc eundem aliqui Philoſophorum non ſolum per ſe; ſed cum addito fermento albo vel rubeo coagu- ſicque celerius ſe ad coagulationem pertingere poſſe putant. ldendo verò fermento non unus ab illis obſervatur modus, præcipuè hi ſequentes.

Mercurii corporatis coagulatio in Medicinam fermenti.

liqui adjungunt ei Aurum, vel limatum, vel foliatum vel ſub- r calcinatum & reverberatum. Alii per menſtruum vegeta- antequam id cum Argento vivo miſceatur, Aurum calcina- reſolvunt & in limoſitatem reducunt, quam poſtea Mercurio oſo adjungunt, & ea ſimul coagulant.

Varij modi fermentorum.

lii aurum amalgamant. Amalgama terunt cum Cinabrio, & everberatione Mercurium abigunt: calci reſiduæ addunt ci- rium novum, rurſusque abigunt per reverberationem. Hoc es reiterant, donec aurum fiat rubei coloris, aliquid fuſcedinis ens, & hoc aurum pro fermento apponunt.

Alii ex auro ſic præparato (aut etiam per crebras ſolutiones parato) extrahunt tincturam, ſive animam, quam cum viſco- te ad debitum tempus excoquunt, uſque ad plenariam Tin- ram.

Vltimus tamen hic modus, cum ſecundo, eſt optimus: primus ò & tertius debilior eſt.

Quia verò etiam extractio animæ paucis nota eſt, modum ejus am hoc loco docebimus: qui talis eſt. Primò: Aurum vel per utionem cum oleo ſalis, vel per antè enarratam (in tertio mo-) reverberationem calcinatum, vel aurum foliatum cum ſaccaro ndido optimè tritum, eò rurſus diligenter elutum: accipiatur, que ſequens Spiritus vini infundatur, & in lento calore dige- ur, donec tingatur Spiritus vini. Hoc effuſo novus ſpiritus undatur, & digeratur, donec coloretur. Continuetur hoc, uſ- e dum auro rubor omnis fuerit extractus, nihilque amplius tin- tur Spiritus vini. Tinctum vini Spiritum omnem confunde, & Balneo abſtrahe Spiritum vini, & remanet in fundo oleum ru- um, quod eſt anima Solis: Et ſi omnem abegeris humorem, in beum terminatur pulverem.

Modus extrahendi animã Solis.

Hanc

Quomodo anima misceri debeat.

Hanc animam si miscere volueris, misce, cùm adhuc est in ma olei. Sic enim miscebitur cum Mercurio viscoso, tanq aqua mixta aquæ, inseparabiliter. Residuum verò de Spiritu leni calore facilè evaporatur : viscosæ namque materiæ non facilè ascendunt, quin prius Spiritus vini evanuerit.

Spiritus vini tartarisatus.

Spiritus vini sic præparatur : Tartarum subtiliter tritum & edulcora cum aqua pluviali destillata, quinquies, donec a in aqua non sentiatur. Huic calci siccatæ superfunde spiri vini, ut extrahat quantum potest. Hunc Spiritum per Reto cum recipiente benè munitam, destilla, & habes.

Vsus tertius

XIV. MERCVRIORVM EX CORPORIBVS *perfectis extractorum.*

Coagulatio Mercurii corporalis revivificati.

QUidam operati sunt cum Mercurio Solis vel L revivificato, currenti. Et modus ille simplicissimus dem est, duos autem defectus habet. Primò enim pis sic confectus caret ut plurimum fusione & ing sione, & difficulter multiplicatur. Deinde admodum paucas tes tingit. Modus autem hic est.

Duplex coagulandi ratio.

Alii solum illum Mercurium coquunt sine fermento : Alii fermentum Solis vel Lunæ conjungunt. Non tamen si ferm tum addatur, magno opus est artificio, sed simplex & nuda tenuiter limati, calcinati, aut foliati auri pro lubitu (quod pon fit adjectio.

Modus coagulationis.

Uterque modus sic in decoctione regitur : Datur materiæ vitreum cum rotundo ventre, & collo valdè longo : collum il semper tenetur apertum : inhumatur vas illud in arenam, ita supra ventrem ad digiti transversi altitudinem arenâ tegatur m

Ignis ratio.

teria. Datur ignis ab initio per paucos dies lentus : postea tan ut manu vas supra arenam contingere non liceat. Hic igni continuetur, invenies spacio mensis materiam rubeam, & pra pitatam. Hinc semper auge ignem, donec etiam validissimu

Fixio.

ignem perferre queat, & sit rubicundissima materia, ignem refugiens, sed in eo gaudens.

Calcinatio, solutio, & coagulatio sive ceratio.

Hanc materiam fixam per aliquot dies calcina, sicuti in proce Gebrico dictum, resolve, rursusque coagula : idque quo sæpi repetas, eò melius perfeceris, & fusionem faciliorem ipsi mater præstiteris.

Multiplicatio.

Multiplicatio illius hæc est : Ut pari pondere huic soluto, co gulato & fusibili Mercurio, novum Mercurium perfecti corpo adjungas, & per omnia regas, ut prius, tum & breviori tempo ad fixionem redit, & invenies materiam tuam viribus & cumul

auctam

uctam, Ubi verò tertiâ vice cum Mercurio corporis multiplica-
veris, in posterum Mercurio corporis tibi opus non erit, sed suffi-
cit Mercurium vulgarem sublimatum, & revivificatum, superiori
pondere & regimine apponere.

Quidam tamen in hoc ipso regimine subtiliore modo usi sunt, *Modus prior excellentior.*
longius quidem tempus insumentes, at perfectiorem operatio-
nem attingentes. Mercurium nimirũ perfecti corporis vel per se,
vel cum fermento incluserunt vitreo vasculo, cujus os luto obtu-
rarunt, non hermetico sigillo: ut videlicet respiranti locus dari
possit aquositati currentis Mercurii; neq; tamen de ejus nobiliori
materia quicquam evanesceret.

Hoc rexerunt igne lento, neque tamen adeò lento, quin exha- *Ignis modus.*
latio aqueitatis Mercurii fieri potuerit. Hi viderunt materiam
paulatim constringi, & in atrum pulverem corrugari, humorem-
que amittere, & in mortuam quasi calcem decidere. Huic materiæ, *Colores.*
nec dum auxerunt ignem, sed longo tempore eam decoxerunt
calore priore, donec colorum vicissitudinibus transactis, albedi-
nem quandam fulgidissimam viderunt.

Cumque paulatim auxerunt ignem, & materia illo augmen- *Ignis augmentum.*
to rursus fusibilis fuit facta in modum ceræ: Hac materia usi
fuerunt pro tinctura alba. Sed igne denuò paululum aucto, ad
citrinitatem processerunt, in qua materia iterum dirui cœpit in
pulverem: rubore autem oriente, majore rexerunt igne, fusio-
nemque facilem sic recuperaverunt ut instar vitri materia extra
ignem frangibilis & rubea, in igne verò tanquam cera fluens se
haberet.

Hi artifices custodiverunt ab initio decoctionis humidum radi- *Intentio horũ artificum.*
cale Mercurii, & non nisi id humidum, quod aquosum, heteroge-
neum erat, exterminarunt, ex quo postea bona spissatio & fusio
mollissima cõsequuta est. Valde autem prolixus est iste processus,
ita ut triennium aut biennium usque extendi possit. Nullis verò *Commoda hujus Processus. Multiplicatio.*
eget solutionibus, sed post primam præparationem unico vase,
unicâ solâ fornaculâ, & unico regimine perficitur. Similiter & in
multiplicatione facilioris laboris est: Sufficit enim ei æqualem
Mercurii vulgaris summè parati partem addere, & primò igne len-
to regere usque ad nigredinem: post paulò fortiore usque ad albe-
dinem: demùm intensione usque ad veram rubedinem. Et hæc *Ignis regimen artificij hujus nervus.*
multiplicatio procedit in infinitum. Sed quia in ignis regimine
plurimum situm est, si quis isthac viâ procedere velit de igne illo
peculiariter aliquid dicendum. Nimius etenim si fuerit, tum simul
omnes Mercurii, & homogeneæ, & heterogeneæ partes elevãtur,
nullaque fieri potest partium inspissatio, sed evanescunt omnia.
Tum si nimis lentus fuerit, si centũ annis in igne detineretur Mer-
curius, nulla tamen vera alteratio sequi poterit. Iterum ignis

directè

directè sursum tẽdens, periculosior est, dum videlicet facilè viscosior pars Mercurii ascendere potest. At invenerunt igitur Philosophi talem ignem, quem siccum vaporosum dixerunt, qui aut ex omni parte vas æqualiter calefacit, aut desuper descendit. Ille enim delet aquositatem, eamque suo calore consumit, & partes homogeneas arctius cogit in unum, ex quo bona spissatio & coagulatio sequitur necessario.

Modus ignis debiti.

Signa quibus ignis dignoscitur.

Hic ignis rectè formatus signum præbet atri pulveris, circa massam apparentis; & indies se multiplicantis: si remissior fuerit, in eodem statu permanet materia: si justo major, rubedo quædam ad latera vasis apparet: quod si eveniat, temperandus est ignis, aliâs fusionem in lapide deperdes. Et hoc de igne.

Ponderis ratio.

Pondus est prorsus arbitrarium, neque adeò multum refert. Possunt ad unam fermenti partem de Mercurio adhiberi partes sex, octo, decem, vel etiam duodecim. Quò minus fuerit de corpore, eò penetrantior erit tinctura: celerior autem coagulatio.

Vsus quartus

XV. *MERCVRIORVM E METALLICIS perfectis corporibus confectorum.*

Coagulatio Mercurii corporalis cum simplici fermento Solis.

ACcipe Mercurii Solis partes tres, Auri subtiliter limati partem unam, fac amalgama.

Hanc massam impone in phiolám cum longo collo, locá in cineres, vel arenam, ita ut per tranversum digitum emineat arena supra ventriculum ampullæ: collum verò vitri gossipio obturetur. Da ei ignem secundi gradus: & exacto mense invenies præcipitatum rubeum pulcerrimum. Hic in re medica propemodum idem operatur in corpore humano, in morbis incurabilibus, quod Lapidi Philosophorum adscribitur. Dosis ejus est à grano uno usque ad tria.

Alius modus sed ad Medicinam accommodatior.

Vel: Sume amalgama, & impone tali phiolæ, cujus collum intret ventrem, ad longitudinem articuli digiti, ad latus colloca hoc vas, & contege cum arena, ita tamen, ut in summitate ventris, detecta maneat vitri particula, ad latitudinem dimidii bacii circiter. Da ei ignem secundi gradus, & sublimatur, parsque ejus per calorem supernè iterum deturbatur. Quotidiè autem collum circumgirandum, ita ut quæ pars detecta fuerat, ad fundum vertatur, & fundus ventris superiùs emineat: quò sic possit permanere in continua sublimatione, usque ad ejus plenariam præcipitationem & fixionem. Servatur etiam hoc modo aliquid de fusione, quæ superiore modo deperdi potest. Hic tamen posterior

modus

nodus propriè ad medicinam ſpectat prior autem modus ad
um, quem hîc præcipuè tractamus, uſum, accommodatior eſt.
'ergamus igitur.

Poſtquam per menſis ſpatium Mercurium tuum Solarem vel *Augmentationis ratio.*
unarem præcipitaſti cum ſuo fermento: tunc exime & contere.
'orrò adde ei de Mercurio vulgari purgato, quartam partem: hoc
ſt, ſi materia ponderaret tres drachmas; adde de Mercurio vul-
ari drachmam unam. Rege per omnia per menſem, ſicuti feciſti
ntea: & invenies materiam tuam rubeam auctam: Cui rurſus *Proportio.*
uartam partem ſui (quantum tunc ponderat) adde, & rege per
nenſem. Sicque per Arithmeticam progreſſionem, aſcendendo,
d placitum tuam materiam augere poteris.

De hoc, ſi quid in uſum tuum conferre volueris; accipe partem *Augmentatio.*
liquā, pone in phiolam cum longo collo in arenam, ut antea ſed
ihil amplius de Mercurio adde: & da ei ignem fortiorem uno
radu per menſem, aut viginti dies. Tum verò phiolam obduc *Fixatio.*
ono luto: aut accipe phiolam terream vitreatam confectam de
erra optima: & impone in ignem, ut igniatur: quemadmodum
aſa in igne tenentur in confectione aquæ fortis, donec figatur
omninò, nihilque aſcendat Hanc materiam reduc in cinericio, *Augmenti reductio.*
ut cum borace, & habebis Aurum vel argentum, pro ratione
Mercurii corporalis, & primi fermenti. Reliquam materiam au-
ge, ut prius.

Sequitur

PROCESSVS QVORVNDAM EX ANTIQVIS. XVI.

Ex Mercurio vulgari, & Sole vel Luna.

QVemadmodum in tertio uſu Mercuriorum corporalium dictum eſt, quomodo à currenti forma in tinctu- *Opus ex Mercurio vulgari, & Sole vel Luna.*
ram coagulentur: id etiam hoc loco pari modo omninò intelligendum eſt.

Loco enim Mercurii corporis aliqui per omnia cum Mercurio vulgi purgato fecerunt ſimiliter. Ideoque ne repetamus eadem, remittimus lectorem ad ſecundum modum uſus tertii Mercuriorum corporalium, ubi regimen, colores, ignem, & pondus pertractavimus ſufficienter.

Jam verò tantùm breviter monebimus, in quibus uterque hic Proceſſus à ſe invicem differant. *Differentia hujus operis, & illius, quod in tertio uſu Mercuriorũ corporalium eſt poſitum.*

Primò: alter utitur Mercurio corporali: alter verò Mercurio, è corpore perfecto educto.

Secundò: Hic priùs per ſublimationem Mercurium purgat: Ille verò, quia ex corporibus perfectiſſimis, & à natura ſummè depuratis, Mercurium extrabit, labore purgationis opus non habet.

directè ſurſum tẽdens, periculoſior eſt, dum videlicet facilè viſcoſior pars Mercurii aſcendere poteſt. At invenerunt igitur Philoſophi talem ignem, quem ſiccum vaporoſum dixerunt, qui aut ex omni parte vas æqualiter calefacit, aut deſuper deſcendit. Ille enim delet aquoſitatem, eamque ſuo calore conſumit, & partes homogeneas arctius cogit in unum, ex quo bona ſpiſſatio & coagulatio ſequitur neceſſario.

Modus ignis debiti.

Signa quibus ignis dignoſcitur.

Hic ignis rectè formatus ſignum præbet atri pulveris, circa maſſam apparentis; & indies ſe multiplicantis: ſi remiſſior fuerit, in eodem ſtatu permanet materia: ſi juſto major, rubedo quædam ad latera vaſis apparet: quod ſi eveniat, temperandus eſt ignis, aliâs fuſionem in lapide deperdes. Et hoc de igne.

Ponderis ratio.

Pondus eſt prorſus arbitrarium, neque adeò multum refert. Poſſunt ad unam fermenti partem de Mercurio adhiberi partes ſex, octo, decem, vel etiam duodecim. Quò minus fuerit de corpore, eò penetrantior erit tinctura: celerior autem coagulatio.

Vſus quartus

XV. *MERCVRIORVM E METALLICIS perfectis corporibus confectorum.*

Coagulatio Mercurii corporalis cum ſimplici fermento Solis.

ACcipe Mercurii Solis partes tres, Auri ſubtiliter limati partem unam, fac amalgama.

Hanc maſſam impone in phiolám cum longo collo, loca in cineres, vel arenam, ita ut per tranverſum digitum emineat arena ſupra ventriculum ampullæ: collum verò vitri goſſipio obturetur. Da ei ignem ſecundi gradus: & exacto menſe invenies præcipitatum rubeum pulcerrimum. Hic in re medica propemodum idem operatur in corpore humano, in morbis incurabilibus, quod Lapidi Philoſophorum adſcribitur. Doſis ejus eſt à grano uno uſque ad tria.

Alius modus ſed ad Medicinam accommodatior.

Vel: Sume amalgama, & impone tali phiolæ, cujus collum intret ventrem, ad longitudinem articuli digiti, ad latus colloca hoc vas, & contege cum arena, ita tamen, ut in ſummitate ventris, detecta maneat vitri particula, ad latitudinem dimidii bacii circiter. Da ei ignem ſecundi gradus, & ſublimatur, parsque ejus per calorem ſupernè iterum deturbatur. Quotidiè autem collum circumgirandum, ita ut quæ pars detecta fuerat, ad fundum vertatur, & fundus ventris ſuperiùs emineat: quò ſic poſſit permanere in continua ſublimatione, uſque ad ejus plenariam præcipitationem & fixionem. Servatur etiam hoc modo aliquid de fuſione, quæ ſuperiore modo deperdi poteſt. Hic tamen poſterior

modus

modus propriè ad medicinam ſpectat prior autem modus ad eum, quem hîc præcipuè tractamus, uſum, accommodatior eſt. Pergamus igitur.

Poſtquam per menſis ſpatium Mercurium tuum Solarem vel Lunarem præcipitaſti cum ſuo fermento: tunc exime & contere. Porrò adde ei de Mercurio vulgari purgato, quartam partem: hoc eſt, ſi materia ponderaret tres drachmas; adde de Mercurio vulgari drachmam unam. Rege per omnia per menſem, ſicuti feciſti antea: & invenies materiam tuam rubeam auctam: Cui rurſus quartam partem ſui (quantum tunc ponderat) adde, & rege per menſem. Sicque per Arithmeticam progreſſionem, aſcendendo, ad placitum tuam materiam augere poteris. *Augmentationis ratio.* *Proportio.*

De hoc, ſi quid in uſum tuum conferre volueris; accipe partem aliquã, pone in phiolam cum longo collo in arenam, ut antea ſed nihil amplius de Mercurio adde: & da ei ignem fortiorem uno gradu per menſem, aut viginti dies. Tum verò phiolam obduc bono luto: aut accipe phiolam terream vitreatam confectam de terra optima: & impone in ignem, ut igniatur: quemadmodum vaſa in igne tenentur in confectione aquæ fortis, donec figatur omninò, nihilque aſcendat Hanc materiam reduc in cinericio, aut cum borace, & habebis Aurum vel argentum, pro ratione Mercurii corporalis, & primi fermenti. Reliquam materiam auge, ut prius. *Augmentatio.* *Fixatio.* *Augmenti reductio.*

Sequitur

PROCESSVS QVORVNDAM EX ANTIQVIS. XVI.

Ex Mercurio vulgari, & Sole vel Luna.

QUemadmodum in tertio uſu Mercuriorum corporalium dictum eſt, quomodo à currenti forma in tincturam coagulentur: id etiam hoc loco pari modo omninò intelligendum eſt. *Opus ex Mercurio vulgari, & Sole vel Luna.*

Loco enim Mercurii corporis aliqui per omnia cum Mercurio vulgi purgato fecerunt ſimiliter. Ideoque ne repetamus eadem, remittimus lectorem ad ſecundum modum uſus tertii Mercuriorum corporalium, ubi regimen, colores, ignem, & pondus pertractavimus ſufficienter.

Jam verò tantùm breviter monebimus, in quibus uterque hic Proceſſus à ſe invicem differant. *Differentia hujus operis, & illius, quod in tertio uſu Mercuriorũ corporalium eſt poſitum.*

Primò: alter utitur Mercurio corporali: alter verò Mercurio, è corpore perfecto educto.

Secundò: Hic priùs per ſublimationem Mercurium purgat: Ille verò, quia ex corporibus perfectiſſimis, & à natura ſummè depuratis, Mercurium extrahit, labore purgationis opus non habet.

Tertiò: Mercurii corporum citius coagulantur, quià fuerun
aliquando corpus perfectum: quam Mercurius vulgaris, qui nun
quam antea fuit corpus.

Quartò: Majore in Mercurio vulgi cautelâ opus est in eju
coagulatione: aquosæ enim partes non tam facilè (Mercurio sis
natura implexæ) separantur, quàm à Mercurio corporis, cui pe
artificium accidentariò supervenerunt.

Quintò: ut facilius Mercurius exsiccetur, sumunt quidam Soli
& Lunæ partes æquales: has colliquatas limâ frangunt, & noven
partibus Mercurii miscent. Luna enim suâ siccitate facilius hu
midum Mercurii ebibit. In reliquis æqualiter sese habent.

Sequitur

XVII. PROCESSVS COAGVLANDI AMALGAmata per Spiritum sive Animam Saturni.

Adscriptus Petro Gregorio & Arnoldo.

Causa quibus aliqui ad hũc processum fuerunt permoti.

VIdentes aliqui difficultatem magnam in Mercurii coa
gulatione, & ignem desuper sive supernè regendum
ignorantes: animadvertentes etiam: in Saturno vir
quandam esse, Mercurium vel solo odore & fum
coagulandi: ingeniati sunt modum, quo tenuissiman
& purissimam spiritualem è Saturno naturam clarificatam extra
herent: sicque duplici capistro, fermenti, & animæ Saturni Mer
curium retinerent. Qui modus hac ratione conficitur.

Processus.

Recipe Solis limati, aut foliati unciam unam & Mercurii pur
gati uncias sex: fac amalgama.

Contritio.

Hoc amalgama super marmore benè contere, & conterend
per integrum diem quatuor uncias de anima Saturni permisce

Coctio I.

Hanc materiam impone vasi instar phiolæ, obtege os ejus cum
bono parmo seu filtro, & tabulam superpone. Pone super ignem
lampadis: & singulis septimanis vas bis detege, & si quid ascendit
ad fundum dejice.

Coctio II.

Continua hoc per dies triginta. Postea pone in aliud vas &
rege, & post dies sexaginta invenies nigredinem, postea albedinem

Coctio III.

postea citrinitatem, postea rubedinem. Hunc pulverem impon
in phiolam cum longo collo benè perlutatam, & per dies quinde
cim da mediocrem ignem subtus & suprà: & invenies pulverem
ad supremam sanguineam rubedinem, & perfectam medicinam
deductum, cujus pars una tingit partes crudi Mercurii quinqua

Tinctura.

ginta, quàm velocissimè, in aurum perfectum. Sunt qui hoc opus
ad album, diebus quadraginta: ad rubeum verò, diebus nona-
ginta, perfici asserunt.

Anima Saturni sic extrahitur.

Minio affunde acetum deſtillatum, ut tribus aut quatuor digitis emineat: digere horis viginti quatuor, effunde acetum, fac ut prius: idque ſemper repete, donec ſufficienter de anima extraxeris, ad placitum. Poſtea confunde acetum id omne, & in Balneo abſtrahe, & manet in fundo oleum, quod eſt dulce, & eſt anima Saturni.

Quidam hoc oleo utuntur, idque amalgamati ſuperfundunt: Alii verò abſtrahunt humorem uſque ut ſit materia quaſi Criſtallina, & conteri poſſit. Alii hanc animam toties ſolvunt, rurſusque per aceti abſtractionem coagulant, donec lentiſſimo igne fluat, ut cera. Et hic modus reliquis præferendus videtur.

Finis hujus proceſſus.

SERIES TRACTATVVM HVIVS *Philoſophiæ Chymicæ.*

I. De triplici præparatione Auri & Argenti huic Arti ſummè neceſſaria, vera & non fucata demonſtratio.

II. De vera & recta ratione progignendi Lapidis Philoſophici, ſeu Salis Argentifici & Aurifici, dilucida & ſyncera explicatio.

His adjecti ſunt Canones decem, totius operis Baſim conſtituentes.

CVM

Bernardi G. Penoti à Portu S. Mariæ Aquitani Epiſtola, præfatione, & marginalibus Annotationibus.

SERENISSIMO ET ILLU
STRISSIMO PRINCIPI, MAURITIO
LANDTGRAVIO HASSIÆ, COMIT
Catzenellenbogen Dietz, Ziegenhaim, & Nidda,
Excellentissimo Domino suo Cle-
mentissimo.

IMpudentis profectò, non probi viri, sit (Illustriss. Princeps) aliorum sibi opera vendicare, eaqu pro suis edere. Hujus igitur libri quem SERENT. CELSITUDINI audeo offerre, cùm author no sim: imò is sit alterius, qui ejus partes aliquas ante suum vivis excessum quibusdam viris consecrarit, ne Plagiariu censear, aut temeritatis jure argui possim, ILLUSTRISS. T CELSIT. consilii mei de edendo, deq; illi offerendo libro ra tiones exponere constitui. FRANCKENTALII annis ab hinc plus minus tribus agens, cùm jucundissima fruer consue tudine IOHANNIS BARTHOLOMÆI BURGGRAVII Landtscribæ Nostadiensis, viri Doctrina & pietate orna tissimi, quique scripta mea præsertim Apologiam pro Pa racelso adversus Thomam Erastum, & alios candidatos, ne gantes Metalla quoquo modo parata, humanæ natura prodesse, legerat. Is aliquando à me quæsivit, Num Doctiss. GASTHONIS Claveilibrum adversus THOMAM Era stum legissem. Neganti id mihi, librum ipsum non mod obtulit, sed etiam in perpetuum amicitiæ monumentum dono dedit: ea tamen lege, ut lectum in publicum ederem affirmans primam ejus partem nulli hactenus consecratam. Accepi cum libro conditionem, missisq; aliis omnibus serio lectioni incubui. Et inter legendum Marginales annota tiones addidi. Cumq; ex seria lectione aeprehendissem au thoris animum fuisse, non in tenebris librum abdere, sed omnibus scientiæ filiis ipsum communicare, ut lib. 2. cap. 38. & circa hujus Apologiæ finem author testatur (inquiens) quod

quod si ea quæ prioris quæstionis, & confirmationis stabiliendæ gratia scripsi vobis, qui hæc perlegatis, grata intellexero, de cæteris quoque quæstionibus Deo Opt. Max. favente, luculentius posthac aliquid editurum esse, idque abstrusum magis, & majori admiratione dignum, omniumque utilissimum: & alibi idem author, Forsitan qui hæc perlegent ante aut post obitum nostrum nostri memores erunt. Cùm hæc animadvertissem à quibuscunq; potui typographis percunctatus sum, num typis excusum alicubi scirent. Hoc cùm inficiarentur, eximios tanti viri labores diutius latere, & Chymicæ studiosos eorum lectione privari æquum non esse existimavi. Et est revera hoc nostrum seculum impostoribus plenum, qui nec ipsis Principibus ne dum infimæ sortis hominibus parcunt. Video enim reges, & Magnates ab istis Agyrtis decipi, qui ementitas & sophisticas chymiæ artes, pomposa specie vendentes, illos argento emungunt: unde fit, ut ingens numerus, tum sophistarum, tum sophisticarum fraudum quotidie oriatur, ob quas, ars chymiæ laudatißima, non solùm detrimentum patitur, opprimitur, adulteratur, ipsiq; chymistæ invisi omnibus redduntur, vitam, tempus, sumptusq; in vanas operationes frustra impendentes, sed & in respub. gravißima damna redundant. Ea siquidem est multorum vafricies, ut simulata experientia in chymicis, ficta amicitia, pollicitationibus variis, fraudulenter ab aliis artes expiscentur, easq; sibi vendicent, & venales circumferant, quæ ab aliis magna postea redimuntur pecunia. Expertus loquor: abs me enim ejusmodi nebulones aliquando extortos de chymia manu scriptos commentarios, ingenti postea pecuniæ vi, ut proprios distraxerunt. Pessimum genus hominum. Quodq; si à Magistratu pro merito plecteretur, minus esset fraudium: minus artis discipuli hallucinarentur, breviq; ars vera & syncera ex larvis illis sophismatum emergeret. Ego isti malo, ut pro mea virili remedium afferrem Gastonis CLAVEI *librum in tenebris diutius latere non passus sum,*

edendumq; curavi. Quod ex superioribus annis etiam à me præstitum est, in aliis ejusdem argumenti opusculis quibusdam, quæ dedicare haud veritus sum, SERENISSIMIS ET POTENTIS. PRINCIPIBUS, ELECTORI PALATINO: CHRISTIANO ANHALDINO: ET ERNESTO FRIDER. *Marchioni Badensi, qui tractatus Serena admodum fronte à tantis Principibus excepti fuerunt.*

Cùm verò diu multumq; cogitassem cujus patrocinio uterendum mihi foret, isti ut libro gratiam & authoritatem conciliarem LANDTGRAVIORUM HASSIÆ *familia mihi in mentem venit, quæ cum seculis omnibus Germaniæ Decus, patriæ lumen, Musarum Domus, Religionis propugnaculum fuerit: In eaque excelluerint Heroes illi sanctissimi, parens & Avus tuus, Christiani orbis clarissima lumina: qui hostium Ecclesiæ Tyrannidi toties sese objicere non dubitarunt. Avitarum verò virtutum, heredem te, & possessorem viderem, qui Marti & Minervæ, simul sacra faceres, liberalitateq; erga exteros, omnes Principes facilè vinceres. Idque cum* SEREN. *Angliæ* REGINA *commune haberes, ut omnium gentium, omnium idiomatum probè gnarus, cum omnibus posses absq; interprete colloqui: præterea in omnibus & singulis esses usq; ad miraculum instructissimus. Istam verò Philosophiæ Chymicæ partem sic calleres, ut in ea mortales omnes facilè antecellas, patrocinium istud* T. CELSITUDINI, *non sine ratione committendum existimavi. Tibi igitur (qua par est reverentia) hoc Munusculum (suo tamen sale conditum) Dedico, ut aliquod à me grati animi indicium habeas. Unum est, quod vereri debeam, ne scilicet mihi succenseas, quod sacra nostræ artis mysteria vulgo promiscuè pandere videar. Sed cum omnia ab authore scripta ita esse cogitabis, ut profanos latere possint, Tuæq; CELSIT. iisq; Solis qui ad* PARNASSI *verticem pertigerint, pateant, boni consules, quicquid hic à me factum est. Cæterum si quid posthac te dignum nanciscì potero, id lubens impertiar. Accipe*

(*Princi-*

(*Principum Clarissime*) *quod pro tenui nostra facultate confertimus, & majora deinceps obsequia splendidioresque fructus expecta*: DEUS OPT. MAX. *Tuam* CELS. *cum* SERENISS. *conjuge ad nominis sui gloriam diutissimè superstitet. Vale, Tuerdini.*

CELSITUDINI TUÆ
addictissimus.

BERNARDUS G. PENOTUS A PORTU
S. MARIÆ Aquitanus D. P.

AD AUTHOREM HUIUS Apologiæ.

NAturæ auriferas vires dum tentat Erastus
Inscitiæ jaculis evertere, percitus æstro
Invidiæ, claram illustrat malè providus artem:
Namq; ex parte cavens libro maledicta refellit
Claveus emisso, quo tela retundit Erasti
In caput: Et recipit demptum Argyropœia nitorem.

I. L.

Ad eundem.

Quid liber invicto duce stas? defecit Erastus
Nec potuit fixo sistere in arma pede,
Quid metuis frustra valuis inhiare? recessus
Et loca quæque tibi nobiliora patent,
Magna canis, magni est meriti decorarier isto
Munere: Quis magnos ista decere neget?

Ergò age, luce tua lucens audentior ito,
Principis invicti nomine tutus eris.

I. B. A.

Ad eundem.

Chrysopœia libris Medici damnatur Erasti,
Quam nec dente premat lividiore Thean.
Sed tantæ illatum repulisti dedecus Arti
Compresti rabidas invidiæque faces.
Chrysopœia etenim per te rediviva nitescit,
Iamque viget libris Argyropœia tuis.
Sic feret auratis te in cœlum gloria pennis
Et studii capies præmia digna tui.

Guilielmus Dubroc
Adolescens.

Ad eundem.

Sit tibi nulla licet suscepta ex conjuge proles,
Vivere qua possis, non moriêre tamen.
Auriferas peperisti artes prædivite Musa
Argyropœjæ etiam diceris esse parens.
Hæc tibi perpetuos decus immortale per annos
Addent, legitimæ prolis & instar erunt.

Stephanus Gasconius
Adolescens.

AD

AD LECTOREM,
BERNARDI C. PENOTI A PORTU S. MARIÆ AQUITAN.

Præfatio, in qua omnem totius artis potentiam & efficaciam in duobus consistere verbis ostendit.

NOn est (*amice lector*) *quod refricem diu agitatas illas quæstiones, quibus quæritur: An Ars transmutationum sit vera: cum anno proximè præterito, id gravissimorum virorum testimonius, & authoritatibus, satis superq; probaverim, quum hujus argumenti, plures sint libri editi: Lectores itaq; ad eam remitto præfationem, quam non pridem, ei Dialogo, qui est inter Naturā & filiū philosophiæ præfixi. Ridiculum verò foret, si in præsentia repetitionibus uterer: siquidem Author libri hujus* CLAVIUS *adversus* THOMAM *Erastum disputans, ejusq; argumenta omnia solidè refutans, firmissimis tum rationibus, tum demonstrationibus, (adde & certis experimentis) Artem veram certam & facilem esse ostendit, & confirmat. Quapropter qui authoritatibus & exemplis veritatem Artis tibi probari vis (Lector) hujus* CLAVEI *librum percurre. Sed antequam operari incipias, rerum naturalium causas prudenti consilio perpende, aut nolirem aggredi. Incauti prima fronte hunc librum intuentes, implicabuntur. Tu (Amice lector) magno cum judicio, lege, relege, ora, labora & Deus Mysteriorum autor tui miserebitur. Hoc unum te latere nolo, omnem potentiam & totius artis efficaciam, in duobus consistere verbis, nimirū* SOLVE & COAGULA.

Solutio duplex est, Prior solvit corpora in Mercurium, id quod fit per Mercurium, Et inventa est ad particularia, quam istius libri Author sequitur. Altera verò in aquam Mercurialem, Hæc ad opus universale pertinet. Estque trans-

Solutio duplex.

Solutio per aquam Mercurialem ad e-

Ius universale spectat.

transmutatio quædam corporum metallicorum in ipsorum primam materiam. Quam doctus hujusce operis Author negat fieri posse, & spiritus mineralium fixari cum perfectis corporibus, Raymundoq; Lullio refragatur, illud impossibile, Cujus opinionem non assequor: imò contrarium Authoritatibus plurimorum hujusce Artis virorum probo.

GEBERI opinio digna notatu.

Geber enim in tertia parte perfecti Magisterij capit. 32. de Auro (inquit) Aurum quoq; est Metallorum pretiosissimum, & est tinctura rubedinis, quia tingit, & transmutat omne corpus, calcinatur & solvitur cum utilitate, & sine utilitate, & est medicina lætificans & in juventute corpus conservans. Frangitur facilè cum Mercurio: & odore Saturni teritur. Iupiter & Luna illi in substantia conveniunt.

Summè notandum.

In pondere & putredine, SATURNUS. *Vltimò verò Mars. Et est unum de maximis secretis naturæ. Cum ipso similiter commiscentur spiritus, & figuntur per ipsum maximo ingenio, quod non pervenit ad artificem duræ cervicis & pectoris. Hæc* GEBER. *Ex* SCALA *philosoph. Spiritus congelantur beneficio dissolutionis naturæ fixæ, & corporis, & mixtionis illius, cum argento vivo: Et alius. Fige ergo terram, & aquam, ut aer possit figi in aqua: quoniam si aquã bene occidisti, omnia elementa occidisti, & mortua sunt. Hactenus. De his plura lege in libro qui septem claves Artis insignitur, quem aliquando in publicum edem: unà cum tractatu aquarum Mercurialium, quibus quævis metalla in currentem Mercurium reducuntur: si Æternus Deus Optimus nos superstites voluerit. His interim (Humane Lector) fruere & Vale: Et nostris lucubrationibus fave.*

Libellus qui septem claves artis dicitur inquirendus.

AUT HIC AUT NUSQUAM
EST QUOD QUÆRIMUS.

DEUM TIME,
ET PROXIMUM DILIGE.

ILLU-

ILLUSTRI ET GENEROSISSIMO ATQUE SPLENDIDISSIMO D. IACOBO LAFFINIO REGII ordinis equiti Aurato, Baroni d' Ausbusson,

GASTON DVLCO S.

COgitanti mihi, cui potißimum hos qualescunque labores meos dicarem, De triplici præparatione Auri & Argenti ſine qua opus ad optatum finem perducerè vix licebit veram & non fucata demonſtratio, tu mihi unus omnium occurriſti, qui hoc honore verè ſis dignus. Nam tametſi Illuſtri genere natus, inter arma educatus, pro regij ſtatus defenſione, hujuſq; Galliæ noſtræ, omniumq; ſalute viriliter & ſtrenuè ſemper te geſſeris, atq; impetum aciei Hiſpaniæ inimicæ Lagniaco obſeſſo, cui à Rege præfectus eras, ſuperioribus his annis fortiter ſuſtinueris: nihilominus magno ſemper in honore apud te fuêre literarum ſtudioſi, & arcanorum naturæ perſcrutatores acerrimi, præſertim in Argyropœja & Chryſopœja. Nec laboribus & ſumptibus pepercißti ut ab his, qui callere artem hanc profitebantur, aliquid ſæpius tentatum fuerit: ſcio multos apud te multis annis, tuis multisque ſumptibus plurima expertos fuiſſe, paucos viros probos, plures, qui montes aureos pollicerentur, nihil præſtitiſſe. Quod plærumque apud me condolui. Sed quoniam poſt multos perpeſſos labores, multasq; impenſas factas plerunque proſperum aliquid ſolet occurrere, te eorum, quæ paucis ab hinc diebus in manus meas inciderunt, facere participem, idque etiam, ex promiſſo, mearum eſſe partiũ exiſtimavi, eaq; prælo commiſſo nomini tuo dicare. Quæ ſi tibi grata & accepta intellexero, demonſtrare aliquando reipſa conabor, ſaltem duas prio-

res

res auri præparationes. Quæ licet à nobis apertissimè descriptæ videantur, tamen in opere practico vix ad exitum perducentur, nisi ab eo, qui idem operi conficiendo adfuerit. Bene vale, & ut soles nos amare, ama. Nivernis Calendis Septembr. 1594.

DE TRIPLICI PRÆPARATIONE AURI ET ARGENTI.

Finis Argyropœiæ & Chrysopœjæ.

ARGYROPOEIÆ & Chrysopœjæ finis & scopus est, ut argentum & aurum progignatur. Materiã autem aliquam subjici necesse est, quæ sit potentia proxima ad formam argenti vel auri suscipiendam.

Quæ sit materia in arte ad suscipiendam auri & argenti formam.

1. Hanc materiam esse argentum vivum tam vulgare quã quod reliquis metallis est insitum, evidentissimis rationibus & experimentis quibusdam in Apologia nostra probavimus. Nec repetitione opus, ne tædiosa sit. Id quoque verissimum esse, Illustrissimorum virorum & aliorum testimonia fidem faciunt, qui multã argenti vivi quantitatem in argentum & aurum mutatam oculis conspexêre projecta in ipsũ pauca lapidis Philosophici quantitate.

De forma materiæ proximæ insculpenda.

2. Forma autem hæc, quæ materiæ proximæ insculpenda est, à causa efficiente, de qua paulò post, non est substantialis sed accidentaria, inter quas multum interest. Substantialis enim præcipuam corporis misti seu compositi partem constituit, & est in prædicamento substantiæ, ab eaque mistum corpus denominationẽ accepit. Et unica est in unoquoque corpore suo, & propriè forma dicitur. At forma accidentaria partem corporis non constituit, neque est in prædicamento substantiæ, sed reliquis, nec ab ea corpus mistum nomen habet, & plures uni eidemque corpori accidunt, ut quantitas, qualitas, &c. Et per se subsistere non potest, & semper est in subjecto aliquo & re ipsa vel imaginatione aut intellectu adesse aut abesse potest ab eodem subjecto illæsa forma substantiali, ut sunt qualitates tam primæ quàm secundæ. Forma illa substantialis est actus prior corporis misti, accidentaria, actus posterior. Cum igitur arg vivum & reliqua metalla mutantur in argentum aut aurum forma substantialis illorum non perit, sed sola accidentaria. Et compositum non corrumpitur, sed perficitur. Nõ enim corrumpitur aut compositum seu subjectum, quin aliquid generetur, & nova forma substantialis oriatur. Sed quoniam multos huic opinioni contradicturos præsentio, quod duæ formæ in

Forma substantialis in quolibet corpore unica.

Forma substantialis Actus prior.

Forma accidentalis Actus posterior.

eodem

eodē ſubjecto ſubſiſtere non poſſint, quæro ab iis, an forma ſubſtantialis uvæ immaturæ ſit eadem, quæ maturæ, an diverſa? puto eos reſponſuros eandem utriusque formam eſſe ſubſtantialem: & inchoatam dicere verebuntur. Atqui uva hæc immatura eſt, cùm maturitate ſeu pepanſi perfici poſſit. Ergo perfectio hæc non ad formam ſubſtantialem pertinet, ſed ad accidentariam. At dicent: Quod antea fuit & nunc non eſt, corruptum eſt: Ergo forma prior quæ erat in compoſito, periit, & nunc alia orta eſt. Sic docent, argentum vivum, quod prius erat, corruptum eſſe, poſtquam mutatum fuerit in argentum vel aurum. Quibus concedo, cum mutatū fuerit argentum vivum in argentum vel aurum, mutationem, aut ſi velis corruptionem fieri accidentium priorum, & formam priorem accidentariam interire, & generationem fieri aliorum accidentium, & aliam formam accidentariam oriri in ſubjecto. At non propterea forma ſubſtantialis ſeu actus prior in argento vivo evaneſcit, ſed perſiſtit: Et argentum vivum ſeu compoſitū, quod erat imperfectum, perficitur. In hac autem mutatione argenti vivi tam vulgaris, quàm ejus quod metallis eſt inſitum, in argentum vel aurum, non omnia priora accidentia pereunt. Quæ enim argento, auro & argento vivo propria & communia ſunt, non pereunt, ſed perſiſtunt. Hæc autem ſunt accidentia propria & his communia præſertim auro & argento vivo, illorum videlicet compoſitum ab igne non corrumpi, nec exuri, humido unctuoſo cremabili & urente omnino eſſe expertia, indiſſolubilem eſſe eorum miſtionem in partes ſubſtantiales, eſſe graviſſima, & quæ ſunt alia. Sed quædam tantum accidentia pereunt, quæ non ad formæ ſubſtantialis proprietatem pertinent: ſed accidentariæ ſunt eſſe argentum vivum tenue, liquidum, volatile, & indefinitum, cùm enim non ſit craſſum, ſolidum, fixum & concoctum, definitur & perficitur. Hoc igitur conſtans & ratum eſt, argentum vivum vel vulgare, vel quod metallis imperfectis ineſt, ſola forma accidentaria differre ab argento vel auro, non autem ſubſtantiali. Quæ tamen ſenſu non percipitur per functiones, ſed ratione per intellectum, & quæ exinanitis prioribus formis accidentariis quibusdam, quæ non ad ſubſtantialis formæ proprietatem, ſed accidentariæ pertinent, poſſit argenti & auri functiones omnes exprometre, quæ ſunt: ignibus reſiſtere, omniaque eorundem examina perpeti, ſecundum utriusque naturam.

Perfectio hæc non ſubſtantialem ſed accidentalem concernit.

Qua'is ſit & dicatur corruptio ſi arg. vivum in aurum vel argentum vertatur.

Auri & arg. vivi propria & communia qua.

Accidentariæ arg. vivi proprietates qua.

Satis de materia, quæ eſt in potentia proxima apud artem, & de forma, quam induit, poſtquam ad actum poſteriorem pervenerit. Plura enim in ſuperioribus à nobis editis de his ſcripſimus.

Cauſa efficiens apud hanc artem.

3. De cauſa autem efficiente tractare luculentius conſtitui, ut ſi quid de hac à nobis minus idoneè vel verè traditum ſit, hîc ſuppleatur & ſarciatur.

Efficiens

Efficiens causa est, quæ accidentariam formam ab argento vivo, vel eo, quod metallis est insitum, abolendo, ipsum perficit in argentum vel aurum. Existimaverunt autem plerique solum ignem & calorem externũ causam esse efficientem, quippe quod purgando heterogenea secernat & concoquat. Hujusce opinionis Author est Albertus Magnus lib. de Mineralibus 4. cap. 7 Qui non solum ex metallis, sed ex omni corpore misto triá posse elici corpora putat in hæc verba: Ex prædictis, inquit, omnibus elucescit aliqualiter, secundum quam rationem plurimi Halchemistarum asserunt, de omni corpore elementato tria posse elici corpora, oleum, videlicet, vitrum & aurum. Patet enim ex sæpius habitis pingue quoddam humidũ esse in omni elementato, quod circumfunditur partibus. Quod quia viscolum est, evanescente humido aqueo, distillat ab incenso corpore assato, eo quod per optesin pellitur ab interioribus ad exteriora, in quibus diutius defendebatur ab igne.

Pingue quoddam humidum in omni elementato.

Præterea in omni corpore misto est aliquid humidum, quod est aqueum permistum terreo subtili, ita quod utrumque tenet alterum. Et hoc fortissimè assatum sublimando se in poris corporis interioribus, quorum orificia exteriora clausa sunt per combustionem, quasi per duo se dividit. Magis enim grossum & aqueũ natat in superioribus corporis partibus, & per fortissimum ignem effunditur effusione vitri, & congelatur frigido in vitrum. Magis autem purum sublimatum propter caliditatem fit croceum, & effunditur effusione auri, quod congelatur frigido in aurum. Forsitan quidam in imperfectè mistis metallis hoc experti sunt, sed nihil aliud quàm oleum & operam contrivêre. Minus in argento vivo evenire potest. Tametsi Geber libro summæ perfectionis diuturno igne ipsum coagulari & incrassari tradiderit. Puto autem ne hoc quidem intra triennium fieri posse. Si autem ex imperfectè mistis metallis aurum proliceretur, per corruptionem & generationem hæc mutatio fieret. Atqui non per eas, sed per mistionem, ut in Apologia probavimus, & inferius iterum evidentissimis rationibus confirmabimus, prolicitur.

4. Alii omnia salium, aluminum, atramentorum, & minorum mineralium genera calori igneo adjumento esse voluerunt. Hinc plurima cementorum genera, plurimæ, quas vocant, gradationes ab aquis acribus acerrimis distillatis inventæ sunt. Verùm hæc omnia; cùm non sunt ex materia metallorum, non magis miscentur, quàm ignis solus: nec perficiunt, imò calori subsidio sunt, ut celerius metalla imperfectè mista corrumpantur, & in vitrum vertantur. Absumunt enim humidum & exurunt terreum. Nolim tamen negare ex argento puro sæpius cemento, ex sale communi præparato & vitri quem alcali vocant, expositó, & in corpus redu-

&o.

to, aurum prolici, quod aqua acri separationis imo vasis subsidet. Reiteratione enim operis purgatur argentum & concoquitur, & definitur humidum, nec quod sit optimè mistum, à suo terreo sicco divelli aut secerni potest, & idem siccum terreum, quod actu est candidum, potestate est rubrum, hac coctione fit rubrum, & proprium humidum tingit in citrinum colorem. Verum condimenta hæc omnia piscibus sunt cariora.

5. Sunt præterea, qui causam hanc efficientem à salibus, à metallis imperfectè mistis prolicitis collocârunt, eosque iisdem cementis & gradationibus argento vivo aut iisdem metallis miscere tentaverunt. Hanc mistionem fieri posse non ierim inficias, cùm omnia hæc communem habeant materiam, & contrariis pugnent qualitatibus. Vim autem argentificam aut aurificam habere non puto. Fateor profectò ex sale ab ære & ferro prolicito, misto & oboluto malagmati ex auro, argento, & argento vivo confecto concoctione & reductione aurum augeri quantitate, ut in libro, De recta & vera ratione progignendi lapidis Philosophici, tradidi. Verùm hæc accretio adeò paucæ est quantitatis, ut impensæ superent opus. Si igitur omnes, qui hac tempestate in omnibus hujuscemodi labores & nummos frustra impendunt, me in consiliũ adhiberent, consulerem tantis laboribus & sumptibus esse parcendum, & ut sapere inciperent, nisi miseri & mendici etiam post multos annos esse mallent.

6. Verum & naturale causæ efficientis argentificæ subjectum, aut aurificæ, est argentum & aurum. In aliis corporibus aut rebus frustrà quæritur aut speratur. Ignis est principium generandi & augendi ignis ex alio corpore. Argentum & aurum sunt principia argenti & auri generandi & augendi in proxima materia.

Quodnam sit verum subjectum causæ efficientis Argentum & aurum principia generandi

Et in universum sicut in omnibus omnium specierum seminibus natura vim propriam se ipsa propagandi insevit, sic & in argento & auro sese augendi; tametsi alia mutationis specie, quàm quæ in animalibus & vegetabilibus conspicitur. In his enim causa efficiens primum corrumpit cætera in quæ agit, & tandem idem subjectum mutat & convertit. Argentum autem, & aurum materiæ proximæ miscentur, eamque primo alterant, deinde perficiunt. Hæc autem vis & facultas seu causa efficiens est proprietas quædam, quæ non est ex genere elementorum, nec qualitatũ primarum aut secundarum eorundem, nec ab iis traxit originem, sed sola à forma corporis misti proximè fluxit. Et est extra sensus humanos, nec sapore, nec odore, nec tactu, neque ullo deniq; sensu nasci deprehendi potest, sed sola observatione & experientia, quæ longo usu verè stabilita sit. Itaque ignem, neque arborẽ, neque animal gignere, sed vires & facultates, quæ in unoquoque insunt semine generationis & propagationis authores esse, perpe

tua

Ignis externus causa efficiens adjutrix.

tua observatione deprehensum est. Quod si olim diximus in hisce corporibus inanimis ignem & calorem externum causam esse efficientem, de adjutrice intelligendum non de principe, quæ non aliunde, quàm in argento & auro quærenda investigandaque est. Fatendum tamen est subjectum principis causæ efficientis nec perfici nec perficere posse sine adminiculo & opera caloris externi.

Princeps causa argentum & aurum.

Cur aurum & argentum in natura non agant in argentum vivum & reliqua metalla.

VII. Sed quæri solet: cum vis illa argentifica aut aurifica insita sit argento & auro, & mistione eorundem cum materia proxima perfectionem consummari dixerimus, cur metallis aut argento vivo mista eadem non perficiunt. Non enim argentum vivum auro malagmate mistum perficit argentum vivum: sed hoc igne in vaporem solvitur, qui tamen frigido rursus in argentum vivum redit, aurum autem persistit. Sic plumbum igne liquatum cum argento vel auro non perficitur in argentum vel aurum: sed illud in examine Cineritii cernitur: hæc autem in eodem persistunt. Nec est inutilis quæstio, imò quæ totum hujusce artis arcanum detegit, cujus explicationem qui ignorat, cum in opere practico cæcutire necesse est. Quæstionis solutio hæc est. Forma in unoquoque corpore primum est & præcipuum efficiens in quo vis, facultas & proprietas est occulta per quam agit, sed quæ sola est inefficax ad agendum, nisi qualitatibus primis & secundis tanquam instrumentis instructa sit: non secus ac artifex qui statuam quidem anima effingere potest, at illam lapidi insculpere & oculis conspicuam reddere sine instrumentis reddere non potest. Sic forma argenti & auri insitam quidem habet argentificam & aurificam vim & facultatem ex proprietate occulta, sed quæ est inefficax ad agendum nisi viribus qualitatum armata sit. Itaque argentum & aurum in natura sua non alterata, non agunt in metalla, aut argentum vivum, cum iis miscentur.

Argentum in natura sua nõ alterata non agere in metalla & argentum vivũ.

Existimârunt autem plerique crassitiem argenti & auri causam esse, propter quam proprietatem illam argentificam & aurificam exercere non possint in argentum vivum & metalla. Itaque si in spiritum & consistentiam tenuem reducerentur aurum ex argento vivo & metallis imperfectè mistis generari posse. Sic enim cecinit Augurellius de metallis verba faciens:

Quod si non sobolem educunt, non cætera gelant,
In sese causa est, quod multa spiritus illic
Materia abstrusus, vitam qui porrigit omnem,
Explicat agre ex se vires, nisi vivida virtus
Has hominum promat densa de mole latentes.

Paulò post de auri spiritu subdit:

Denique sic etiam fulvo detentus in auro
Ipse manum cupit artificis, qui vincula solvat.

Et qui

Et qui se propria reddat virtute potentem
Quod si quis properans hunc certis viribus unquam.
Explicet atque diu tepido post incoquat igni:
Continuò aspiciet, visu mirabile vitam
Auro impertiri longo cum semine usu:
Nec deerit quin ex auro sibi procreet aurum.

Geber etiam multis in locis docet reductionem diversorum corporum in minimas partes mistionis & veræ unionis esse causam. Nos autem cum Aristotele dicimus tenuitatem substantiæ corporum non esse principem causam mistionis, sed adjutricem tantum sicuti nec secundas alias qualitates. Mistionis enim veræ hic ordo, hæc est lex. Primum ut miscibilium corporum sit mutuus, & mathematicus contactus; isque in perexiguas partes, hinc ut agant & patiantur invicem, idque æqualibus & pugnantibus viribus. At agunt & patiuntur corpora miscibilia per qualitates primas & principes, quæ sunt calidum, humidum, frigidum & siccum: calidum enim agens in frigidum, & humidum in siccum: sese perimunt. Solæ enim hæ qualitates principes agere & pati mutuo aptæ sunt. Non item qualitates secundæ, in quarum numero sunt tenue & crassum. Sanè tenuitatem substantiæ magnũ qualitatibus principibus agentibus adjumentum ad agendum afferre certissimum est.

Tenuitas substantiæ corporum non princeps sed adjutrix causa.

Mistionis natura, ratio & ordo.

Primæ & principes qualitates.

Sed quemadmodum forma per qualitates primas agit: tanquam per instrumenta, sic principes hæ qualitates per posteriores agunt. Sic ex qualitatum principum contrariarum æquabili conflictu in materia communi, quæ nimirum in perexiguas partes diduci potest, resultat vera mistio & unio diversorum miscibiliũ. Ipsa quidem argentum & aurum viribus caloris & siccitatis minus instructa sunt, quam ut frigiditatem & humiditatem argenti vivi & reliquorum metallorum evincere possint. Crassiores etiam sunt consistentiæ, quam ut eorundem partes subire valeant: Igitur artis partes sunt extensos tantum caloris siccitatis & tenuitatis gradus in argento & auro, eosdem intensiores reddere, ut iis veluti armis vis & facultas argentifica & aurifica instructa accidentariam quandam formam ab argento vivo & reliquis metallis abigat; formæ autem argentificæ & aurificæ convenientem accersat. Sic ex argento vivo & metallis imperfectè mistis, neque alia ratione, fit arte adjutrice verissimum argentum & aurum. Extensio autem qualitatum in subjecto aliquo est acquisitio formæ alicujus accidentariæ per universas partes ejusdem, quæ prius non erat in eodem subjecto aut non in omnibus partibus, ut cum frigida manus in omnibus partibus aut aliquibus tantum fit calida undiquaq;. Intensio autem fit, cùm gradus formæ accidentariæ jam

Forma agit per qualitates primas & hæ per posteriores

Artis partes & officium gradus extensos primarum qualitatum intensiores reddere.

Extensio qualitatum quid.

Intensio qualitatum quid.

jam in toto ſubjecto actu exiſtentis majorem vim acquirit, manente tamen prioris caloris gradu. Tunc igitur intendentur vires argenti & auri, cum coloris, ſiccitatis & tenuitatis ſubſtantiæ in eorum ſubjecto cum actu exiſtentes incrementum ſuſcipient. Et quò fuerint intenſiores eò promptius & acutius forma argentifica aut aurifica aget in materiam poteſtate proximam & plures ejuſdem partes in veriſſimum argentum vel aurum perficiet. Hæc autem intenſio gradus qualitatum in argento vel auro ex eorum diverſa præparatione dependet, quæ tota & præcipua Argyropœjæ & Chryſopœjœ pars eſt. In quam ejusdem artis ſtudioſos omnes conatus, omnemque operam collocare oportet.

Intentio virtũ argenti & auri.

Intentionis effectus.

Intenſio unde dependeat.

Cauſa hæc eſt, quæ nos impulit his noviſſimè editis titulum præſcribere: De triplici argenti & auri præparatione. Scio plures plurimis & ab his diverſis præparationibus uti, quæ ſi ad intentionis gradus qualitatum in argento & auro augẽdos dirigantur, bene quidem. Sed eas, quæ tum authoritate, tum ratione partim experimento nituntur, mox explicare decrevimus. Brevibus tamen & conciſis verbis, ne tanta naturæ arcana & myſteria indignis, impiis & irriſoribus impertiantur.

8. Prima præparatio eſt argenti & auri in calcem reductio. Quæcunque enim calcinata ſunt, hac coctione calidiora, ſicciora & tenuiora evadunt. Exemplum eſt evidens in calce lapidis. Argentum igitur & aurum, quæ imbecillioribus erant viribus priuſquam in calcem redigerentur, & ad agendum invalida erant, calore, ſiccitate, & tenuitate intenſioribus hac calcinatione quæſitis & comparatis ad agendum efficacia redduntur. Calcinantur autem, cùm ex iis fit malagma cum argento vivo quod corio exprimitur: ſic ſupereſt globus ex utroque quod per corii meatus non effluxit. Admiſcetur globo quiddam, quod eſt ex argenti vivi natura (neque omnia in vulgus ratio ſuadet) & trita omnia in vas vitreum conjecta concoquuntur, dum vi ignis argentum vivum, & quod eſt ex illius natura expiraverint relicta calce argenti vel auri in vaſis imo. Toties hæc calcinatio repetenda eſt dum calx in pulverem tenuiſſimum abierit omni luce carentem. Tandem ſal armoniacus prius ſublimatione perfectè purgatus admiſcetur eorum calci rurſusque quater aut pluries ſublimatur, ut majorem etiam caloris, ſiccitatis, & tenuitatis gradum calx acquirat. Sed hic intentionis qualitatum gradus & præparatio cæteris infirmior eſt. Non enim calx metallicam exuit omnino naturam, craſſitiemque illius aliqua ex parte redolet, & igne fuſorio in corpus liquata rediret. Ideirco non omne argentum vivum promiſcuè proficit in argentum vel aurum, ſed illud tantum, vel quod natura concoctum ab imperfecte mixtis metallis arte eductum eſt, vel vulgare, quod à frigiditate & humiditate nimia vindicatum eſt,

Prima præparatio argenti & auri in calcem productio Calcinata fieri ſicciora, tenuiora & calidiora.

Vires caloris, ſiccitatis & tenuitatis intentiores in lapide.

Calcinatio quid.

ſcilicet

scilicet sæpius sublimatum & quasi mortuum lateribus vasis adhærens: deinde vivum & fluidum redditum. Modus agendi est, ut ex tribus utriusvis argenti vivi partibus & unica calcis argenteæ vel aureæ fiat malagma aut mistio, deinde in vas vitreum aptum conjecta imbecillo primum calore, deinde aucto sensim concoquantur. Varios autem subinde videbis utrunque mistum induere colores, dum tandem argenteæ calcis, & argenti vivi mistio colorē cinerum aut subalbidum, aureæ verò rubrum colorem contraxerit, & in pulverem tenuissimum & inpalpabilem utrumque opus abierit. Et mirum est, idem argentum vivum, ex diversæ calcis mistione diversum sub finem coctionis induere colorem. Quod etiam de differenti densitate & gravitate alterutrius magis mirandum est, uti videmus. Calx enim aurea argento vivo concocta, densior & gravior est calce alba ejusdem molis. Mirari autē desinet, qui coloris aut gravitatis differentiā non ab elementis argenti aut auri, nec eorundem qualitatibus, sed à forma ejusdem argenti & auri primum & proximè proficisci prospiciet. Hoc animadvertendum est argentum vivum ex argento arte prolicitum & calci aureæ admistum celerius in aurum coctione perfici. Quod enim magis ad maturitatem accedat, minus resistet calci argenti.

Secunda præparatio. Sal & oleum ex argento & auro.

IX. Secunda præparatio est calcis argenteæ vel aureæ in salem fusilem, atque hinc in oleum reductio: prolicitur autem sola arte, & methodo, qua ex omnibus corporibus mistis calcinatis solet fieri. Primum enim fit lixivium, quod filtro sæpius purgatum calore leni coagulatur. Quod obsidet exhausto aqueo humore, verè est sal aut salis naturam habet, qui sapore deprehenditur, & in omni liquore frigido & humido solvitur, quod calore sicco concreverit. Sed quemadmodum mista corpora diversorum generum & specierum diversis & variis prædita sunt facultatibus, sic & ex iisdem proliciti sales. Itaque ex argento & auro educti vim & facultatem habent argentificam & aurificam, sed quæ longè præstantior & efficacior est, quàm eorundem calx. Hac enim præparatione ab impura fæce vindicantur. Est enim terra purissima, & in naturam quandam igneam devergit & nobilitatur. Et quo plus hi sales filtro purgantur & coagulantur, eò majores vires consequuntur. Sed ut major tenuitas eis comparetur, post multas solutiones & coagulationes in oleum sponte per se frigido & humido loco expositi solvuntur. Rursus calore sicco leni hæc olea coagulantur. Et hæc opera identidem repetuntur, dum calore sicco in posterum coagulari non possunt, sed ut oleum juglandis aut olivarum calido aut frigido loco exposita non concrescant, sed fluida persistant. Hæc olea permista argento vivo vulgari ipsū coctione primum leni, deinde aucta octo dierum spacium perficiunt in argentum vel aurum secundum alterutrius olei naturam.

Salis ex calce argentea vel aurea proliciendi ratio.

Sales extracti efficaciores quàm eorundem calx.

Salis natura.

Sales quomodo in oleum redigantur.

Dosis non nisi experimento discitur. Inest autem oleo huic aurifico alia vis & facultas. Si enim septem unciæ argenti vivi septies perfectè per sublimationem purgati unciæ olei admisceantur, & sæpius detrudatur deorsum, quod sursum vi ignis elatum & concretum fuerit, tandem figetur cum oleo, & in ferventi igne, ut oleum persistet, depositum verò ab igne, ut gelu constringuntur. Hujusce coagulati uncia una in argentum purum conjecta ipsum in aurum purissimum perficiet. Sed argenti quantitas & dosis sola etiam experientia præscribi potest. Quo enim exquisitior vel negligentior fuerit præparatio, eò plures & pauciores argenti partes mutabit. Signum perfectionis tam olei quàm sublimati cum oleo fixi erit, si granum alterutrius in laminam igne candentem projectum sese subitò fuderit, ut cera sine fumo partesque illius internas subierit, & colore argenteo & aureo infecerit, non secus ac oleum papyrum celerrimè penetrat. Hoc oleum est medicina secundi ordinis coagulans argentum vivum, de qua Geber in hæc verba libro summæ perfectionis cap. 26. Argentum vivum, cum fugitivum sit, de facili inflammatione aliqua, medicina eget, quæ subitò ante fugam ejus in profundo illi adhæreat, & illi per minima conjungatur, & illud inspisset, & sua fixione illud in igne conservet, quousque adveniat illi majoris ignis tolerantia ejus humiditatem consumentis, & convertat illud per hoc beneficium in solificum & lunificum verum, id est, aurum vel argentum, secundum illud, ad quod fuerit medicina præparata. Et alibi sic ait: Ex hoc manifestè relinquitur ex quacunque re medicina illius eliciatur, ipsam necessariò debere esse subtilissimæ substantiæ illi adhærentis ex natura sua, & facilimæ liquefactionis, & tenuissimæ, ad modum aquæ, & fixæ super ignis pugnam. Hæc enim ipsum coagulabit & in naturam solarem vel lunarem convertet. Hoc sanè oleum has omnes habet proprietates & qualitates. Quid enim oleo subtilius & purius? Quid magis adhæret argento vivo, quàm argentum & aurum, præsertim aurum? Quid liquefactionis facilioris ipso oleo, quod fluxile est? Quid tenuioris consistentiæ hoc oleo? Quid ipso fixius esse potest, cum ex argento & auro, quæ omnia ignis vim tolerant, effluxerit. Nihil verò aliud edocent Raymundi Lullii scripta, quàm olei hujus ex argento & auro conficiendi rationem, sed alia via. Destillatione enim ex omni genere salium, aluminum, calcanti, minorum mineralium, quin & ex metallis ipsis aquas prolicit, quarum vi acerrima argentum & aurum prius calcinata solvit, hinc lento igne coagulat, & crassiorem efficaciorem harum aquarum partem (quam spiritum quintæ essentiæ appellat) unà cum argento vel auro figi & uniri ait, & in oleum verti, cui deinde admiscet septuplum argenti vivi sublimati perfectissimè purgati & repetita sublimatione figit.

Olei aurifici vis & facultas.

Signum perfectionis olei.

Quid oleo subtilius & purius.

figit. Sed vereor ne harum aquarum ſpiritus figi aut uniri poſſint cum argento & auro, ſeu quod diverſæ ſint materiæ, ſeu quod metallicæ naturæ proportionem exuerint. Idcirco maluimus ſolo igne, ſolum argentum & aurum in oleum mutare. Quod inſciis & inexpertis operoſum, ſcientibus & expertis eſt facilimum. Oleum autem hoc noſtro modo paratum, omnis alterius rei aut corporis externi & ſuſpecti expers eſt, & verum eſt aurum potabile, quod multis morbis deſperatis remedium eſt accommodatiſſimum, ſi vera ſunt, quæ de auro potabili referunt, quæ affirmare non auſim quod noſtræ profeſſionis & Chryſopœjæ artis limites prætergrediantur & medicorum judicio relinquenda ſunt. Sed velint, nolint, certum & experimento à nobis probatum eſt, aurum ſolo igne in oleum verti poſſe, quod nusquam poſthac in aurum rediturum ſit, niſi velut tinctura aurifica argento vivo aut argento puro miſceatur eaque perficiat.

Solo igne ſolum argentum & aurū in oleum mutari.

Aurum ſolo igne in oleum verti poſſe.

X. Tertia & poſtrema auri præparatio (de præparatione argenti reticebo, quòd illa utriusque vires gerat) longè intenſioribus viribus & facultatibus ſuperiores ſuperat. Hac enim præparatione ſpiritus ex auro in ſublime ad latera vaſis proprii igneo calore fertur, non ſecus ac ex lignis fuligo. Qui ſpiritus deinde coctione in lapidem primo album, poſtremo in pulverem rubrum figitur. Hic pulvis eſt verus ſal aurificus & lapis Philoſophicus ſeu tinctura aurifica. Cujus vis & facultas eſt ſola projectione omne cujuscunque generis argentum vivum, omniaque reliqua metalla in aurum perficere. Tantas autem & tam admirabiles vires ſpiritus hic conſequitur, quod hac ſublimatione ætheream atque igneam naturam induit, & omnem impuritatem & terrenam fecem exuit, à qua tanquam à compedibus exolutus argentum vivum ex metallis involat, diducitque, & idem nec non argentum vivum vulgare concoquit, definit, tingit & perficit in aurum ſtatim & unico momento. Quę præſtare non poteſt auri oleum nondum ſublimatum, minus calx auri, nihil autem omnino argentum & aurum in natura nondum alterata. De methodo & ratione evehendi hujusce ſpiritus auri in ſublime multi multa ſcripſere. Nos modum, qui expeditior, facilior, magisque rationi conſentaneus eſt & ex Geberi ſententia narrabimus. Miſceantur olei aurifici unciæ quatuor unciis argenti vivi perfectiſſimè longa contritione, ut in per exiguas partes miſceantur. Conjice miſtam in ampullam vitream, luto obſtructam, & imbecillum primum ei ignem ſubjice, deinde violentum & ſubitum duodecim horarum ſpacio: infrigidatum vas frange, & conſpicies in ſuperiori vaſis parte argentum vivum ſublimatum rubrum. Sublimatum enim argentum vivum ob ſimilitudinem totius ſubſtantiæ trahet ſecum partem ſpiritus aurifici quem ſulphur appellant, Quod veluti ſulphur vulgare co-

Tertia præparatio de extrahendo ſpiritu.

Lapis Philoſophicus ſeu tinctura aut ſal aurificum.

Praxis extrahendi ſpiritū auri.

ctione & ſublimatione tingit argentum vivum in colorem rubri & ex utroque fit cinnaberis, ſic ex hoc auri ſpiritu & ſublimato argento vivo fit ſublimatum rubrum. Quod ſi non totus olei Spiritus conſcenderit, miſce ei quod ſubſederit vaſis imo novum argentum vivum ſublimatum & rurſus ſublima, & hæc eadē operā repete, dum totum ferè oleum in ſpiritum ſurſum feratur. Dixi, ferè, fæces enim quædam impuræ ſubſidebunt, quæ ut inutiles abjiciendæ ſunt. Hi auri ſpiritus, & argenti vini eſt vera lapidis noſtri Philoſophici materia proxima, quæ ſola coctione figitur, & in ſalem ſpiritualem fixum vertitur iis caloris gradibus, quos præſcripſimus poſteriori noſtro libello, de recta & vera ratione progignendi lapidis Philoſophici, ad quem lectores relegabo.

De accretione calcis, olei & lapidis Philoſophici.

XI. Supereſt paucis perſtringere de accretione calcis argenteæ vel aureæ, olei argentifici vel aurifici vel lapidis aurifici.

Methodus augmantationis.

Cum primum igitur calx argenti vel auri in ſeſe mutaverit argentum vivum ex metallis imperfectè mixtis eductum, vel argentum vivum perfectiſſimè prius purgatum & ſublimatum, rurſus calcinanda eſt, eiq, admiſcendum novum argentum vivum ab imperfectè miſtis metallis prolicitum, aut ſublimatum vulgare, & coctione prioribus caloris gradibus obſervata figenda. Nec diſſimili ratione ſublimatum argentum vivum fixum cum oleo argenti vel auri augetur quantitate, ſi calcinetur & in oleum vertatur, atque rurſus novum ſublimatum admiſceatur, & coctione figatur. Sic & de accretione lapidis Philoſophici in ſola quantitate judicandum eſt, non ſecus ac grana frumenti ſata augentur & propagantur in infinitum. Nec mirari quemquam oportet, ſi eandem materiam eſſe dixerimus accretionis calcis argenteæ & aureæ, quam & olei & lapidis Philoſophici, ſcilicet argentum vivum è corporibus imperfectis eductum aut vulgare ſublimatum. Pluribus enim diverſarum ſpecierum ſeminibus in terra jactis unicum eſt alimentum quo creſcunt & propagantur, & unaquæque ſpecies ſeminis attrahit in ſeque mutat alimentum. Sic & alimenta eadem vertuntur in corpora diverſarum ſpecierum animalium, quæ ea depaſcuntur. Sic argentum vivum præparatum, eſt veluti alimentum tam calci argenteæ vel aureæ, quam utrique oleo vel lapidi Philoſophico. Et cui accreſcit, illius naturam & ſubſtantiam & formam induit, tametſi vegetabilium & animalium alimenta, per eorum corruptionem & generationem mutentur: argentum autem vivum per miſtionem.

Argentum vivum præparatum hic velut alimentū.

Augmentationis vis.

Sed non ſola quantitate lapidis noſtri Philoſophici moles accreſcit, verum etiam eadem viribus & facultatibus ſimul, ſcilicet ſi lapis Philoſophicus jam in lucem editus rurſus in oleum ſolvatur, quod rurſus addito ſublimato novo argento vivo violento & præcipiti igne evehatur in ſpiritum, qui rurſus prioribus caloris gradibus

dibus ſenſim figatur. Et quo pluries iterabitur opus, eo plus incrementi molis & virium ei accedet. In hoc ordine ſolutionis ſublimationis & fixionis compleri ait Geber arcanum, quod eſt ſuper omne arcanum ſcientiarum totius mundi, & theſaurum eſſe incomparabilem. *Cautela.*

XII. Id quoque reliquum eſt, ſcilicet ut evidentiſſimis demonſtrationibus probemus, mutationem argenti vivi tam vulgaris, quam ejus quod metallis eſt inſitum, fieri per ſolam miſtionem non item per alias mutationes, & paulo uberius de eadem miſtione differere, quàm in ſuperioribus à nobis editis. Multa enim ſunt, quæ adverſus hæc dici poſſunt. Primum enim omnis mutatio eſt aut in ſubſtantia, & appellatur ortus & interitus, ſeu generatio & corruptio: aut in qualitate, quæ vocatur alteratio, vel in loco, quę propriè motus eſt, non autem mutatio. Igitur ſub aliqua harum mutationum ſpecie ſaltem trium priorum mutatio fiet argenti vivi, & reliquorum metallorum in argentum vel aurum, non autem per miſtionem. Præterea cum dixerimus, aurum in calcem reductum, rurſus fuſione in aurum redire poſſe, hujusce mutationis ſpecies erit alteratio. Quod autem augeatur calx illa additione argenti vivi erit accretio. Deinde cum vertetur aurum in calcem, calx in ſalem, ſal in oleum, oleum in ſpiritum, rurſus ſpiritus in calcem, hæ omnes mutationes dicentur ſub generationis & corruptionis ſpecie contineri. His & ſimilibus, quæ objici poſſunt reſpondemus ex Ariſtotelis & cæterorum omnium Philoſophorū auuthoritate, miſtionem eſſe, & ſub mutationis genere contineri & ab aliis ſpeciebus differre. Quod ut perſpicuè magis intelligatur, animadvertendum eſt hæc in miſtionibus & miſtione convenire & concurrere, quæ non omnia in cæteris mutationibus conveniunt, nec concurrunt. Primum ut quæ miſcentur, actu & per ſe ſeparata ſint, & ſubſiſtant priusquam miſceantur. Hinc ut communis eorundem ſit materia. Deinde, ut ſe tangendo & cum miſcentur, agant & patiantur invicem per qualitates principes contrarias. Item ut in miſtione neutrum corrumpatur aut pereat, nec ſeſe perimant, ſed utrumque alteretur, & agentis & patientis vires utrinque infringantur, & ad certum temperamentum reducantur, ut hinc argenti & auri forma proſiliat, agentis autem ſubjectum perficiat, patientis patiatur. Poſtremò, ut ex miſtis alteratis conſurgat corpus unius formæ naturam utriusque redolens, quod tamen nec agentis nec patientis ſit ſubjectum prius, ſed tertiū quiddam. Idcirco definit Ariſtoteles miſtionem eſſe miſtilium alteratorum unionem. Quæ omnia de vera miſtione intelligenda ſunt. Licet autem de ſimplicium corporum miſtione, ex qua miſtum corpus oritur, videatur dixiſſe Ariſtoteles, habere tamen maximè locum in miſtione ſeminis noſtri argentifici & aurifici & argenei

Mutationem argenti vivi & imperfectè miſtorum metallorum per ſolam miſtionem fieri, non autem per alias mutationes.

Mutatio in ſubſtantia.

Mutatio in qualitate.

Motus non propriè mutatio.

Alteratio quo reſpectu.

Accretio.

Mutatio.

Miſtionis proprietates.

Miſtio Ariſtoteli quid.

vivi, & metallorum, quæ jam mista sunt corpora manifestum est. Primum ea omnia per se actu separata sunt, & subsistunt ante eorum mistionem. Communē etiam habent materiam. Sunt enim omnia argentum vivum, sed aliud alio est perfectius: imo accidentariis tantum formis differre probavimus. Contrariis etiam pugnant qualitatibus. Semen enim calidum est & siccum, argentum vivum & metalla, frigida & humida, si non actu saltem potestate. ut de medicamentis dicunt medici. Itaque cum se tangunt & miscentur, agunt & patiuntur invicem. Tenuitate etiam & crassitie essentiæ sunt contraria: semen tenue est, ut vim habeat subeundi partes argenti vivi & metallorum, hæc verò crassissima, ut in hac qualitate metalli naturam retineat. Præterea in mistione neutra corrumpuntur, nec pereunt, nec sese perimunt, sed utrumque alteratur. Post perfectam enim mistionem tinctura seminis argentifici & aurifici conspicitur in argento vivo aut metallis mutatis, hæc autem mutata permanet argentum vivum, ut ante mistionem sed definitum & concoctum. Sed & metalla mutata in argentum vel aurum, metalla permanent nec in mutatis illis genus metalli perit. Porro infringuntur vires & facultates tam seminis seu tincturæ agentes, quàm argenti vivi & metallorum patientes & resistentes, sed illud agendo perficit, hoc patiendo perficitur. Postremo, quod ex hac actione & passione consurgit mistum corpus, nec est semen aut argentum vivum, aut metallū tale, quale ante mistionem: sed tertium quoddam, scilicet argentum vel aurum quod unicam habet formam substantialem & accidentariam scilicet argenteam vel auream. Et tertium hoc corpus naturam utriusq; quodammodo redolet. Hæc autem omnia in cæteris mutationis speciebus non convenire, sensus demonstrat, Quę enim generant & corrumpunt, & quæ generantur & corrumpuntur actu quidem per se subsistere possunt ante generationem & corruptionem, ut ignis & lignum, at illorum non est communis materia, sic nec animalium, nec alimentorū, quæ in eą mutantur: cum autē sese tangunt, ignis in lignum & animalia in alimenta agunt, & nihil patiuntur, lignum autem & alimenta patiuntur tantum, nec resistunt aut reagunt. Quod si in agentibus illis repassionem aliquā admittamus, ipsa solo hoc tempore induceretur quo agunt: Cessante autem repassione ad pristinas vires redibunt, ut calor animalis agendo in alimenta aliquid repatitur, peracta autem coctione pristinas vires induit. Præterea quod corrumpitur perit omnino, & ex ente fit non Ens. Quod item generatur nō præexistebat, & ex non Ente fit ens. Lignum enim quod ustione fit ignis, corrumpitur, & generatur ignis. Et fit, ut dicunt, resolutio omnium accidentium ad materiam primam, neq; aliquod accidens conspicitur in genito, quod erat in corrupto, priusquam corrumperetur.

Communis omnium metallorum materia.

peretur. Quapropter non dicimus lignum miſceri igni. Nec in utraque generatione & corruptione vires aut qualitates generantis aut corrumpentis & corrupti & geniti utrinque infringuntur: ſed illæ permanent, hæ pereunt. Nec ex actione corrumpentis & generantis fit tertium utriusque naturam redolens, ſed vel corruptum mutatur omninò in generans, ut lignum in ignem & alimenta in corpus animalis, vel, ſi vires ſint æquales, utrunque perimitur & tertium generatur, quod ab utriusque natura eſt alienum, ut in ſimplicibus corporibus cum ex aqua & igne reſolvuntur in fumum & cineres, fit aer, & in miſtis cum ab igne. Hæc enim reſoluta pereunt, nec priorum accidentium quidquam manet. Eadem differentiæ eſt ratio in ea mutationis ſpecie, quæ dicitur augmentatio, ſeu accretio, & in animalibus & vegetabilibus etiam nutritio, à mutationis ſpecie, quæ dicitur miſtio, quatenus ejus quod auget aut nutrit ſpectatur mutatio. Corrumpitur enim & quædam partialis generatio dicitur, ſed quod augetur aut nutritur aut imminuitur idem permanet corpus poſt accretionem, nutritionem aut diminutionem, quod præexiſtebat. Diſcrimen autem inter alterationem & miſtionem eſt, quod qualitates quæ alterant, ſunt accidentia & nuſquam per ſe ſeorſim ſubſiſtere poſſunt, ſed ſemper ſubſtantiis inhærent: idcirco non miſcentur. At quæ miſcentur ſubſtantiæ ſunt ſeparatæ, & ſeorſim ſubſiſtunt, ut ſemen argentificum vel aurificum & argentum vivum, & metalla imperfectè miſta. Vera enim miſtio eſt corporum, at temperamentum ſolarum qualitatum. Quod autem de argenti & auri accretione diximus, cum eorum calx miſcetur argento vivo, ex imperfectè miſtis metallis educto, aut ex vulgari paululum à frigiditate & humiditate arte vindicato, non eò pertinet, ut de vera accretione intellexerimus, in qua idem corpus permanet poſt accretionem, quod præexiſtebat, ſed quoniam hæc calx parum abeſt ab argenti & auri natura, & in ipſa quidem igne fuſorio rediret, ſed fragilia aliquatenus eſſent, propter humoris quidpiam exhauſtum in calcinatione, quæ tamen facilè ductilia fierent, injecta argenti vivi ſublimati pauca quantitate in ipſa liquata. Sed etſi concedatur, mutationem hanc aliquam eſſe accretionis ſpeciem, tamen magis ad miſtionem pertinet, tum quod calx per alterationem diverſam quandam habet naturam, vires & qualitates ab argento & auro non alteratis, tum quod argentum vivum in miſtione cum hac calce non corrumpitur, ſed perficitur, & ex amborum miſtione reſultat quoddam tertium, quod neque calx eſt, nec argentum vivum, ſed pulvis qui fuſione liquabitur in argentum vel aurum. Idem autem pulvis coctione longiori & vehementiori, priusquam liquetur, calx fieri poterit. Quin ex iiſdem omnino rationibus, quæ de accretione utriusque calcis & olei in ſola

Alterationis & miſtionis diſcrimen.

Miſtio ſubſtantiarum: alteratio accidentium.

Vera miſtio quid.

Vera accretio quid.

Etiam calcis cum argento vivo accretio, non propriè accretio ſed miſtio.

quantitate vel lapidis philosophici aut salis aurifici in quantitate & viribus simul diximus, magis ad mistionem, quam accretionem pertinent. At quæ mutatio est argenti vivi & reliquorum metallorum, in argentum vel aurum, per auri oleum aut lapidem philosophicum verius & conspicuè magis per mistionem fieri dicitur. Oleum enim & lapis Philosophicus longius ab argenti & auri natura absunt, quam calx. Quod si mutationis eorum, quæ miscentur, trahenda sit ratio, priusquam misceantur, concedendum est mutationem argenti vel auri in calcem, oleum aut lapidem Philosophicum esse alterationem tantum. Quemadmodum si argenti vivi & reliquorum metallorum mutatio in argentum & aurum seorsim & sine mistione sola, cogitatione comprehendatur sola erit alteratio. Sed post mistionem perfectam non erit utriusque sola alteratio, sed diversorum alteratorum unio sub unica misti forma.

Oleum & lapis Philosophicus longius ab argenti & auri natura quam calx.

His addam quæ ad mistionis tractatum pertinent, quæ etiam alio loco dicta sunt, scilicet æqualitatem oportere esse contrariarum qualitatum principium eorum quæ miscentur, sc. seminis argentifici aurifici & argenti vivi, & metallorum imperfectorum. Quam æquabilitatem non magnitudine molis aut pondere metiri licet, sed potestatis vi efficienti. Quod dilucidius demonstratione explicandum est. Corpora stateris pendere posse nemini est dubium, & quæ plus minusve pendent, oculorum id judicio discernere. At qualitates primas, scilicet calidum, frigidum, humidum, & siccum, quæ iisdem corporibus insunt, stateris librare est impossibile. Sed quantæ fuerint, sola potestate & efficiente judicatur. Itaque subjectum corpus tam causæ efficientis, id est, argentum & aurum, aut quod ex his alteratum est, quàm patientis, id est argentum vivum & metalla, trutina perpendere licet, eorundem verò qualitates nequaquam. Cùm autem eadem causæ efficientis & patientis subjecta miscentur, nõ est necesse ipsa ejusdem esse molis & põderis. Nam & substantiæ quatuor simplicium corporum, id est, elementorum cum miscentur, ut ex iis mistum oriatur, non sunt æqualis ponderis aut molis. Plus enim terreæ substantiæ inest auro, quod ex gravitate dignoscitur, quàm aqueæ, minus aereæ, quàm harum, minus autem igneæ quam reliquarum. Sed tam simplicium corporũ quam mistibiliũ, quę rursus miscentur, qualitates contrarias gradibus æquales esse oportet, ut eadem subjecta ad temperamẽtum reducantur, ut putà si calx, oleum, aut lapis philosophicus uno gradu sint calida, sicca & tenuia, uno etiã gradu argentum vivũ vulgare, aut metallis insitum, frigidum, humidum & crassum esse oportet. Si illa pluribus gradibus caloris, siccitatis & tenuitatis intensis, validiora sint, pluribus etiam hæc gradibus contrariarum qualitatum æqualibus tamen pugnare

Quomodo intelligatur æqualitas contrariarum qualitatum in mistu.

necesse

neceſſe eſt. Hoc temperamentum non ponderis ſed Juſtitiæ ſolent appellare medici, ex ſubjecti tamen patientis mole & quantitate graviori vel leviori qualitates ejusdem majores aut minores erunt in extenſione, non autem intenſione. Ut putà ſi argenti vivi unius unciæ gradus frigiditatis ſit unus, unciarum duarum duo erunt gradus, ſi trium tres, & ſic deinceps. Aliter autem ſe res habet in ſubjecto cauſæ efficientis. Ex varia enim ejusdem præparatione, qualitas caloris, ſiccitatis & tenuitatis, etiam in uno unius molis & ponderis ſubjecto plus minusve intendi poterit, idcirco unius unciæ lapidis philoſophici longè plures & intenſiores ſunt gradus qualitatum agentium, quam unius unciæ olei, & hujus quàm uniuſ unciæ calcis Ut autem juſta ſit proportio utriuſque ſubjecti agentis & patientis ſupponatur ſubjectum agens, ut calcem auri pondere unciam, caloris autē ſiccitatis & tenuitatis gradus hujusce unciæ eſſe tres, patientis verò ſubjecti ut argenti vivi unius unciæ gradum unum eſſe contrarium qualitatum. Miſcenda erit una uncia calcis tribus unciis Argenti vivi. Tot enim erunt gradus qualitatum agentium in unica uncia ſubjecti agentis, quot patientium in tribus unciis ſubjecti patientis. Quod ſi unicæ unciæ ſubjecti agentis centum, vel mille vel plures vel pauciores eſſent gradus qualitatum agentium, miſcenda eſſet hæc unica uncia centum vel mille vel pluribus vel paucioribus argenti vivi unciis. Sic igitur æſtimanda eſt æquabilitas qualitatum contrariarum. Sed hujusce proportionis certa non poteſt tradi regula: Sola experientia & oculorum judicio decerni poteſt. Neque tamen quod dixerimus calcem, oleum, aut lapidem Philoſophicum intenſis qualitatibus caloris, ſiccitatis & tenuitatis præpollere, exiſtimandum eſt ipſa à temperamento receſſiſſe. Id enim comparatè dictū eſt, ſi argenti vivi & metallorū imperfectè miſtorum qualitatibus comparentur. Alioqui illa abſolutè & ſimpliciter accepta temperatiſſima ſunt & æquales omnes illorum qualitates & vires: idcirco ab igne non diſſolvuntur: hæc verò ob intemperiem diſſolutioni ſunt obnoxia, niſi ad temperamentum argenti vel auri reducantur & perficiantur beneficio miſtionis illorum.

Temperamentum nō ponderis ſed juſtitiæ Medicis quid. Extenſionis & intentionis differentia.

Iuſta proportio agentis & patientis.

XIV. Illud quæri poteſt, An ex imperfectè miſtis metallis poſſit prolici calx, ſal, oleum, & ex oleo ſpiritus ſublimari & figi ut ex argento & auro fieri diximus. Et an eadem, miſto argento vivo, & metallis imperfectè miſtis, poſſint ea ad temperamentum reducere & perficere. Sanè illa prolici poſſe eadem arte, qua ex argento & auro, certum eſt. Sed ad temperamentum imperfecta reducere & perficere, eſt impoſſibile. Cauſa eſt, quod in ſolo argento & auro vis ſeu proprietas argentifica & aurifica inſita eſt à natura, quæ à ſola forma proximè proficiſcitur. Hæc quæ de miſtione diſſeruimus, paucos aut neminē animadvertiſſe video, quibus tamen ignoratis

An ex metallis imperfectè miſtis arte prolicita vim argentificā aut aurificam habeant.

Sola vis ſeu proprietas argentifica & aurifica inſolo arg. & auro inſita.

Metalla alterata miſceri & uniri ſubiecto ſuæ efficientis cauſæ.

ignoratis aut prætermiſſis, haud facile erit adverſariorum argumenta, hanc artem oppugnantia, eluere, & operi practico manum admoventes neceſſe erit, velutr cæcos incedere. Quæ enim adverſus artem hanc afferuntur argumenta, ſimilitudine mutationum, quæ conſpiciuntur in animalibus & vegetabilibus, nituntur, quæ corrumpuntur, generantur, augentur, uut alterantur. At Argentum vivum, aut imperfectè miſta metalla nec corrumpuntur, nec generantur, nec augentur, ſed alterata miſcentur & uniuntur ſubjecto cauſæ efficientis, & perficientis Argentificæ aut Aurificæ.

DE RECTA ET VERA RATIONE PROGIGNENDI LAPIDIS PHILOSOPHICI, SEV SALIS ARGENTIFICI ET AURIFICI.

DILVCIDA ET COMPENDIOSA explicatio.

Materia auro & argento proxima, ſive ſemen auri, eſt argentum vivum.

SAtis, ut opinor, diſputatum eſt à nobis in utramque partem in Apologia noſtra, an Argyropœia & Chryſopœia eſſet ars vera, nec ne: præterea evidentiſſimis rationibus confirmatum eſt, materiam argento & auro proximam, ſive ſemen auri, aut quod ſeminis argentei aut aurei vicem gerit, eſſe arg. vivum, tam vulgare, quàm quod reliquis corporibus metallicis ineſt: quodq, ſola egeat perfectione, à cauſa efficiente & perficiente, in Argyropœia & Chryſopœia. Hanc autem cauſam efficientem præcipuam diximus eſſe Argyrogoniam & Chryſogoniam, ignem verò externũ adjutricem: ſed perfunctoriè quidem de utraq; cauſa efficiente à nobis eſt diſputatum. Quum autem argyrogonia & chryſogonia, ut cauſa efficiens præcipua, præſtantior & nobilior ſit materia, quàm ſit ipſa eadem quam informat & perficit, nec illam natura perfecerit, ſed tantùm inchoatam reliquerit, Artificis manum veluti miniſtram expectat: De illa inquam, luculentiùs diſſerere & definire, quàm in Apologia noſtra, apud me conſtitutum eſt ut ſtipulationi à me ſponte contractæ, ſub finem ejusdem Apologiæ, aliqua ex parte ſatisfaciam.

Cauſa efficiens eſt argyrogonia & Chryſogonia.

Ignis cauſa adjuvans externè.

Materia à natura inchoata & imperfecta reliqua, artificis manum requirit, ut perficiatur.

Chryſogoniæ & Argyrogoniæ inveſtigatio, faciles labores

Hoc autem eo lubentiùs aggredior, quod videam plerosque labores multos atque infinitos, non ſine magnis ſumptibus impendere, experiendo quæ paſſim & ut plurimum ſine ratione, ſcriptis tradita ſunt ab his qui artem hanc profitentur, & tandem ex tantis laboribus nihil aliud quam verſuram facere. Quorum omnium

omnium me miseret, eosque à via aberrantes, in rectam revocare officiosum esse putavi. Ex tantis enim laboribus nullos & facilio-res, & minorum sumptuum demonstrabo, quàm qui in quærenda vestigandaque argyrogonia aut chrysogonia (quam nunc lapidem philosophorum, aut salem argentificum aut aurificum appello) à viris bona fide impensi sunt, aut impendentur. Quocirca, ut in Apologia diximus, in hujusce salis aurifici investigatione, cæteris omnibus explosis, Chrysopœiæ studiosos omnem operam collocare oportet.

bores, & parvos sumptus requirit.

Sed ne frustrà in ipsius investigandi & perficiendi ratione laborare videamur, propiùs quærendum est cur salem aurificum nominemus, cur etiam hac vi aurifica præditus, argentum vivum vulgare, aut quod metallis inest, in verissimum aurum perficiat. Hæc igitur est ratio & causa. In omni corpore mistò, quatenus sola mistionis ratio habetur; plures & variæ substantiæ, artis ministerio, proliciuntur, quæ generaliter in duas secantur, scilicet in humidam, & siccam, quod ex aqua & terra earum materia potissimum constet, quamvis ignis & aeris substantiis etiam constent: sed humida substantia veluti aqua in vaporem aut exhalationem, igne agente, rarescit, & elevatur: sicca verò substantia velut terra subsistit & fixa est. Rursus utraque substantia bifariam distribuitur. Quæ enim humida est, altera est aquea, aquæ qualitates referens, scilicet frigiditatis & humiditatis: altera aerea seu oleaginea, aeris qualitates referens, scilicet humiditatis & caloris: quin & utraque tenuitate & crassitie distinguitur: quæ enim plus terræ obtinet, crassior est, quæ minus, tenuior: non enim pura est aquea substantia, sed etiam aliorum elementorum, scilicet aeris, & ignis substantiâ constat. Sicca etiam in puram & tenuem & impuram & crassam secernitur. Pura enim & subtilis salis naturam & nomen obtinet, partim terræ qualitatem, scilicet siccitatem, partim ignis, scilicet caliditatem referens: Impura verò & crassa est veluti reliquarum substantiarum fæx, quæ calore igneo excellente in vitrum mutatur. Has omnes substantias varias reipsa facilimè secerni conspicimus è corporibus debilioris mistionis, quæque heterogeneis constant partibus, ut lignis, ægerrimè verò è corporibus uniformis mistionis, quæque similaribus constant partibus. Quum enim exuruntur, exsudat humor quidam alimentarius, qui aqueus est & tenuis: abolitâ flammâ, in carbone continetur partim aquea, partim oleaginosa substantia, sed utraque crassior: secretis his substantiis, reliquus est cinis, ex quo per lixivium educitur & percolatur sal: calore enim agente, aqua lixivii in vaporem abit, & quod in vasis subsidet terreum, gustu salsuginosum esse deprehenditur. Educto autem sale, qui superest cinis, ille est, qui in vitrum liquatur, calore igneo agente. Hunc cinerem,

Cur lapis Philosophicus sal aurificus appellatur.

Ex corporibus mistis plures substantiæ arte proliciuntur.

Corpus mistũ ex humido & sicco constat.

Humidum duplex, aqueũ & oleagineũ.

Siccũ duplex, purum, ut sal: impurum, ut fæx.

Corpora heterogenea & debilioris mistionis facilè in varias separantur substãtias.

Terrà mortua.

cinerem, per translationem, terram mortuam & crassam appellant; quod nullis prædita sit facultatibus. Reliquas verò spirituosas, tenuissimæ essentiæ, & veluti vivas, quod admirabiles agendi facultates obtineant. At verò harum omnium efficacissima est

Salis substantia omnium efficacissima.

salis substantia, seu agendi facultatẽ spectemus: est enim sal igneæ naturæ, ob calorem præsertim, ut qui igne diuturno & vehementi proliciatur: seu patiendi potestatem consideremus, est enim terreæ naturæ quæ vi ignis non superatur: seu tenuitatem substan-

Sal tenuis est substantiæ. Penetrat partes solidas.

tiæ ejusdem salis intueamur, quod à fæce terrea impura & crassa vindicatus sit: idcirco penetrat & subit partes solidas. Hæc igitur est causa propter quam solo sale aurifico egeamus. Quippe quod in illius substantia insita sit vis & facultas ignea, quæ arg. vivi indefinitam humiditatem coërcet, & temperat, terrea item & fixa,

Arg. vivum præcipitatũ. Sal aurificus figit argentũ vivum.

quæ eandem sistit, inspissat & figit, metalla quoq; reliqua in aurum perficit: tandem verò eadem aureo intrinseco colore fixo tingit: sal enim est terra purissima, & corporum omnium mistorum color est ex terreo purissimo, subtiliter misto & unito, hinc appellata est hæc ars Alchimia: ἅλς enim Græca voce sal est, & χυμεία fusio: quasi finis hujusce artis non sit alius, quàm docere qua via & ratione sal aurificus fusilis conficiatur: Quod Chrysippus Fanianus assecutus videtur. Experimento autem didicerunt ejusdem artis authores, magnam vim sali inesse. Aqua enim acris quæ distillatione à sale petræ & calchanto arte prolicitur (quæ nihil aliud est quàm subtilitas eorundem) argentum vivum concoquit, & in colorem subcroceum, calore agente sistit, quem præcipitatum vocant: at non figit perpetuò, quod aqua fixa non sit: sed pulvis seu sal noster aurificus, quum omnem vim ignis toleret, nec minus, imò valentius quàm aurum eidem resistat, perpetua fixione figit argentum vivum, ut in posterum ab ignis vi tutum sit, nec rarescat nec in vaporem abeat: nec mirum est tantam vim huie

Natura salis aurifici est spirituosa & ignea. Effectus ignis.

sali inesse, quippe quod ab ignava, imbecilla atque humida natura, nec non & crassa, terrea atque impura vindicatus, in spirituosam & igneam naturam nobilitatus sit: & quum in eo dominium ignis habeat, celerrimè penetret, & argenti vivi partes intus subeat, & in impuris metallis effectus ignis producat, qui sunt, purgare, heterogeneas partes excernere, humidum interminatum definire, & ad æqualitatem reducere, atque iis de causis reliqua metalla in aurum perficere: hinc magnus apud Medicos usus est salium,

Sal ex ære & ferro eductũ, argentum in aurum mutat. Praxis.

quos propterea in tanto simplicium variorum acervo, in remediorum compositionibus, iis uti quis non scit? Quid? nonne qui sacris his initiantur, norunt vi salium ex ære & ferro arte prolicitorum argentum purgare, & indefinitum illius humidum definire, & in aurum verissimum perficere? Conficitur enim malagma ex auro & argento, cum emendato argento vivo, & exprimitur

in corio

in corio pars argenti vivi, quæ perfluit, & qui relictus est globus, his salibus chrysocollâ abditâ, obvolvitur testaceo in vase hinc primum imbecillo calore, deinde paulatim aucto concoquitur, & tandem vehementiori igne liquatur: quod imo vasis testacei subsidet, regulum appellant, & est massa quædam solida, quæ regio, scilicet calenti, examini exposita purgatur, & quod supereſt totum est aurum: sic argentum mutatur & perficitur in aurum. Nec aliunde hujusce perfectionis causa proficiscitur, quam à qualitate salium æris & ferri, quanquam etiam aurum & argentum vivum adjuvent: sed nihil æstimandi sunt hi sales, si cum sale nostro aurifico comparentur, de cujus vi & facultate plura paulò post.

Nunc igitur salis hujusce aurifici, vel lapidis aurifici, vel lapidis philosophici ratione aggrediemur. Natura enim sola nisi arte adjuta eo potiri nobis denegavit. Equidem à perito artis, qui coram edoceret solidiùs demonstrari, quàm rationibus confirmari posset: hæc enim ars ex iis est, quæ non nisi oculorum & cæterorum sensuum testimonio fidem faciunt, quum effectus salis aurifici reipsa demonstrantur. Verùm cùm pauci sint qui artis præceptiones didicerint, pauciores qui eam scriptis verè & apertè tradiderint, pauciſſimi aut nulli qui re ipsa demonstrare velint: aliunde præceptores accersendi sunt, qui non solùm artis præceptiones edoceant, sed & de omnibus quæ à plerisque scriptis tradita sunt, verè discernere & dijudicare demonstrent. Præceptor est Natura, in cujus vis, operumque illius contemplatione incumbentes, nusquam à recta via aberrabimus, præsertim in investigatione & perfectione salis nostri aurifici: sed ipsa natura manum artificis exposcit, quæ ei subministret materiam, ipsa autem agat. Primùm in Naturæ opera incumbemus, si causas, ordinem & modum solius naturę in corporum nostrorum procreatione generaliter contemplati fuerimus. Deinde in quibus naturam imitari possimus, in quibus verò non, dixerimus: hinc quæ sint artis partes, postremò methodum & modum agendi apertè declaraverimus: hæc sunt quæ ordine tractanda proposui.

Natura nisi arte juvetur, non potest lapidem præstare.

Natura hujus artis præceptor.

Ordo dicendorum.

De causis naturalibus solis ortus aut interitus corporum naturalium, & cæterarum mutationum eorundem, pauca dicam, quandoquidem hæc è physicis fontibus hauriendâ sunt, & quædam in Apologia nostra attigimus. Id solum repetam. Materiam ex qua aliquid fit, & causam efficientem, à qua fit, potissimum desiderari: illam pati, ut formam suscipiat: hanc agere, & formam eidem insculpere, tanquam sculptorem lapidi, & sigillum ceræ figuram. Diutiùs igitur in causarum naturalium cognitione non immorabimur: sed propiùs ordinem & modum agendi naturæ contemplabimur: Hæc enim operi nostro plurimùm inserviunt:

De causis rerum naturarium.

Materia & causa efficiens in arte potissimum desiderantur.

Intuentes

Ordo & modus agendi naturæ. Vnivoca & æquivoca.

Intuentes igitur acutissimè ordinem naturæ, quem servat in tota hac rerum diversitate, quas procreat, videmus primum ipsam univocis generationibus, ex aliquo corrupto semen gignere, in æquivocis autem corpus, quod seminis vicem gerit, postremò utrumque perficere: Atque hic est ordo Naturæ inviolabilis. Plantæ enim pleræque & perfecta animalia, semen prius proferunt, quod deinde perficiunt.

Cœlum & astra ut semen producant.

Cœlum & astra compositum aliquod corpus corrumpunt & putrefaciunt: & ex putrefactione producitur corpus quoddam humidum, quod est veluti seminarium, cui inest proportio quædam cœlestis caloris, quo idem ipsum perficitur: sed & metallorum & mineralium, & omnium quæ in venis terræ gignuntur, materia proxima ex corruptione alterius præcedentis gignitur, quæ postea à causa efficiente perficitur.

Differentia generationis & corruptionis, à perfectione.

Sunt tamen longè diversæ ortus & interitus, seu generationis & corruptionis species, à perfectionis specie, quod maximè animadvertendum, quodque totum hujus operis arcanum detegit. In omni generatione, cui comes est perpetua & individua corruptio, corpus ex quo semen producitur, non totum mutatur in semen, sed portio purior. Plantæ & animalia ex alimentis semina sua proferunt: semen enim omne excrementum est utile alimenti: sic corpus ex cujus corruptione animalia gignuntur, non totum in seminarium animalium mutatur, sed portio quædam, & quum ignis è ligno generatur, tota ligni substantia in ignem non vertitur, sed aerea tantum portio: aquea autem substantia evanescit, & terrea subsidet, ut cinis.

Semen quid.

Generatio est à non ente ad ens. Solutio ad primam materiam.

Præterea est generatio substantiæ, quæ priùs non erat, sive à non ente ad ens. In corruptione corporis misti fit resolutio substantiarum ad primam materiam, id est, ad elementa ex quibus mistum concretum erat: at in genetatione fit eorundem secretorum mistio: At quum semen, aut quod vicem seminis gerit, perficitur, nihil ex quantitate seminis deperit; imò plerumque augetur. Ovum enim quum excluditur, fracto putamine, nihil relinquit in cortice, sed totum mutatum reperitur in pullum, semina animalium quum perficiuntur, nihil eorum substantiæ deperit, imò augentur. Seminis substantia quum perficitur, eadem est, quæ priùs erat, nec fit mutatio non Entis ad Ens.

In perfectione quid fiat, quid verò non.

In perfectione nulla fit resolutio aut secretio substantiarum, sed omnes persistunt sine intertrimento, licet mutentur, ut in ovo, quum ex eo fit pullus: In summa generatio & corruptio & perfectio, ad diversos fines diriguntur.

Objectiones.

Scio multos adversus sententiam hanc insurrecturos, negabunt enim semen perfici, sed corrumpi, & ex corrupto semine generari animal. Quum enim generatur animal, prius non erat, & quod fuerat prius semen corrumpitur, & jam non est. Hinc celeberrima illa quæstio agitata est, An in semine sit anima canis, quæ illius est

lius est forma, sitne actu, an potestate tantùm, & an eadem animalis sit seminis forma, & alia ejus qui ex eo semine gignitur, scilicet canis, an verò in utroque eadem anima aut forma sit. Fernelius Ambianensis ille summus philosophus & medicus, sub persona Eudoxi, adversus Brutum disputans, libro priore de abditis rerum causis, multis rationibus & argumentis contendit, in materia ne minimum quidem formæ præextitisse, sed ubi ad summam præparationem ventum fuerit, statim & momento formam extrinsecus accedere, veluti quadam inevitabili necessitate. Hanc opinionem Julius Scaliger subtilissimus philosophus, ambitiosam nimis arguit, & evidentissimis rationibus, atque ex authoritate Aristotelis Animam aut formam canis esse actu in semine canino confirmare videtur, & semen caninum esse canem imperfectum, perfici autem semen ab anima, seu forma canis, quæ est præcipua canis substantiæ pars veluti causa efficiente.

Fernelii sententia.

Iul. Scaligeri sententia.

Hanc canis formam seu animam sensuum functione non percipi sed ratione per intellectum: sic & in ovo avis formam esse actu, sed ovum avem esse imperfectam, nec corrumpi ovum, dum gallina ovis incumbat, sed perfici: sic in cæteris seminibus. Quod si mihi in tam pugnantibus celeberrimorum virorum sententiis, meam interponere licet, existimarem dicendum, formam actu priori aut posteriori considerandam esse.

Forma quomodo percipiatur.

Authoris sententia.

Forma considerandа.

Prior formam ipsam constituit, actus enim forma est, quæ inchoata aut imperfecta dici non potest; quippe quod substantiæ magis aut minus non recipiant, ut in physicis confirmatur. Posterior verò actus formæ actiones & functiones exercet. Catulus nondum generat, canis tamen est actu: at quum ætate perfectiori fuerit, semen generabit, sic in semine formam esse actu priori, posteriori minimè, dicendum erit. Sed tum demum quum perfectum fuerit semen posteriorem adjici neque propterea formam esse imperfectam, sed semen aut compositum. Quod autem objicitur, quum canis ex semine gignitur, generationem esse, non enim antè erat canis, & semen desinere esse semen, quum antea fuisset, sic diluendum est: substantiam canis non generari, sed accidens, seu actum substantiæ canis posteriorem quæ non sit vera generatio. Actus enim ille posterior proprietas & accidens est, quod nondum erat in semine priusquam canis esset, sed substantia dici non potest, quod substantiæ accidat, neque per se subsistere possit: Sic quum canis crescit, formam aut materiam canis non crescere, sed canem integrum. Magni profectò momenti hæc est quæstio, etiam in proposito negotio salis nostri autifici, uti mox subjungemus. Nam tametsi ex numero generationum æquivocarum sit, nihilominus idem quod in univocis judicandum est. Attamen in unum omnes consentiunt & conspirant Animam

Forma quomodo sit in semine.

Animahominis ut ei infundatur.

rationalem hominis antea in semine actu non fuisse, sed à Deo creatam, & extrinsecus fœtui infundi, & immortalem esse: quæ sententia verissima est, & extra omnem controversiam. Idcirco Scaliger tres generationum ordines statuit: unam univocam, cujus parentes sunt causa efficientes, sibique similes producunt: Aliam æquivocam, cujus parens est cœlum & astra, nec sibi similia producunt, & animam rationalem hominis, cujus solus Deus creator est, quæ quum infunditur, cæteris animabus, quæ erant in semine, videlicet vegetabili & sensitiva abolitis, unica supersit, idque ex Theologorum sententia. Hinc perfectio definiri potest, ut sit Ejus quod jam est in rerum natura & actu priori, ad posteriorem actum promotio, ut quum ex semine canino fit canis. Perfectio autem omnis dicitur aut simpliciter aut comparatè: Itaque semen simpliciter dictum, perfectum est, comparatè verò imperfectum. Rursus comparata perfectio est, vel substantiarum adinvicem, vel earum ad accidentia, vel accidentium ad accidentia, ut in simplicibus corporibus, ignis substantia perfectior est substantiâ aeris, quod in igne sit plus actionis: sic & aer aqua, & aqua est terrâ perfectior. In mixtis corporibus homo est perfectior bruto: brutum verò plantâ est perfectius, planta inanimis corporibus perfectior: sed & omnis substantia accidente perfectior est, & accidentia alia aliis perfectiora: Calor frigore perfectior est, frigus humido, humidum autem sicco perfectius. Finis autem perfectionis & scopus alius est ut perfectam agendi facultatem acquiras, quæ priùs illi non inerat, ut animal quum potest, semen generat: Alius, ut perfecta patiendi facultate potiatur, ut vir perfectæ ætatis perferendis laboribus potentior est infante: sed hæc patiendi potentia inanimis corporibus magis propriè convenit, quam animatis: hæc enim agendi potiùs quàm patiendi, illa patiendi potiùs quàm agendi munere funguntur, & definiuntur.

Tres generationum ordines.

Pefectionis definitio. Distinctio.

Finis perfectionis.

Gradus etiam sunt perfectionis: vir enim ætate perfectâ generat: ac nec infans, nec senio jam confectus: neque tamen hosce perfectionis gradus in forma constituimus: non enim anima infantis per se plus minusve agit animâ viri: sed per actum posteriorem, qui est proprietas & accidēs, acutiùs aut hebetius agit. Hæc omnia maximè animadvertenda sunt. Modus verò perfectionis orti jam à natura seminis, concoctione explicatur: Est enim concoctio, authore Aristotele, perfectio à naturali calore, ex oppositis patibilibus: patibiles autem qualitates sunt subjecta cuique rei materia ut semen. Hujusce concoctionis tres sunt species: Pepansis sive maturatio, quæ est humoris in humido semine existentis & indefiniti, à calore naturali concoctio facta. Epsesis, seu Elixatio, quæ est humoris interminati, qui est in humido semine, ab humido calore concoctio.

Gradus perfectionis.

Modus perfectionis.

Concoctionis tres species.

Optesis

Optesis, seu assatio, quæ est ejusdem humoris interminati à calore sicco concoctio. Hæ omnes concoctiones tam à natura, quàm arte fiunt: sed pepansis magis est à natura, reliquæ ab arte, propriè autem metaphoricè, seu per translationem, dicuntur: qui plura his desiderabit, Aristotelem consulat, libro Meteorologicorum quarto. Modus autem hic agendi, perficiendi & concoquendi plantarum & animalium semina, soli naturæ cognitus est. Illius enim naturæ seu animæ instrumentum calor est naturalis qui elemento stellarum, proportione respondet, quem ars imitari nō potest: Aliter autem se res habent in inanimis corporibus, quæ solam mistionis rationem habent, ut in semine salis nostri aurifici, & metallis perficiendis, ut in Apologia demonstravimus, & posthac magis erit, Deo juvante, perspicuum. *Modus concoquendi naturalis.*

His ita explicatis in operibus quæ sola natura ex sese, nullius artis ope, profert: deinceps quærendum est an eorū omnium habenda sit ratio, tam in salis nostri aurifici, quàm auri procreatione, quæ non à sola natura fit, sed arte adjutrice eidem subministrante. Tum in quibus naturam ars imitatur, in quibus verò non. In his igitur Ars Naturæ sequitur vestigia. Sicut Natura sine materia aut subjecto nihil agit, sic nec ars. *Ars in quibus naturæ imitatrix.*

In omni enim opere, tam naturæ quàm artis, primùm Materia quæritur. Hæc autem Materia, aut est remota, aut est proxima, quæ semen est, aut quod obtinet vicem seminis, seu ejus locum: sed remotum ad proximū reduci oportet, quod perinde est, ac si dixerim, ex ordine naturæ semen prius generandum esse, sic & ars non materiam quamlibet, sed proximam quærit, id est, semen tam salis aurifici, seu lapidis Philosophici, quàm auri perficiendi: nec semen sufficit, sed causa efficiente opus est, quæ vel formam materiæ insculpat, id est, semen generet, in quo est forma, vel ipsum eadem perficiat: Sic semine salis aurifici, vel auri quæsito, ars investigat causam efficientem naturalem propriam, quæ ipsum perficiat: finis naturæ est forma, vel orti seminis perfectio, sic & finis artis. Modus naturæ in perficiendo semine est Pepansis, Epsesis & Optesis: modus artis est species Epsesis & Optesis. At in his Ars Naturam imitari non potest: Natura enim aurum productura, materiam propriam in mineris profert, quæ est auri semen, quod est ex Aristotelis opinione, vapor mixtus terreo subtili. Vapor hic, aut si quid aliud (non enim inter se consentiunt de materia) aut subjectum aut semen non est, nec esse potest, ut ex eo aurum producat, sed aliud habet semen ex naturæ sinu depromptum. Natura generat semen, deinde ipsum perficit: Ars nec generare nec perficere potest, sed juvare ut perficiatur. Natura enim causa est efficiens præcipua, ars tantùm adjutrix. Naturæ in perficiendis metallis causa efficiens, ex Aristotelis decreto, est frigidum & *Materia.* *Ars naturæ in quibus non sit imitatrix.*

ſiccum. Artis cauſa efficiens eſt calor. Natura nuſquam ſola ſalem aurificum produxit, nec producere potuit, quod igneo calore non utatur. Ars naturam adjuvat, ut à cauſa efficiente naturali ſal aurificus producatur.

Natura longo temporis ſpatio aurum generat in mineris, at reliqua metalla & argentum vivum, quæ ſunt auri ſemen, natura, aut quod ex re naturali ortum habet, ſcilicet ſal aurificus fuſilis, perficit in momento per projectionem, igne adjuvante, qui & naturalis eſt: ſed Artis auxilio in conficiendo ſale illo aurifico opus fuit.

Artis partes quæ.

Artis igitur partes ſunt ſemen inveſtigare, tam ſali noſtro aurifico, ſeu lapidi philoſophico, quàm auro perficiendo proprium. At utrumque naturæ liberalitas nobis ultrò obtulit, & habemus in manibus. Aurum enim & argentum vivum ſuum, ut mox ſubjiciam, ſunt ſemen ſalis aurifici: & argentum vivum & metalla reliqua ſunt ſemen auri: At illa ſalis aurifici & auri ſemina natura imperfecta reliquit, nec ultrà progreſſa eſt, ſed ars eandem adjuvat naturam, ut perficiantur. Nec minori liberalitate natura, ſed veluti prodiga, cauſam efficientem donavit, quàm ſemina: Hæc enim cauſa efficiens eſt ignis & calor externus, certa tamen proportione & determinatis gradibus caloris in progreſſum operis adminiſtrandus. In omnibus enim corporibus minimis, quæ ſola miſtione perficiuntur, cauſa generalis efficiens eſt ignis: Atque hic ignis naturalis eſt, neque longius inveſtigandus, ſed eum, ut ſemina, etiam in manibus habemus. De naturæ igitur liberalitate, quæ ſemen & cauſam efficientem protulit, nobis non erit conquerendum, ſed de turpi noſtra ignoratione, ſi idem ſemen perficere ignoraverimus. Sed quemadmodum perfectionis, ſeu actus poſterioris, qui à ſola eſt natura in ſemine jam orto, finis & ſcopus eſt varius, ſic in ſemine noſtro ſalis aurifici, aut ſemine auri perficiendo, finis eſt diverſus. Finis enim ſeminis in ſalem aurificum perficiendi eſt, ut agendi facultatem ei comparemus. Aurum, quod eſt pars ejusdem ſeminis, eſt imperfectum, nec agit in argentum vivum aut metalla, nec ea perficit, ſed ita demum quum in ſalem aurificum perfectum erit. Finis autem argenti vivi & reliquorum metallorum perficiendorum in aurum eſt, ut patiendi poteſtate potiantur. Ipſa enim ſine ſale aurifico in aurum perficiente, ab igne corrumperentur, & partim in fumum, partim in fæcem abirent. Modus autem in genere, quo hæc ſemina perficiuntur, ſunt ſcilicet Epſeſis & Opteſis, quæ non propriè, ſed per metaphoram & translationem, ut dixi, appellantur.

Semen lapidis & auri quodnam.

Naturæ liberalitas.

Finis perfectionis varius eſt.

Humidum enim horum ſeminum indefinitum & interminatum concoctione, partim à calore humido, partim à calore ſicco deficiunt, & poſteriorem actum ſibi arte adjutrice comparant. Longè autem

gè autem plus artis eſt in perficiendo ſemine ſalis aurifici, quam in perficiendis metallis aut argento vivo in aurum. Hæc enim ſola projectione ejuſdem ſalis aurifici, ſtatim igne agente in aurum puriſſimum perficiuntur. Argentum enim vivum metallorum purgatur,& impura fæx ab eo ſecernitur, & ejuſdem argenti vivi metallorum, nec non argenti vivi vulgaris humidum interminatum & indefinitum concoquitur & terminatur, & ſic transit in aurum.

Sola projectione metalla per lapidem igne juvante perfici.

At ſemen ſalis noſtri aurifici longiori labore&temporis ſpatio, ut perficiatur,indiget. De modo agendi uberius paulò poſt Deo benedicente, dicam, quum praxim integram patefaciam. Sed cur aurum ſit ſemen ſalis noſtri aurifici, at non ſolum, ſed pars ejus, & cur ei admiſceatur argentum vivum, nunc etiam diſputandum eſt

Sanè aurum præcipuam eſſe ſeminis partem neceſſe eſt, cùm probaverimus finem alterum Chryſopœiæ eſſe auri in ſalem mutationem, quod & omnium, qui verius & ſeriò in eadem verſati ſunt,authoritas ſuadet,ratio confirmat. Solum autem aurum non eſſe ſeminis noſtri materiam, vel ex eo conſtat, quod ſolum nec corrumpi, nec magis perfici ulla arte poſſit:tum verò quod omnis ortus ab humido ſumat exordium, & in ſiccum deſinat: ut videmus omnia animalium ſemina humida primùm eſſe,deinde ſicca, ſic & de fructibus evenire ipſa experientia docet. Aurum autem quum actu ſit ſiccum,& perfectionem majorem in natura auri aſſequi non poſſit, judicaverunt anteceſſores, & rectè quidem, aurum in humidum prius ſolvi oportere, quod deinde ab agente pati poſſit ut perficiatur. Nam tametſi auri materia ſimpliciter perfecta ſit,tamen eſt imperfecta, comparata materiæ ejuſdem in humidum mutatæ,hac enim ſolutione fit dilatio ſubtilitatis & tenuitatis ſubſtantiæ, & intentio qualitatum agentium. Itaque aurum in natura nondum eſt pars ſeminis aurifici noſtri, ſed poſtquam in humidam ſubſtantiam mutatum eſt: ſed neque hæc auri ſubſtantia ſoluta tota eſt ſeminis materia,ut dixi,ſed pars tantùm, ſeu quod in humidum mutari,nec mutatum perfici poſſit, ſine alterius humidi miſtione: non ſecus ac granum frumenti in terra ſatum,nec germen humidum edere, nec ſeipſum perficere & propagare poteſt, ſine humoris circumambientis miſtione: Humidum igitur quod aurum in humidam ſubſtantiam ſolvit,eſt altera pars ſubſtantialis ſeminis noſtri aurifici, & utrunque miſtum eſt ipſum ſemen,quod ſola indiget concoctione,ut perficiatur. Sed ut hujusce artis profeſſores unanimi conſentione auri ſubſtantiam in humidum ſolutam,alteram eſſe ſeminis partem, inter ſe conſentiunt: ita ex adverſo, in altera ejuſdem ſeminis parte,quænam illa ſit,quæ auri ſolvendi facultatem habeat, maximè inter ſe diſ-

Auro cur Mercurius jũgatur in opere.

Omnis ortus ab humido initiatur, & in ſicco finitur.

Aurum in natura ſua nondum pars ſeminis aurifici.

Diversa Philosophorum sententiæ.

crepant. Quidam aquas esse ex mineralibus arte destillantas, alii ex animalibus, alii ex vegetabilibus, alii ex iis omnibus mixtis prolicitas professi sunt. Et videntur passim plurima à Raymundo Lullio scripta nihil aliud dicere, si modò horum author sit Lullius, aut potius illi adscribantur, sed illis & cæteris hujusce opinionis adstipulari minimè possunt. Humidum enim quod solvit aurum, ab argenti vivi fluxilis natura corrumpi & mutari non oportet, nec madefacit, nec alii corpori adhæret, neque miscetur, nec unitur, & figitur tandem vera unione & fixione, præterquam auro, & una cum auro in salem aurificum perficitur. At aquæ illæ aeres distillatæ argenti vivi fluxilis naturam exuerunt, madefaciunt quod tangunt, ut aqua & oleum, nec adhærent aut miscentur verâ mistione, nec ulla arte figuntur cum auro, aut in salem aurificum cum auro perficiuntur, imò in examine secernuntur, exuruntur, atque in fumum abeunt. Rectiùs igitur judicârunt, qui arg. vivum fluxile alteram esse seminis philosophici partem professi sunt, quod verè solvit aurum in arg. vivum, eique unitur, atque in salem aurificum

Opiniones de Mercurio.

unà cum eo perficitur: quippe quod unius sint naturæ: Igne enim aurum fusum, videtur esse argentum vivum fluxile, hoc verò ab igne semotum, aurum colliquatum, verùm & hi qui argentum vivum alteram seminis partem esse asserunt, & auri solvendi facultatem habere, & cum eo uniri pronunciant, etiam inter se dissentire videntur, quodnam sit illud argentum vivum, an vulgare, an quod ex metallis arte prolicitum, & à quo potissimùm, & an ex plumbo,

Mercurii vulgi defectus.

an ex stanno, an ex bisemutho, (stannum glaciale appellant,) an ex stibio, aut reliquorum quopiam. Qui enim argentum vivum vulgare partem esse seminis nostri negant, frigidiorem qualitatem esse, propter quam solvendi auri facultatem non habeat, asserunt, humiditatem autem nimis indefinitam, volatilem & spiritualem, propter quam figi cum eo non possit.

Argento autem vivo arte ex cæteris prolicito majorem à natura digestionem inesse.

Qui autem nullum alium liquorem auro solvendo efficaciorem, quàm argentũ vivum asserunt, hac ratione moventur: Quod aurum Epsesi seu elixatione solvi oporteat, non secus ac carnes aquâ elixari: arg. autem vivum aquæ comparari, quippe quod humoris, qui solutionis sit causa efficiens multam habeat quantitatem. Hac enim de causa à siccis mineralibus per sublimationem

Cur Mercurius non sublimandus à mineralibus.

alterari non oportere: hanc opinionem mordicus tuetur Bernardus Trevisensis, in Epistola ad Thomam de Bononia, Medicum Regis Caroli Octavi missa. Nec desunt etiam aliis authoritates doctissimorum philosophorum, verùm in discutiendis diversis hisce & pugnantibus inter se opinionibus, diutiùs immorari non est consilium. Hæc omnia unius generis & speciei sunt, solis accidentibus

dentibus inter se discrepantia. Sed ut certò demonstretur quinam solvendo auro liquor efficacior erit, inspectandæ sunt causæ concretionis auri: contrariæ enim solutionis ejusdem sunt causæ. Atqui ex Aristotelis doctrina didicimus. Concretionis causam partim esse siccitatem terræ, quæ humido auri ineſt, ipsumque constringit, partim verò frigus & siccum externum, quæ vapores, (qui sunt proxima metallorum materia) intra saxa densant & cogunt: Ergo humidum internum, & humidum & calidum externum, causæ effectrices erunt solutionis auri in humidam substantiam. Humidum autem hoc externum ejusdem naturæ oportet esse cum humido auri, quale est humidum argenti vivi, ut utrumque quantitate superans, siccum auri solvere possit. At quò minus erit frigidæ qualitatis, humidum hoc argenti vivi, eò promptiùs solvet aurum. Idcirco improbare nolim opinionem eorum, qui è plumbo, stanno, bisemutho, aut stibio solent argentum vivum prolicere, minùs enim argento vivo vulgari frigidum est, & paulò magis digestum ac definitum est: Et audio multos iis uti ad solutionem auri, & ex utroque mixto, tanquam vero semine opus perfeciſſe: sed nec improbandus sum, si dixero argentum vivum vulgare alteram esse seminis partem, si modò portiunculæ auri mistū & verè unitum priùs fuerit, tunc enim appellatur, per translationem, argentum vivum animatum, non quòd animam habeat, est enim inanimum, sed quod veluti anima calidum reddit animal, quamdiu est in corpore, sic aurum argenti vivi frigiditatem arcet & temperat, quum eidem verè mistum est. Lapidis enim Philosophici, seu salis aurifici (qui nihil aliud est quam aurum longè magis auro naturali decoctum) minima portio infinitas argenti vivi partes nimia à frigiditate vindicat, & temperat. Huic argento vivo animato insistendum potiùs est, quàm ei quod ex metallis arte prolicitur: hoc enim non nisi magno artis ingenio, multisque laboribus & sumptibus à metallis educitur. At ingentem argenti vivi vulgaris copiam habemus, & facilè purgari & auro misceri, eique uniri potest, ut mox dicam. Igitur ut quæstioni huic finis imponatur: Argentum vivum è plumbo vel stanno, vel stibio arte prolicitum, vel vulgare præparatum & animatum, (liceat nunc & posthac vocabulis artis uti, ut omnia significantiùs dicantur) est altera pars seminis salis nostri aurifici & utrumque mistum verum est semen ejusdem, sed imperfectum. Supereſt ut utriusque seminis imperfecti perficiendi methodum seu praxim dilucidè & compendiosè explicemus, quæ huic arti est propria, & quam hujusce Epistolæ titulus præ se fert. Verùm utrumque semen seorsim præparandum est, & hinc miscendum, priusquam utrumq; mistum perficienti causæ, scilicet calori externo, subjiciatur. Præparatio hæc, est dispositio & habilitas quædam ad suscipiendos per-

Concretionis auri causæ.

Solutionis auri causa.

Arg. vivum animatum.

Sal aurificus quid.

Altera pars aurifici seminis.

fectionis gradus, ſive utriuſque formæ interitum, ut heterogenea ſecernantur, & purgetur utrunque ſemen: non ſecus ac periti agricolæ ſemina in terram injecturi, ea prius purgare & deligere ſolent.

Rebis. Porro hæc ſemina hujuſce artis anceceſſores barbaro vocabulo appellârunt *Rebis*, ut in Apologia jam dixi. Aurum ut ſemen maſculinum, calidius & ſiccius, argentum vivum, ut fœmininum frigidius & humidum magis. Illud ut ſulphur, hoc eodem nomine appellârunt, ex quorum complexu perficitur lapis philoſophicus, ſeu ſal noſter aurificus. Primùm de ſeminis fœminini præparatione, deque ejusdem animatione dicam: nec verebor in re tam ſeria, paululùm à Latino uſu loquendi recedere, ut omnia ſignificantiùs ac facilius comprehendantur.

Praxis operandi.

Purgatio Mercurii. Purga argentum vivum vulgare, terendo in mortario cum ſale & aceto diſtillato, dum in minimas partes dividatur, hinc ablue: Purgationem & ablutionem toties repete, dum cyaneum aut cœleſtinum colorem contraxerit, quod perfectæ purgationis eſt ſignum.

Animatio Mercurii. Animatur autem hac methodo hoc argentum vivum. Fac malagma ex puriſſimo auro, in tenuiſſima fragmenta ſciſſo, & argento vivo purgato, ut ſolent efficere vaſorum inauratores, ſcil. ex una uncia auri & duodecim argenti vivi. Tere diutiſſimè malagma in mortario, ſuperfuſa pauca aceti diſtillati quantitate, & ablue, idque reitera toties, dum colore etiam cyaneo & cœleſtino malagma inſignitum conſpexeris: hinc craſſiori & denſiori linteo malagma obvolutum exprime, ut totum transmeet, quod ſi quid non percolatum ſuperſit, adde ei argenti vivi purgati ſextuplam partem, & iterum tere atque ablue & exprime, ac identidem repete, dum totum effluxerit per lintei meatus. Hoc autem eò fit, ut aurum in minutiſſimas partes dividatur. Nondum tamen in tam minutiſſimas partes diviſum erit, ut per corii vervecini meatus tranſpirare poſſit, ut transmeat argentum vivum, ſtrictiores enim ſunt: Et tamen neceſſe eſt ut tandem totum malagma corium expreſſione perfluat, & aurum argento vivo verè miſceatur & uniatur. Cùm ergo totum malagma, ex duodecim argenti vivi, aut pluribus unciis & unicâ auri compoſitum fuerit, & linteo percolatum, include vaſe vitreo, figuram ovi habente, cujus tertiam partem malagma occupet, reliquæ partes vitri ſint vacuæ, & vitro obturetur vaſculum. Langvido dein atque imbecillo & æquali calore coque & diſſolve in fornace apta per quadraginta dies, intra quos nigredinem in ſuperficie reperies ſupereminentem, quæ ſignum eſt perfectæ diſſolutionis auri in argentum vivum. Aperi vas, & malagma corio obvolutum exprime, & ſi totum effluxerit,

Cauſa malagmationis.

Compoſiti ſolutio.

beng

bene quidem: sin minùs, pende stateris quod effluxum non est, & si unciam, ut puto, pendeat, adjunge recentis argenti vivi præparati uncias novem.

Tere & ablue, & rursus include urceolo vitreo, & vitro obsera- *Repetitio solutionis.*
to, rursus concoque, ut prius, dum in superficie supereminentem videris nigredinẽ, quod breviori tempore fiet: hinc vitreo vasculo aperto, corio obvolutum malagma, & expressum percoletur. Atque hæc opera identidem repetantur, dum totum malagma per corii meatus expressum effluxerit: sic aurum in perexiguas partes sectum erit; nondum tamen verè mistum & unitum utrumq; est. Sæpius autem effluxum malagma terendum, abluendum, & per corium percolandum est, ut totum in vaporem faciliùs feratur. Ipsum igitur in vas vitreum obtortum, & luto tenaci munitum ad *Malagmatis distillatio.*
mediam usque partem distilla, lento calore primum, deinde aucto, tandem violento atque ignito, ut aurum unà cum argento vivo expiret, atque in vas recipiens dilabatur in argentum vivum fluxile. Maximam enim tum materiæ, tum formæ similitudinẽ aurum & argentum vivum obtinent, & cùm in perexiguas partes, ut argentum vivum, rarefactum fuerit, ut uniatur quantitati argenti vivi, necesse est alterum ab altero non distrahi, sed igne a- *Cautela.*
gente unà sursum in vaporem ferri: Quod si forsitan quodpiam auri vasis imo supereſſet, eadem opera, quæ superius, repetenda sunt, addito novo argento vivo, eaque toties dum totum destillatum fuerit, nisi forsitan sordes aliquæ subsederint, quæ inutiles & abjiciendæ sunt. Hoc est verum semen fœmininum & animatum metaphoricè, quod solvendi auri potestatẽ habet: ipsum est pars altera seminis salis nostri aurifici. Hoc est argentum vivum, *Semen fœminum.*
quod Suũ appellavimus in Apologia nostra, quippe quòd aurum verè mutatum sit in argentum vivum per argentũ vivum vulgare.

Quod quidem argentum vivum auri, est oleum & vera tinctu- *Azoth.*
ra occulta: Ipsum est quod Antiqui Azoth appellaverunt, scilicet argentum vivum à corpore auri extractum. Educitur autem eadem ratione qua carnes elixatione in jusculum solvuntur & mutantur. Ipsum est deniq; cujus beneficio diximus argentum vivũ vulgare libentius coire cum calce auri, quàm aquã aquæ misceri. Idem argentum vivum animatum augetur in infinitum, si auro rursus & novo argento vivo admisceatur, ea quam diximus, arte. Appellatur etiam Menstruum, & acetum acerrimum, quod efficit *Menstruum & ācetũ Philosophorum.*
esse aurum merum spiritum. Semen autem masculinum seu alte- *Semen masculinum.*
ra ejusdem seminis salis nostri aurifici pars, est aurum in calcem tenuissimam redactum, quæ paratur hac methodo. Fiat malagma ex unica auri uncia, & duodecim argenti vivi præparati, ut superius à nobis demonstratum est, & eadem diligentia linteo crassio- *Calx auri ut fiat facienda.*
ri percolatum, donec totum transmeet.

Hinc exprime in corio, & quod supererit non effluxum, est aurum cum arg. vivo, cujus figura erit ut globus, nihil enim per corii meatus ex auro effluet, sed totum erit in globo. Globū hunc in vitreum vas injice, & distilla lento igne argentum vivum, dum totum distillaverit: Effracto vase, tere aurum quod subsidet minutissimè cum distillato argento vivo, & rursus distilla, contritionem & distillationem toties reitera, dum aurū in perexiguas partes redactum sit: quas rursus tere, & per incerniculum setaceum, angustissimis foraminibus contextum, cribra, & quod excretum non fuerit, rursus tere & cribra, eademq; opera repete, dum totū excernatur in pulverem tenuissimū, quem vitreo vase luto munito include, & calcina moderato igne per triduum, hinc à vasculo exime, & si pulverem tenuissimum, ut farinæ florem conspexeris, rectè quidem, sin minus, opus reitera, dum signum hoc consecutus fueris. Hinc super hoc pulvere infunde aquam vitæ, quæ tota ardeat, & distilla lento igne, distillatam aquam rursus infunde, & rursus distilla, idque septies repete, sic veram calcem auri habebis, ut arg. vivo misceatur animato. Calcinatio hæc &in pulverē tenuissimum reductio necessaria est, tum ut facilius argent. vivum combibat, tum ab eadem coctione in pulverem impalpabilem promptiùs redigatur. Cùm enim hujusce artis scopus sit aurum in naturam salis mutare, necesse est, qua possumus arte, ipsum rarefacere & attenuare. Omnia enim, (inquit Geber) verè calcinata ad naturam salis approximant: & quantò tenuius fuerit, ante conjunctionem cum semine fœminino, tantò faciliùs & celeriùs solvetur in argentum vivum, atque hinc coctione in pulverem faciliùs etiam, citiusque redigetur.

Calcinatio hæc huic arti est necessaria. Scopus artis.

Præparata hæc semina primùm misceri oportet mathematicè & per contiguas partes, deinde post absolutam præparationem, naturaliter & per continuas partes, vera unione: hæc enim lex est, & ordo omnium quæ tandem verè miscentur, ut primum se tangant partes, servatis formis prioribus integris in mistione, & deinde alterentur, postremò uniantur. Conjunctio hæc mathematica & prior sic fit: Calcem hanc auri conjicito in vas testaceum, quo Aurifabri aurum colliquare solent, & alio vasculo cooperi, ne carbones intus decidant, aut quidpiam aliud, & carbonibus accensis obrue undique, dum vasculum sit ignitum & vehementer excandescat, ne tamen calx auri liquescat. In aliud testaceum vas conjice octo uncias argenti vivi animati, & carbonibus vas circumseptum sit, & tamdiu excoque, dum argentum vivum expirare occeperit: statim in argentum vivum animatum conjice calcem auri incandescentem, & baculo agita, & move, dum tactu perceperis utrumque per exiguas partes permistum & amalgamatum. Hinc conjice hoc malagma in vasculum ligneum aqua refertum,

Lex miscendorum.

Conjunctionis mathematicæ praxis.

abhinc

abhinc malagma illud tere & rursus ablue, & exsicca, ut omnis humiditas evanescat, deinde exprime obvolutum in corio, qui supererit globus, est semen salis nostri aurifici futuri, ex masculino & fœminino mistum, cum justa utriusque proportione: de qua tamen plurimi dubitârunt, & de ea diversæ fuerunt sententiæ: sed natura duce nusquam aberratur.

Quantum enim seminis animati necesse est, calx auri retinet, quod superfluum est, per corii meatus effluit.

Ponderа. Globũ hunc quatuor uncias, plus minusve pendere conspicies. Itaque calcis aureæ unica est uncia, argenti vivi animati, tres, vel circiter: nec tamen si plures tribus unciis argenti vivi animati miscerentur, usque ad quinque, quicquam esset periculi, semen enim celeriùs solveretur, sed tardius concresceret & coagularetur. Præparata sic semina, & justa naturæ proportione mista priusquam perficienti causæ subjiciantur, loco proprio includenda sunt: Est enim locus necessarius qui perfectionem adjuvet: Semina animalium non nisi matrice perficiuntur: Ova in cortice, fructus geniti in terra, hæc extra loca corrumpuntur. Locus igitur seminis nostri, ovum est vitreum, id est, vasculum ad ovi figuram conflatum. In hoc collocandus est geminus globus, hac proportione, ut tertiam vasculi vitri partem globus occupet, reliquæ partes sint vacuæ, quibus argenti vivi vapores, si qui forte conscenderint, contineantur, ne disrumpatur vasculum: Verùm vasculi os vitro obstruendum est, non secus ac fœtus animalium in utero, albumen & luteum ovi cortice includuntur, ne quicquam respiret: est enim in argenti vivi animati semine vapor & spiritus quidam tantæ tenuitatis & subtilitatis, ut etiamsi expiraverit, oculorum obtutum effugiat, estque altera, cum calore externo, perficiendi causa: qui si evolaverit, actum est de opere, non secus ac pertuso ovi cortice, perit fætus pulli, nec cohiberi potest illius fuga & evaporatio, luto aliquo ferreo, quantumvis denso, compacto & solido, sed solo vitro quod densissimum est, & meatibus caret: Existimarunt autem plerique semen nostrum in salem aurificum perficiendum esse ea via & methodo, qua ex omnibus corporibus mistis igneo calore proliciunt sales, igne scilicet in varias substantias eadem corpora distrahendo, sicuti superiùs ex lignis, in cinerem versis, salem lixivio adduci diximus.

Locus.

Vasis clausura.

Idcirco ex variis corporibus aquas acres proliciunt, quarum vi solvunt aurum in liquorem, quem deinde distillatum rursus in dissolutum infundunt, deinde calore languido cogunt, & quod supereст salem nostrum aurificum esse opinantur.

Operа sophistarum varia & vana. Infinita etiam alia corpora agunt, quæ omnia varia, inutilia & sophistica sunt, & plus opinionis quàm veritatis obtinent. Natura ubi primum semen produxit, in varias substantias non distrahit,

ſtrahit, ſed perficit, nihilque ſemini detrahit, ſed totum perficit: Quod magis perſpicuum eſt in ovo, quod ſemen eſt pulli, & pullus imperfectus: Sic naturæ opera imitando, ubi primum de ſemine ſalis noſtri aurifici conſtiterit, quodnam & quale ſit, in varias ſubſtantias ſecerni aut dividi non oportet, ſed ſola concoctione perfici, & totum in naturam ſalis fuſilis mutari. Hic eſt totius Chryſopœjæ ſcopus in producenda efficiente cauſa, quæ argentum vivum & reliqua metalla imperfecta perficit in aurum, calore igneo adjuvante.

Chryſopœjæ ſcopus.

Perficiendi lap. 6. gradus.

Perficiendi autem ſalis hujusce noſtri aurifici gradus ſunt ſex numero: Diſſolutio, Coagulatio, ſeu incraſſatio, fixio prior, fixio poſterior, calcinatio, & inceratio. Dixi gradus eſſe plures.

Cũ enim definiverim, perfectionẽ eſſe ſeminis jam orti promotionem ad poſteriorem formæ actum: non ſtatim perfectio illa cõſummatur, ut actus prior, ſeu forma, quæ cum ſit præcipua ſubſtantiæ pars, gradus non ſuſcipit, ſed actus poſterior gradus ſuſcipit, ut qualitates. Sic fructus orti ex arbore, priusquam ad maturitatem pervenerint, gradus perfectionum ſuſcipiunt. Medio enim tempore, perfectiores priori, & ſic deinceps, dum ad extremam maturitatem pervenerint. Sic in ſemine noſtro aurifico perficiendo neceſſariò judicandum eſt. Cùm autem calor externus ſit cauſa efficiens perfectionis, & ſex ſint ejusdem gradus: quinque priores, quinque etiam caloris gradibus progreſſum habent. poſtremus eſt reiteratio horum quinque graduum. Semen autẽ dum perficitur, loco movendum non eſt, nec quicquam diſtrahendum, ut in operibus ſophiſticis fieri ſolet, ſed ſolis quinque caloris gradibus committendum eſt.

Simile.

Calor externus.

Vas non movendum in decoctione.

Gradus Operationum.

Diſſolutio.

Primus gradus perfectionis.

Diſſolutio igitur primus perfectionis gradus, eſt Calcis aureæ, quæ eſt altera ſeminis pars, in argentum vivum reductio, quæ fit calore primi gradus, nec non ſpiritus & vaporis vi, qui argento vivo ineſt, ſicut in animalium ſeminibus in ovis, & in granis frumenti ſatis fieri conſpicimus. Hoc enim caloris gradu malagmatis globus, qui primum duriuſculus erat, emolleſcit & ſolvitur: Et ſolutione peracta totum videtur in vaſculo vitreo argentum vivum craſſum & velut putre: ſignum diſſolutionis perfectæ eſt nigror, potiſſimum in ſuperficie eminens: Calor enim agens in humidum nigrorem efficit: diſſolutio hæc ferè quadraginta dierum ſpatio abſolvitur. Eſt autem eadem diſſolutio Epheſis quædam, ſeu Elixationis ſpecies: ut enim carnes elixatione in jus ſolvuntur, calore in humido aqueo exiſtente: ſic aurum calore in humido, ſcilicet argento vivo, agente ſolvitur.

Solutionis ſignum.

Simile.

Coagu-

Coagulatio.

Succedit coagulatio ſeu incraſſatio, quæ eſt ſeminis in argentũ vivum fluidum ſoluti inſpiſſatio, induratio & exſiccatio, quæ fit vi ſecundi gradus, ut cauſæ efficientis & vi terrei quod calci aureæ ineſt, cujus proprietas eſt deſiccare & cogere. *Secundus gradus perfectionis.*

Primum enim quum argentum vivum humidum quantitate ſuperaret ſiccum ejusdem calcis aureæ, neceſſe fuit ſiccum cedere, & in craſſiuſculam & putrem argenti vivi conſiſtentiam ſolvi. At calore aucto, vapor ille tenuiſſimus argenti vivi in auras, per Vacuas vaſculi partes velut evaneſcit, & cogi atque inſpiſſari humidum neceſſe eſt, non ſecus ac oleum diuturno calore incraſſatur, abeunte tenui ſpiritu. *Calcis aureæ proprietas.*

Siccum autem calcis aureæ combibens argenti vivi humidum, multum adjuvat & cogit. Sic ex iisdem cauſis, humore viſcoſo & humido, primum lapides in corporibus animalium perficiuntar ſicco terreo, qui humori ineſt, ut materia, calore verò externo, ut cauſa efficiente: ſic etiam inſpicimus ſenſim ſemen ſolutum inſpiſſari & incraſſari, atque in lapidem ſolidum conſtringi & cogi quod ferè etiam quadraginta dierum ſpatio evenire ſolet, interim ſemen colorem nigrum ſervabit, & idem intendetur in nigriorem. Hæc concoctio eſt quædam optesis, ſeu aſſationis ſpecies, ſicut & reliquæ poſteriores. 40. *Dies ſolutionis, item & coagulationis.*

Fixio prior.

Humidum hoc ſeminis noſtri, quum nondum ſit definitum neque unitum hac concoctione, ſed volatile: calore tertii gradus definiendũ & figendum eſt: Idcirco ſuccedit fixio. Eſt autem fixio, authore Gebro, rei ab igne fugientis conveniens ad tolerantiam ejusdem adaptatio: Cujus intentionis cauſa, inquit, eſt ut omnis alteratio, omnisque tinctura perpetuetur in alterato, & non mutetur. Quæ etiã definiri poteſt ut ſit indefiniti & interminati humidi, in ſemine exiſtentis definitio & evictio vi caloris tertii gradus facta, ſiccitate etiam, quæ terreo ſeminis ineſt, agente: fixio hæc etiam quadraginta dierum ſpatio peragitur. *Tertius gradus perfectionis.* *Fixio quid.* *Fixio 40. dierum eſt.*

Conſpiciuntur in hac concoctione varii colores, qui tandem omnes in candidum & niveum deſinunt, & albedo hæc verum eſt fixionis ſignum.

In hoc colore ajunt, corpus, ſpiritum & animam verè uniri & figi: quod nihil aliud eſt, quàm æqualis elementorum omnium ſeminis proportio, unio, & perfectio fixa.

Hoc ſemen perfectum, argentificum appellatur, quòd in argentum vivum projectum, illud ſiſtit, figit & perficit in argentum veriſſimum. Verum hæc fixio prior appellatur, quæ licet ſimpliciter & abſolutè accepta perfecta ſit, tamen fixioni ſalis noſtri aurifici

rifici comparata: indefinita & imperfecta est, nec salis seu lapidis nomen meretur.

Fixio posterior.

Quartus gradus perfectionis.

Itaque fixione priore absoluta, succedit ex ordine fixio posterior, quæ est humoris insiti & indefiniti in humido seminis perfecta & absoluta concoctio atque evictio, ut caloris quarti gradus facta. Hoc calore semen varios colores non contrahit, sed albedo in citrinum & luteum primùm mutatur, hinc sensim in rubrũ.

Varii colores unde.

Ex varia enim humoris concoctione, varii colores emergunt: sed ubi primùm concoctus fuerit, albedo apparet, quæ vi ignis in flavum, & ex flavo in rubrum tandem mutatur, quod in sandaracha & ochra quum concoquuntur, perspicuum est. Terreum enim subtile purissimum, quod est in semine concoctum, & non exustum, est actu candidum, sed potestate rubrum, & tale vehementiori concoctione evadit, & totum suum proprium humidum colore rubeo inficit, & tingit: semen hoc candidum longissimo temporis spatio in solidam massam persistit, & tandem continua concoctione sensim diruitur, & in pulverem rubrum mutatur.

2. Fixio 240. dierum.

Hic autem quartus gradus concoctionis ducentis & quadraginta diebus absolvitur, nec de gradu caloris pertimescendum est, quum jam fixum sit semen post albedinem, sicut ante eandem perfectam periculum erat in caloris gradibus observandis, quum nondum fixum & unitum esset utrumque semen.

Calcinatio.

Quintus gradus perfectionis.

Etsi autem humor hujusce seminis quatuor his gradibus caloris evictus sit, non tamen omninò, nec ita ut salis naturam omnino obtineat: Est enim salis natura siccissima, & omnis humoris expers: sal enim pura est terra. Est etiam natura salis ut humido frigido solvatur, quòd calido concreverit: Nisi igitur omnino sit evictus humor, verè salis naturam non obtinebit, nec in humido aqueo solvetur, quod tamen necessarium est, sal enim noster aurificus, quum summum sit medicamentum corporibus humanis, in omni liquore solubilis est, quum ægro deglutiendum exhibetur.

Qualis sit salis natura.

Calcis aurifica virtus medica

Præterea pulvis ille quarti gradus concoctus habet nescio quid impuri & terrei cõmistum, quod non est ex sui natura & proportione salis, quod ex pulvere rubro ducendum est. Hæc pulveris rubri perfectissima & absoluta concoctio atque à terreo vindicatio, fit calcinatione, & quinti ac postremi gradus calore: Est enim Calcinatio, ex definitione Gebri, rei siccæ per ignem pulverisatio, per privationem humiditatis partes consolidantis. Rectius dicendum videbatur per concoctionem absolutam humoris indefiniti. Causam autem calcinationis subjicit esse ut pulvis melius & perfectius figatur, & facilius solvatur in aquam, omne enim calcinati genus fixius esse, & facilioris solutionis, quàm non calcinati

Calcinatio quid.

Calcinationis causa.

calci-

cinati, experientia docet : Quoniam corpus in exiles & in minimas partes attenuatum, facilius miscetur cum aqua Itaq; quum calore externo hoc effectum sit, facilius in aquam solvetur. Hac autem calcinatione pulvis iste intumescit in modum fermenti, ob calorem igneum diuturnum cujus vi in perexiles partes deductus est, & terra quædam impura in imo vasis subsidet, & reipsa à rubro pulvere secernitur, quæ abjicienda est: non enim est ex natura salis, eandem vilem, damnatam, & vituperatam appellant, estq; reliquarum substantiarum efficacium veluti fæx inutilis, & ex genere terræ, quæ calore excellente in vitrum mutatur & liquatur. *Terra damnata.*

Terreo autem vase perficienda est hæc calcinatio, octo dierum spatio: sic verissimum salem aurificum rubrum habebis, cujus color erit ut sanguinis adusti, & in omni liquore solvetur: omnia enim verè calcinata, ut diximus, ad naturam salis approximant: ideoque in proprietatibus sese concomitari necesse est. Est autem salium natura, quòd aqueo liquore solvantur. *Vas calcinationis & ejusdem tempus.*

Ceratio.

Hæc quamvis ita se habeant, non tamen sal nostrum absolutam & consummatam omninò perfectionem consecutum est: Ea est ut facilimè & celeriter igne liquetur, tanquam cera, sitque tenuissimæ consistentiæ in fusione, velut aqua. Alioqui enim penetrandi & subeundi densissimas argenti vivi partes, aut metallorum non obtinebit, ergo in ea projectus, non perficiet. Atqui tam diuturna concoctione concretus & alteratus sal noster aurificus, fusili hac subita proprietate caret; ergo ei restituenda est. Mirum autem videri non debet, quòd prius dixerim, salem nostrum aurificum in quovis liquore solvi, hîc quoque calore liquari, quod contra Aristotelis regulas dictum videtur. Quæ enim, inquit, calido sicco concrescunt, eadem humido frigido solvuntur, ut sales, quæ verò frigido coquuntur, eadem calido solvuntur, ut metalla. Sed experientia docet salem communem non solùm in aqueo solvi liquore, verùm etiam in igne. Si enim sal, ut argentum, testaceo in vase liquatus fuerit, conspicies eum solutum, ut aquam puram, & in canaliculam projectus, frigore concrescit, ut metallum: sic & in cæteris salibus accidit. Quòd si sæpius solutione ab aqua, filtratione & coagulatione purgentur, tandem calore levi, ut cera, fundentur. *Sextus gradus perfectionis.* *Ceratio nec essitas.* *Dubium.* *Solutio.*

Eadem ratione pulveri nostro aurifico fusionem celerrimam comparandam esse, quidam existimaverunt: sanè humido salem nostrum fusione carentem solvi necesse est, at non in aquæ liquore, non enim sal noster sola facilique fusione indiget, ut omnino perficiatur, sed humido quod illi in centro uniatur, & cum eo figatur, ut ipsum à vitrificatione tueatur. Aqueus autem liquor hoc præstare nō potest, nulla enim arte figeretur cum sale nostro, idcirco

idcirco & ſolvendus ſimul & incerandus. Eſt enim ceratio poſtremus perfectionis gradus quem Geber definit, eſſe rei duræ, non fuſilis, mollificationem, ac liquefactionem, cujus inventionis cauſam eſſe ait, ut quod ex privatione ſuæ humiditatis liquefactionem non habebat in corpus in alterationem, mollificaretur ut flueret: Et vehementer errare atque hallucinari eos, qui ceratio-

Ceratio Sophiſtarum.

nem ex oleis & aquis liquidis fieri exiſtimant, ſed eam ex ſpiritibus fieri oportere.

Appellat ſpiritus argentum vivum, & ſanè hanc ſolutionem & cerationem pulveri & ſali noſtro præſtat argenti vivi animati miſtio, cujus hæc eſt methodus. Denarium ſeu viginti quatuor gra-

Methodus cerandi.

na pulveris miſce cum quatuor denariis argenti vivi animati, ut fiat malagma, quod vitreo vaſi ad figuram ovi conflato includito & vitrum obſera, & quatuor prioribus ignis gradibus concoque, eo ordine, qvo pulvis elaboratus eſt: Et triginta dierum ſpatio omnes colores ſeſe prodent, qui novem menſium tempore antea

Colores in ceratione.

conſpicui facti ſunt. Idem opus repete ſæpius, addendo pulveri quatuor partes argenti vivi animati.

Septenaria repetitio & operis decurtatio.

Breviori autem temporis ſpatio opus iteratum conficitur, quàm vice prima. Quod enim jam ſal eſt, celeriùs ſolvitur, quam quod ſal nondum eſt, ſed eſſe poteſt: ſic ſalem aurificum perfectiſſimū, ſeu lapidem philoſophorum habebis, fixiſſimum, fuſilem ut ceram, tenuiſſimum ut aquam, penetrantem, tingentē, transmutantem, & perficientem omne argentum vivum, tam vulgare, quàm quod corporibus metallicis ineſt, in veriſſimum aurum.

Signum perfectæ cerationis.

Signum perfectionis ſalis hoc erit, ſi illius granum in laminam argenti ignitam projectum, ſtatim liquabitur, & partes argenti interiores ſubierit, lateque ſeſe quaqua verſum diffuderit, ut oleū, & colore aureo intus & in ſuperficie infecerit, ſine ulla expiratione in vaporem.

Quod autem detractis viginti quatuor granis ſupererit, eadem ratione perficies, eademque methodo, ut ſuprà.

Primo autem viginti tantùm quatuor grana detrahuntur, quod unaquaque reiteratione operis augetur quantitas, additione & miſtione novi argenti vivi. Etſi plurimùm plura ex maſſa quam viginti quatuor grana decerperentur, ſub finem ſeptimæ reiterationis major eſſet moles, quàm ut concoctioni ſe dederet.

Multiplicatio.

Multiplicatio

Etſi autem ſubſtantiæ neque intendantur, neque remittantur, tamen ipſæ per ſe qualitates, tanquam per inſtrumenta agunt, & cùm qualitates intendi & remitti poſſint, per has ſal fuſilis noſter acutiùs aut hebetius agit. Idcirco anteceſſores noſtri admirabili arte inveſtigarunt ſalem noſtrum aurificum, ſeu lapidem philoſophicū fuſilem & quantitate & viribus ſeu facultate agendi augere.

Hujus

Hujus incrementi duplex est ratio seu methodus.

Duplex multiplicandi methodus.

Altera est, ut ejusdem salis jam perfecti sumatur uncia, eique duodecim argenti vivi animati unciæ admisceantur, solvantur & distillentur: hinc quatuor unciæ hujus argenti vivi animati misceantur unciæ salis nostri perfecti, & quatuor caloris gradibus concoquantur: Posterior verò methodus magis compendiosa est, ut portiunculam salis nostri perfecti in argentum vivum vulgare projicias: Ex hoc auro, quod philosophicum appellamus, summa arte argentum vivum prolicito, illiusque unciã unam, unciæ unicæ salis nostri perfecti misce, & quatuor caloris gradibus concoque, & brevissimo temporis spatio omnes colores conspicies, quos conficiendo salem nostrum aurificum primum conspexisti. Intensio enim est gradus qualitatis radicitus magis infixæ in eadẽ parte subjecti. Hac enim reiteratione sal totus redditur igneus, & tenuissimæ ac subtilissimæ consistentiæ. Ignis autem & quæ ignea sunt plus actionibus obtinent, & quo tenuiora, eò promptiùs & celeriùs penetrant & subeunt partes interiores. Ergo quò sæpiùs reiteraveris, eò plus incrementi, tam quantitatis, quàm virium & facultatum posteriori pulveri accedet: Hæc agendi methodus antiquis versibus his præscribitur.

Si fixum solvas, faciasq; volare solutum,
Et volucrem figas, faciam te vivere tutum:
Conjuncta disjunge, rursus disjuncta rejunge,
Liquà duratum, durà liquatum, dicam te beatum.
Arsenicum fore dic animam, sed spiritus exstat.
Argentum vivum, calx corpus dicitur esse.

Per fixum intelligitur aurum, solutio illius est, per argentum vivum vulgare, vel aliud ex metallo in argentum vivum reducto, solutum autem evolat, quum aurum vi ignis distillatur in argentum vivum, & in vas recipiens delabitur. Volatile autem figitur, quum quatuor ejusdem partes, parti calcis aureæ miscentur, & concoctione figuntur. Conjuncta autem disjunguntur, quũ partes auri solidæ solvuntur: junguntur autem iterum, quum solutæ partes figuntur. Arsenicum est anima, id est, aurum in argentum vivum, vel vulgare, vel ex cæteris metallis arte prolicitum, Calx est aurum in calcem reductum. Nec longè abest ab iis qui dicunt Azoth & ignem huic operi sufficere. Azoth enim & aurum est in argentum vivum crassiusculum solutum, quod concoctum & fixum igneo calore temperato est lapis noster, seu potiùs sal aurificus fusilis & fixus. Quin & ex his quæ diximus, quæcunque à veteribus ænigmaticè scripta sunt, facilè quivis intelligere poterit.

Tandem verò superiorem methodum paucis verbis comprehendit

idcirco & ſolvendus ſimul & incerandus. Eſt enim ceratio poſtremus perfectionis gradus quem Geber definit, eſſe rei duræ, non fuſilis, mollificationem, ac liquefactionem, cujus inventionis cauſam eſſe ait, ut quod ex privatione ſuæ humiditatis liquefactionem non habebat in corpus in alterationem, mollificaretur ut flueret: Et vehementer errare atque hallucinari eos, qui ceratio-

Ceratio Sophiſtarum.

nem ex oleis & aquis liquidis fieri exiſtimant, ſed eam ex ſpiritibus fieri oportere.

Appellat ſpiritus argentum vivum, & ſanè hanc ſolutionem & cerationem pulveri & ſali noſtro præſtat argenti vivi animati miſtio, cujus hæc eſt methodus. Denarium ſeu viginti quatuor gra-

Methodus cerandi.

na pulveris miſce cum quatuor denariis argenti vivi animati, ut fiat malagma, quod vitreo vaſi ad figuram ovi conflato includito & vitrum obſera, & quatuor prioribus ignis gradibus concoque, eo ordine, qvo pulvis elaboratus eſt: Et triginta dierum ſpatio omnes colores ſeſe prodent, qui novem menſium tempore antea conſpicui facti ſunt. Idem opus repete ſæpius, addendo pulveri

Colores in ceratione.

quatuor partes argenti vivi animati.

Septenaria repetitio & operis decurtatio.

Breviori autem temporis ſpatio opus iteratum conficitur, quàm vice prima. Quod enim jam ſal eſt, celeriùs ſolvitur, quam quod ſal nondum eſt, ſed eſſe poteſt: ſic ſalem aurificum perfectiſſimũ, ſeu lapidem philoſophorum habebis, fixiſſimum, fuſilem ut ceram, tenuiſſimum ut aquam, penetrantem, tingentẽ, transmutantem, & perficientem omne argentum vivum, tam vulgare, quàm quod corporibus metallicis ineſt, in veriſſimum aurum.

Signum perfectæ cerationis.

Signum perfectionis ſalis hoc erit, ſi illius granum in laminam argenti ignitam projectum, ſtatim liquabitur, & partes argenti interiores ſubierit, lateque ſeſe quaqua verſum diffuderit, ut oleũ, & colore aureo intus & in ſuperficie infecerit, ſine ulla expiratione in vaporem.

Quod autem detractis viginti quatuor granis ſupererit, eadem ratione perficies, eademque methodo, ut ſuprà.

Primo autem viginti tantùm quatuor grana detrahuntur, quod unaquaque reiteratione operis augetur quantitas, additione & miſtione novi argenti vivi. Etſi plurimùm plura ex maſſa quam viginti quatuor grana decerperentur, ſub finem ſeptimæ reiterationis major eſſet moles, quàm ut concoctioni ſe dederet.

Multiplicatio.

Multiplicatio

Etſi autem ſubſtantiæ neque intendantur, neque remittantur, tamen ipſæ per ſe qualitates, tanquam per inſtrumenta agunt, & cùm qualitates intendi & remitti poſſint, per has ſal fuſilis noſter acutiùs aut hebetius agit. Idcirco anteceſſores noſtri admirabili arte inveſtigarunt ſalem noſtrum aurificum, ſeu lapidem philoſophicũ fuſilem & quantitate & viribus ſeu facultate agendi augere.

Hujus

Hujus incrementi duplex est ratio seu methodus.

Duplex multiplicandi methodus.

Altera est, ut ejusdem salis jam perfecti sumatur uncia, eique duodecim argenti vivi animati unciæ admisceantur, solvantur & distillentur: hinc quatuor unciæ hujus argenti vivi animati misceantur unciæ salis nostri perfecti, & quatuor caloris gradibus concoquantur: Posterior verò methodus magis compendiosa est, ut portiunculam salis nostri perfecti in argentum vivum vulgare projicias: Ex hoc auro, quod philosophicum appellamus, summa arte argentum vivum prolicito, illiusque unciã unam, unciæ unicæ salis nostri perfecti misce, & quatuor caloris gradibus concoque, & brevissimo temporis spatio omnes colores conspicies, quos conficiendo salem nostrum aurificum primum conspexisti. Intensio enim est gradus qualitatis radicitus magis infixæ in eadẽ parte subjecti. Hac enim reiteratione sal totus redditur igneus, & tenuissimæ ac subtilissimæ consistentiæ. Ignis autem & quæ ignea sunt plus actionibus obtinent, & quo tenuiora, eò promptiùs & celeriùs penetrant & subeunt partes interiores. Ergo quò sæpiùs reiteraveris, eò plus incrementi, tam quantitatis, quàm virium & facultatum posteriori pulveri accedet: Hæc agendi methodus antiquis versibus his præscribitur.

Si fixum solvas, faciásq; volare solutum,
Et volucrem figas, faciam te vivere tutum:
Conjuncta disjunge, rursus disjuncta rejunge,
Liquá duratum, dura liquatum, dicam te beatum.
Arsenicum fore dic animam, sed spiritus exstat.
Argentum vivum, calx corpus dicitur esse.

Per fixum intelligitur aurum, solutio illius est, per argentum vivum vulgare, vel aliud ex metallo in argentum vivum reducto, solutum autem evolat, quum aurum vi ignis distillatur in argentum vivum, & in vas recipiens delabitur. Volatile autem figitur, quum quatuor ejusdem partes, parti calcis aureæ miscentur, & concoctione figuntur. Conjuncta autem disjunguntur, quũ partes auri solidæ solvuntur: junguntur autem iterum, quum solutæ partes figuntur. Arsenicum est anima, id est, aurum in argentum vivum, vel vulgare, vel ex cæteris metallis arte prolicitum, Calx est aurum in calcem reductum. Nec longè abest ab iis qui dicunt Azoth & ignem huic operi sufficere. Azoth enim & aurum est in argentum vivum crassiusculum solutum, quod concoctum & fixum igneo calore temperato est lapis noster, seu potiùs sal aurificus fusilis & fixus. Quin & ex his quæ diximus, quæcunque à veteribus ænigmaticè scripta sunt, facilè quivis intelligere poterit.

Tandem verò superiorem methodum paucis verbis comprehendit

hendit Geber, libro summæ perfectionis capitibus 30. & 43. To-

Summa operis ex Gebro.

tius operis intentionis, inquit ille, summa hæc est, ut sumatur lapis in capitulis notus, & ejus additamentum, id est aurum in oleum seu argentum vivum conversum, & subtilientur, donec in ultimam subtilitatis puritatem deveniant, & ultimò utrumq; fiat volatile fixum, & in hoc ordine completur arcanum quod est pretiosissimum, & quod super omne hujus mundi scientiarum arcanum est thesaurus incomparabilis. Quantæ autem sint nostri hu-

Vires lapidis.

jus salis aurifici vires & facultates, sola experientia demonstrari potest.

Granum enim pulveris in emendatum & repurgatum argentũ vivum projicitur quod non in metallum primò, sed in pulverem vertitur, cujus vis tamen imminuitur, & hujus pulveris postrema pars in aliud argentum vivum projicitur, totiesq; ex postremo pulvere fit projectio, dum non pulvis, sed metallum confletur. In mistione enim qualitates igneę calidę & siccæ pulveris nostri aurifici pugnant cum qualitatibus frigidis & humidis ar. vivi, nec nisi certa proportione qualitatum agentium & patientium, argentum vivum, tam vulgare, quàm metallorum temperatur & perficitur in

Dubium.

aurũ. Forsitan dubitabunt pleriq; qui audient profiteri nos argentum vivum vulgare, quantumvis animatum, esse alteram seminis partem: tum quòd ægerrimè aurum unà cum illo in sublime feratur, uniatur & animetur, tum quòd humiditatem impensè indefinitam & interminatam habeat. Postremò etiã, si idem ipsum alteram seminis partem constituat, utriusque seminis perfectio in longissimum tempus protrahetur. Itaque vel ex stanno, vel plumbo, vel stibii regulo (sic enim quod subsidet, dum purgatur, appellant) prolicitum argentum vivum, præstantius & compendiosum magis judicabunt: quorum opinioni parum adversabor, imò facilè subscribam, præsertim si ex stibii regulo diducatur argentum vivum. Maximam enim totius substantię similitudinem habet cum auro, sed hoc animadvertendũ erit, ex vario argenti vivi temperamento prioris caloris gradus intendendos aut remittendos esse.

Scopus artis.

Scopus enim est humidum sicco unire, & utrumq; figere fixione firma & solida. Hinc in observatione uniuscujusq; gradus externi hæc est lex, ut sit æqualis calor, & temperatus, qui semen utrumq, mistũ alterare possit, at non in vaporem rarefacere: Si igitur argentum vivũ vulgare animatũ misceatur auro, remittendus erit gradus caloris initio operis, est enim magis indefinitum & volatile, sin ex cæteris argentum vivum arte prolicitum eidem auro misceatur, paulo intensior adhibendus erit caloris gradus.

Hujuscemodi enim argentum vivum cùm sit crassius, magisq; à natura decoctum, majorem vim ignis tolerat, nec tam facile à calore igneo evolat in fumum, uti vulgare.

Hoc

Mercurius ex Saturno & Iove, & regulo antimonii ut educendus.

Hoc autem argentum vivum è plumbo, ſtanno & regulo ſtibii educitur ea via ac methodo quã Geber ex ſublimatione marchaſitæ docet. Ignis enim excellentis vi fertur ſurſum vapor quidam ſiccus, qui lateribus vaſis frigido denſatur & concreſcit: Hic exemptus & oleo tartari maceratus, lotus & tritus, emergit argentum vivum fluidum, veluti à terrena fæce vindicatum & purgatum.

Veterum ſilentium.

Hanc proliciendi argenti vivi methodum priſci illi hujus artis profeſſores omnes ſilentio præterierunt, nec usquam ſcriptis tradiderunt, & conſultò quidem. Eſt enim totius artis arcanum, & aditus ad poſteriora: hæc apertiſſimè illos patefeciſſe, priora autem occuluiſſe certum eſt.

Hæc eſt igitur dilucida, recta, vera, atque compendioſa conficiendi ſalis noſtri aurifici, ſeu lapidis philoſophici ratio, cujus vis & facultas eſt, argentum vivum, nec non reliqua metalla in aurũ veriſſimum perficere. Eſt etiam verum aurum potabile, quod in omni liquore ſolvatur, &, ut ajunt, præſtantiſſimum eſt & accommodatiſſimum profligandis morbis deſperatis remedium.

Aurum verũ potabile.

Huic ſali aurifico inſiſtendum eſſe potiſſimùm, tutius eſſe ſemper exiſtimavi.

Objectiones.

Verùm non pauci deerunt, qui aurum ſine argento vivo ſolviſſe, & ſine hoc ſale aurifico ſeu lapide Philoſophico etiam ſe aliquid præſtitiſſe, & experientia comprobaſſe affirmabunt, & breviori quidem temporis ſpatio: Quibus ut reſpondeam, non inficiabor ſales quosdam arte in aquam & liquidam conſiſtentiã verti poſſe, idq; expeditiùs quam aurum ab argento vivo ſolvitur, quarum aquarum vi & facultate acerrima aurum in liquorem quendam ſolutum apparet, ſed verè ſolutum non eſt, nec naturã exuit metallicam: Eousque enim ſolutum conſpicitur dum liquorem ſalſum retinet, qui verè auro miſtus non eſt, nec unitus. Diſſimiles enim naturæ non vere miſcentur. Itaque liquor ille ſalſuginoſus igne violento depulſus, in vaporem rareſcit & effertur ſurſum, aurum autẽ in imo vaſis, ut pulvis fulvus aut croceus fixus ſubſidet, qui Chryſocollâ additâ liquatur, & rurſus, ſine intertrimento in aurum redit. At argentũ vivum, quod alteram eſſe ſeminis partem diximus, vere ſolvit aurum, eique unitur, & cum eo figitur in perpetuum: ſunt enim ejusdem formæ, ſed non ejusdem temperamenti, aut potiùs ejusdem perfectionis. Hac ſolutione & utriusque fixione peracta pulvis, aut ſal noſter aurificus deinde in aurũ redire non poteſt, niſi certa proportione in reliqua metalla, aut argentum vivum projiciatur. Sal enim hic eſt vera tinctura & oleum fixiſſimum, & tenuiſſimæ eſſentiæ. Neq; etiam ierim inficias aurum in liquorem hunc aqueum ſolutum vi aquarum acriũ perficere poſſe argentum vivum, & argentum in puriſſimum au-

Reſponſio.

Notandum.

Auri & Mercurii & ſympathia, & antipathia.

rum, cujus effectus causam non tradiderunt, ejus ignoratione quod agunt nesciunt, & errorē emendare non possunt, quod nos præstare oportet, quamvis orationis nostræ institutum prætergredi videatur. Sed quemadmodum pila vehementissimè commota revocari non potest, sic calamus eò inclinatus est, quò avocari facile non possit, dum omnia, quæ huc pertinent, attigerit: forsitan qui hæc perlegent ante aut post obitum nostrum, nostri memores erunt.

Causa perfectionis argenti vivi.

Causa hæc est: Argentum vivum ut perficiatur, sola cōcoctione eget, est enim ut diximus aurum imperfectum & immaturum. Calor igneus externus solus concoctionem hanc efficere non potest, non enim argento vivo miscetur aut adhæret, & necesse est aliquid eidem adhærere quo retineatur dum concoquitur; ne in fugam vi ignis abeat. Rursus aurum, etsi eidem adhæreat, ipsum retinere non potest, tum quod sit consistentiæ crassioris, quam ut ejusdem interiores partes subire possit, tum quod per illius liquefactionem, cum tardior sit, non retineatur, sed ignis violentia evanescat: sed etsi argentum vivum ab auro retineretur,

Coctionis causa.

non tamen ab eodem concoqueretur. Concoctionis enim causa est calor & qualitas ignea, atqui auro qualitates igneæ insitæ non sunt; quibus indefinitum argenti vivi humidum domare, definire & evincere possit. At quum ab his liquoribus salsuginosis solutum in liquorem existimatur, etsi verè solutum non sit, nec mistum, tamen hæc præstare potest, non eadem ratione qua sal noster aurificus aut lapis philosophicus, qui solus ex sese, nullius alterius ope indigus, nisi fortè calore igneo adjutus, perficit: sed juvatur aurum, etsi naturam metallicam non exuerit, liquoribus illis acribus, quibus solutum tenuissimæ efficitur consistentiæ & liquefactionis facilimæ, ut cera, quamdiu ei admisti fuerint. Nec enim hi liquores statim evolant, nisi vehementiore igneo calore: tametsi quidam, ut Lullius, existimaverint eos perpetuò figi unà

Lullii opinio.

cum auro, quod in animū inducere non potui. Sed eorum fixio sufficiens est, quæ argentum vivum in ignis pugna retinere possit, dum ad naturam corporis pervenerit. Præterea hi liquores, quū nihil aliud sint quàm sales, & naturam salis obtineant, qualitatibus propriis igneis humidum argenti vivi concoquunt seorsum, definiunt & tandem omnino evincunt.

Argentum quoque ut perficiatur, sola purgatione & concoctione eget.

Atqui hi liquores salsuginosi utrumque præstant: mira sanè est vis salium in toto hoc opere: At argentum, quum sit aridius, indiget argenti vivi mistióne & unione, veluti glutine, cujus beneficio omnia auri examina subeat & perpetiatur.

Quod enim humidum auri sit purum, viscosum & impensè à natura concoctum, nulla arte à suo sicco distrahitur. Methodus

vertendi

vertendi aurum in liquorem multiplex est, & passim apud authores præscriptam atque evulgatam reperies: sed hæc inter cæteras omnes facilis est: Aurum in calcem redigatur, ea via atque ratione, quam nos in præparatione ejusdem superius diximus. Hinc solvatur calx facta regiâ aquâ, id est, aqua acri, ex sale petræ & calchanto distillata, cui deinde sal ammoniacus, optimè per sublimationem depuratus, infundatur, & loco tepido in eadem regia solvatur. Ab hinc distilla aqueum liquorem tenuiorem, distillatione per aquam calentem, quam Balneum Mariæ vel maris vulgò appellant. Distillationem hanc eandem septies repete, donec videris oleum rubrum in imo vasis fundo existens, quod oleum calore levi solvitur, depositum verò ab igne, loco frigido concrescit & densatur veluti gummi. Huic gummi admisce quatuor partes salis ammoniaci, itidem optimè per sublimationem sæpius repetitam, subtiliati & repurgati, & in aquam soluti, deinde languido atque imbecillo igne conçoque in crassam consistentiam, postea humido in loco solve, hinc rursus desicca: & identidem hæc eadem opera toties repete, coagulando & solvendo, dum tandem calore sicco languido non amplius concrescat, sed veluti oleum crassum in eodē calore perpetuò maneat ac persistat. Hujusce olei accipe unciam unam, quam misce cum quatuor unciis argenti vivi, qua poteris, meliori ratione optimè ab impuritatibus defecati & depurgati, quæ posita in vitreo vase apto, concoque octo dierū spatio, sensim caloris gradum augendo, dum tandem quarti ac postremi gradus vehementissimum adhibueris, & pulverem rubrū, aut saltem subcroceum conspexeris. Quem pulverem exemptum tandem in igne fusorio, chrysocolla addita, colliquabis in aurum verum. Verum hoc expeditiùs etiam fiet, si globum ex auro & argento vivo confectum, ea quam supra docuimus methodo, olei hujusce portiuncula delinitum una contriveris, & tandem, ut superiore in praxi indicatum est, concoxeris. Postremò idem opus etiamnum feliciùs tutiusque perages, si globum ex auro, argento, atque argento vivo composueris & expresseris, huicque globo ejusdem olei aurei portiunculam admiscueris, mixtam contriveris, & denique, ut sæpè jam dictum est, ignium gradibus sensim auctis concoxeris. Verùm hæc auri olea per aquas acres præparata, etiamsi magni videantur esse momenti, si tamen cum sale illo nostro aurifico, aut lapide philosophico comparentur, nihili existimanda sunt.

Auri in liquorem redigendi facilis methodus.

Olei auri usus.

Soli Deo, bonorum omnium fonti, sit honor, laus & gloria in æternum. Amen.

TYPOGRAPHUS LECTORI S.

QVum operis hujusce editionem, Candide Lector, amico cuidam meo, rerum Chymicarum amatori, emittendam communicassem: Is perlecto nostro tractatulo & collaudato, sequentes regulas seu canones, ejusdem argumenti, ei adjungendas concessit: quos quidem è veteri Manuscripto, (ut inquiebat) transcripsit & publicari voluit, ut quibus superiora minùs arriderent, (non enim est omnibus placendi modus,) iidem hîc haberent quod meditationem alacrem, non sine fructu, & detineret & si fortè à recta via aberraret, in eandem, qua par est, fidelitate, reduceret. Hos, quantumvis breves, si boni consulueris, eundem ad majora communicanda posthac, incitabis atque allicies. Vale, & his feliciter utere ac fruere.

CANONES SEU REGULAE DECEM, DE Lapide Philosophico.

Quibus rectè intellectis, non exiguus patebit filio artis ad optatum finem aditus.

Regula Prima.

LApis, qui quæritur, unus est, medicina unica, nec plures esse possunt.

secunda

Regula Secunda.

Materia rei, sive lapidis unius, itidem unica nec multiplex est, nec in alia re totius mundi illa potentia propinqua invenitur, nec itidem in alia re illud secretum reperitur, nec habet sui similem in toto mundo.

Regula Tertia.

Continet tamen in se plures præcipuè: sed hypostaticas tamen duas, Inferiorem & Superiorem, imò suo diverso respectu, tres, quatuor & quinque.

Regula Quarta.

Illa Res quoque suo respectu est Omnia, & continet Omnia, estque super Omnia sublunaria: Et itidem alio respectu. Nihil est, quia est Hyle, sive de Chao & semine mundi, multam habens benedictionem.

Regula Quinta.

Unica illa materia, est Materia prima omnium Metallorum, non factorum, sed fiendorum, unde nec animalis, nec vegetabilis, nec mineralis est, sed Catholica & universalis, neutiquam autem specifica. Et est Terrena Aqua, & Aquosa Terra, in Terræ ventre, Terræ commixta, cum qua se commiscet Spiritus & Quinta Essentia, sive cœlestis influxus.

Regula Sexta.

In forma tamen externa cum mineralibus convenit, & cernitur ex mineris, qua de causa Naturalis nec Artificialis est, siquidem à Natura ipsa præparatur.

Regula Septima.

Et quemadmodum est unicus lapis & unica materia, sic etiam est unica præparatio, quæ omnino Naturam imitatur, quantum potest: Et sanè Naturæ operatio artificiis norma esse debet.

Regula Octava.

Et quemadmodum Natura ex illa materia vaporem quendam suscitat, qui vapor in mineris inclusus in purum locum deveniens, virtute minerali sulphurea pura, in metallum purum congelatur & fixatur longo temporis spatio: sic etiam præparatio ista dividitur in duas partes, quarum prima naturalis suo respectu, & artificialis alio modo. In qua spiritus iste mundificatus, aqua illa verè permanens cum corpore suo, in quintam Essentiam redacto, congelatur, & fixatur: ut verum sit quod Philosophi dicunt, Totum opus in solutione & congelatione consistere. Unum tamen opus in plures expandi potest, diverso respectu.

Regula Nona.

Natura tamen adjuvanda est, tum administrando igne externo, movendo tamen internum, tum administrando Mercurio Physicorum, aut perfecto in humido, aut plusquam perfecto in sicco: fermentum totam massam in sui naturam convertens.

Regula Decima.

Et ante fermentationem tamen est Catholica ac universalis verè, & in omnia sublunaria agit universaliter & Catholice. Post fermentationem autem est specifica ad naturam metallicam.

EPILOGVS TOTIVS *rei hicest.*

VNicus est lapis, unica materia, quæ est prima omnium metallorum, præparatio saltem unica, à qua si quis aberraverit, scopum non attinget. In duas operationes divisa, Solutionem scilicet, & congelationem: Et est verè universalis ante fermentationem, post eam specifica.

Benedicta ergo sit illa res, & benedicta sit ejus operatio, per Jesum Christum. Amen.

Vulgaris oculus hîc caligat, diffiditque plurimum. Vigila.

OMNI-

Præfatio ad Lectorem

OMNIBUS CHYMICAE ARTIS INQVISITORIBVS, GENVINIS

videlicet Hermetis filiis, Autor salutem & benedictionem à Deo precatur.

CVm mecum perpenderem, candide Lector, multos adulterinos libros, falsaque ut vocant Alchymistarum recepta, impostorum fraude & avaritia composita, in quibus ne scintilla quidem veritatis elucet, inter naturalium, occultarumque Artium Indagatores versari, quibus & quamplurimi decepti sunt, & adhuc decipiuntur, nihil me utilius facturum existimavi quàm si Talentum à patre Luminum mihi creditum, cum filiis & hæredibus scientiæ commune haberem, ut & posteri animadverterent, non solum prioribus seculis, verùm etiam hoc nostro, singularem illam DEI *benedictionem Philosophicam, quibusdam hominibus non fuisse denegatam. Nomen meum certis de causis publicare non consultum visum est, dum non mihi laudem quæro, sed Philosophiæ amatoribus prodesse studeo: Ideo vanam gloriæ cupiditatem relinquo illis, qui malunt* videri *quàm* esse. *Quæ hîc in veritatis philosophicæ indubitatæ attestatione scribo, paucis comprehensa à Manuali experientia mihi ab Altißimo concessa, deprompta sunt, ut ii, qui in hac laudatissima scientia, prima & realia posuerunt fundamenta, hac cohortatione pulcherrimarum rerum exercitationem non deserant, & sic à scelerata Fumivendulorum turba, cui dulce est decipere, tuti sint. Non sunt somnia, ut ignarum vulgus loquitur, nec inania otiosorum hominum commenta, ut stulti & insipientes, qui artem rident. Veritas est ipsißimæ Philosophica, quam ut veritatis amator, in veritatis Chymicæ immeritò proclamatæ subsidium & confirmationem, occultare, aut silentio involvere, non debui nec potui:*

quamvis hisce malignis temporibus (ubi virtus & virium æquiparantur) propter seculi indignitatem, hominumque ingratitudinem & infidelitatem (ne quid de Philosophorum maledictionibus loquar) in publicum prodire maximopere pertimescat. Possem adducere Chymicæ hujus veritatis testes, autores videlicet gravissimos, juxta unanimem venerandæ Antiquitatis in tot diversis nationibus consensum: At, quæ experimento oculari videntur, probatione non indigent. Viderunt illam sine veste Dianam hisce elapsis annis (sciens loquor) multi & supremæ & infimæ sortis homines: Et licet reperiantur quidam maleferiati, qui aut ex invidia, aut malitia, aut metu detectionis impostturarum suarum, clamitent auro suam animã posse extrahi, & pomposa ac vana ostentationis delusione alieno reddi corpori, non sine temporis, laborum, ac sumptuum jactura & detrimento: sciant pro certo Hermetis filii ejusmodi animarum, ut loquuntur, sive ab auro sive a Luna (quacunque via vulgari Alchymistica) extractionem, meram esse persuasionem, quod quidem à multis non creditur, sed tandem per experientiam unicam & solam veritatis Magistram, cum damno verificatur. Econtra qui (viâ Philosophica) hoc sine fraude & fuco præstare posit, ut vel minimum Metallum, sive cum lucro, sive sine lucro realiter colore Solis vel Lunæ (in omnibus Examinibus requisitis permanente) tingat: Illum jure affirmare possum, habere fores naturæ apertas ad ulteriora, & altiora arcanæ investiganda, & cum Dei benedictione acquirenda. Porrò præsentes hos Tractatus, mea experientia conscriptos, scientiæ filiis offero, ut dum omni cogitatione, motuq; animi in naturæ occultis operationibus inquirendis versentur, inde rerum veritatem, ipsamq; naturam perspiciant, & cognoscant: In qua Re sola totius sanctissimæ artis philosophicæ perfectio consistit, modo via Regia, quam natura in omnibus operationibus præscribit, progrediantur. Ideo hîc Candidum Lectorem admonitum velim, ut scripta mea, non

tam ex

tam ex verborum cortice, quàm è naturæ viribus intelligat, ne postea tempus, laborem, & sumptum frustra expensum deploret: Consideret Sophorum hanc esse scientiam, non imperitorum: Et longe alium esse Philosophorum sensum, quam ut eum percipiant, vel Thrasones glorioſi, vel Literati irrisores, aut contra conscientiam vitioſi (qui dum virtutibus emergere non possunt, sceleribus & honestorum virorum calumniis id moliuntur) vel imperiti circumforanei, qui suis dealbationibus & Rubefactionibus, cum indignissima laudatissimæ scientiæ Chymicæ diffamatione, universum ferè mundum decepêrunt. Hujus farinæ Homines sanctissima illa scientia nnnquam in penetralia sua intromittet. DEI enim donum est. Siquidem ad eam, non nisi sola DEI intellectum illuminantis gratia, per patientem & Religiosam humilitatem perveniri possit, aut per ocularem experti Præceptoris demonstrationem: quapropter à DEO alienos meritò à secretis suis procul abigit. Quod reliquum est, filios artis unicè rogo, ut meum bene de ipsis merendi studium, animo grato accipiant, & cùm OCCULTUM *fecerint* MANIFESTUM, *atque Dei nutu, constanti labore in optatum portum philosophicum appulerint, philosophico more omnes indignos ab hac arte excludant, amorisq; erga proximum egenum in timore DEI, postposita vana ostentatione, memores, Optimo ter Maximo pro speciali hoc munere, sine abusu, in tacito & pie gaudenti sinu, sempiternas gratitudinis laudes decantent.*

SIMPLICITAS VERITATIS
Sigillum.

EPI-

EPIGRAMMA,
In
VERE AUREOS DE LAPIDE PHILOSOPHORUM TRACTA-tus Anonymi Leſchi.

SVnt multi lapidis noſtri queîs fabrica ſordet;
Hi ſordent meritò, maxim Leſche, tibi.
Maxime Leſche placet tibi triga: Deus, Natura, Ars.
Triga tibi hæc placeat, maxime Leſche, diu.
Perge mari uxorem conjungere, ſolvere junctos
Perge. Deus foveat cœpta ſecunda diu!
Perge malos chymicos convellere, perge docere:
Vt ne dilapident omnia pro lapide.

Johan-Henricus Alſtedius, Profeſſor Philoſophus f. Francofurti ad Mœnum, Anno 1611. feriis Paſchalibus.

DVODECIM TRACTATVS
DE LAPIDE PHILOSOPHORUM:
Authore me, qui
DIVI LESCHI GENUS AMO.
TRACTATUS I.
De Natura, quidnam ea ſit, & quales ejus debeant eſſe Scrutatores.

MULTI ſapientes, doctiſſimique viri, ante complura ſecula, imo Hermete teſte, ante diluvium, multa ſcripſerunt de conficiendo lapide Philoſophorum, & tot nobis reliquerunt ſcripta, ut niſi natura indies operaretur credibilia nobis, vix jam aliquis verum exiſtimaret eſſe NATURAM

turam, quia superioribus seculis non tot inventores rerum fuerunt: Nec etiam antecessores nostri, aliud quicquam considerârunt præter naturam ipsam, & naturæ possibilitatem: Et quamvis illi in simplici tantum naturæ via manserint, ea tamen invenerunt, quæ nos nunc in tot rebus versantes, vix nostris ingeniis potuissemus imaginari: hoc fit, quia nobis natura, & generatio rerum in orbe jam vilis simplexque videtur: Et ideo ingenia nostra, non ad res cognitas, sed ad talia, quæ non, vel vix fieri possunt intendimus: quapropter ita etiam nobis succedit, facilius excogitare res subtiles, & quas ipsi Philosophi nescirent, imaginari possumus, quàm ad verum naturæ cursum, & Philosophorum sensum pervenire: Et sic natura hominum comparata est, ut ea quæ scit, negligat, alia semper quærat, multò magis ingenia humana, quibus natura subdita est: Exempli gratia, vides quemlibet Artificem, cum jam ad summam artificii sui perfectionem pervenerit, alia quærit, aut eò abutitur, aut planè desinit: Ita etiam generosa natura, semper agit, usque in ipsum Iliadum, h. e. Terminum ultimum, postea cessat: Nam indita est naturæ promissio quædam ab initio, ut per cursum integrum possit ad meliora venire, & requiem habere plenariam, ad quam omni conatu tendit, & gaudet suo fine, non aliter, ut Formica senio, cui in senectute natura creat alas: ita nimirum & nostra ingenia, eousque progressa sunt, præsertim in Arte Philosophica, seu Lapidis praxi, ut jam ferè in ipsum Iliadum pervenerimus. Nam ars Chymiæ ejusmodi subtilitates nunc invenit ut vix majores possint reperiri, & eatenus differt à veterum Philosophorum Arte, prout Faber Horologiorum, à simplici Fabro ferrario; & licet ambo tractent ferrum, nihilominus neuter sciret alterius labores, quamvis ambo sint in sua arte Magistri. Si hodie reviviscceret ipse Philosophorum Pater Hermes, & subtilis ingenii Geber, cum profundissimo Raymundo Lullio, non pro Philosophis, sed potius pro Discipulis à nostris Chymistis haberentur: Nescirent tot hodie usitatas distillationes, tot circulationes, tot calcinationes, & tot alia innumerabilia Artistarum opera, quæ ex illorum scriptis hujus seculi homines invenerunt & excogitârunt. Unicum tantum nobis deest, ut id sciamus, quod ipsi fecerunt, Lapidem videlicet Philosophorum seu Tincturam Physicam: Nos dum illam quærimus, alia invenimus, & nisi ita usitata esset procreatio humana, & natura in eo suum jus teneret, jam vix non deviaremus. Sed ut revertar ad propositum: Promisi in hoc primo Tractatu naturam explicare, ne nos à simplici via vera, vana deflectat imaginatio. Naturam igitur dico, unam, veram, simplicem, integram in suo esse, quam Deus ante secula fecit, & spiritum ei inclusit: Scito autem naturæ terminum esse Deum, qui & naturæ principium est, siquidem nullum finitur initium nisi

tium nisi in eo, in quo incipit. Dixi unicam esse tantum, per quam Deus omnia facit, non quod Deus sine illa operari nesciret, (siquidem ipse naturam fecit, & omnipotens est) sed ita sibi placuit, & fecit: Res omnes ex illa natura unica proveniunt, nec est in orbe aliquid extra naturam: Et quamvis aliquando abortus fiant, hoc non est naturæ, sed vel Artificis vel loci vitium. Natura hæc divisa est in loca quatuor, in quibus hęc omnia operatur, quæ apparent, & in umbra sunt, siquidem res potius in umbra sunt, quàm ut verè appareant: Mutatur in mare & fœmina, & Mercurio assimilatur, quia se jungit variis locis, & secundum terræ loca bona vel mala res producit, licet non sint loca mala in terra, prout nobis videtur: Qualitates autẽ sunt tantum quatuor, & hę omnibus insunt rebus, neque concordant, semper una excedit aliam: Natura autem non est visibilis, licet visibiliter agat, nam est spiritus volatilis, qui in corporibus suum agit officium, locum & sedem suam habet in voluntate divina, nobis hoc loco ad nil aliud ipsa prodest, nisi ut ejus loca sciamus, quæ sint ipsi convenientiora vel propinquiora, h.e. ut sciamus, conjungere rem rei, secundum naturam, ne misceatur lignum homini, aut Bos vel Animal Metallo, sed quodlibet agat in suum simile, & tunc etiam natura suum præstabit officium. Locus naturæ non est alius, quàm ut supra dictum, in velle DEL. Scrutatores naturæ, tales esse debent, qualis est ipsa natura, veraces, simplices, patientes, constantes, &c. & quod maximum, pii, Deum timentes, proximo non nocentes: Postea diligenter considerent, num propositum suum cum natura concordet, an sit possibile, ab exemplis discant apparentibus, ex quibus videlicet rebus quid fiat, quomodo, & in quali vase natura operetur: Nam si tu simpliciter vis aliquid facere, sicuti ipsa facit natura, sequere naturam: Sin verò præstantius quid moliris, quàm Natura, id animadverte in quo & per quid melioratur, & semper in suo id fiet simili: Exempli gratia, si cupis metallum (quæ est nostra intentio) ulterius quàm natura fecit, in virtute promovere, naturã accipere oportet Metallicam, & hoc in mare & fœmina, aliàs nihil efficies. Si enim intendis ex herbis creare Metallum, laborabis invanũ, sicut etiam ex Cane vel Bestia lignum produces.

TRACTATVS II.

De operatione naturæ in nostro proposito & Spermate.

NAturam jam dixi esse veram, unicam, ubique apparentem, continuam, quæ cognoscitur ex rebus productis, lignis videlicet, herbis, &c. Dixi etiam, Scrutatorem naturæ esse oportere veracem,

racem, ſimplicem, patientem, conſtantem, unicæ ſaltem rei animũ applicantem, &c. Nunc de naturæ actu incipiendum: Sicuti natura in Dei velle eſt, & Deus creavit illam, vel impoſuit omni imaginationi, ita natura fecit ſibi ſemen, hoc eſt, velle ſuum in Elementis: Illa eſt quidem una, & tamen res profert diverſas, ſed nil operatur ſine Spermate, quicquid Sperma vult operatur natura, nam eſt inſtar Artificis alicujus inſtrumenti. Sperma igitur uniuſcujuſque rei melius & utilius eſt Artifici, quàm natura ipſa: Nam è natura ſine Spermate efficies tantum, quantum ſine igne, auro vel argento Aurifaber, aut ſine grano aut ſemine Agricola. Habito Spermate, natura præſtò aderit, ſive ad malum, ſive ad bonum. Operatur illa in Spermate, ut Deus in libero hominis arbitrio, & hoc eſt magnum Miraculũ, quod natura obedit Spermati, non coacta, ſed propria ſponte, ſicuti & Deus omnia concedit, quæ homo vult, non coactus, ſed ex proprio velle: Ideo homini liberum dedit arbitrium, ſive ad malum ſive ad bonum. Sperma igitur eſt Elixir cujuſque rei, vel quinta eſſentia, ſeu perfectiſſima rei decoctio, & digeſtio, ve Sulphuris Balſamum, quod idem eſt, quod Humidum Radicale in Metallis: Magnus quidem hic de hoc Spermate poſſet inſtitui ſermo, ſed nos tantum ad propoſitũ in arte Chymica tendimus: Quatuor Elementa generant Sperma, voluntate Dei & imaginatione naturæ: Quemadmodum enim viri Sperma habet centrum, ſeu vas ſui ſeminis in renibus, ita quatuor Elementa motu indeſinenti (quodlibet ſecundum ſuam qualitatem) projiciunt Sperma in terræ centrum ubi digeritur & per motum emittitur foras: centrum verò terræ, eſt quidam locus vacuus, ubi nihil quieſcere poteſt: In centrum (ut ita loquar) ſeu centri marginem & circumferentiam, quatuor Elementa ſuas projiciunt qualitates, ſicut vir ſuum emittit ſemen in uterum mulieris, in quo nil manet de Semine, ſed poſtquam debitam Matrix accipit portionem cæterum ejicit foras: Similiter in centro terræ accidit, ut vis Magnetica partis alicujus loci rem ad ſe attrahat, cõvenientem ſibi ad pariendum aliquid, cæterum ejicitur foras in lapides & alia excrementa: Nam omnes res ex eo fonte habent originem, nec quicquã in toto mundo naſcitur, niſi per hunc fontem. Exempli gratia: Habeatur in aliqua menſa plana vaſculum Aquæ, quod locetur in Menſæ medium, & circumcirca ponantur res variæ, & colores varii, item Sal, &c. quodq; ſeparatim: effundatur poſtea Aqua in medium, videbis illam Aquam hinc inde diffluere, & dum rivulus unus attinget colorem rubeum, rubefiet ab illo, ſi ad ſalem, ſalis ſaporẽ mutuabitur, & ſic de cæteris. Aqua enim loca non mutat, ſed locorum diverſitas mutat Aquam. Simili modo è centro terræ Semen vel Sperma à quatuor Elementis in centrum projectum ad varia loca tranſit, & ſecundũ loci naturã naturatur res, ſi pervenit ad locum

terræ

terræ & Aquæ purum, fit res pura. Semen & Sperma omnium rerum eſt unicum, & tamen varias res generat, uti è ſequenti apparet exemplo: Viri ſemen, eſt ſemen nobile, & ſaltem ad generationem hominis eſt creatum: nihilominus, ſi vir abutatur eo, quod eſt in ejus libero arbitrio, naſcitur abortus: Nam ſi contra graviſſimas Dei inhibitiones vir iniret vaccam, aut aliam beſtiam, facilè conciperet beſtia viri ſemen; quia natura non eſt niſi una, & tunc non naſceretur Homo, ſed beſtia & abortus, ſiquidem lotum non invenit ſemen ſibi competentem: Tali inhumana & deteſtanda commixtione virorum cum beſtiis variæ beſtiæ producerentur hominibus ſimiles. Ita enim fit, ſi Sperma intrat centrum, naſcitur quod inde naſci debebat, ſed cùm jam in locum venit, & concipit, non amplius mutat formam: Verum dum adhuc in centro Sperma eſt, æquè facilè ex illo ſpermate produci poteſt arbor, quàm Metallum, tam citò herba quàm lapis, & unus precioſior altero, ſecundum puritatem vel impuritatem loci: Sed quomodo Elementa Sperma generent, nunc nobis dicendum eſt, & hoc modo fit: Elementa ſunt quatuor, duo ſunt gravia, & duo ſunt levia, duo ſicca, duo humida: ſed unum maximè ſiccum, & alterum maximè humidum, ſunt maſculina & fœminina, &c. Horum quodlibet per ſe eſt promptiſſimum ad producendum res ſibi ſimiles in Sphæra ſua, & ita voluit Altiſſimus: Hæc quatuor non quieſcunt, ſed ſemper invicem agunt, & quodlibet per ſe emittit ſuum ſubtile, ac in centro conveniunt. In centro verò eſt Archæus, naturæ ſervus, qui ea ſpermata miſcendo ejicit foras. Quomodo autem id fiat, in Epilogo horũ duodecim Tractatuum copioſius videre eſt.

TRACTATVS III.

De verâ prima Metallorum materia.

PRima Metallorum materia duplex eſt, ſed una ſine altera Metallum non creat: Prima & principalis eſt humidum aeris caliditate mixtum, hanc Philoſophi Mercurium nominârunt, qui radiis Solis & Lunæ gubernatur in mari Philoſophico: Secunda eſt terræ caliditas ſicca, quàm vocârunt Sulphur: Sed quia omnes veri Philoſophi hanc maximè occultaverunt, nos paulò lucidius illam explicabimus, pondus præſertim, quo ignorato, omnia deſtruuntur: Inde fit ut multi ex re bona producant abortus: ſunt enim qui totũ corpus pro materia ſeu ſemine vel Spermate ſumũt, alii fruſtum, & hi omnes à recto declinant tramite. Exempli gratia, ſi quis viri pedem, & mulieris acciperet manum, & vellet ex hac commiſtione creare hominem, non eſſet poſſibile. Eſt enim in quolibet corpore centrum, & locus vel ſeminis ſeu Spermatis

punctum,

ſemper 8200. pars etiam in ipſo grano Tritici: Et hoc aliter eſſe non poteſt: Nam non totum granum vel corpus vertitur in ſemen, ſed tantum eſt in corpore ſcintilla aliqua neceſſaria, quæ à ſuo corpore cuſtoditur, ab omni exceſſivo calore & frigore, &c. Si habes aures & ſenſus, hîc animadverte & ſecurus eris, non tantum ab illis qui locum Spermatis ignorant, totumque granum in ſemen reducere nituntur, verum etiam ab his omnibus, qui in ſolutione Metallorum verſantur vana, & Metalla per totum ſolvere volunt, ut poſtea ex illorum commixtione mutua, novum creent Metallum. At ſi hi naturæ proceſſum conſiderarent, viderent rem ſe habere longe aliter. Nam nullum Metallum eſt tam purum, quod non habeat & ſuas impuritates, unum tamen altero pauciores vel plures: ſed tu amice lector, primum obſervabis naturæ punctum, ut ſupra dictum & ſatis habes: ſed hanc tibi habeto cautelam, ne in Metallis vulgi illud quæras punctum, in quibus non eſt: Nam hæc Metalla, præſertim aurum vulgi mortua ſunt, ſed noſtra ſunt viva, ſpiritum habentia, quæ omnino ſumenda ſunt: Scito enim Metallorum vitam eſſe ignem, dum adhuc in ſuis mineris ſunt, & mortem etiam ignem, fuſionis videlicet. Prima verò Metallorum materia eſt humiditas quædam mixta aere calido, & eſt in forma aquæ pingvis adhærentis unicuique rei puræ vel impuræ, in uno loco tamen abundantius quàm in altero, quod fit quia terra eſt in uno loco magis aperta & poroſa, vim attractivam habens quàm in altero. Provenit aliquando per ſe in lucem induta veſte aliqua, præſertim in locis, ubi non habet adhærere alicui, cognoſcitur ita, quia res omnis ex tribus principiis eſt compoſita: In materia verò Metallorum unica tantum ſine conjunctione, excepta veſte, vel ejus umbra ſcilicet Sulphure, &c.

TRACTATVS IV.

Quomodo Metalla in terræ viſceribus generantur?

PRoducuntur Metalla hoc modo, poſtquam quatuor Elementa virtutes ſuas projiciunt in terræ centrum, Archæus diſtillando ſublimat calore motus perpetui in teræ ſuperficiem: Eſt enim terra poroſa, & ventus ſtillando per poros terræ reſolvitur in aquam, ex qua res naſcuntur omnes: ſciant ergo doctrinæ filii ſperma Metallorum diverſum non eſſe à ſpermate rerum omnium, ſcil. vaporem humidum: Ideo fruſtra quærunt Artiſtæ Metallorum reductionem in materiam primam, quæ tantum vapor eſt: Philoſophi non talem intellexerunt materiam primam, ſed tantum materiam ſecundam, ſicuti Bernhardus Treviſanus optimè diſputat, quamvis nõ ita lucidè, quia de quatuor Elementis loquitur, nihilominus id dicere voluit, & ſolummodo, cum filiis locutus eſt. Ego

verò ut clarius Theoricam detegerem, omnes hic præcavere & monere volui, ut tot solutiones, tot circulationes, tot calcinationes ac reiterationes sinerent, nam frustrà id quæritur in re dura, cum per se mollis ubique sit: Non prima sed secunda tantum quæratur Materia, talis nimirum, quæ simul ac concepta est, in aliam mutari formam non potest. At si quæras, quomodo Metallum in talem reducatur materiam sequor in eo Philosophorum intentionem: Hoc tantum præ cæteris volo, ut filii Artis intelligant sensum Scriptorum, non syllabas, & ubi natura desinat, in Metallicis videlicet coram oculis nostris perfectis corporibus, ibi arti esse incipiendum. Sed ut ad propositum revertar (siquidem hic non est intentio nostra de solo lapide) agamus nunc de materia Metallorum: Paulò ante dixi, res omnes nasci ex aere liquido vel vapore, quem Elementa perpetuo motu in viscera terræ stillant, hunc postquam naturæ Archæus accepit, per poros sublimat, & unicuique loco sua sagacitate tribuit (sicuti in præcedentibus retulimus) & sic locorum varietate res etiam proveniunt, & nascuntur variæ. Sunt qui opinentur, Saturnum habere semen, aurum quoque aliud: Et sic consequenter Metalla reliqua, sed vana sunt ista: Unicum tantum est semen, idem in Saturno, quod in auro invenitur, idem in Luna, quod in Marte, &c. Sed locus terræ diversus fuit, si me recte intelligis. Quamvis in natura citius, quàm in Sole desierit, & sic de aliis: Quando enim ex terræ centro sublimatur vapor ille, transit per loca vel sicca vel calida: Si igitur transit vapor per loca calida & pura, ubi pingvedo Sulphuris parietibus adhæret; vapor ille, quem Philosophi Mercurium Philosophorum dixerunt, accommodat se, & jungitur illi pingvedini, quam postea secum sublimat, & tunc fit unctuositas, relicto nomine vaporis, accipit Nomen pingvedinis, quæ postea veniens sublimando ad loca alia, quæ jam vapor antecedens purgavit, ubi est terra subtilis, pura & humida, implet poros ejus & jungitur illi, & sic fit Sol: Si verò pingvedo illa venit ad loca impura, frigida, fit Saturnus: Si verò talis terra sit & mixta Sulphuri, fit Venus, &c. Quò enim magis depuratus locus est, eò pulchriora reddit Metalla: Nam sciendum est, quod ille vapor continuè egreditur ex centro ad superficiem, eundo purgat loca: inde fit quod hodie reperiantur mineræ in locis, ubi ante mille annos nullæ fuerunt: Nam progressu suo semper subtiliat crudum impurum, parum successivè secum trahens: Et hæc est reiteratio, & circulatio naturæ: tam diu sublimatur, tes novas producendo, donec locus depuratur optimè: Et quo magis deputatur, eò etiam nobiliores res producit. Hyeme verò, cùm aer frigidus terram constringit, congelatur etiam ille unctuosus vapor, qui postea redeunte vere, unà cum terra & Aqua miscetur, & fit Magnesia trahens ad se sibi similem

milem Mercurium aeris, qui dat vitam omnibus rebus, per radios Solis, Lunæ & Stellarum, & sic gramen, flores, & similia profert. Natura enim ne momentum temporis otiatur: Metalla verò sic procreantur, longa destillatione purgatur terra, postea accessu pingvedinis ea generantur; alio modo non proveniunt, sicuti quorundam, Philosophorum scripta sinistrè interpretantium, vana opinio est.

TRACTATVS V.

De generatione Lapidum omnis generis.

LApidis materia est eadem quæ & aliarum rerum, & secundum locorum puritatem hoc modo nascuntur.

Quando quatuor Elementa suum vaporem stillant in terræ centrum, & Archæus naturæ eundem ejicit & sublimat, hic dum transit per loca porosque terræ trahit secum omnem terræ impuritatem usq; in superficiem, quem postea congelat aer, nam quod aer creat purus, aer congelat crudus, quia aer in aerem habet ingressum, & se jungunt invicem, nam Natura Naturâ lætatur, & sic fiunt Petræ & Montes lapidei, secundum magnos & parvos poros: Et quo majores terræ pori eò etiam melius purgatur locus: Dum enim per tale respiraculũ major caliditas, & Aquæ major quantitas transit, eò citiùs depuratur terra, & sic postea in ejusmodi locis commodiùs metalla nascuntur; sicuti & ipsa testatur experientia, ut Aurum non alibi, nisi in Montibus quæratur & reperiatur, quod in planitie, nisi rarò, fieri nequit: Nam sæpissimè talia loca humida sunt, non vapore sed Aqua Elementali, quæ ad se trahit vaporem illum, & ita sese amplectuntur, ut non facilè separentur, postea Sol cœli digerens illam, facit argillam pingvem, qua figuli utuntur: In locis verò ubi est arena grossa, & vapor non habet secum pingvedinem vel Sulphur, herbas & gramen in patris creat: Sunt & alii lapides pretiosi, ut Adamas, Rubinus, Smaragdus, & reliquæ gemmæ: Generantur omnes hoc modo: Quando vapor naturæ per se sublimatur, sine accessu pingvedinis, Sulphuris, & venit ad locum Aquæ puræ salis; fiunt Adamantes, & hoc in locis frigidissimis, ad quæ non potest pervenire pingvedo illa; quia pingvedo non permitteret ista. Sciendum enim est, quod spiritus Aquæ facilimè sublimatur calore facili, sed oleum seu pingvedo non nisi magno elevatur calore, & in loca calida: Etiamsi enim ex centro progrediatur levi congelatur frigore, & sic subsistit: vapor verò ad loca debita ascendit, & congelatur in aqua pura in lapides granulatim. Quomodo verò in gemmis colores fiant, sciendum est illud ratione Sulphuris in hunc modum fieri: Si Sulphuris pingvedo congelatur motu illo perpetuo, postea Spi-

ritus aquæ transeundo digerit & purificat illud vi ſalis, donec cò-lore digeſto rubeo vel albo coloretur, qui color tendens ad me-liora cum illo ſpiritu quia ſubtiliatus eſt, tot reiterationibus deſtil-latis elevatur cum ſpiritu, ſpiritus poſtea habet potentiam intrandi res imperfectas, & ſic introducit colorem, qui poſtea jungitur illi Aquæ tunc partim congelatæ, & ſic implet poros ejus, & fixatur cum ea fixatione inſeparabili: Congelatur enim omnis Aqua calore, ſi eſt ſine ſpiritu, congelatur frigore, ſi habet ſpiritus: Sed qui ſcit congelare Aquam calido & ſpiritum cum ea jungere, certè rem inveniet milleſies precioſiorem auro, & omni re. Efficiat igi-tur, ut ſeparetur ſpiritus ab aqua, ut putreſcat, & appareat granum, poſtea rejectis fæcibus reducat ſpiritum ex alto in aquam, & fa-ciat conjuugere ſimul: illa enim conjunctio, generabit ramum diſſimilem formâ parentibus.

TRACTATVS VI.

De ſecunda materia, & putrefactione rerum.

DIximus de prima materia rerum, & quomodo naſcuntur res ex natura ſive ſemine, hoc eſt, quomodo natura ab Elementis accipit materiam, ex qua generat ſemen: Nunc verò de ſemine, & rebus generatis ex ſemine, ſermonem inſtituemus.

Omnis res habens ſemen, multiplicatur in eo, ſed abſque natu-ræ auxilio non fit: Semen enim nihil aliud eſt; quàm aer congela-tus in aliquo corpore, ſeu vapor humidus, & niſi hic reſolvatur calido etiam vapore, nullius eſt uſus.

Sciant ergo inveſtigatores artis, quid ſemen ſit, ne quærant rem, quæ non eſt, & ſciant illud eſſe triplex, quod ex 4. Elementis pro-ductum eſt: Primum eſt Minerale, de quo hoc loco ſermo eſt: alterum vegetabile: tertium Animale: Minerale ſemen à Philoſo-phis cognoſcitur: vegetabile commune ac vulgare eſt, ut vide-mus in fructibus: Animale ex imaginatione cognoſcitur: vege-tabile nobis oſtendit, quomodo natura creat illud ex 4. Elemen-tis; Sciendum enim eſt, quod Hyems eſt putrefactionis cauſa, ſi-quidem ſpiritus vitales in Arboribus congelat, & quando hi calo-re Solis, (in quo eſt vis Magnetica omnis humiditatis attractiva) reſolvuntur, tunc calor naturæ per motum excitatus, pellit ad cir-cumferentiam vaporem aquæ ſubtilem, qui poros arboris aperit & guttas ſtillare facit, ſemper purum ab impuro ſeparando: præcedit tamen interdum purum impurum. Purum dat & congelatur in flores, impurum abit in folia, groſſum & ſpiſſum, in corticem, ar-boris cortex manet fixus, folia cadunt frigore vel calore, quando obſtruuntur pori ejus, flores congelantur in tali calore, qualis eſt ipſi calor & adfert fructũ vel ſemen: veluti pomum, in quo Sper-ma eſt,

ma est, ex quo non nascitur arbor, sed in illo Spermate est semen vel granum intrinsece, ex quo etiam absque Spermate nascitur arbor: Nam multiplicatio fit non in Spermate, sed in semine: Sic ocularitèr videmus naturam creare ex 4. Elementis semen, ne nos in hac frustra occuparemur Nam quod creatum est, creatore non indiget: Hoc exempli loco Lectorem admonuisse sufficiat, sed ad propositum minerale redeo. Semen minerale vel metallorũ creat natura in visceribus terræ, propterea non creditur, tale semen esse in rerum natura, quia invisibile est: At non est mirum quod ignari dubitent, siquidem id, quod præ oculis est, non percipiatur ab illis, multò minus istud, quod invisibiliter absconditum est: Sed verissimum est, quod superius non est, nisi ut istud quod est inferius, & vice versa: id quod nascitur supra, nascitur ex eodem fonte, sicuti illud quod infra in terræ visceribus: Et quam prærogativam vegetabilia præ metallis habent, ut Deus illis semen inderet, & hæc immeritò excluderet? Nonne ejusdem dignitatis metalla apud Deum cujus & arbores? Hoc pro certo statuatur, nihil sine semine crescere, ubi enim nullum est semen, res est mortua. Necesse est ergo ut vel 4. Elementa creent semen metallorum, vel ea producant sine semine: Si absque semine producuntur, tunc perfecta fieri non possunt, siquidem res omnis sine semine imperfecta est ratione compositi: Qui huic indubitatæ veritati fidem non adhibet, non est dignus, ut naturæ secreta scrutetur, nihil enim in orbe nascitur, quod semine destituatur. Semen metallorum verè & realiter ipsis est inditum. Generatio autem ejus ita fit: Quatuor elementa, in prima operatione naturæ, stillant per Archæum naturæ in terræ centrum vaporem Aquæ ponderosum, qui est Metallorum semen, & dicitur Mercurius propter ejus fluxibilitatem, & uniuscujusque rei conjunctionem, non propter essentiam; assimilatur Sulphuri, propter internum calorem, & post congelationem est humidum radicale.

Et quamvis corpus metallorum ex Mercurio sit procreatum, quod de Mercurio Philosophorum intelligi debet, tamen hi non sunt audiendi, qui putant Mercurium vulgi semen esse Metallorum, & ita corpus loco seminis accipiunt, non considerantes, quod & dictus vulgi Mercurius, suum in se habeat semen. Errores omnium horum è sequenti patebunt exemplo. Manifestum est, quod homines habeant semen, in quo multiplicantur: Hominis corpus Mercurius est, sed semen occultum est in corpore, & ratione corporis quantitas in pondere exigua: Qui igitur Hominem generare vult, non Mercurius, qui corpus est, sed semen vapor Aquæ congelatus accipiatur: Sic in regeneratione Metallorum sinistrè proceditur à vulgaribus Chymicis: Corpora Metallica solvunt, sive Mercurium, sive Aurum, sive Saturnum, sive Lu-

nam,& corrodũt illa aquis fortibus,& aliis rebus heterogeneis ad veram artem non requisitis,postea conjungunt, & simul cogunt, nescientes,quod ex corpore humano dissecto non generatur homo,quia corruptio corporis,& seminis destructio hoc pacto præcessit: Unaquæque res in mare & fœmina multiplicatur,ut in tractatu de duplici materia mentionem feci: Divisio sexus nil creat vel producit,sed debita illius conjunctio profert novam formam: Semina vel Spermata ergo,non corpora sunt accipienda. R. Ergo Marem vivum,& Fœminam vivam,hos conjunge simul,ut inter se imaginentur sperma,ad procreandum suæ naturæ fructum. Primam enim materiam nemo Mortalium credat se facere posse: Prima materia hominis terra est, & nemo Hominum ex illa Hominem creare potest, solus Deus hoc scit: at è materia secunda, quæ jam creata est,si in locum debitum posita fuerit, facilè natura operante generabitur id,cujus formæ semen est: Artifex hic nil facit,nisi ut sciat subtile à spisso separare, & in vas imponere debitum? Nam hoc considerandum est,prout res incipitur,ita finitur, Ex uno fiunt duo,ex duobus unum,&non ulterius. Unus est Deus: ex hoc uno Deo filius est natus: Unus dedit duo, duo unum dederunt Spiritum S. ab utroque procedentem,sic factus est mundus & sic erit finis ejus. Considera priora quatuor puncta exactissimè: habes in illis patrem & filium,ultimo S.S. habes quatuor elementa, habes quatuor luminaria,duo cœlestia, duo centralia, nil amplius est, fuit,& erit,quam in hac figura patet: si deberem omnia mysteria hinc elicienda consignare, magnum oriretur volumen: redeo ad propositum, & tibi dico verum, fili mi,non creatur ex uno unum,quia hoc solius Dei est proprium, sufficiat te posse ex duobus creare unum tibi utile: Scias ergo sperma multiplicativum esse materiam secundam, & non primam: Prima enim materia rerum non videtur, occulta est in natura vel in Elementis, secunda vero interdum filiis doctrinæ apparet.

TRACTATVS VII.

De virtute secundæ materiæ.

SEd ut facilius possis comprehendere,qualis sit hæc secunda materia,virtutes ex quibus illam cognosces, describam tibi: ac primum scias,quod natura in tria regna divisa est: Duo sunt regna quorum quodlibet per se stare potest,etsi alia duo non essent: Est regnum minerale,vegetabile,& animale. Minerale per se subsistere potest, etsi nullus hominum in mundo esset, nec arbor,vel herba: vegetabile itidem, etiamsi nullum metallum nec animal esset, per se stare potest, hæc duo sunt ex uno per unum creata. Tertium vero ex dictis duobus vitam habet, sine quibus esse non posset,&

posset, & est nobilius ac præstantius, quam duo prædicta, sicuti etiam postremum est inter illa, & dominatur eis, quia semper in tertio finitur virtus, & in secundo multiplicatur. Viden in vegetabili Regno: prima materia est herba vel arbor, quam tu creare nescis, Natura hoc solummodo facit: In hoc regno secunda Materia est semen, quod tu vides, in hoc multiplicatur Herba vel Arbor. In regno Animali prima materia est bestia seu homo, quem tu creare nescis, & si gloriaris vanus es & mendax, natura hoc facit, & quamvis haberes primam materiam secundum Philosophos, illud sal centrale tamen sine auro multiplicare impossibile tibi foret: semen autem Metallorum, filii tantum doctrinæ notum est: semina apparent extra, Renes digestionis ejus, est aer calidus: In animalibus semen apparet intus & extra, renes digestionis ejus sunt renes viri: Aqua in Mineralibus semen est in centro cordis eorum & vitæ: Renes digestionis ejus est ignis.

Vegetabilis seminis receptaculum est terra: Animalis seminis receptaculum est matrix fœminæ: Aquæ Mineralis seminis Receptaculum est aer: Et ea sunt seminum receptacula, quæ sunt congelationes corporum: Ea est digestio quæ solutio: Ea putrefactio, quæ destructio. Virtus autem cujusque seminis est, unicuique rei in suo regno se conjungere, quia subtile est & nihil aliud quam aer, qui pinguedine in aqua congelatur: cognoscitur ita, quia non miscet se extra suum Regnum naturaliter alicui rei, non solvitur sed congelatur, quia solutione non indiget sed congelatione: Necesse est ergo, ut pori corporum aperiantur, ut emittatur sperma in cujus centro semen jacet, quod aer est, illud quando in matricem venit debitam, congelatur & congelat, quod reperit purum vel impurum puro mixtum. Quamdiu in corpore semen est, vivit corpus, quando totum cōsumitur, corpus moritur, omnia autem corpora post emissionem seminis debilitantur: Experientia etiam testatur, homines veneri nimium indulgentes debiliores fieri, ut & arbores nimios fructus ferentes, fieri postea steriles, semen igitur, ut jam multoties repetitum est, res est invisibilis, sed sperma est visibile, & fere est anima vivens, non invenitur in rebus mortuis: Elicitur dupliciter, suaviter, & cum violentia, sed quia hic de virtute ejus saltem sermo est, dico quod nil sine semine nascatur virtute seminis fiunt omnia, & sciant artis filii in arboribus amputatis frustra semen quæri, quod solummodo in viridibus reperitur.

TRACTATVS VIII.

De arte & quomodo per artem operatur natura in semine.

OMne semen per se nullius momenti est, si non ponatur, vel ab arte vel a natura in matricem debitam, & licet semen, per se nobilius sit omni creatura, tamen matrix ejus est vita, quæ facit putrescere Sperma vel granum, & puri puncti congelationem causatur, insuper calore corporis sui illud nutrit & crescere facit, & hoc fit in omnibus supra dictis tribus naturæ regnis: Et fit naturaliter, per menses, annos & tempora. Sagax vero ars illa est, quæ in regno minerali & vegetabili aliquid abbreviare potest: sed non in animali: In minerali solummodo perficit hoc, quod natura non potest, propter aerem crudum, qui sua violentia implevit poros corporis cujusque, non in visceribus, sed in superficie terræ, ut autea in præcedentibus capitulis dixi: sed ut facilius intelligatur hoc, adhuc adjungere volui, quod Elementa certanter inter se projiciunt in centrum terræ, quasi in renes semen suum, centrum vero per motum emittit illud in matricem, Matrices vero sunt innumerabiles, quot loca tot matrices, una purior altera, & sic in infinitum fere. Scias ergo quod pura matrix purum dabit fœtum in suo simili: Exempli gratia, in animalibus sunt matrices hominum, vaccarum, equorum, canum, &c. sic in minerali & vegetabili sunt Metalla, lapides, salia. Nam salia in hisce duobus regnis sunt consideranda, & loca eorum, secundum magis vel minus.

TRACTATVS IX.

De commixtione Metallorum, vel de eliciendo semine Metallico.

DIximus de natura, de arte, de corpore, & de spermate ac semine: jam ad praxin descendamus, quomodo videlicet Metalla commiscери debeant, & qualis eorum sit inter se correspondentia: Scias ergo mulierem non discrepare à viro, ex eodem semine, & in una matrice ambo nascuntur, nihil defuit præter digestionem, & ut matrix purior esset in sangvine & sale: sic luna ex eodem semine cum sole & eadem matrice: sed matrix magis habuit de aqua, quam de sangvine digesto, secundum tempus Lunæ cœlestis. Ut vero eo facilius tibi imaginari possis, quomodo metalla coeant, ut emittant & recipiant semen, intuere cœlum & planetarum sphæras: Vides quod Saturnus supremus sit, cui succedit Jupiter, huic Mars, postea Sol, quẽ sequitur Venus, hanc Mercurius, ultimo

loco

loco Luna ſtatuitur : Conſidera jam quod planetarum virtutes non aſcendant, ſed deſcendant. Dedit hoc & ipſa experientia, quod ex Venere non fit Mars, ſed ex Marte fit Venus, utpote una ſphæra inferior, ſic etiam Jupiter facile transmutatur in Mercurium, quia Jupiter ſecundus à firmamento, & Mercurius ſecundus à terra, Saturnus primus à cœlo, Luna prima à terra. Sol miſcet ſe omnibus, ſed nunquam per inferiores melioratur. Non autem te lateat, magnam eſſe correſpondentiam inter Saturnum & Lunam, quorum in medio ſol conſtitutus eſt, ſicuti inter Jovem & Mercurium, in quorum medio Sol etiam conſiſtit. Eodem plane modo inter Martem & Venerem, qui duo ſolem etiam habent intermedium. Noverunt Chymiſtæ ferrum in cuprum ſeu Venerem ſine Sole mutare: Noverunt etiam à Jove facere Mercurium: ſunt & aliqui, qui è Saturno conficiunt Lunam : Sed ſi ſcirent his mutationibus Solis adminiſtrare naturam, certe rem omni theſauro invenirent precioſiorē: propterea dico, non ignorandum eſſe, quæ Metalla invicem ſint conjungenda, & quorum Natura Naturæ correſpondeat: propterea unum datur Metallum quod habet potentiam alia conſumendi : Eſt enim fere ut aqua eorum & fere mater : Uniça tantum res, humidum radicale Solis videlicet & Lunæ reſiſtit ei, & melioratur per illud: ſed ut detegam, Chalybs vocatur, ſi undecies coit aurum cum eo, emittit ſuum ſemen, & debilitatur fere ad mortem usque: concipit Chalybs, & generat filium patre clariorem, poſtea cum ſemen jam nati imponitur in ſuam matricem, purgat illam & facit milleſies aptiorem ad pariendum optimos fructus. Eſt & alius Chalybs, qui aſſimilatur huic, per ſe à natura creatus, qui ſcit ex radiis ſolis mirabili vi & virtute elicere illud, quod tot homines quæſierunt, & operis noſtri principium eſt.

TRACTATVS X.

De generatione ſupernaturali filii ſolis.

TRactavimus de rebus, quas natura creat, & quas Deus creavit, ut ſcrutatores artis eo facilius poſſibilitatem naturæ intelligerent, ſed ne diutius differam, modum ac artem conficiendi Lapidis Philoſophorum aggredior. Lapis Philoſophorum ſeu tinctura, nil aliud eſt quam aurum in ſupremum gradum digeſtum: Nam aurum vulgi eſt ſicuti herba ſine ſemine, quando matureſcit producit ſemen: ſic aurum quando matureſcit, dat ſemen ſeu tincturam. Sed quæret aliquis, quare aurum vel aliud metallum non producat ſemen? ratio redditur talis, quia non poteſt eſſe maturum, propter aeris cruditatem, non habet ſufficientem calorem & contingit in quibusdam locis, ut reperiatur aurum purum,

quod naturá voluit perficere, ſed impedita fuit ab aere crudo. Exempli gratia, videmus, quod pomorum Arantiorum arbores, hic quidem creſcant inſtar aliarum arborum: in Italia & alibi, ubi eſt illarum ſolum nativum, dant & ferunt fructus, quia ſufficientem habent calorem, in his vero frigidioribus locis minime: Ubi enim matureſcere deberent, deſinunt, quia frigore opprimuntur: Et ſic nunquam à natura in hisce locis habentur earū fructus, licet aliquando juvetur natura ſuaviter & cum ingenio, tunc ars jam perficit, quod natura non potuiſſet. Idem planè in metallis accidit. Aurum poteſt dare fructum & ſemen, in quo ſe multiplicat induſtria ſagacis artificis, qui ſcit naturam promovere: ſed ſi absque natura id velit tentare, errabit: Nam non ſolum in hac arte, ſed & in omni re, nihil poſſumus, quam Naturam juvare, & hoc non alio medio, quam igne ſeu calore: ſed cum hoc fieri non poſſit, ſiquidem in congelato corpore metallico non appareant ſpiritus, oportet ut prius ſolvatur corpus, & pori ejus aperiantur, quo natura operari poſſit. Qualis autem illa debeat eſſe ſolutio, hic lectorem admonitum velim, duplicem eſſe ſolutionem, licet multæ ſint aliæ ſolutiones, at inutiles: Una tantum eſt vera naturalis: Secunda eſt violenta, ſub qua aliæ comprehenduntur omnes. Naturalis ejusmodi eſt ut pori corporis aperiantur in aqua noſtra, quo digeſtum emittatur ſemen, & matrici ſuæ imponatur. Aqua vero noſtra aqua eſt cœleſtis, non madefaciens manus, non vulgi, ſed fere pluvialis. Corpus eſt aurum quod ſemen dat. Luna noſtra eſt non argentum vulgi, quæ recipit ſemen auri: Regitur poſtea igne noſtro continuo, per menſes ſeptem, & interdum decem, donec aqua noſtra conſumat tres, & relinquat unum, & hoc in duplo: poſtea nutritur lacte terræ, vel pinguedine ejus, quæ naſcitur in uberibus terræ. & regitur vel conſervatur à putrefactione ſale naturæ Et ſic generatur ille infans ſecundæ generationis. Nunc à Theoria ad praxin accedamus.

TRACTATVS XI.

De praxi, & confectione lapidis ſeu tincturæ per artem.

PEr tot capita ſparſa eſt oratio, de rebus per exempla, ut eo facilius intelligatur praxis, quæ fieri debet naturam imitando in hunc modum. ℞. Terræ noſtræ per X I. gradus XI. grana, auri noſtri & non vulgaris granum. I. Lunæ noſtræ non vulgaris grana ij, ſed hoc admonitus ſis, ne accipias aurum & argentum vulgi, nam hæc ſunt mortua, accipe noſtra quæ ſunt viva, poſtea pone in ignem noſtrum, & fiet inde liquor ſiccus, primum reſolvetur terra in aqua, quæ Mercurius Philoſophorum dicitur, & illa aqua reſolvit

solvit illa corpora Solis & Lunæ, & consumit ea, ut non remaneat nisi pars decima cum una parte, & hoc erit humidum radicale Metallicum: Postea ℞. Aquam salis nitri de terra nostra, in qua est rivulus & unda viva, si ad genuam foderis foveam: Accipe igitur ex illa aquam, sed claram accipe, huic impone illud humidum radicale, & impone igni putrefactionis & generationis, non tali, ut in prima operatione fecisti, rege omnia magno cum ingenio, donec colores appareant, instar caudæ pavonis, rege digerendo, nec tædeat, donec cessent colores, & unus per totum appareat color viridis & sic de cæteris. Et quando videbis in fundo cineres bruni coloris, & aquam fere rubram, aperito vas, madefacito pennam, inunge ferrum aliquod, si tinget, habeto in promptu aquã, de qua postea erit sermo, & infunde tantum ejus aquæ, quantum aeris intravit crudi, iterum coquito priori igne donec iterum tingit. Huc usq; pervenit mea experientia, non plus possum, non plus inveni. Aqua verò illa debet esse menstruum mundi ex sphæra Lunæ toties rectificatum, quod possit calcinare solem. Hic tibi volui omnia detegere, & si sensum meum, interdũ non syllabam intelliges, cuncta revelavi, præsertim in opere primo & secundo. De igne vero adhuc dicendum restat. Primus ignis seu primæ operationis est ignis unius gradus continuus, qui materiam circumdat: secundus est ignis naturalis, qui materiam digerit & figit: Dico tibi veritatem quod patefeci ignis regimen, si naturam intelligis. De vase adhuc restat loquendum. Vas naturæ esse debet, & sufficiunt duo; primi operis vas rotundum fieri debet: in secundo vero paulo minus vitrum instar Phiolæ vel ovi. Sed per omnia scito, naturæ ignem esse unicum, quicquid operatur diversum, locorum distantia efficit. Vas item naturæ unicum, sed nos propter abbreviationem binis utimur: Materia una, sed ex duabus substantiis. Si igitur animum intendis ad res creandas, considera primum res creatas: has utpote adversantes oculis tuis, si non potes assequi, multo minus res creandas, quas producere cupis: scito enim te nihil creare posse, quod solius Dei proprium est, sed res occultas in umbra latentes facere apparentes, & umbram ab illis tollere, hoc Philosopho intelligenti à Deo per naturã concessum est. Considera obsecro simplicem nobis aquam: Ecquis unquam crederet, illam in se continere omnia quæ mundus habet, lapides duros, salia, aerem, terram, ignem, cum tamen simplex per se appareat aqua: quid dicam de terra, quæ in se continet aquam, ignem, salia, aerem, & per se nuda terra videtur. O mirabilem naturam quæ novit ex aqua in terra fructus producere mirabiles, & ex aere illis suppeditare vitam. Hæc omnia fiunt, & vulgarium hominum oculi ista nõ vident, sed oculi intellectus & imaginationis percipiunt, visu vero verissimo: Oculi enim sapientum naturam vident aliter, quàm

oculi

oculi communes. Exempli gratia: Oculi vulgi vident Solem esse calidum: Oculi verò Philosophorum econtrà vident Solem potius esse frigidum, sed motus ejus calidos: Actus enim & effectus ejus per distantiam locorum deprehenduntur: Ignis naturæ unus & idem cum ipso est; sicuti enim sol inter Sphæras planetarum centrum est, & ex hoc centro cœli deorsum calorem motu suo spargit, sic in centro terræ sol terræ est, qui motu suo perpetuo calorem vel radios sursum ad terræ superficiem pellit. Is calor intrinsecus, multo efficacior est hoc igne elementali, sed temperatur terrena aqua, quæ de die in diem poros terræ penetrat, illamque refrigerat: sic Solem cælestem, & ejus calorem temperat aer, qui de die in diem circumvolat orbem: Et nisi hoc esset, calore tali res omnes consumerentur, nec quicquã nasceretur, sicuti autem ignis ille invisibilis, seu calor centralis omnia consumeret, si non intercederet aqua, sic solis calor omnia destrueret sine intermediante aere, sed quomodo hæc Elementa inter se agant, brevibus dicam: In centro terræ est Sol centralis, qui motu suo, vel sui firmamenti dat calorem magnum, qui extendit se usq; ad terræ superficiem, ille calor causatur aerem, hunc in modum: Aeris matrix aqua est. quæ parit filios suæ naturæ sed dissimiles, & multo subtiliores: Nam ubi Aquæ introitus est denegatus, aer intrat, quando postea ille calor centralis, qui perpetuus est, agit, facit destillare aquam & calefacere, & sic illa aqua vi caloris vertitur in aerem, atque hoc pacto, erumpit ad superficiem terræ, quia se includi non patitur: Ubi postea refrixit, resolvitur in aquam in oppositis locis: Interim etiam fit, ut non solum aer, verum etiã Aqua exeat, sicuti apparet, dum nigræ nubes violentia in aerem attolluntur: cujus rei tibi sit hoc exemplum domesticum: facias in olla fervere aquam, videbis igne lento, lentos vapores & ventos, igne vehementiori apparebunt nebulæ crassiores: Eodem plane modo calor operatur centralis, subtilem aquam in aerem elevat, quod spissum est ex sale vel pinguedine distribuit terræ, unde varia nascuntur: Residuum saxa & petræ fiunt. Posset aliquis objicere, si ita se res haberet, tunc continuo id fieri deberet, cum tamen sæpe nullus sentiatur ventus. Respondeo; si non violenter in vas distillatorium infunditur aqua, non fit ventus, nam parum aquæ parvum excitat ventum: vides non semper fieri tonitrua, etiamsi pluvia sit & ventus, sed tantum quando vi aeris aqua turbida fertur ad sphæram ignis, nam ignis non patitur aquam. Habes ante oculos exemplum. Dum in calidam fornacem effundis aquam frigidam, unde tonitrua excitantur; sed quare non uniformiter aqua intret in illa loca & cavitates, ratio est, quod multa sunt ejusmodi vasa & loca, pellit interdum una concavitas ventos, aquam, à se ad aliquot dies & menses, donec iterum fiat aquæ

reper-

repercussio, ut videmus in mari, cujus fluctus aliquando multa milliaria agitantur, antequam repercussionem, ut regrediantur, offendant. Sed ad rem nostram. Dico ignem vel calorem esse causam motus aeris, & vitam omnium rerum, & terra est horum omnium nutrix, vel receptaculum : sed si non esset aqua, quæ refrigerat terram & aerem nostrum, tunc terra exiccaretur, propter has duas rationes nimirum ob motus centralis & solis cœlestis calorem: nihilominus contingit hoc in aliquibus locis, quando pori tetræ obstruuntur, ut humidum penetrare non possit, tunc per correspondentiam solis cælestis & centralis, quia vim habent inter se magneticam, accenditur terra à sole, sicque, etiam aliquando cadet gravis orbita mundi, Fac igitur, ut operatio talis in terra nostra sit, ut calor centralis aquam possit mutare in aerem, ut in planitiem mundi egrediatur, & residuum ut dixi, per poros terræ spargat, & nunc in opposito aer vertetur in aquam multo subtiliorem quam fuit prima, & hoc sic fiet, si sehi nostro aurum, & argentum deglutire dabis, ut ipse consumat illa, & tandem ille etiam moriturus comburatur, & cineres ejus spargantur in aquam, coquito ea donec satis est, & habes medicinam curandi Lepram. Hoc saltem animadverte, ne frigidum pro calido, vel calidum pro frigido accipias. Naturas naturis misce; si aliquid est, quod contrarium naturæ (siquidem una tibi est necessaria) separa illud, ut Natura Naturæ similis sit, hoc fac igne non manu, & scito, si non sequeris Naturam, vana esse omnia, & hic tibi dixi per sanctum Deum quod pater filio debet. Qui habet aures audiat, & qui habet sensus animum advertat.

TRACTATVS XII.

De Lapide, & ejus virtute.

IN præcedentibus sufficienter dictum fuit de productione rerum naturalium, de Elementis, & de materia prima, & materia secunda, de corporibus, & seminibus, de usu & virtute eorum: Conscripsi etiam praxin conficiendi lapidem Philosophorum: de ejus vero virtute tantum, quantum mihi natura concessit, & experientia patefecit, nunc revelabo. Sed ut prius adhuc summatim & brevibus verbis comprehendam omnium horum tractatuum argumentum, ut Deum timens Lector, mentem meam assequatur, & sensum meum, ita se res habet.

De veritate artis, si quis dubitat, legat copiosa Philosophorum antiquissimorum ratione & experientia verificata scripta, quibus ut fide dignis in sua arte fides non deroganda est : Qui vero illis fidem non adhibet, tunc contra principia negantē non esse disputandum novimus : Surdi enim & muti loqui non possunt: Dixi artem

tem esse veram, quam enim prærogativam in hoc mundo res omnes haberent præ metallis? cur hæc sola per denegationem seminis immeritò à summi creatoris universali multiplicationis benedictione excludemus, quam sacræ literæ affirmant, omnibus rebus creatis statim à condito mundo inditam & impertitam fuisse. Si vero semen habent, quis tam fatuus est, qui non credat in suo semine illa posse multiplicari? In natura sua ars Chymiæ vera est, vera etiam natura, sed raro verus Artifex: una natura, ars una, sed multi artifices: Quod autem natura creat res ex Elementis, generat eas per velle Dei ex materia prima, quam solus Deus fecit: Natura creat res illasque multiplicat ex secunda materia, quam Philosophi sciunt. Nil fit in mundo sine velle Dei & naturæ. Elementum enim quodlibet in sua Sphæra est, sed unum absque altero esse non potest, unum ex alio vivit, & tamen conjuncta non conveniunt: sed aqua est omnium Elementorum dignior, quia mater est omnium rerum. Hanc supernatat spiritus ignis, causante igne aqua fit materia prima, certatione videlicet ignis cum aqua, & sic generantur venti vel vapores apti, ut congelentur cum terra per aerem crudum, qui ab initio separatus fuit ab illo, & hoc fit sine cessatione motu perpetuo, quia ignis seu calor non excitatur aliter nisi motu, quod facile videre est apud fabrum ferrarium, ferrum lima comminuentem, quod eatenus motu vehementiori incalescit, acsi igne incanduisset: Motus ergo causat calorem, calor movet aquam, aquæ motus causat aerem omnium viventium vitam. Crescunt igitur res hunc in modum, ut supra dixi, ex aqua videlicet, nam ex illius vapore subtiliori res subtiles, leves proveniunt. Ex oleo verò ejusdem graves & majoris pretij: Ex sale autẽ res pribribus longe pulchriores. Quia autem natura interdum impeditur, ne res puras producere possit, siquidem vapor, pinguedo, sal maculantur, & miscent se terræ locis, propterea docuit nos experientia purum ab impuro separare: Ideo si velis ut natura melioretur in actu, solve corpus quodvis, & illud quod naturæ accessit, Heterogeneum, separa, purga, conjunge pura puris, cocta coctis, cruda crudis, secundum naturæ pondus non materiæ: Nam scito quod sal nitri centrale non accipit plus de terra, nisi quantum opus habet, sive sit pura sive impura. Aquæ verò pinguedo aliter se habet, nam nunquam habetur pura, ars purgat illam per duplicem calorem, & denuo conjungit illam.

EPILOGVS SEV CONCLVSIO
horum duodecim Tractatuum.

COnscripsi amice lector, præcedentes duodecim Tractatus in gratiam filiorum artis; ut antequam manum adhiberent operi;

operi, Naturæ operationem haberent cognitam, quomodo videlicet illa operando res producat, ne sine clavibus portam ingrederentur, & cribro aquam haurirent. Frustra enim laborat ille, qui sine cognitione naturæ manus ad labores porrigit,& in hac sancta & verissima scientia in nocturnis versatur tenebris, cui Sol non lucet, in densa umbra est, cui de nocte non apparet luna. Habet natura lumen proprium, quod nostris oculis non est pervium; umbra Naturæ nostris oculis corpus est, sed si quem lumen naturæ irradiat,illi confestim nebula de oculis tollitur, & sine impedimento potest conspicere punctum Magnetis nostri correspondentis utrique centro radiorum, solis videlicet & terræ: Eo usq; enim Naturæ lumen penetrat, & interna patefacit: cujus rei tale tibi sit exemplum: Induatur veste uniformi adolescens duodecim annorum, & puella ejusdem ætatis, si juxta se locentur, nemo cognoscet,quis masculus,quæ fœmella sit. Oculi enim nostri penetrare non possunt,ideo decipit nos noster visus & falsa pro veris accipit: Sed cum vestibus sublatis denudantur ut ita appareant, quales natura eos formavit, facilè uterque in suo dignoscitur sexu: Simili plane modo noster intellectus facit umbræ Naturæ umbrā: Nam corpus nudum in homine est seminis Naturæ umbra: Sicuti igitur vestimentis tegitur corpus humanum, sic etiam tegitur corpore natura humana, quam sibi Deus reservavit tegendam & detegendam. Possem hic prolixe & philosophice disserere de hominis dignitate, creatione ejus & generatione, sed cum ejusmodi non sint hujus loci, silentio prætereunda sunt: De vita ejus solummodo paucis agam. Creatus homo de terra,ex aere vivit; Est enim in aere occultus vitæ cibus, quem nos rorem de nocte,de die aquā vocamus rarefactam, cujus spiritus invisibilis congelatus melior est, quam terra universa. O Sancta & admiralilis natura, quæ filios doctrinæ errare non permittis, sicuti in vita humana indies demonstras. Porro in hisce duodecim Tractatib.tot rationes naturales in mediū attuli, ut eo facilius cupiens, & Deum timens Lector,intelligere possit ea omnia,quæ oculis meis Deo benedicente vidi,manibus feci propriis sine ulla sophisticationis fraude: sine lumine enim & cognitione Naturæ impossibile est, hanc assequi artem,nisi singulari revelatione divina alicui contingat,vel per secretam amici demonstrationem. Res est vilis & pretiosissima, quā aliquoties descriptam,nunc denuo repeto: ℞. aeris partes X. Auri vivi vel lunæ vivæ partem I. Hæc omnia impone vasi tuo,coque aerē hunc imprimis ut sit aqua,& postea non aqua: Si hoc ignoras, & aerem coquere nescis, sine omni dubio errabis, siquidē hæc est veterum Philosophorum materia: id enim accipere debes, quod est, sed non videtur, donec artifici placeat: Est aqua roris nostri,ex qua extrahitur sal petræ Philosophorum, quo omnes res crescunt & nu-

&nutriuntur: Matrix ejus est centrum solis vel lunæ tam cœlestis quam terrestris: Et ut apertius dicam, Magnes est noster, quem in præcedentibus Chalybem esse dixi : Aer generat Magnetem; Magnes verò generat vel facit apparere aerem nostrum: Sancte tibi veritatem hic manifestavi, roga Deum, ut cœpta tua secundet. Et sic hoc loco habebis verissimam explicationem Hermetis asseverantis, patrem ejus esse solem, matrem verò lunam. Et quod ventus portaverit illum in ventre suo, nimirum sal Alkali, quod Philosophi sal armoniacum & vegetabile nominarunt occultatum in ventre Magnesiæ. Operatio ejus talis est, ut solvas congelatum aerem, in quo solves auri decimam partem, hoc sigilla & igne nostro labora, donec aer vertatur in pulverem, & apparebunt, habito mundi sale, colores varii. Descripsissem integrum processum in hisce tractatibus, sed quia ille una cum multiplicatione, in Lullii & aliorum virorum Philosophorum libris sufficienter continetur, propterea satis mihi fuit, tantum de Materia prima & secunda tractare, quod candide factum est; nec arbitreris ullum mortalium me luculentius illud præstitisse, siquidem id nõ è mutis libris; sed ex mearum manuum labore & propria experientia feci. Si igitur vel non intelligis, vel non credis veritati, noli meum librum, sed teipsum accusare, & crede Deum tibi hoc secretum nolle revelare: Hunc igitur precibus fatiga, & multoties reiteratis lectionibus hunc libellum evolve, præsertim horum tractatuum Epilogum: considerando semper naturæ possibilitatem; & Elementorũ actiones, & quòdnã sit in illis præcipuum & præsertim in rarefactione aquæ vel aetis : Ita enim creati sunt cœli, totusque mundus, hoc tibi, sicut pater filio, significare volui; ne mireris quod tot tractatus scripserim, non mea causa factum est; cum libris non egeam, sed ut multos, qui in vanis rebus laborant; monerem, ne frustra sumptus exponerent: potuissent quidem omnia paucissimis comprehendi lineis, imo verbis: Sed per rationes & exempla volui te ad naturæ cognitionem deducere, ut antea omnia scires, quid quærere deberes, an primam vel secundam materiam. Haberes etiam patefactam naturam, ejusque lumen & umbram: Noli moveri, quod aliquando contradictoria in meis tractatibus, more Philosophorum usitato, tibi occurrant: opus habes illis, si intelligis: Non reperitur rosa sine spinis. Perpende diligenter, quod supra dixi, quomodo videlicet quatuor elementa stillent in centum terræ humidum radicale, & quomodo Sol terrenus centralis motu suo producat, & sublimet illud ad terræ superficiem: Dixi etiam solem cœlestem habere correspondentiam cum Sole centrali: Nam Sol cœlestis & Luna peculiarem habent vim & virtutem stillandi per radios suos in terram, calor enim calori, sal sali facile jungitur: Et sicuti Sol centralis habet suum ma-

re, &

re, & aquam crudam perceptibilem, sic sol cœlestis habet etiam suum mare, & aquam subtilem & imperceptibilem: In superficie terræ radii radiis junguntur, & producunt flores, & omnia: Propterea quando pluvia fit, accipit ex aere illam vim vitę, & conjungit illam. cũ sale nitro terræ; (quia sal nitri terræ est instar calcinati tartari, siccitate aerem ad se trahens, qui aer in eo resolvitur in aquam: Talem vim attrahendi habet ille sal nitri terræ, qui etiam aer fuit, & est conjunctus pinguedini terræ) & quo radii solares copiõsius tunc feriunt, eo major salis nitri quantitas fit, & per consequens major frumenti copia crescit, & hoc de die in diem fit.

Tantum de correspondentia rerum inter se & efficacia Solis & Lunæ, & Stellarum innuere volui ignorantibus, nam scientes non indigent hac instructione. Versatur subiectum nostrum toti mundo ob oculos, & non cognoscitur. O cœlum nostrum: O aqua nostra: O Mercurius noster: O sal nitri nostrum in mari mundi versans: O vegetabile nostrum: O Sulphur nostrum fixum & volatile: O caput mortuum, seu fæces maris nostri: Aqua manus non madefaciens, sine qua nemo mortalium vivere pot est, & sine qua nil nascitur: & generatur in toto orbe. Et hæc sunt Aviculæ Hermetis Epitheta, quæ nunquam quiescit, vilissima est, nemo ea carere potest: Et sic habes rem omni mundo preciosiorem detectam, quam plane dico nil aliud esse quam aquam nostram ponticam, quæ in Sole & Luna congelatur, & extrahitur è Sole & Luna chalybe nostro, artificio philosophico miris modis, per prudentem artis filium. Consilium meum non erat, propter rationes in præfatione commemoratas hunc librum publicare, attamen vicit me de liberalibus & philosophicis ingeniis promerendi cupiditas, ut iis qui me norunt, animum ostenderem bonũ, simul illis, qui artem callent, manifestarem, me illis parem esse, & socium, eorumque notitiam appetere. Non dubito, multos bonæ conscientiæ & voluntatis homines, illud donum Dei clanculum possidere; Hi meo admoniti exemplo & meis periculis cautiores & providentiores facti, Harpocratis sibi commendatum habeant silentium, quotiescunque enim me magnatibus detegere volui; semper aut in damnum aut periculum mihi cessit. Hoc scripto me adeptis filiis Hermetis patefacio, & ignorantes errantes instruo, ac in viam veram reduco.

Credant scientiæ hæredes, se nunquam habituros meliorem viam, cui insistant, quam quæ ipsis hic demonstrata est, omnia enim aperte dixi. Extractionem saltem nostri salis Armoniaci vel Mercurii philosophici, ex aqua nostra pontica, ejusq; tantum usum non ita aperte revelavi, quia à magistro naturæ non habui ulteriorem loquendi licentiam: Et hoc solus Deus revelare debet, qui

novit hominum corda & animos: quem si diligenter oraveris, per reiteratam hujus libri lectionem, poterit tibi intellectum tuum aperire. Vas ut supra dictum unicum est, à principio usque ad finem, vel ad summum duo sufficiunt vasa: ignis etiam continuus in utroque opére, quo nomine legant errantes tractatum X. & XI. Si in tertia materia operatus fueris, nil efficies: Hanc tractant hi, qui extra hoc unicum sal nostrum, quod Mercurius est, laborant in herbis, animalibus, lapidibus, & mineris, excepto Sole & Luna nostra, quæ obducta est sphæra Saturni. Et qui optatum desiderat finem, sciat conversionem Elementorum, & levia facere ponderosa, & spiritus facere non spiritus, tunc non laborabit in re extranea; ignis est Regimen: Quidquid fit, igne fit, ut sufficienter in præcedentibus, & hic conclusionis loco satis dictum est.

Vale lector benevole, & hisce per experientiam meam verificatis laboribus diu ad Nominis divini gloriam, animæ tuæ salutem, proximique commodum perfruere.

t

EIVSDEM AVCTORIS AD FILIOS VERITATIS Aenigma Philosophorum.

JAm vobis filii scientiæ è scaturigine universalis fontis detexi omnia, ut nil sit amplius residuum. Nam in præcedentibus meis tractatibus, naturam per exempla sufficienter explicui: Theoricam & praxin, quantum fas fuit manifestavi. Sed ne quis de Laconismo conqueri possit, quod aliquid omiserim, totam artem ænigmatice adhuc vobis describam, ut videatis, quousque Dei ductu pervenerim. Infiniti sunt libri, de hac arte tractantes, vix in ullo reperietis veritatem eatenus vobis patefactam, quod hanc ob causam præstare volui, quia cum multis, Philosophorum scripta se bene intelligere putantibus, sermonem contuli, sed deprehendi illos eadem scripta longe subtilius explicare, quam Natura, quæ simplex est, requirebat: Imo omnia mea dicta veridica, ipsis semper alta sapientibus videbantur nimium vilia, & incredibilia: Aliquoties accidit, ut quibusdam de verbo ad verbum artem insinuarem, sed nequaquam assequi potuerunt, non credentes aquā in Mari nostro esse, & tamen Philosophi videri volebant: Cum ergo verba mea oretenus dicta non potuerunt intelligere, non timeo (uti alii Philosophi timuerunt) ut quis tam facile concipere possit, Donum est Dei dico. Verum quidem est, si in studio Chymico requireretur subtilis ingenii perspicacitas, & res ejusmodi esset, at ub oculis vulgi posset conspici, satis apta vidi illorum ingenia ad it daganda talia: Sed vobis dico, ut sitis simplices, & non nimium prudentes, donec Arcanum inveneritis, quo habito necessario aderit prudentia, tunc vobis non deerit libros infinitos scribendi facultas, quod longe facilius erit illi, qui in centro est,

& rem

& rem videt, quam huic, qui in circumferentia ambulat; & nil præter auditum habet: omnium rerum Materiam secundam lucidissime descriptam habetis, sed hanc vobis commendo cautelam, quod si ad arcanum hoc pervenire volueritis, scitote, quod in primis Deus orandus, postea proximus amandus sit: Denique nolite vobis res adeo subtiles imaginari, de quibus Natura nil scit, sed manete, manete, inquam, in via Naturæ simplici, quia in simplicitate rem citius palpare, quam eandem in subtilitate videre poteritis: Nolite in lectione meorum scriptorum semper inhærere syllabis, sed legendo utique considerate Naturam, & ejusdem possibilitatem. Antequam vero ad opus vos accingatis, imaginamini diligenter quid quæritis, & quis sit intentionis vestræ scopus ac finis: Nam multo melius est cerebro & imaginatione prius discere, quam re, quam manu & sumptibus. Et hoc vobis dico, quod opus est rem quærere aliquam, quæ occulta est, ex qua fit (miro modo) talis humiditas quæ aurum sine violentia seu strepitu solvit: Imo ita suaviter & naturaliter, sicuti glacies aquæ calidæ beneficio liquescit: Si hoc inveniſtis, habetis rem, ex qua aurum à Natura productum est: Et quamvis omnia Metalla & res omnes ex illa ortum habeant, nil tamen ita amicatur ei, sicut aurum, nam aliis rebus adhæret impuritas, auro autem nulla, propterea instar matris est ipsi. Et sic finaliter concludo, si hisce meis scriptis & admonitionibus cauti esse non vultis, habetote me, bene de vobis mereri cupientem, excusatum, feci fideliter quantum licuit, sicuti bonæ conscientiæ virum decet: Si quæritis quis sim, cosmopolita sum: Si me nostis, & boni ac honesti viri esse desideratis, tacebitis: Si me non nostis, nolite de me inquirere, nulli mortalium enim, quandiu vixero, plus à me revelabitur, quam hoc publico scripto factum est. Credite mihi, si non essem ejusmodi status ac conditionis homo, sicut sum, nil mihi solitaria vita foret jucundius, vel cũ Diogene sub dolio delitescere. Video enim omnia quæ sunt, vanitatem esse, fraudẽ & avaritiam invaluisse, ubi omnia venalia sunt, & iniquitatem virtutem superasse. Futurę vitæ meliora præ oculis video, hisce gaudeo: Jã non miror ut antea feci, cur Philosophi habita tali medicina non curarunt abbreviare dies suos, quia omni Philosopho ita est præ oculis vita sequens, sicuti in speculo apparet tibi tua propria facies: quod si tibi Deus dabit optatum finem, postea credes mihi, nec te mundo revelabis.

SEQVITVR PARABOLA SEV ÆNIGMA *Philosophorum, coronidis & superadditamenti loco adjunctum.*

EVenit aliquando cum per tot annos vitæ meæ navigarem à polo Arctico ad polum Antarcticum, ut singulari Dei nutu ejicerer ad littus magni cujusdam maris : Et licet maris illius mundi aditus & proprietates optime cognitas & perspectas haberem, nihilominus inscius fui, an etiam in illis oris generaretur piscículus ille Echeneis, quem tot magnæ & parvæ conditionis homines hactenus tam solicite quæsierunt : Dum autem in littore Melosynas hinc inde natantes cum Nymphis conspicio, fessus etiam a præcedentibus laboribus, & cogitationibus variis gravatus, ab aquarum murmure somno corripior : Et dum suaviter obdormisco, occurrit mihi in somnis visio mirabilis : Video è mari nostro venerandæ canitiei senem NEPTUNUM cum tridente egredientē, qui me post amicam salutationem in Insulam deducit amænissimam. Hæc Insula pulcherrima versus austrum sita erat, ac rebus omnibus, ad hominis necessitatem, & ad ejusdem delitias spectantibus, refertissima.

Virgilii campus Elysius vix cum illa potuisset comparari. Totum Insulæ littus, undique virentibus myrtis, cupressis, ac Roremarino cinctum erat. Prata virentia varietatis floribus tecta, jucundissimo aspectu, suavissime redolebant. Colles vineis, oleis, & cedris, miro modo decorati erant. Nemora Arantiorum & Limoneorum arboribus referta. Viæ publicæ Laurorum ac Granatorum arboribus singulari artificio intertextis utrinq; consitæ, gratissimam peregrinantibus præbebant umbram. Ut paucis dicam, quicquid in toto mundo est, ibidem videbatur: Inter ambulandum monstrabantur mihi à dicto Neptuno sub alique rupe, latentes duæ illius Insulæ mineræ Auri & Chalybis. Non longe illinc deducor ad pratum in quo peculiaris hortus variis & spectatu digniſſimis arboribus plantatus erat; Inter complures arbores autem, ostendit mihi septem arbores nominibus insignitas, ac inter has præcipuas, aliis eminentiores observavi, quarum una ferebat fructum instar solis lucidissimi & fulgentissimi, & folia ejus erant instar Auri; Altera vero producebat albissimos Liliis candidiores fructus, & folia ejus erant sicuti Argentum vivum : Vocabantur autem hæ arbores à Neptuno una solaris arbor, & altera Lunaris. Et quamvis in hac Insula omnia ad nutum essent, unicum tamen ipsi deerat : Aqua non habebatur, nisi magna cum difficultate, erant quidem multi, qui partim tentabant illuc aquam fontis per canales deducere, partim etiam ex variis rebus eliciebant, sed frustraneus erat attentatus labor, quia illic locorū nullo

poterat

poterat haberi medio: & si habebatur, inutilis tamen fuit & venenosa: nisi è radiis Solis vel Lunæ quod pauci præstare potuerunt, & qui in hoc perficiendo fortunam habuit propitiam, nunquam ultra decem partes potuit attrahere.

Erat enim ejusmodi Aqua mirabilis, & crede mihi, quod oculis meis viderim, & palparim aquæ illius niveum candorem, & dum illam aquam contemplarer, valde miratus sum: Interim fatigatus illa consideratione, evanuit coram oculis meis Neptunus, & apparet mihi vir magnus, cujus fronti nomen Saturni erat insculptum: Hic accepto vase hauriebat aquæ partes decem, & statim de fructu arboris solaris accepit & imposuit, & vidi fructum arboris consumi & resolvi instar glaciei in aqua calida: quæsivi ex illo, Domine, video rem mirabilem Aquam esse fetè ex nihilo, video fructus arboris in illa, adeo suavi calore consumi, quid ista? At ille mihi gratiose respondit: Fili mi, verum est quod res hæc est mirabilis, sed ne miteris, ita enim oportet esse: Nam hæc aqua est aqua vitæ, habens potentiam fructus arboris hujus ita meliorare, ut postea non plantatione seu insitione, sed solo suo odore faciat sibi cæteras sex arbores uniformes. Insuper hæc aqua est huic fructui instar fœminæ, in re nulla possunt arboris hujus fructus putrefieri nisi in hac aqua: Et licet fructus per se sit mirabilis, & res preciosa, attamen si in hac aqua putrescit, gignit ex hac putrefactione Salamandram in igne perseverantem, cujus sanguis omni thesauro precioſior est, habens facultatem sex arbores, quas hîc vides, fertiles reddere, illarumque fructus melle dulciores proferre. At ego petii, Domine, quomodo fit istud? Dixi tibi, inquit, arboris solaris fructus esse vivos, dulces, at ubi nunc unus saltem ex illo saturatur, quando in hac aqua coquitur, possunt postea mille ex eo saturari. Quæsivi porro, Domine: coquiturne igne forti, & quandiu? At ille: Aqua ista habet intrinsecum ignem, & si juvatur calore continuo, comburit tres partes corporis sui cum hoc corpore fructus, & non remanebit nisi pars minutissima, quæ vix imaginari potest, sed in summa virtute, coquitur sagaci ingenio Magistri septem mensibus primo, postea decem: sed interea apparent res variæ, & semper in die quinquagesimo plus vel minus. Adhuc interrogavi: Domine, nonne potest etiam in aliis aquis coqui hic fructus, vel additurne illi aliquid? Respondit: non est nisi hæc una aqua, quæ utilis est in hac regione vel Insula: Nulla etiam alia aqua potest penetrare poros hujus pomi nisi hæc, & scito arborem solarem etiam ex hac aqua ortam, quæ ex radiis Solis vel Lunæ vi Magnetis extracta est. Propterea inter se magnam habent concordantiam: Sed si aliquid peregrini ipsi adderetur, non posset id præstare, quod facit per se: Relinquenda igitur per se, nihilque ei addatur, nisi hoc pomum:

Post decoctionem est fructus immortalis, vitam habens & sanguinem, quia sanguis omnes arbores steriles facit portare fructus ejusdem naturæ cum pomo. Rogavi ulterius: Domine, hauriturne aqua hæc alio modo, vel habeturne ubique? & ille, in omni loco est, & nemo sine ea vivere potest, hauritur miris modis, sed ista est optima, quæ extrahitur vi chalybis nostri, qui invenitur in ventre Arietis. Dixi: ad quid utilis? Respondit, ante debitam coctionem est summum venenum, sed post coctionem convenientem summa est medicina, & dat viginti novem grana sanguinis, quodlibet autem granum, octingentos sexaginta quatuor suppeditabit tibi fructus arboris solaris. Quæsivi: nonne ulterius meliorari potest? teste scriptura philosophica, ait, ad decem, postea ad 100. deinde ad mille, & 10000 &c. potest exaltari. Instabam, Domine mi, noveruntne multi istam aquam, & habetne nomen proprium? Ille clamabat palam dicens, pauci noverunt, sed omnes viderunt, & vident & amant: Habet nomina sed multa & varia? At nomen proprium ejus est aqua maris nostri, Aqua vitæ, non madefaciens manus. Petii adhuc: utunturne ea alii ad res alias? Utitur ea, ait, omnis creatura, sed invisibiliter. Nasciturne in ea aliquid, interrogavi? At ille? ex ea fiunt res omnes in mundo, & in ea vivunt, sed in ea propriè nihil est, sed est res quæ se miscet omni rei. Quæsivi: estne sine hoc arboris fructu utilis? ad hoc dixit: In hoc tempore nequaquam, siquidem nisi in solo hoc arboris solaris fructu melioratur. Incepi adhuc rogare, Domine? quæso nomina mihi illam tam manifesto nomine, ut nullum possim amplius habere dubium: At ille sublata voce ita clamavit, ut me è somno excitaret, ideo non amplius poteram quærere, nec ille ulterius mihi respondere voluit, nec ego tibi plura dicere possum, contentus esto hisce, & crede quod non est possibile, lucidius loqui: Nam si hæc non percipis, nunquam aliorum Philosophorum libros assequeris. Post Saturni insperatum ac subitaneum discessum, novus me sopor invasit, & denuo mihi forma visibili apparet Neptunus, præsentem in hortis Hesperidum congratulatur felicitatem monstrando mihi speculum, in quo totam naturam detectam vidi: Post varios ultro citroque commutatos sermones, gratias ipsi pro exhibitis beneficiis ago, quod suo videlicet ductu, non solum hunc amœnissimum Hortum ingressus fuerim, verum etiam in optatissimum Saturni colloquium venerim: Sed quia propter improvisum Saturni discessum difficultates aliquæ quærendæ & investigandæ adhuc restarent, rogavi enixè, ut hac exoptata occasione mihi scrupulum eximeret. His autem verbis illum compello, Domine, legi libros Philosophorum affirmantium generationem omnem fieri per marem & fœminam, & tamen solum fructum arbo-

ris so-

ris ſolaris vidi in ſomniis Saturnum Mercurio noſtro imponere, credo etiam tibi ut Domino Maris hujus, quod iſta bene ſcias, reſponde quæſtioni meæ quæſo? At ille, verum eſt, fili, omnis generatio fit in mare & fœmina, ſed propter diſtinctionem trium Naturæ regnorum, alio modo naſcitur animal quadrupes, alio modo vermis. Licet enim vermes habeant oculos, viſum, auditum, & reliquos ſenſus, tamen per putrefactionem producuntur, & eorum locus vel terra, in qua putrefiunt, fœmina eſt: Ita in corpore philoſophico mater eſt hujus rei repetita toties illa aqua tua, & quicquid ex ea naſcitur, more vermium, per putrefactionē naſcitur: Ideo Philoſophi phœnicem & Salamandram vocârunt: Si enim è duorum corporum conceptione fieret, eſſet res morti obnoxia, at quia ſe tantum revivificat, deſtructo corpore priori, emicat aliud incorruptibile: Siquidem mors rerum nihil aliud eſt, quàm ſeparatio unius ab altero: Et in hac phœnice ita fit, quod ſe vita à corpore corruptibili ſeparat: Inſuper quæſivi: Domine mi, ſuntne diverſæ res rerum vel compoſitio in hoc opere? At ille, unica res eſt, cui non miſcetur aliquid aliud præterquam aqua philoſophica, tibi in ſomno aliquoties manifeſtata, quæ in decuplo eſſe debet ad unam corporis partem: Et firmiter ac indubitatè credas, fili, quæ per ſomnia in hac inſula pro more regionis, tibi à me & Saturno fuerunt patefacta, nullo modo eſſe ſomnia, ſed puriſſimam veritatem, quam experientia unica rerum Magiſtra tibi Dei aſſiſtentia detegere poterit. Ulterius quærentem ſine reſponſo poſt valedictionem diſcedens, me à ſomno excitatum, in deſideratam Eutopiæ regionem ſiſtit. Et ita tibi etiam amice Lector, ſatis hactenus à me dictum ſufficiat.

LECTORI BENE VOLO.

UIsquis *sit tractatuli hujus Auctor, amice Lector, quærere desine: quod autem eum conscripserit, hanc habeto causam. Ego quoq; quis sim, quod scias, non opus. Scias autem certò certissime Auctorem opusculi hujus,* LAPIDEM PHILOSOPHORUM *perfectissimè tenere, fecisse, habere. Cũ autem mutua & syncera nos prosequamur benevolentia, petii, ut in amoris mei signum (quod titulus testatur ipsè) tria principia prima discuteret,* MERCURIUM *nempe,* SULPHUR *&* SAL, *& si in iis communib. aut aliis Lapis Philosoph. quæri debeat, indicaret, idq; verbis faceret simplicissimis, & stylo tenuissimo. Postquam autem hoc tractatulo raptim conscripto mihi annuisset, certò mihi persuasi, fore ut eo in lucem edito, etsi minus gratum id Auctori futurum verear (omnis enim ambitio ab illo procul est) optimè mihi velint veræ Philosophiæ amatores, minus enim jacturæ, sumptuum, & damnorum ab impostoribus, temporis, bonæ famæ, & honoris, illo lecto & bene considerato, passuros non dubito. Quod si mundum probum (prophanum enim vulgus Alchymistarum odi & arceo) pro hoc meo benevolo animo gratum sensero, enitar, ut & reliqua duo principia, & alia plura ab eodem Auctore sequantur. Interim hoc fruere & vale.*

DIA-

DIALOGUS MERCURII, ALCHYMISTÆ, ET NATVRÆ.

IN illo tempore convenerunt Chymiſtæ, & conſilium fecerunt, quomodo LAPIDEM PHILOSOPHORUM facere ac præparare deberent, & ſic per vota quilibet ſuam opinionem ut diceret conſtituerunt. Et concurſus ille fuit ſub dio in prato quodam die ſerena quadam. Et multi concordârunt Mercurium eſſe illius primam materiam, alii Sulphur, alii alia. Sed de Mercurio maxima illorum fuit opinio, præſertim ex dictis Philoſophorum, quoniam illi pro vera materia prima habent, & etiam pro prima materia Metallorum: clamant enim Philoſophi: NOSTER MERCURIUS, &c. Et cum ita inter ſe certarent laboribus variis, (quilibet enim illorum expectabat cum deſiderio & lætitia concluſionem) ſurrexit interim tempeſtas maxima cum procellis, nimbis & vento inaudito, qui illam congregationem diſperſit in varias provincias, quemlibet ſeorſim ſine concluſione. Quilibet tamen illorum impreſſit ſibi, qualis debebat eſſe illius diſputationis finis. Cœpit igitur quilibet labores ſuos ſicut prius, unus in hac, alter in alia re quærentes LAPIDEM PHILOSOPHORUM, & hoc fit huc uſque ſine ceſſatione. Unus verò illorum memor diſputationis, quod neceſſariò in Mercurio quærendus ſit Lapis Philoſophorum, dixit ad ſe: Etiamſi non eſt facta concluſio: tamen in Mercurio laborabo, faciamque ego concluſionem facto lapide benedicto, erat enim homo, qui ſemper ſecum ſolebat loqui, ſicut ſolent Alchymiſtæ. Cœpit igitur legere Libros Philoſophorum, & incidit in librum Alani, qui de Mercurio tractat, & ſic factus eſt ille Alchymiſta Philoſophus, ſed ſine concluſione. Et accepto Mercurio cœpit laborare, poſuit illum in vitrum, & dedit ignem. Mercurius ut ſolet, evaporavit. Alchymiſta miſer neſciens naturam, uxorem ſuam verberavit dicens: nemo huc venire potuit præter te, Tu mihi accepiſti Mercurium ex vitro. Uxor flendo ſe excuſat, dicitque tacitè marito: facies tu merdam ex his. Accepit Alchymiſta Mercurium denuo, & iterum impoſuit vaſi, & ne uxor acciperet, cuſtodiebat illud. Sed Mercurius ſuo modo iterum evaporavit. Alchymiſta recordatus, quod materiam primam lapidis Philoſophorum volatilem eſſe oporteat, gaviſus eſt valdè, ſibi omnino perſuadens, non ſe jam poſſe falli, habita hac materia cœpit jam audacter Mercurium tractare, didicit poſtea illum ſublimare, calcinare miris modis, jam ſalibus, jam ſulphure, jam metallis, jam mineris, jam ſanguine, jam crinibus, jam aquis fortibus, jam herbis, urina, aceto, ſed nihil potuit invenire ad propoſitum ſuum, nihil in orbe intactum

reliquit,cum quo non tractaſſet bonum Mercurium. Et cum omnino nihil proficere poſſet,incidit in hoc dictum,*quod in ſterquilinio invenitur*. Cœpit Mercurium cum ſtercoribus variis tractare,ſimul & ſeorſim. Et cum ita fatigatus fuiſſet, & plenus cogitationum,obdormivit. Et in ſomnis apparuit illi viſio: venit ad illum Vir ſenex, qui ſalutavit illum & dixit: Amice quid contriſtaris? Ille reſpondit, ſibenter vellem facere Lapidem Philoſophorum. Tunc ille. Amice,ex quibus vis facere Lapidem Philoſophorum? ALCHYMISTA. Ex Mercurio, Domine. *Senex*. Ex quali autem Mercurio? *Alch*. Non eſt niſi unus Mercurius. *Sen*. Verum eſt,unum eſſe Mercurium, ſed variatum variis locis: una pars purior altera. *Alch*. O Domine, Ego illum ſcio purgare optimè,aceto & ſale nitro,& vitriolo. *Sen*. Dico tibi,hæc purgatio non eſt vera,nec Mercurius ſic verus eſt: alium enim Mercurium habent Viri ſapientes,aliamque ejus purgationem, & ſic evanuit. Excitatus è ſomno Alchymiſta,cogitabat qualis eſſet illa viſio,cogitabat qualis eſſe deberet ille Mercurius Philoſophorum: nihil potuit excogitare aliud, quàm hunc ſuum Mercurium vulgi. Sed tamen deſiderabat,ut cum illo ſene longius loqui potuiſſet, laboravit tamen aſſiduè,jam in ſtercoribus animantium,& puerorum, poſtea & in ſuo proprio ſtercore laborare cœpit. Et quolibet die in locum ubi viſionem vidit, ibat, ut ſenem illum iterum alloqui poſſet: interdum ſimulabat ſomnum,clauſis oculis jacebat, expectando ſenem. Sed cum venire nollet, putabat illum timere, neque credere quod dormiret,jurabat ergo dicens: Mi Domine Senex,noli timere,certè ego dormio,reſpice oculos, ſi non credis. Et miſer ille Alchymiſta,poſt tot labores, & conſumptionem bonorum ſuorum, jam & in delirium cadebat, ſemper de illo ſene cogitando. Et ex illa fortiſſima imaginatione, apparuit illi phantaſma per ſomnum, in forma illius ſenis,& dixit illi: Noli deſperare amice: Mercurius tuus bonus eſt & Materia tua, ſed ſi tibi non vult obedire,conjures illum,ne ſit volatilis. Tamen & ſerpentes ſolent conjurari,quare non & Mercurius? & ſic diſcedere voluit ſenex. At Alchymiſta ab illo petiit dicens: Domine exſpecta; & præ clamore excitatus eſt miſer,tamen non ſine magna conſolatione. Acccpit poſtea vas plenum Mercurio, & cœpit illum miris modis conjurare,ſicut illum docuit ſomnium. Et recordatus eſt verborum ſenis, quod dixerit: SERPENTES CONIURANTUR, & Mercurius pingitur cum ſerpentibus, cogitavit, certè ſic debet conjurari ſicut ſerpens. Et accepto vaſe cum Mercurio cœpit dicere: ux ux oſtas,&c. Et ubi debuit eſſe nomen ſerpentis, Mercurii poſuit dicens. Et tu Mercuri nequiſſima beſtia,&c. Ad quæ verba Mercurius cœpit ridere, & loqui ad Alchymiſtam dicens: quid vis quod me turbas mi Domine Lachrymiſta? *Alch*. Oho,

jam

jam me vocas Dominum quando tibi vivum tango, jam tibi inveni frænum, expecta parum, mox meam cantilenam canes, & cœpit ad illum ſtrenuè loqui, quaſi cum ira; Tune es ille Mercurius Philoſophorum? *Merc.* quaſi timeret reſpondit: ego ſum, mi Domine, Mercurius. *Alch.* quare ergo mihi obedire noluiſti? neç te fixare potui? *Merc.* O magnifice Domine, rogo, parce mihi miſero: neſcivi enim, quod ſis tantus Philoſophus. *Alch.* Nonne hoç ſentiebas ex meis laboribus, cum ita philoſophicè tecum procedebam? *Merc.* Ita eſt mi Domine magnifice, attamen occultare me volui, ſed video miſer, quod me occultare non poſſum coram Domino meo magnifiço. *Alch.* Jam ergo noſti Philoſophum? *Merc.* Maximè mi Domine, video dominationem veſtram magnificam philoſophum eſſe excellentiſſimum. *Alch.* Lætus in cordę ſuo dicit: certè ego jam inveni, quod quæſivi. Iterum ad Mercurium dicit voce terribili: Nu Eja, jam ergo eſto obediens, aliàs non bene tecum erit. *Merc.* Libenter mi Domine, ſi tantum poſſim: nam jam debilis valde ſum. *Alch.* Quid jam te excuſas? *Merc.* Non mi Domine, ſed langveſco *Alch.* Quid tibi nocet? *Merc.* Alchymiſta mihi nocet. *Alch.* Quid tu adhuc me rides? *Merc.* O Domine non, de Alchymiſta loquor, tu autem Philoſophus es. *Alch.* O bene bene, ita eſt. Sed quid fecit tibi Alchymiſta? *Merc.* O mi Domine multa mala fecit mihi, nam cōmiſcuit me miſerū rebus mihi contrariis, unde non poſſum pevenire ad vires meas, & ſum ferè mortuus: cruciatus enim ſum uſque ad mortem ferè. *Alch.* O dignus es iſtis, quja es inobediens. *Merc.* Nunquam inobediens fui alicui Philoſopho, ſed ex natura mihi eſt ridere ſtultos. *Alch.* Et de me quid ſentis? *Merc.* O Domine, tu es Vir magnus, Philoſophus maximus, tua magnitudine excellis Hermetem. *Alch.* Certè ita eſt, ego ſum vir doctus, ſed me nolo laudare ipſe, ſed & uxor mea dixit mihi, quod ego ſim valde doctus Philoſophus, illa hoc cognovit in me. *Merc.* Credo facilè: nam tales oportet eſſe Philoſophos, qui præ nimia prudentia & labore inſaniant. *Alch.* Age dicas mihi ergo quid faciam tecum? quomodo ex te faciam Lapidem Philoſophicum? *Merc.* O mi Domine Philoſophe, ego neſcio. Tu es Philoſophus, ego Servus Philoſophorum, quod illi ex me facere volunt, faciunt, ego illis inquantum poſſum, obedio. *Alch.* Tu mihi dicere debes, quomodo tecum procedere debeo, & ſi ex te facere poſſum Lapidem Philoſophicum? *Merc.* Si ſcis, facies, ſi verò neſcis, nihil facies: à me nihil addiſces, ſi prius neſcis mi Domine Philoſophe. *Alch.* Tu mecum ita loqueris, ſicut cum aliquo ſimplici homine, fortaſſe ignoras, quod ego apud magnos Principes laboravi, & apud illos Philoſophus fui. *Merc.* Facilè credo mi Domine, nam iſta optimè ſcio, adhuc ſordeo ex hujus laboris mixtura. *Alch.* Dic ergo mihi. Tu es Mercurius Philoſopho-

losophorum? *Merc.* Ego sum Mercurius, si autem sum Philosophorum, te scire oportet. *Alch.* Dic mihi solummodo, si tu es verus Mercurius, vel si est alius? *Merc.* Ego sum Mercurius, sed est & alius, & sic evanuit. Alchymista clamat, & loquitur, sed nemo respondet illi. Et cogitans inter se dicit: Verè ego sum vir optimus, mecum locutus est Mercurius, certè me amat, & incepit iterum laborare diligenter, cœpit Mercurium sublimare, distillare, calcinare, turbisare, præcipitare, solvere miris modis & aquis variis, sed ut prius frustra conatus est, inaniter consumit sumptus & tempus. Quapropter tandem incipit maledicere Mercurio, & Naturam blasphemare, quod creaverit illum. Natura verò cum audivit ista, vocavit Mercurium ad se, & dixit illi: Quid tu feciſti huic? quid mihi maledicit propter te? & blasphemat me? cur non præstas quod debes? sed Mercurius modestè se excusat. At Natura jubet ut sit obediens filiis doctrinæ quærentibus se. Mercurius promisit se id præstiturum, aitque: Mater Natura, sed stultis quis fatisfaciet? Natura subridens discessit: Mercurius verò iratus Alchymistæ, etiam ad suum locum vadit.

Post aliquot dies, incidit in mentem Alchymistæ, quod in laboribus suis aliquid omiserit, iterum ad Mercurium recurrit, & illum cum stercore porcino commiscere constituit. Sed Mercurius iratus, quod illum siniſtrè coram Natura Matre accusaverat, ad Alchymistam ait: Quid tu stulte ex me habere vis? cur me accusasti: *Alch.* Tune es ille, quem ego desideravi videre? *Merc.* Ego sum, sed nemo me cœcus videre potest. *Alch.* Ego non sum cœcus. *Merc:* Maximè cœcus es, nam te ipsum non vides, quomodo ergo me videre debes? *Alch.* O jam superbus es, ego tecum modestè loquor, & tu ita me contemnis: nescis fortasse, quod ego apud multos Principes laboraverim, & apud illos Philosophus fuerim. *Merc.* Ad Principum aulas stulti concurrunt, illic enim honorantur, & præ cæteris benè habent, fuisti tu etiam apud aulam? *Alch.* O tu es Diabolus, & non bonus Mercurius, si tu ita vis loqui cum Philosophis: nam & prius ita me seduxisti. *Merc.* Nostine tu Philosophos? *Alch.* Ego ipse sum Philosophus. *Merc.* Ecce nobis Philosophus, subridens dicit, & cœpit cum illo ulterius loqui, dicens: mi Philosophe, dic ergo mihi, quid quæris, & quid vis habere? facere quid cupis? *Alch.* Lapidem Philosophorum. *Merc.* Ex qua igitur materia vis illum facere? *Alch.* Ex Mercurio nostro. *Merc.* O mi Philosophe, tunc ego discedam, quia non sum vester. *Alch.* O tu es non nisi Diabolus, & vis me seducere. *Merc.* Certè mi Philosophe, tu mihi es Diabolus, non ego tibi: nam tu pessimè me tractasti more diabolico. *Alch.* O quid audio. Certè hic est Diabolus: nam ego omnia secundum Philosophorum scripta facio, & scio optimè laborare.

Merc.

Merc. Optimè scis: nam & magis facis, quàm scis & legis: Philosophi enim dixerunt, naturam naturis miscendam, & extra naturam nihil jubent; tu verò jam me cum omnibus ferè rebus sordidissimis, & stercoribus misces: *Alch.* Ego nihil facio extra naturam; sed semino semen in terram suam, sicut Philosophi dixerunt. *Merc.* Seminas me in stercus, & tempore messis ego evanesco, tu verò stercus metere soles. *Alch.* Tamen sic Philosophi scripserunt, quod in sterquilinio materia illorum quæri debeat. *Merc.* Verum est quod illi scripserunt, & tu ad Syllabam intelligis, & non eorum sensum & mentem. *Alch.* Nunc video quod tu es Mercurius fortassis; sed non vis obedire mihi. Et cœpit illum iterum conjurare, dicens: VX. VX. sed Mercurius ridens respondit: nihil proficies. Mein lieber Fuechs. *Alch.* Non frustra de te dicunt, quod mirabilis es, & inconstans ac volatilis. *Merc.* Tu me dicis esse inconstantem, hoc tibi sic solvo: Constans ego sum, constanti artifici; fixus, fixo animo: sed tu, & tui similes inconstantes sunt, vagantes ex una re in aliam, ex una materia in alteram. *Alch.* Dic ergo mihi, si tu es ille Mercurius de quo Philosophi scripserunt, quem cum sulphure & sale, omnium rerum principium dixerunt, an verò alius quærendus? *Merc.* Certè fructus ab arbore non procul cadit, sed ego meam gloriam non quæro: sum idem qui fui, sed anni mei diversi sunt. Ab initio juvenis fui tam diu, quàm diu fui solus. Sed jam senior sum, sed idem qui fui ante. *Alch.* Jam mihi places, quod mihi dicas, quod jam senior sis: ego enim semper talem quæsivi, quæ sit maturior & fixior, ut eò facilius cum illo convenire possim. *Merc.* Frustrà me visitas senem, qui me non nosti in juventute. *Alch.* Nonne ego te novi, qui te semper miris modis tractavi? ut tu ipse dixisti, & adhuc non desinam, donec perficiam Lapidem Philosophorum. *Merc.* O me miserum, quid sim facturus? qui fortasse iterum cum stercoribus miscebor, jam crucior denuo. O me miserum, rogo te ô Domine Philosophe, noli me tantum porcino stercori miscere: nam aliâs jam peribo, fœtore enim hoc cogor meam mutare formam. Et quid vis ut amplius faciam? nonne satis crucior à te? nonne obedio tibi? nonne misceo me rebus quibus tu vis? nonne sum sublimis? nonne præcipitatus? nonne Thurbit? nonne Amalgama? nonne Malca? quid jam magis à me cupis? meum corpus jam ita flagellatum est, jam sputatum, ut & lapis mei possit misereri: ex me habes lac, ex me carnem, ex me sangvinem, ex me butyrum, ex me oleum, ex me aquam, & quod unquam metallorum aut mineralium id præstare possit, quod ego solus? & non est misericordia mecum. O me miserum. *Alch.* Oho non nocet tibi, tu es nequam licet te quovis modo invertas, tu non mutas te, nisi formam tibi fingis, iterum semper redis in primam speciem

tuam

tuam. *Merc.* Ego facio ſicut tu vis; ſi vis ut ſim corpus, corpus ſum: ſi vis ut ſim pulvis, pulvis ſum. Neſcio quomodo me magis humiliare debeam, quàm cum pulvis & umbra fio. *Alch.* Dic ergo mihi, quis tu es in centro tuo? & non te plus cruciabo. *Merc.* Jam cogor tecum ex fundamento loqui. Si vis potes me intelligere, formam meam vides, de hoc tibi non eſt opus. Sed quod de centro meo interrogas, centrum meum eſt cor omnium fixiſſimum, immortale, & penetrans, in illo eſt requies Domini mei, ego verò ipſe ſum via, & curſor, peregrinus, & domeſticus, fideliſſimus ſum omnibus meis ſociis, non relinquo comitantes me, cum illis manco, cum illis perco. Sum corpus immortale, morior quidem cum occido, ſed ad judicium coram ſagace judice reſurgo. *Alch.* Ergo tu es Lapis Philoſophorum? *Merc.* Mater mea talis eſt, ex illa naſcitur artificialiter unum aliquid, frater vero meus qui in arce habitat, in velle ſuo habet, quod Philoſophus vult. *Alch.* Es ne tu ſenex? *Merc.* Mater mea genuit me, ſed ego ſenior ſum matre. *Alch.* Quis Diabolus te poteſt intelligere? cum mihi ad propoſitum non reſpondeas? ſemper parabolas dicis. Dic mihi, ſitu es fontina, de qua Bernardus Comes Treviſanus ſcripſit? *Merc.* Fontina non ſum, ſed aqua ſum, fontina me circumdedit. *Alch.* Solviturne aurum in te cùm aqua ſis? *Merc.* Quicquid mecum eſt amo, ſicut amicum, & quicquid mecum naſcitur, huic nutrimentum do; & quicquid nudum eſt, alis meis tego. *Alch.* Video ego, quod tecum non eſt loqui, ego alia quæro, tu alia dicis, ſi non vis bene reſpondere, certè jam tecum eo ad labores. *Merc.* O Domine rogo te, eſto mihi miſericors, jam libenter dicam quod ſcio. *Alch.* Dic ergo mihi, ſi tu times ignem? *Merc.* Ego ipſe ignis ſum. *Alch.* Et quare igitur ab igne fugis? *Merc.* Spiritus meus cum ſpiritu ignis amant ſe, & quo poteſt comitatur unus alterum. *Alch.* Et quorſum ſoles ire, quando cum igne aſcendis? *Merc.* Scito, omnis peregrinus ſemper in patriam ſuam tendit, & quando illuc unde egreſſus eſt, venit, requieſcit, & ſemper redit ſapientior, quàm exit. *Alch.* Reverteriſne iterum aliquando? *Merc.* Revertor, ſed in alia forma. *Alch.* Non intelligo quid hoc eſt, neque de igne quidquam. *Merc.* Si quis ignem cordis mei novit, vidit ignem (calorem debitum) cibum meum eſſe: & quo diutius ignem ſpiritus cordis mei comedit, pingvior erit, cujus mors poſtea vita omnium rerum eſt, quæcunque in hoc regno ſunt, ubi ego ſum. *Alch.* Es ne tu magnus? *Merc.* Habes me in exemplum, ex mille guttulis unus ero, ex uno multa millia guttarum do; & ſicut corpus meum eſt in oculis tuis. Si mecum ludere ſcis, potes me dividere in tantum in quantum vis, iterum unus ero: quid igitur ſpiritus (cor meum) intrinſecè, qui ſemper ex minutiſſima parte multa millia profert? *Alch.* Et quomodo igitur tecum facere oportet, ut ita ſis?

Merc.

Merc. Ignis sum intus, ignis est mihi cibus, vita verò ignis aër est, sine aëre ignis extingvitur: ignis prævalet aëri, propterea non quiesco, nec me crudus potest constringere aër, adde aërem aëri, ut sint ambo unum, & teneant pondus, cum igne calido conjunge, temporibus da ad custodiendum. *Alch.* Quid postea erit? *Merc.* Subtrahetur superfluum, residuum combures igne, in aquam pones, coques postea, coctum ægrotis in medicinam dabis. *Alch.* Nihil mihi dicis ad meas quæstiones. Video ego, quod tu me tantum parabolis vis eludere. Uxor, affer stercus porcinum, ego istum Mercurium novis modis tractabo, donec mihi dicat, quomodo Lapis Philosophicus sit faciendus ex illo. Mercurius, auditis hisce, incipit lamentari super Alchymista, vaditque ad matrem Naturam, accusat ingratum laborantem. Natura filio Mercurio credit, qui verax est, ira commota, ad Alchymistam venit, & illum vocat, heus tu, ubi es? *Alch.* Quis est qui me vocat? *Natura.* Quid tu stulte cum filio meo agis? cur illi facis tantam injuriam? cur illum crucias? qui tibi omne bonum facere vult, si tantum intelligere velles? *Alch.* Quis Diabolus me increpat, tantum Virum & Philosophum? *Natu.* O stulte, plenum superbia stercus Philosophorum, novi ego Philosophos, & omnes Sapientes, quos amo, nam & illi me amant, & omnia mihi faciunt ad placitum: & quo ego non possum, illi me juvant. Vos autem Alchymistæ, ex quorum ordine tu quoque unus es, absque meo scitu, & consensu, imò omnia contraria mihi facitis, propterea vobis etiam contrarium evenit, putatis, quod bene filios meos tractetis, sed nihil perficitis: & si rectè considerare velitis, non vos illos tractatis, sed illi vos tractant: nam vos nihil ex illis facere potestis neque scitis, illi verò ex vobis, quando volunt faciunt stultos. *Alch.* Non est verum, ego etiam sum Philosophus, & scio laborare bene, fui ego apud Principem non unum, & fui apud illos Philosophus, quod & uxor mea scit, etiam jam nunc habeo librum manuscriptum, qui erat aliquot centum annis in muro quodam occultus, jam certò sciam facere Lapidem Philosophorum, & etiam hisce diebus revelatum est mihi per somnium. O ego soleo vera somnia habere: Uxor tu scis. *Natu.* Facies sicut fecerunt alii tui collegæ, qui in principio omnia sciunt, & scire se putant, in fine verò nihil. *Alch.* Tamen alii ex te (si tu es vera Natura) solent facere. *Natu.* Verum est, sed solummodo hi, qui me noverunt, qui pauci sunt. Qui me verò novit, non cruciat filios meos, neque me impedit, sed mihi facit ad placitum, & augmentat bona mea, & filiorum meorum corpora sanat. *Alch.* Tamen & ego sic facio. *Natu.* Tu mihi contraria omnia facis, & contra meam voluntatem cum filiis meis procedis: ubi deberes revivificare, tu occidis: ubi figere, tu sublimas: ubi calcinare, tu distillas;

præsertim

præsertim hunc mihi obedientissimum filium Mercurium, quem tot corrosivis aquis, tot venenosis rebus crucias. *Alch.* Tunc ego sic procedam cum illo suaviter per digestionem solummodo. *Natu.* Bene est si scis, sin minus, non illi, sed tibi nocebis ipse, & sumptibus tuis: nam idem est illi, ita cum stercore se miscet sicuti cum auro, gemma semper bona est, & stercus illum non minuit, etiamsi in illud projicietur; qnando lavatur, eadem est gemma quæ fuit antea. *Alch.* Sed ego libenter scirem facere Lapidem Philosophicum. *Natu.* Ergo non sic filium meum tractato: scito enim, quod ego multos filios & filias habeo, & adsum præsto quærentibus me, si sunt me digni. *Alch* Dic ergo mihi, qui est iste Mercurius? *Natu.* Scito, quod est mihi unus tantum talis filius, unus ex septem est, & primus est, quique omnia est, qui unus tantum erat: nihil est, & numerus ejus integer est. In illo sunt quatuor Elementa, qui tamen non est Elementum; Spiritus est, qui tamen corpus habet: Vir est, & tamen vices fœminæ agit: puer est, & viri arma gerit: animal est, & tamen alas avis habet. Venenum est, & tamen lepram curat: vita est, & tamen omnia occidit; Rex est, alter tamen possidet ejus regnum; fugit cum igne, & tamen ex illo paratur ignis; aqua est, & non madefacit; terra est, & tamen seminatur: aër est, & vivit aqua. *Alch.* Jam video ego, quod nihil scio, sed non audeo dicere: nam perderem bonam existimationem, & vicinus meus non impenderet amplius in me, si sciret, quod ego nihil sciam: ego tamen dicam, quod scio certè, aliâs nemo vel panem mihi daret, multi enim illorum sperant à me multa bona. *Natu.* Etsi in longum pertrahes, quid postea erit? interim & vicini quilibet, repetent suos sumptus à te *Alch.* Alam spe omnes quousque potero. *Natu.* Et tandem quid ultimo? *Alch.* Tentabo tacitè varios labores, si succedet solvam: sin minus, ibo in aliam provinciam, & hoc idem agam. *Natu.* Et postea quid erit? *Alch.* Ha, ha, ha, sunt multæ provinciæ, multi quòque avari, quibus magnam copiam promittam auri, idque brevissimo tempore, & sic dies diem sequetur, interim aut Rex, aut Asinus morietur, aut Ego. *Natu.* Laqueus (meritò) tales Philosophos manet: apage te, & finem tibi, & tali tuæ Philosophiæ; mala cruce, quàm ocyssimè impone: hoc enim unico consilio, nec mihi, nec proximo, nec tibi ipsi fraudi eris.

FINIS.

LECTO-

LECTORI S.

Libuit, Candide Lector, in vestibulo hujus opusculi Symbolum Saturni præfigere, cum materia illa prima per hoc dilucide & perspicue explicetur. Tu nostro studio fruere & vale.

ÆNIGMA PHILOSOPHORUM SIVE SYMBOLVM SATVRNI, PER Parabolas AZOTH dilucide ostendens.

EVenit aliquando cum per tot annos vitæ meæ navigarem à polo Arctico ad polum Antarcticum, ut singulari Dei nutu ejicerer ad littus magni cujusdam maris: Et licet maris illius mundi aditus & proprietates optime cognitas & perspectas haberem, nihilominus insciis fui, an etiam in illis oris generaretur pisciculus ille, Echeneis, quem tot magnæ & parvæ conditionis homines hactenus tam solicite quæsierunt: Dum autem in littore Melosynas hinc inde natantes cum Nymphis conspicio, fessus etiam à præcedentibus laboribus, & cogitationibus variis gravatus, ab aquarum murmure somno corripior: Et dum suaviter obdormisco, occurrit mihi in somnis visio mirabilis: Video è mari nostro venerandæ canitiei senem NEPTVNVM cum tridente egredientem, qui me post amicam salutionem in Insulam deducit amœnissimam. Hæc Insula pulcherrima versus austrum sita erat, ac rebus omnibus ad hominis necessitatem, & ad ejusdem delitias spectantibus, refertissima.

Virgilii campus Elysius vix cum illa potuisset comparari: Totum Insulæ littus, undique virentibus myrtis, cupressis, ac Roremarino cinctum erat: Prata virentia varietatis floribus tecta, jucundissimo aspectu, suavissime redolebant: Colles vineis, oleis, & cedris, miro modo decorati

erant. Nemora Arantiorum & Limoneorum arboribus referta: Viæ publicæ laurorum ac Granatorum arboribus singulari artificio intertextis, utrinque consitæ, gratissimam peregrinantibus præbebant umbram. Vt paucis dicam, quidquid in toto mundo est, ibidem videbatur: Inter ambulandum monstrabantur mihi à dicto Neptuno sub aliqua rupe, latentes duæ illius Insulæ mineræ Auri & Chalybis. Non longe illinc deducor ad pratum in quo peculiaris hortus varius & spectatu dignissimis arboribus plantatus erat; Inter complures Arbores autem, ostendit mihi septem arbores nominibus insignitas: ac inter has, duas præcipuas aliis eminentiores observavi, quarum una ferebat fructum instar Solis lucidissimi & fulgentissimi, & folia ejus erant instar Auri; Altera vero producebat albissimos Liliis candidiores fructus, & folia ejus erant sicuti argentum vivum: Vocabantur autem hæ arbores à Neptuno una Solaris arbor, & altera Lunaris. Et quamvis in hac Insula omnia ad nutum essent, unicum tamen ipsi deerat: Aqua non habebatur, nisi magna cum difficultate. Erant quidem multi, qui partim tentabant illuc Aquam fontis per canales deducere, partim etiam ex variis rebus eliciebant, sed frustraneus erat attentatus labor, quia illic locorum nullo poterat haberi medio: & si habebatur, inutilis tamen fuit & venenosa: nisi è radiis Solis vel Lunæ, quod pauci præstare potuerunt, & qui in hoc perficiendo fortunam habuit propitiam, nunquam ultra decem partes potuit attrahere. Erat enim ejusmodi Aquæ mirabilis, & crede mihi, quod oculis meis viderim, & palparim Aquæ illius niveum candorem, & dum illam aquam contemplarer, valde miratus sum: Interim fatigatus illa consideratione, evanuit coram oculis meis Neptunus, & apparet mihi vir magnus, cujus fronti nomen Saturni erat insculptũ: Hic accepto vase hauriebat Aquæ partes decem, & statim de fructu Arboris Solaris accepit & imposuit, & vidi fructum Arboris consumi & resolvi instar glaciei in

Aqua

Aqua calida: quæsivi ex illo: Domine, video rem mirabilem, Aquam esse fere ex nihilo, video fructus Arboris in illa, adeo suavi calore, consumi, quid ista? At ille mihi gratiose respondit: Fili mi, verum est quod res hæc est mirabilis, sed ne mireris, ita enim oportet esse: Nam hæc aqua est aqua vitæ, habens potentiam fructus arboris hujus ita meliorare, ut postea non plantatione seu insitione, sed solo suo odore faciat sibi cæteras sex Arbores uniformes. Insuper hæc aqua est huic fructui instar fœminæ, in re nulla possunt arboris hujus fructus putrefieri nisi in hac aqua. Et licet fructus per se sit mirabilis, & res pretiosa: attamen si in hac aqua putrescit, gignit ex hac putrefactione Salamandram in igne perseverantem, cujus sangvis omni thesauro pretiosior est, habens facultatem sex arbores, quas hic vides, fertiles reddere, illarumq; fructus melle dulciores proferre. At ego petij, Domine, quomodo fit istud? Dixi tibi, inquit, arboris solaris fructus esse vivos, dulces, at ubi nunc unus saltem ex illo saturatur, quando in hac aqua coquitur, possunt postea mille ex eo saturari. Quæsivi porro, Domine: coquiturne igne forti & quandiu? At ille: aqua ista habet intrinsecum ignem, & si juvatur calore continuo, comburit tres partes corporis sui cum hoc corpore fructus, & non remanebit nisi pars minutissima, quæ vix imaginari potest, sed in summa virtute, coquitur sagaci ingenio Magistri septem mensibus primo, posiea decem: sed interea apparent res variæ, & semper in die quinquagesimo, plus vel minus. Adhuc interrogavi: Domine, nonne potest etiam in aliis aquis coqui hic fructus, vel additurne illi aliquid? Respondit: non est nisi hæc una aqua, quæ utilis est in hac regione vel in Insula: Nulla etiam alia aqua potest penetrare poros hujus pomi, nisi hæc: & scito arborem solarem etiam ex hac aqua ortam, quæ ex radiis Solis vel Lunæ vi magnetis extracta est. Propterea inter se magnam habent contordantiam: Sed si aliquid peregrini ipsi adderetur, non posset id præstare quod facit per se: Relinquenda igitur per se, nihilq;

nihilque ei addatur, nisi hoc pomum: Post decoctionem enim est fructus immortalis, vitam habens & sangvinem, quia sangvis omnes arbores steriles facit portare fructus ejusdem naturæ cum pomo. Rogavi ulterius: Domine, hauritur ne Aqua hæc alio modo, vel habetur ne ubique? & ille, in omni loco est, & nemo sine ea vivere potest, hauritur miris modis, sed ista est optima, quæ extrahitur vi chalybis nostri, qui invenitur in ventre Arietis. Dixi ad quid utilis? Respondit, ante debitam coctionem est summum venenum, sed post coctionem convenientem summa est medicina, & dat viginti novem grana sangvinis, quodlibet autem granum octingentos sexaginta quatuor suppeditabit tibi fructus arboris solaris. Quæsivi: nonne ulterius meliorari potest, teste scriptura philosophica? ait, ad decem, postea ad centum, deinde ad mille, & decem millia, &c. potest exaltari. Instabam, Domine mi, noverunt ne multi istam aquam, & habet ne nomen proprium? Ille clamabat palam dicens, pauci noverunt, sed omnes viderunt, & vident & amant: Habet nomina, sed multa & varia. At nomen proprium ejus est Aqua maris nostri, Aqua vitæ, non madefaciens manus. Petij adhuc: utuntur ne ea alii ad res alias: Vtitur ea, ait, omnis creatura, sed invisibiliter. Nascitur ne in ea aliquid, interrogavi? At ille, ex ea fiunt res omnes in mundo, & in ea vivunt: sed in ea proprie nihil est, sed est res quæ se miscet omni rei. Quæsivi: estne sine hoc arboris fructu utilis? ad hoc dixit: in hoc opere nequaquam, siquidem non nisi in solo hoc arboris solaris fructu melioratur. Incepi adhuc rogare: Domine, quæso nomina mihi illã tam manifesto nomine, ut nullũ possim amplius habere dubium: At ille sublata voce ita clamavit, ut me è somno excitaret, ideo non amplius poteram quærere, nec ille ulterius mihi respondere voluit, nec ego tibi plura dicere possum: contentus esto hisce, & crede quod non est possibile, lucidius loqui: Nam si hæc non percipis, nunquam aliorum Philosophorum libros assequeris. Post Saturni insperatum ac subitaneum

disses-

discessum, novus me sopor invasit, & denuo mihi forma visibili apparet Neptunus: *Præsentem in hortis Hesperidum congratulatur felicitatem, monstrando mihi speculum, in quo totam naturam detectam vidi: Post varios ultro citroque commutatos sermones, gratias ipsi pro exhibitis beneficiis ago, quod suo videlicet ductu, non solum hunc amœnissimum Hortum ingressus fuerim, verum etiam in optatissimum Saturni colloquium venerim. Sed quia propter improvisum Saturni discessum difficultates aliquæ quærendæ & investigandæ adhuc restarent, rogavi enixe, ut hac exoptata occasione mihi scrupulum eximeret. His autem verbis illum compello,* Domine, *legi libros Philosophorum affirmantium generationem omnem fieri per Marem & fœminam, & tamen solum fructum arboris solaris vidi in somniis Saturnum Mercurio nostro imponere, credo etiam tibi ut* Domino Maris hujus, *quod ista bene scias, responde quæstioni meæ quæso? At ille, verum est, fili, omnis generatio fit in mare & fœmina, sed propter distinctionem trium Naturæ regnorum, alio modo nascitur animal quadrupes, alio modo vermis. Licet enim vermes habeant oculos, visum, auditum, & reliquos sensus, tamen per putrefactionem producuntur, & eorum locus vel terra, in qua putrefiunt, fœmina est: Ita in corpore Philosophico mater est hujus rei, repetita toties illa aqua tua, & quicquid ex ea nascitur, more vermium, per putrefactionem nascitur: Ideo Philosophi phœnicem & Salamandram vocarunt: Si enim è duorum corporum conceptione fieret, esset res morti obnoxia, at quia se tantum revivificat, destructo corpore priori, emicat aliud incorruptibile: Siquidem mors rerum nihil aliud est, quam separatio unius ab altero. Et in hac phœnice ita fit, quod se vita à corpore corruptibili per se separat. Insuper quæsivi:* Domine mi, *suntne diversæ res rerum vel compositio in hoc opere? At ille, unica res est, cui non miscetur aliquid aliud præterquam aqua Philosophica, tibi in somno aliquoties manifestata, quæ in decupto esse*

debet ad unam corporis partem: Et firmiter ac indubitate credas, fili, quæ per somnia in hac Insula, pro more regionis, tibi à me & à Saturno fuerunt patefacta, nullo modo esse somnia, sed purissimam veritatem, quam experientia unica rerum Magistra tibi Dei assistentia detegere poterit. Ulterius quærentem sine responso post valedictionem discedens, me à somno excitatum, in desideratam Eutopiæ regionem sistit. Et ita tibi etiam, amice Lector, satis hactenus a me dictum sufficit. Vale.

PARS PRIMA.

Collocutores,

ADOLPHVS. SENIOR.

SAlve venerande senex: cum jampridem è longinquo juxta arborem hanc solum tecum ipso nescio quæ animo volutantem videam, intermittere non possum, quin te adeam, deque causa illiusmodi meditationis inquiram

SENIOR.

Imò, ô Juvenis, jam demum ea mihi cognoscere licet, quæ in juvenili ætate constituto absona & incredibilia videbantur, cum enim literis adhuc operam darem, turgida ambitione inflatus, omnium rerum scientiam mihi arrogabam, verum nunc demum ætate provecto, diligentiori studio naturæ librum illum magnum, & perplexum investigare libet, cum tamen temporis omnem opportunitatem & diuturnitatem, tanquam præterfluentem aquam, præterlabi, videam, & ingemiscam sedulo.

ADOLPHVS.

Hoc vero est, quod admiror in te, ô senex, cum diversimodas inter nos affectiones conspicio, tibi enim avolare tempus præcox, mihi tardi segnesque videntur ire dies, eaque de causa jam dudum in apricum exoptatumque deflectere equum animus gestit campum, & sodalium quærere congerronumque sodalitia, quæ temporis tarde gradientis molestiam excutiant.

SENIOR.

Video equidem, amice, te liberali facie in ipso ætatis flore constitutum, libet itaque de tuo nomine ac progenie liberius inquirere, non enim molestum tibi fore puto, si remota fraudis suspicione, nomen tuum & vitæ conditionem inquiram diligentius.

ADOL-

ADOLPHVS.

Adolphi nomen, & Hassiam patriam mihi esse scias, quæ & literis in puerili ætate imbuit, & provectiorem ætate ad mercaturam literalem publicis scholis transmisit, verum custode pædagogoque remoto, bonorum paternorum legitimus effectus administrator longinquas invisere terras & peregrina adire loca animus gestit, & quidem ante alia Romam illam terrarum dominam petere cum comitibus libet, tuum vero, vir usu rerum & experientia clare, de ea profectione consilium audire prius velim.

SENIOR.

Consilium meum tibi non deerit, quod quidem eo facilius suppeditare queo, locorum horum gnarus, modo tu sanis monitionibus parere non recuses.

ADOLPHVS.

Mihi jussa capessere fas puto, tu qui ætate & rerum experientia præstas, consilio fausto vias tenebricosas ingredienti præmonstra, videbis docilem & attentum te nactum esse auditorem.

SENIOR.

Dixisti fili, teneri te desiderio invisendi Romam, at hoc tibi persuasum habeas optime, Romam hanc Sodomam esse, & nuncupari vere. Vidi equidem & ego hoc orbis caput, sed prudentiore jam ætate septus, ad discrimina & pericula attentior. Meo igitur consilio, diu hærere hisce in locis animum non inducas, vere enim Roma via mundi pernicioſa, paradisus est terrenus, hortus delitiarum venerearum, & locus à quo probitas, pietas pudorque omnis exulat, regia vicarij principis mundani. Videbis in hac omnes hujus mundi illecebras, & superbiæ fontem, voluptatumque colluviem, & fructus carnis, quæ nullius est pretii, & litera est absque spiritu. Spiritus enim hic loci non reperitur, sed altiori indagine quærendus, felix terque quaterq; cui Deus spiritum hunc interiorem exsuscitat, quem Judęi etiam cæci repudiarunt, etiamsi velum templi abruptum esset & agnus librum septem sigillorum aperuisset & dixisset, consummata esse omnia. Ante omnia igitur pietatis opera amplectenda, nec mundi studia naturæ ijs anteponenda, prout in sequentibus latius ex me audies. Verum hoc maxime displicet, cum videam te valetudine optima temporis accusare diuturnitatem, licet florenti ætate subnixus morbi nullius vim sentias, meliori igitur calculo hæc trutinanda tibi omnino existimes velim, breviuscule enim hæc me attigisse potius, quam prolixius decurrisse hoc stadium vides; nec temporis opportunitas inanis

absque labore studioque transmittenda, sed potius cognitioni Dei ac operum ejus accurate seduloque insistendum & exerendæ sensuum nostrorum vires, eum enim in finem ad imaginem Dei sumus creati, non ad similitudinem bestiarum, quæ nostrum in usum sunt potius conditæ, oculi igitur nostri & aures in laudem Dei exacuendi, arrigendæque sedulo sunt, otiumque profligandum, nec tempus ullum absque studiis honestis transmittendum.

ADOLPHVS.

Equidem mi senex videor mihi jam dudum ea quæ usui mihi esse possent, percepisse, acquisivi enim Latinæ Lingvæ cognitionem & Aristotelicæ Doctrinæ notitiam non pœnitendam, non igitur hisce in studiis ætatem terere, ex usu esse video, præsertim cum sentiam omnia imperfecta & vana esse, nec ullum video magistrum & doctorem artis, qui absque fraude & dolo actiones ita suas instituat, ut ad finem præoptatum dextre perveniat. Astronomiæ studium, quod ante alia certum maximè & indubitatum esse debebat, incertum prorsus, fallax, inconstans, idem de medicina judicium. Qui vero errorum cacoêthes in sacris Theologorum scriptis versentur, nemo non videt, cum tamen Scripturæ Sacræ summa sit certitudo, & constantia: ab omnibus tamen ferè in diversum rapitur sensum, nec ullus controversiarum finis, hac vitæ insidiatur alterius alter, alius vel ipsam animam occidit, altera ex parte fortunæ bonis alii insidiantur, nec ullus furtorum, rapinarum, contentionum, & pugnarum finis est, & hæc vel summæ doctrinæ, vel prudentiæ, vel fortitudinis esse opera quivis gloriari solet: Ego vero in juvenili ætate constitutus hisce me assensum præstare posse video, licet literarum cognitioni & studiis operam meam amplius non addicam præsertim cum videam scopum verum à nullo fere contingi, quod & superioribus diebus à rustico quodam mihi objiciebatur, Doctiores pejores scilicet & deteriores aliis esse: & metuunt nonnulli, nec quidem absque ratione, doctos vel proprio exitio pœnas hujus rei daturos: nec rationem ullam video, ob quam à verâ & cœlesti doctrina deflectamus, cum tamen ea nobis cœlitus tradita sit per Verbum in carne natum, ut & ante ex te audiebam, imo, ut verbo dicam, humana sapientia & doctrinarum circulus inconstans, imperfectus est, huicque meæ opinioni te assensum præbiturum, confido.

SENIOR.

Verum quidem hoc, latinæ lingvæ cognitionem eatenus & mihi vindico, sed exoticarum lingvarum notitia peculiarem locum non habet, nec eo modo necessariæ videntur, prout Hebraicæ, Græ-

cæ, Græcæque notitia, in quibus omnium artium cognitio nobis antiquitus tradita, sed videmus etiam illarum exoticarum cognitionem in aulis maximè principum, ob varia negotia, necessariam esse, & præclarum Dei donum, quod exemplo ædificantium turrem Babel patet, inter quos varia linguarum idiomata exoriebantur, cum quidem in finem ut in diversas orbis partes dissipati, in diversas etiam opinionum sectas traderentur, hæc omnia tamen à Deo Opr. Max. ita regebantur, ut ad honorem Dei inservirent: & efficacia Spiritus sancti, piis ex omnibus gentibus collectis, turris illa insana structura in sacrosanctum Dei templum, ministerio Apostolorum conversa est, in quo Dei laudes audiantur, non enim Deo ulla confusio & dissipatio placet, cum econtra Dæmon controversiarū & discordiarum author sit, & Deus Trinunus omnium maxime concordiam à nobis & pacem exigit, hæc pax est, omnibus supereminens, in qua mundus hic conditus, & regnorū administrationes elucescunt, qua in re Christus salvator & ejus assecla nobis exemplum præbuerunt, quod imitari omni studio decet. Et hæc quidem de linguarum cognitione, sed quoad animarum rem procurandam, necessarium haud est, ætatem omnem in lingvarum cognitione assequenda atterere, sed requiritur, ut sacras ministrorum conciones audiamus, & sacræ scripturæ lectioni incumbamus sedulo, prout idem ex tribus illis linguis primariis, lingua vernacula omnibus proponitur, idem judicium de naturali Philosophia, & studio acquirendorum fortunæ bonorum. Verum sapientes hujus mundi & astuti seculi hujus varias insistunt vias, nec regimine à Deo præscripto contenti, extera quærunt, hinc temporis thesaurus ille precios⁹ disperditus, & varia animarum pericula, quibus extremo hoc seculo subjacemus, in quo Deus ultimam illam urbem Hierosolymorum, universum nempe orbem visitaturus, & judicaturus est. Exorientur etiam pari ratione tres illi inimici capitales, & primarij, spirituales, prout & Christi in carnem adventum præcedebant, & ultimam ejusdem desolationem, sed ultimo ejus adventu consilia eorum inania reddentur, & elusoria ante Christi tribunal. Si igitur postremis hisce temporibus hi advenerint, animadvertemus, mundi finem instare: & eodem tempore existebant Pharisæorum, Sadducæorum & Essæorum diversæ sectæ. An non autem Pharisæi operarij meri erant, externis operibus occupati, literales, non cognoscentes spiritum, nec Messiæ adventum. An non Sadducæi resurrectionem mortuorum pernegabant, Essæi autem Anabaptistico spiritu agitati, Sacrosanctam Trinitatem oppugnbant: in Omnipotentiam divinā blasphemia prima, secunda in misericordiam, & tertia in justum & verum Dei Spiritum injuriosa. Hinc vides, homines normæ divinæ semper adversantes, & quamvis plures numero essent &

diversæ sectæ, prænominatæ tamen primariæ erant & præcipuæ, quarum unaquæque doctrinam de sacrosancta Trinitate oppugnabat, subinde una ex alia exoriente, mutatis tantum nominibus, accrescente indies horum malitia, & procedente, pauci enim erant inter Judæos, qui veræ religioni addicti clancularium quasi vitam agentes, summo studio insidias mundi hujus effugiebant. Spiritus igitur omnis probandus, imo unusquisque nostrum semetipsum probet ex verbo divino, tanquam ad lapidem lydium: quod si fiat, spiritus ipse conscientiam uniuscujusque perscrutando, examini sistet. Hæc de linguarum cognitione dicta sunt. Persuasum verò habeas, hominis naturalem illam, quotidianam, & æternam conservationem & cognitionem non in animali notitia solum exquirendam, humanum enim errare, sed in ipso DEI verbo ex utraque parte quærendam, quam naturæ investigatio sequatur, ex DEO enim ortum trahentes, ad eundem revertuntur, & in eodem terminum finemque statuunt, verbum enim sola norma & sceptrum est, & natura norma omnium creaturarum, & ad animæ corporisque habitationem viam sternens, ex quibus omnibus Theosophus vere cognoscitur, horum autem omnium cognitio vera Aristotelem latuit, nam in tenebris cæcutientem eum videre licet, humanæ quamvis rationis acumine aliis longe præstantem. Idem & de sectatoribus ejusdem dicendum, authoritate nominis apud plerosque licet magna polleant. Temporis itaque ante omnia exacta considerandæ ratio, & veritatis justitiæque studium conatu omni sectandum, implorandumque sacri Spiritus auxilium, qui spiritualium nobis rerũ cognitionem largiatur, & viribus omnibus cavendum in labyrintho hujus mundi, vitiis inhæreamus, sed bonũ & æquum sectantes, & diem, horamve nullam absque fructu laboreque præterlabi permittentes actiones nostras omnes ad divini nominis gloriam & proximi emolumentum dirigamus.

ADOLPHVS.

Copiose adeo de his omnibus disseruisti, mi senex, ut minimam eorum partem assecutus, de omnibus respondere haud possim, video quidem bonum omni studio sectandum, sed non cunctis simul respondendum, & lente quidem festinandum statuo.

SENIOR.

Discendã ea, ô amice, quæ adhuc ignorare te fateris, seniorum enim & antiquorum beneficio viam hanc expeditam & facilem mihi redditam, fateor, idque etiam tibi contingere posse ne desperes, modo tua etiam ipsius voluntas & studium diligens non desit.

ADOL-

ADOLPHVS.

Ego vero hæc omnia ex te audire percupio, & nullum unquam laborem ſubterfugiam, quo minus huic deſiderio meo ſatisfacere queam, cum præſertim ea omnia & honeſta & utilia eſſe facile perſpiciam.

SENIOR.

Summo rationis acumine ante omnia conſideranda eſt nobilitas & excellentia ſeptem dignitatum illarum, quas mox ordine tibi pandam, quæ ſunt, valetudo proſpera, & temporis accurata diſpenſatio, quæ triplex eſt, rejicienda item venuſtatis & authoritatis exiſtimationisque humanæ, ut & fortitudinis ac potentiæ, divitiarum quinetiam & rei familiaris cura: hæc enim quatuor dona ſunt, quibus incogitanter homines abuti ſolent. Quod ni Deus Opt. Max. afflictionum & tentationum flagellis præter hæc nos haud viſitaret, nec inopinatæ quandoque morti traderet, nec terribili illa tuba revocans (coram eo enim nullus perſonarum reſpectus, aut dignitatis conſideratio, & neſcia hominum mens, ſerius quid veſper vehat) remoram injiceret humano generi, faciliori via ad bonorum ejusmodi contemplationem & cognitionem perveniremus. Verum enimvero, quotusquisque noſtrum juxta animæ ſalutem etiam de æterna illa, & perpetua valetudine, æterna pace, angelica venuſtate, cœleſti fortitudine & ſapientia, ac theſauris gloriæ curam ſuſcipit? quæ omnia nobis promiſſa ſunt, & quorum communicationem expectamus per ſalvatorem noſtrum Jeſum, ſed non in marceſſibili & putrido hoc corpore, ſi nimirū in viis ejus ac præceptis ambulantes ad finē usq; perſeveraverimus, ad arcam illam fœderis veniemus. Qui enim voluntati illi divinæ in libro vitæ patefactæ & demonſtratæ, obedientiam præſtiterit, ex libro vitæ nomen ejus non auferetur, omnes enim vocati ſumus. Quamvis verò & de gloria hujus mundi dicenda aliqua eſſent, quæ vera ſcilicet eſt, nulla tamen hæc eſt & emortua plane cœleſti illi comparata, precioſiſſimus licet & hæc ſit theſaurus, talem enim & ego agnoſco, ſed caduca & vana, non autem perpetua & immortalis, prout cœleſtis illa gloria, Chriſtus. Beati autem & verè felices illi ſunt dicendi, quorum mentes Deus per afflictionum tenebras illuminat, & huc usque perducit, tunc enim ſpiritualis illa concertatio & lucta & arma quibus in ea utendum, patefiunt, unde patet, temporalia illa tantam efficaciam præſtare non poſſe, ſed vim illam à ſolo verbo Dei pendere & in mortis articulo hominibus concedi, verum nec omnibus hæc concedun-tur, hinc etiam præpoſteram curam agentes, minus de ea ſoliciti, vitā plane ocioſam & voluptuariā vivimus, arbitrātes cum ſola na-

tura

tura nobis pugnandum esse & concertandum, cum tamen longè aliter hæc sese habeant, hinc securitas illa in tota fere hominis vita tyrannidem gerens. Hinc manifestum quoque evadit, etiam spiritum hominis passionibus & cruci subjici, prout etiam primus ille peccavit, & corpore secundario peccata consummavit. Eodem modo etiam spiritualis illa anxietas & afflictio mortem præcedit, eamque horribiliorem homini & terribiliorem omnium aliarum rerum proponit, & hoc præcipuè iis, qui in securitate illa & voluptatum palude ætatem transegerunt, hinc ille conscientiæ vermis animas hominum mille tentationum modis arrodens. Utinam vero tempore gratiæ florentis gloriam Dei verè cognosceremus, & oculis audituque apprehenderemus tanquam in præterito digniori & futuro comparati in verbo ejus, in quo cœlestes thesauri & æterni latent, qui & post omnium aliarum rerum desolationem & interitum permanent, quamvis omnia plena sunt gloria majestatis divinæ, & de illa omnes creaturæ & opera manuum ejus in cœlo, subtus cœlum, in terra, & infra eandem testimonium perhibent. In his enim omnibus Dominum Deum in potentia virtutis suæ & bonitate contemplari licet, hoc si exactius considera verimus, deprehendemus ingentes adeo sapientiæ thesauros nobis contemplandos esse, ut præter cognitionem verbi ejus, præ tenuitate nostri intellectus ante Dei faciem contremiscentes, eos assequi vix unquam sperare possimus, cum videamus Deum Opt. Max. cuncta in nostri amorem ordine bono & decenti creasse. Talis enim Deum spiritu vere contemplatur, & de eo gaudere potest, cum imaginem Dei spiritu sese esse sciat, & vitæ suæ actiones ad Christi primi Adami & præcursoris actionum normam dirigere, ad proximi utilitatem, teneatur. In futura autem & perfecta vita cognitionem plenariam Divinæ gloriæ acquiremus, absque ullo addiscendi labore ac tædio, quod in hac vita devorare cogimur, in ea vita divini nominis honor & gloria consummabitur, in æternum permansura, novimus enim misericordiam ejus quotidie renovari & gloriam ejus linguis Angelicis decantari satis non posse: nec enim homines nos mysteria divina perscrutari & prædicare satis possumus, nisi hæc omnia ex dono Spiritus sancti fiant. Improbi vero, qui in administranda illa re familiari male versantur, propositam habent æternam ignis æterni afflictionē, sitim & famem æternam, spectra dæmonum, frigiditatem & æstum intolerabilem, quæ etiam ipsos dæmones affligent, quamvis elementares passiones sentire non possint, sed solum pœnas æternas & spirituales sentient, de quibus nihil certi, nisi quod ex verbi divini mysteriis hausimus, dicere possumus. Quin & æternitas illa & temporis duratio omni fine carens, consideranda, & examinanda est, omnique temporis momento Deus exorandus,

dus, ut nos ab hoste, qui in omnibus viis & semitis nostris infinitis tentationibus & malis nos opprimere tentat, liberet: prout etiam creaturæ aliæ & elementa, cœlestia corpora & spiritus, idem periculum inferre attentant, nisi etiam hac in parte Dei auxilium occurreret. Omnium igitur maxime est necessaria precatio ardentior, qua auxilium Spiritus sancti imploramus, ut ejus gratia adjuti verbum Dei absque intermissione audiamus & addiscamus, per quod fiduciam illam in Deum acquiramus, quæ norma etiam est & lydius lapis vitæ nostræ, cum & ipse dicat, Fac hoc & vives: & alibi: qui peccavit, pœnitentiam agat, & à peccatis desistat, non enim morte peccatoris gaudet, sed vult ut convertatur & vivat. Quod vero ad carnis nostræ sensum attinet, videretur prima facie, nullum esse numen cœleste, cujus ira & pœnæ timendæ forent, cùm nihil nisi terrena omnia & caduca, non autem divinum numen, oculis nostris cernere & audire queamus, Verum aliter res sese habet, habemus enim Moysen & Prophetas, & vocem clamantem in deserto, qui verbum Dei & voluntatem ejus annuntiant, & viam præparant, quo digni efficiamur in die illa magna mortis nostræ & judicii universalis, cum actiones hominū omnes, juxta normam libri vitæ & testimonium Spiritus examinabuntur, & sententia feretur super omnem carnem viventem; tunc enim infideles videbunt eum, cujus latus perforarunt, cum tamen invisibiliter & in spiritu ac fide eum videre noluerint, nisi digitos suos vulneri illi à Judæis illato applicaverint, ea magis considerantes quæ naturæ hujus mundi conveniunt, quam quæ cœlesti illi Regi attribuuntur.

ADOLPHVS.

Concionem equidem pastoris cujusdam audire mihi videbar, licet diffiteri nequeam spiritualia hæc oneri mihi fore, & actiones vitæ meæ juxta hanc normam instituere non libeat, sed forsan & olim hæcce didicisse & perfecisse juvet. Interim tamen vires ingenii exerere & ea omnia facere sedulo annitar, quæ per humanæ nostræ imbecillitatis vires facere licet. Verum cum antea thesauri hujus mundi mentionem feceris, aveo ex te scire, quisnam ille sit thesaurus mundanus; videor enim & mihi eum jam pridem cognovisse, eumque nullum alium esse, quam mundi hujus opes & divitias, quod si vero alius & diversus ab opinione mea hic sit, ejus descriptionem & cognitionem pleniorem à te vehementer expecto.

SENIOR.

Quid ni expectare ejus cognitionem pleniorem putem? cum vel universus hic mundus ejus cognitione ardeat, verum persuasum hoc tibi habeas, esse thesaurum hunc virtuosam & spiri-

tualem

tualem essentiam, nec solum divitijs, sed etiam medica scientia pollentem,& quidem tali medica potione,qua homines insuperabilibus morbis,divina aspirante gratia, liberantur, quibus etiam medicus alius levamen aliud afferre nequeat: hoc vero mysterium omnem auri argentive præstantiam longe exuperans, rationem humanam exacuat, & plenum est mysteriorum, quæ vel incredibilia aliis videntur. De his omnibus Apocalysin Hermeticam Theophrasti perlegere poteris; non enim hac vice ego tibi dicere constitui quidnam ille sit, mysterium namque hoc arcanum est & absconditum ab ipso mundi exordio, ad hoc usque tempus, hæc enim Dei est voluntas, nec ego Naturæ illud sigillum revelabo apertius, more antiquorum Philosophorum,& mysteria hæc præter alia alias etiam satis aperte & dilucide variis scriptorum monumentis tradita sunt, verum divina providenria factum est,quod piis hujus artis sectatoribus mysterium sit revelatum,à principio enim futura hic cognoscit omnia, & hæc est divina illa providentia cui fasces superbiæ submittere homines omnino decet.

ADOLPHVS.

Equidem jam demum ego agnosco & intelligo dicta tua,licet spirituali velamine hucusque tegere ea sis conatus, hoc enim mysterium vere lapis est ille Philosophorum omnium scriptis adeo decantatus,ex prima materia compositus,sale nimirum,mercurio & sulphure. De hoc lapide Philosophico omnium libri pleni, & adhuc plura scripta quotidie in lucem prodeunt,& quidem nonnullos etiam novi,qui huic arti addicti, etiam multa de hac mecum collocuti,scripta etiam monstrare solent,quæ & ipse quibusdum in locis mutavi. Etsi vero hæc quandoque accurate & artificiose elaborata sint, corrumpuntur tamen & pernicioſe mutantur à talibus, hinc & typographus & plebs imperita fraudem sentit,cum emolumentum ad solum illum perveniat plagiarium: hinc magnum scandalum percipio. Præter hæc & nullibi ferè artis finem & effectum videmus,ac rari nigroque similimi cygno artificij hujus cultores,qui verum ejus usum & effectum assequuti sunt,quin & plerisque in scholis artis hæc præcepta pro nugis ac fabulis reputantur,quod non semel ex viris apprimè doctis audire licuit, qui dissertatione cum artis hujus cultoribus instituta,plagiarios eos,impostores & sycophantas pronunciarunt,cum nulla artis constantia & certitudo reperiatur, nec & mihi credibile unquam videbitur,hujus artis mystas verum aurum & argentum ex aliis inferioribus metallis producere posse, & vel divina virtute vel incantationibus & ministerio dæmonum fieri hæc puto. Præsertim cum pleroſque de familiaritate cum dœmonibus suspectos non

ctos non abs re audiverim sæpiuscule. Verum à te, vir venerande, cum videam te hujus artis haud levi cognitione imbutum, enixius audire gestio, licet mysteria hujus revelare alia & primaria recuses, verum de hac & accuratius judicium, num scilicet hocce donum vere à Deo Opt. Max. hominibus datum siet, tantam metamorphosin naturæ arcanorum instituere, quæ quidem cogitantem magna me subit admiratio, præsertim cum & nonnulla legisse me recordor, in hunc sensum, verum sensum eorum assequi minus videbar, cum reconditò ab aliis dicendi genere mystæ hujus artis uti soleant, hinc vanæ tot annorum & sumptuum laborumque immensorum profusiones, ut verè exclamare hic mihi liceat, dubiam plane, incertam ac fallacem spem esse, quæ huic arti addictos nutrit, præsertim cum nullibi verum effectum hujus videre liceat.

SENIOR.

At, verum hujus artis effectum, & finem ego tibi, amice, ostendam, quo certitudinem ejusdem, & me possessorem ejus verum agnoscas, ut lapidi hoc dictum velim, hoc vero persuasum tibi habeas, me una cum aliis huic studio addictis radicem hujus arboris veram optime cognitam habere, quæ tamen radix aliis omnibus ignota eò usque est, donec de arbore decidat, & ab aliis etiam ac vulgo cognoscatur. Ne verò tædio afficiaris, cum videris me prolixius solito de hisce disserere, sic enim ratio hujus artis exigit, & primaria, præstantiaque præcedere debent, terrenis subsequentibus, ad quæstiones autem mihi à te propositas, inferius dilucidius respondebo, & vera me dixisse, demonstrabo apertius.

ADOLPHVS.

Ante omnia verò causam mihi aperiri velim, qui fiat, quod hujus artis cultores nullos sciamus, qui verum artis finem assecuti, transmutationem metallorum exactè calleant, econtrario verò nullius pretij fere apud omnes doctos hæc habeatur, cum tamen meritò & hi ejus plenariam cognitionem callere debeant, præsertim cum hæc tanta cum utilitate & fructu sit conjuncta, licet nullum uspiam locorum viderim, audiverimque, qui hujus beneficio decantatas illas Crœsi opes sit consecutus. Et quidem cum & tu hujus artis cognitionem tibi vindices, paupere vestitu & eremitaneo incedis Ego verò si hujus præstantis adeo & auriferæ artis processum cognitum haberem, ingentes divitiarum thesauros, & mundi opes, dignitatemque compararem, quæ vel potentissimis mundi Regibus terrori essent, & æmulationi, tales enim hujus cultores aliis pollicentur: quæ tamen, circa hæc, tua sit sententia, audire percupio.

SE-

SENIOR.

Video tibi, vulgi hujus mundi, & insipientium omnium sententiam arridere, qui omni studio divitiarum solummodo marcessibiles thesauros & voluptatum illecebras quærunt; longe verò alia est Philosophorum mens, ac sententia; non enim Philosophi nomine talia ludicra sectantes digni sunt, sed ii, qui ad mysteriorum divinorum cognitionem plenariam assequendam annituntur sedulo, omneque studium & laborem ad Deo Opt. Max. & proximo inserviendum conferunt, ostentationis titulo, ac ambitione terrenæque opum congestionis cura remota, licet & illis necessaria ad hanc vitam Deus misericorditer largiatur, alia hujus seculi studia, alia mens in sola pecuniarum acquisitione laboriosa & opum dignitatisque ostentatione invidiosa occupata, quorum in odium Philosophi hujus artis mysteria abscondere solent, nè Nemroticæ familiæ hujus vim & oppressionem sentiant. Eadem ratio est, ob quam hæc secreta circulatoribus & præstigiatoribus concluſa permaneant, ex ejus namque propalatione magna cujusque ordinis hujus mundi confusio & perturbatio exoriretur, cum tamen ordinum hæc distinctio summo consilio à Deo ipso instituta, & ad concordiam pacemque inter homines propagandam, necessaria maximè siet: Deus enim Opt. Max. hanc ordinum & graduum inter terrigenas distinctionem ita disperſit, ut alteri alter inserviret, & concordiam ac pacem alterius procuraret, quousque à Deo rursus abinvicem separentur, quemadmodum artis Alchymicæ cultor animam, corpus & spiritum abs se invicem segregat, & vicissim conjungit. Hæc autem divina Dei Opt. Max. segregatio nulli hominum facienda est, nisi improbos coercendi præceptum acceperit è verbo ejus, quod solum est veritas illa unica & justitia: quicquid autem extra hoc est, blasphemia est abominatio coram DEO. Hinc enim magistratus Dei vicem gerens, potestatem planè divinam accepit: hinc & legis illa vindicta adversus eum, qui sanguinem humanum extra hoc præceptum effundit, nec enim apud Deum ullus est personarum respectus: separatio autem hæc divina attentius consideranda & summo in pretio habenda. Verum hæc extra cancellos dicta videntur, magnum tamen emolumentum & utilitatem humano generi afferunt, ob eamque annectere placuit. Verum enimvero in libro Ezechielis Prophetæ mentio fit quatuor ventorum, qui ossa demortua afflarunt; quæ ex illis carne circumdabantur, quin & spiritus, qui illa occupavit, mentio ibidem habetur, pari ratione etiam dissipationis & reditus ventorum mentio fit crebrior, videmus etiam in agone mortis omnia in homine ab invicem segregari, quatuor enim tunc elementa spiritus & anima;

quæ

quæ ſpiritus nomine inſigniuntur, ſegregantur, & ab invicem diſcedunt, horum loco elementaris illa aqua & terra copulantur, & alius etiam aer ac ignis condenſantur. Sideralis ſpiritus vitæ, internus & inviſibilis homo ad ſidera redit, & ſupra elementa elevatur, anima in ſinum Abrahæ tendit juxta Dei promiſſiones, & ſub altari quieſcit, usque ad conſummationem & conjunctionem, donec ſcilicet numerus & tempus hujus mundi, terrenæ matris noſtræ, & cœli naturæ parentis compleatur: quin etiam videmus, quomodo terra quotidianos nobis cibos ſuppeditet, in iis latet ſpiritus elementorum, tanquam nutrimentum, ut & cœleſtis eſſentia. Pari ratione etiam nutrimentum aquæ & ignis habemus, quo temperamentum conſervemus, in corpore terreno, quod ſpiritualem etiam ignem & aquam continet, ad confortandum intetiorem ſpiritum. Quemadmodum enim terra hæc ambo in ſe habet, eodem modo & cœlum, quod quinta eſſentia dicitur, hoc enim longe nobilius eſt Elementis, & ſpiritus nutrimentum, prout verbum Dei, cibus eſt animarum, & corporeum factum eſt, ut corpus, animam & ſpiritum cœleſti beatitudine donaret, quamvis cibus nutrimentum corporeum non ſit, ſed vinculum & ſigillum apochæ & libri vitæ, in teſtimonium veritatis, propter exiguam fidem & cognitionem numinis divini imbecillem, cum Deus naturalia & ſpiritualia ſummo amore proſequatur, & velit creaturam ſuam omnem in homine eſſe, & in conjunctione Chriſti, quo lapſi releventur. Quemadmodum vero verbum Dei principium eſt omnium rerum, pari ratione etiam eſt principium imaginis Dei, ex auditu namque verbi Dei, flos ille Spiritus ſancti fides oritur, & ex ſemine illius floris exoritur arbor bonorum operum, quamvis opera bona ſalutem æternam non mereantur, ſed ſola fides in verbo Dei, ante faciem noſtram ſtulto & impoſſibili exiſtente. Hoc verbum amor eſt ille magneticus, per quem nos cum piis omnibus ad ſe trahit, & à nemine ſeparari poteſt. Eodem modo & ſiderali magneticus eſt amor, & natura illa terrena, quæ omnia exactiori trutina conſideranda ſunt & penſitanda, ptout & illud exagitandum, in cognitione naturæ, quod internus homo in natura efficiat, qui inviſibilis eſt & cœleſtis, anima autem eſt ſupernaturalis & ſupercœleſtis, de quibus omnibus nihil aliud ſcimus, niſi quod à Deo nobis revelatum eſt. Natura vero naturales illos ſpiritus proponit, licet ſummi ſint, & abdita conſideratione egeant, corporalis autem homo ſpiritualia non intelligit, niſi per Regem ſpirituum, Spiritum illum ſanctum, ſpiritum veritatis illi revelatum fuerit, per hunc omnes artes, ſapientia & ſcientia ponderatur, hic ſpiritus ſupercœleſtem ignem amoris & magneticum ſpiritum ſapientiæ in Chriſtianis excitat, & accendit, & aqua nos abluit & candidos reddit, ut pœniten-

nitentiam agamus pro peccatis noſtris, & reatibus noſtris quotidie moriamur, hinc crebra illa mentio aquæ & ignis, ſanguinis & aquæ ſpiritus, hic eſt, qui vitam dat, peccatum enim noſtrum ſanguinei coloris, peccati autem merces mors atra, crux & afflictio, piorum verò ſtola candida & corona gloriæ. Hæc prolixius dicta in præſentiarum ſufficiant: ad quæſtionum à te propoſitarum enodationem deſcendamus, quarum & explicationem tibi ordine pandam, & reipſa artis huius certitudinem demonſtrabo, ita ut fides tua inpoſterum oculata reddatur. Ad alterum autem objectum quod attinet, doctos pleroſque huius ſcientiæ exiguam cognitionem habere, ſcias hoc ſingulari Dei voluntate, & ob certam utilitatem fieri, Deus enim ſuperbiam omnem & ambitionem reprobat, & humilibus ac pauperibus, non autem magnatibus & filiis huius mundi theſaurum hunc largitur, quem homo juxta præceptum Domini fœnori locare tenetur, ad honorem & gloriam Dei extollendam, & pauperum inopiam ſublevandam, ne ſcilicet inerti ocio torpeſcentes vitæ munia derelinquamus, ſed juxta Dei voluntatem & beneplacitum opera vocationis noſtræ obeamus. Quod ſi verò hic theſaurus omnibus tribueretur, quæ quæſo confuſio & diſcordia inter mortales exoriretur: nec video, qua ratione dictum illud Syracidæ, mi fili, ſi Deo inſervire & placere vis, præpara te ad diem afflictionum, verificari poſſet? quod quidem dictum de paupertate, inopia & imbecillitate humana loquitur, ut ex teipſo conjicere facile poteris. Nec etiam hominibus conceditur, theſauro hoc pro animi libitu utendi fruendi- malitioſa enim hominis natura & depravata. Hoc igitur arcanum nemini revelato, nec ſuperbiæ, avaritiæ & ambitioni manus dato. Dei enim honor eſt & gloria ſola, ſic enim ſi fortuna favet, caveto tolli, ſi fortuna tonat, caveto mergi, Deus enim utriusque fortunæ arbiter, pro ſua voluntate utramque moderatur, non enim minor virtus eſt ante adeptam ſcientiam, omni ſtudio eam venari, quam poſt illam adeptam ſilentio eandem tegere: verum ſi alio modo, quam revera ſeſe habet, revelaveris, ars illa ſumma artis nomen & dignitatem amittit. Hinc è Philoſophis quidam inquit: Hoc opus præ omnium oculis abſcondito, tanquam verbum in lingua tua, & ignem in oculis tuis, imo de hoc tecum ipſum ne differas, ne ventus verba tua ad alium perferat, quod quidem ad tui incommodum poſtea redundabit, de hiſce ego te fideliter præmonui, tuum eſt cavere ſedulo, ne corpore & animo pœnas luas. Magnus vero eſt abuſus præſtantiſſimorum horum Dei donorum, quæ ex mera gratia & liberalitate Deus nobis largitur, ſumma etiam ignominia conculcantur & abjiciuntur Philoſophica hæc dona, & ſcientiæ, quæ ab ignorantibus peſſime conſpurcari ſolent, ob quam ignorantiam etiam lucem hanc

videre

videre non potuerunt. Avaritiæ autem & luxuriæ crimen adeo prorsus in filiis hujus seculi inolevit, ut & domesticis eorum fide lubrica & justitiæ fontes, juraque omnia subvertantur, hujus-ce rei exemplum quod oculis hisce meis videre mihi licuit, enarrare placet. Habitabat in urbe quadam vir prædives & opum divitiis apprime affluens, plurimorum filiorum parens, avarus, parcus, & in proprium corpus ob avaritiam injurius, ingentes filiis thesauros congerebat, qui in omni rerum affluentia per matrem educati, opum fiducia paternarum luxuria & ocio torpescentes, sceleribus diffluentes, cum vitiorum progressu etiam ætatis incrementum capiebant. Cum vero pater ex hoc vitæ diversorio discessisset, bona illa paterna indies abligurientes, vitiis & sceleribus immersi, opum & divitiarum incrementum (ut prius factum fuerat) stulti expectabant. Verum frustra, sed rei familiaris & opum decrementum indies sentientes, ad extremam pauperiem redacti etiam à maximis sceleribus perpetrandis non abstinebant, ignominiæ & dedecori per omnẽ vitam expositi. Hæc autem omnia ex perversa educandi instituendique liberos ratione provenerunt, prius enim in morum & scientiarum cognitione instituendi fuerant. Dei namque voluntas est, ut distincti sint ordines & gradus hominum, & alteri alter inserviat: omnes etiam homines in vocatione sua & ordine servi sunt, & mercenarij. Dominus enim & servator noster aliis itidem opera servilia præstitit, & discipulorum pedes abluit, honor autem in aliis minor, in aliis major est, & summus, prout dona quoque sunt, & benedictio, hinc illa norma ab ipso patrefamilias Deo Opt. Max præscripta, quomodo servieris in vocatione tua, eo etiam mercedem tibi numerabo. Deus vero unica die dispensat ingentes adeo divitiarũ thesauros ut & opulentissimorum Regnorum divitias longe exuperent, nec tamẽ ullus inopiæ futuræ apud eum metus, quinimo, quo plus dederit, & pluribus abundat, & hinc Deus ante alia omnia & super omnia amandus & diligendus est amore summo. De opibus vero humanis plerunq; hoc cõtingere videmus, quod avarum congerentem Euclionem liberalis subsequatur dispensator, juxta doctiorum illud: Opes cornua pauperi addunt, & in extremam sæpius præcipitant possessorem perniciem, ac sempiternos Gehennæ cruciatus. Si enim divitiis & opibus hujus mundi quis abundaverit, veræ valetudinis & cœlestis pacis seriam cogitationẽ curamque haud facile suscipit, nec egentes liberalitate sublevare studet, omnem contra diligentiam & studium acquirendis magnarũ opum acervis consecrat Dei interim & pietatis omnis oblitus, summo igitur cum periculo juvenes in hisce illecebris versantur, etsi prudentia ætatis defectum interdum suppleat, pii autẽ calicem afflictionũ bibere coguntur, improbis ad æternos Gehen-

næ cruciatus reservatis. Verum hæc omnia filiis hujus seculi ludibrio sunt & risui, qui liberos suos præpotentibus familiis & opibus inserere satagunt, non attento conscientiæ morsu, qui serio dictitat sapientiam divinam primum omnium quærendam esse, sine qua nihil unquam in hoc mundi theatro consistit, hinc ille conscientiæ vermis, variis tentationum telis corda miserorum in agone mortis arrodens: non enim homines animæ salutem in humilitate vera quærere solent.

ADOLPHVS.

Aliena plane à scopo & diversa adducere videris, licet nonnulla & in me dicta esse sentiam, verum sedulò reliqua attexe, attentus ipsum finem expecto, interim tamen hic scrupulus animum meum mordet, qui fiat, quod ars hæc & mysteria Philosophorum non etiam aliis revelentur, & innotescant, cum videamus artes alias omnes plerunque vulgo innotescere, & hoc quidem nonnunquam maximam dubitationem diligentius consideranti movet.

SENIOR.

Ante hæc ex me audivisti, omnibus hujus arris cultoribus silentium imponi, & occultationem hujus scientiæ, propter tyrannorum hujus mundi, scortatorum, superborum, usurariorum, luxuriosorum & aliorum scelestorum potentiam, & flagitia. Omnes enim Philosophi veram cognitionem scientiæ hujus summâ arte abscondunt, nonnulli vero qui ejus possessionem adepti, male in ejus administratione versati sunt, amiserunt usum ejus & commoda, quibusdam etiam, immatura morte, ut & violenta ab aliis illata, abreptis. Auditor enim & possessor hujus artis humilis, pius, taciturnus & probus sit oportet. Si igitur & tibi Deus ejus scientiam & possessionem largitus fuerit, eodem modo te geras, nec alii divendas, sed assidua diligentia ulteriori cognitioni & operibus vocationis tuæ sedulò incumbas, proximo etiam quin & inimico beneficentiam exhibeas, ad hoc enim norma Christianæ religionis nos obligat: hostibus autem fidei summis viribus resistendum, & in hoc sedulo annitendum, ut & alii in Dei laudem accincti, misericordiam ejus nobiscum decantent: propter ingratitudinem vero multa abscondita latent, ignorantia enim damna plurima parit, scientia contra bona adauget, & est radius ille lucis. Plurimi autem inveniuntur qui artem hanc investigare conantur, sed nec taciturnitati nec aliis virtutibus ad ea assequenda necessariis studeni, in eundem cum Phaethonte illo Ovidiano, currus solis paternos regere nesciente, interitum incidunt, summa quin etiam cura thesaurus hic est custodiendus, & asservandus. Quod si homo vel parabolas solum & mysteria consi-de-

consideraverit, abunde sibi satisfactū putet, cum videat in natura sigillum & imaginem bonitatis divinæ esse impressam, natura enim omnia accuratè perficit & quidem perfectius, quam ipse homo, qui tamen nobilissima est creatura, & proximior Deo, rationalis & dilecta creatori, unde patet præstantia hominis respectu aliarum creaturarum, quam ob causam etiam præcepta & vitam æternam eidem Deus Opt. Max proposuit.

ADOLPHVS.

Fateor equidē quam plurima hic consideranda esse, breviuscule autem tuam de parabolis sententiam expecto, præsertim cum eas attendendas esse sæpius dixeris.

SENIOR.

Imo ante omnia aliæ hæ sunt considerandæ, & hinc prolixam adeo earum mentionem feci, quod cætera fere cuncta præterierim, infinita enim fere sunt, non tamen necessaria: qui enim opus ipsum novit, per se cognoscit ansam hæresibus non esse præbendam, conantur enim nasututi sub sacro Bibliorum nomine plebeculæ hæc nonnunquam venditare, quæ obviis ulnis ea accipere solet, impium etiam & blasphemum opus aliud divino comparare numini, verbum namque Dei scala est Jacobi, & Christus mediator & norma solus est, ad quem omnia in libro vitæ dirigun-
tur. Pari ratione in opere nostro naturæ, videmus vitam & mortem, & resurrectionem, creationem item orbis universi, numeros, mensuram & pondus, incrementum, vires & efficaciam stellarum & elementorum, inprimis vero Solis & Lunæ, per solem enim juxta beneplacitum & ordinationem divinam descendit, eamque ob causam soli comparatur, & ejus nomine appellatur, quemadmodum enim superius, ita & inferius, quo miracula perficiuntur, est etiam masculus & fœmina & servus totus orbis, universi opes & divitias in se continens, sol purpureus, & rubicundus, aureus. In hisce duo sunt notanda, ut de uno & duobus, Deus enim Opt. Max. ex nihilo aliquid creavit, illud aliquid verò fiebat unum aliquod, in quo omnia, creaturæ cœlestes & terrestres, dixit enim Deus: fiat, & erat. Cum verò cuncta verbo suo creata essent, & ante eum erat universa natura, & à re separata erat, ac bona, in essentia sua ante Deum erat, & beneplacitum erat Deo, in eo, erat enim valde bonum, verum aliquid ex eo ciro pericrat, & non perduraverat usque ad tempus magni illius mundi, præter hoc igitur & aliud requirebatur, per unum enim perdurare non poterat, prout initio conditum fuerat propter imbecilliorem creaturam, quam Deus pariter volebat, & dicebat, crescite & multiplicamini, tunc enim multiplicabatur in tantum, ut nihil interiret, usque ad ma-

gnum ſeculum finis mundi, hæc enim erat benedictio Domini, quam homini verbo ſuo impertit, & omnia ad finem usque obedientia ſumma perficiuntur, & ſpiritu ſancto reguntur, idem etiam eſt in Adamo & Eva, maſculo & fœmina. Obſervandum hic, qua ratione per Unum creatio, per alterum augmentum, multiplicatio & conſervatio, & per tertium adminiſtratio perfruciatur; tanquam per ſpiritum, hæc enim exactiori trutina examinanda ſunt. Laus & honor Deo Trinuno. Poſtremo, Deus homini quoque ad eſſentiam citò præceptum & prohibitionem adjungebat, & omnia ei ſubjiciebat, absque omni defectu, & poteſtatem dabat de omnibus fructibus Paradiſi comedendi, præter unicam illam arborem ſcientiæ boni & mali, cujus fructu interdictum ei fuerat, & quidem forſan ob dæmonis malitiam, cujus voluntati tandem tamen ex inobedientia ſubjiciebatur, bonum enim ſolum eſt cognoſcendum, & malum fugiendum, quo & hoſti via præpararetur: Deus namque ſolus eſt Dominus, qui cuncta adminiſtrat, creaturæ vero omnes ei ſubjectæ: præceptum peccatum introduxit, cum nemo id obſervaret, ex inſtinctu ſcilicet dæmonis & proprii arbitrii, hoc etenim erat peccatum primum, blasphemum & idololatricum, ſcientiam omnem ignorantiæ tenebris involvens, quin imo in cognitionem & ſcientiam mali convertens, usque in hodiernum diem, in vitia omnia & flagitia, & artes dæmonum, quibus in ſacro baptismatis fonte renunciamus, in regeneratione ſcilicet & renovatione vitæ noſtræ, in Adamo novo, utpote ligno vitæ, quod parentibus noſtris ablatum, in terreſtri paradiſo vitæ terreſtris, repromiſſum tamen in ſemine mulieris Chriſto qui eſt arbor vitæ & ſpiritualis ac corporalis, quo non tantum anima, ſed & corpus vitam acciperet. Quemadmodum enim Adam ex Paradiſo ejectus, in mundum hortum tenebrarum & afflictionum ac mortificationem ſanguinis & carnis mittebatur, eadem etiam ratione, ſi manna, hoc eſt, panem cœleſtem, verbum Dei audiverimus, & juxta præcepta ejus actiones vitæ noſtræ inſtituerimus, & verbum quod caro factum eſt, credentes participaverimus, per illud vitam reſumemus, & ex domo ignorantiæ in cœleſtem paradiſum transferemur, & ſicut mors Adamum rapiebat, ita nos invita etiam libertati ſiſtere cogitur, per ſolum verbum Dei, Chriſtum, in quo omnia ſunt, in veteri enim Adamo morimur, in altero autem & novo reſurgimus, prout nos ille præcedit, quapropter arbor eſt vitæ, de qua comedere debemus in domo hac afflictionū exultantes. Quemadmodū vero primo Adamo certo genere fructus Paradiſi interdictū erat, ita pari ratione, normam, præceptum ac viam nullam aliam excogitemus, neq, ad dextram, neq; ad ſiniſtram, præter verbum Dei, in libro vitæ comprehenſum, quod ſeptem ſigillis occluſum,

Chriſtus

Christus aperuit. Sin vero præter hoc alia & majora cognoscere desideramus, & de fructu arboris scientiæ boni & mali comedere, duobus inservire velle Dominis dicemur, hoc est Deo & diabolo, amplectentes mendaciũ pro veritate, & veritatem tanquam mendacium reprobantes, reportabimus quinetiam mercedem condignam nostris operibus? Et inprimis nostris parentibus factũ est ut detruderentur è conspectu Dei vivi, Deus enim non est homini similis, sed homines ad imaginem ejus sunt conditi, ut præceptis ejus obediant, nec illis detrahant, addantve: cum sapientia & scientia, quæ in cibũ nobis concessæ sunt, è verbo Dei, de quo homo vivit, & in libro vitæ horto spirituali decerptæ, nobis proponantur, ex hoc enim omne bonum, & per verbũ omnia condita sunt, quæcunque oculis & manibus comprehendere licet, ex invisibili enim visibile factum est, ita etiam ex auditu verbi Dei fides ortũ capit, ex fide bona opera, hoc est, ex invisibili visibile, & ex verbo Christianus generatur. Hæc autem ita sese habent, ut homo pari ratione agat & operetur, non vero otiosas & inanes quæstiuncu-las, de omnipotentia divina sectetur, hæc enim Dei est ordinatio & omnipotentia, qui consimile etiam exemplum homini præbuit. Thomas vero ille incredulus assequi illud non poterat, cum tantummodo humanam naturam & scientiam ad cœlum elementare inferius agnoscerct, & inprimis quæ interiora sunt, ut aqua & terra, quæ tamen receptacula sunt & carceres mortis, hæc autem est Philosophia illa à Paulo reprobata, in qua nulla perfectio, sola autem Philosophia illa cœlestis per fidem, charitatem & spem consummatur. Hoc loco illud notandum, quemadmodum per verbũ Dei omnia conservantur, & nos fidem habere oportet verbo quod ex ore Dei progreditur: ita etiam Christus Patri hunc honorem tribuit, quod absque fide nihil acquiratur, verum major hominũ pars non credit ea quæ non vident, nec considerant Deum Patrẽ, Deum Filium & Deum Spiritum sanctum oculis nostris peccato obnoxiis videri non posse, prout etiam homines radios vultus ejus qui omnem solis splendorem longe excedit, cum in visibili forma adhuc inter eos versaretur, videre ob naturæ peccatricis defectum nõ potuerunt, quamvis ipse Christus etiam hodie corporaliter nobis adhuc adsit, & sit ad dextram Dei, hoc est, in sacrosancta illa puritate & Deitate, prout omnem etiam voluntatem Patris adimplevit, & omnia ex abysso in summũ usq; in carne & spiritu peragravit, & adhuc omnia in omnibus complet. Quis verò hominũ qui summam illam altitudinem & sapientiam Dei pervestigare queat? scimus enim cœlum esse sedem illius, & terram scabellum pedum ejus. Nõ igitur de cœlestibus illis inquirere possumus, nec cognoscere, nisi quæ in verbo Dei nobis traduntur, quæ D. Paulus vidit, & enunciare non valuit, sed verbum cœlestẽ illum panem, tanquã sigillum

ſigillum nobis transmiſit, in quo animarum noſtrarum ſalus conſiſtit, nempe Dei voluntas, vera arbor vitæ, ut ſangvinem ejus bibamus, & comedamus carnem ejus, firmiterque credamus, ſeſe hæc ita omninò habere, ſi verba inſtitutionis recitentur. Ita etiam natura perfecta in ſpeculo unico multa miracula oſtentat, quę breviuſculè hic attigiſſe ſufficiat, cum ſacræ ſcripturæ hæc conceſſa, ab ea ſatis revelentur, talis autem Dei voluntate ſubnixus, omnia videt & cognita habet, prout etiam quidam è ſanioribus Ethnicis cognoverunt.

ADOLPHVS.

Eo prolixo adeo ſermone tuo deduxiſti, ut vel majoris partis oblivio me ceperit, verum ex te hoc audire deſidero, an non hocce opus naturæ ſpiritum in ſe habeat, qui mutationem introducit, cum videam te ſecundi numeri mentionem feciſſe, qui multiplicetur, ad hoc enim vitalis ſpiritus requiritur.

SENIOR.

Vere vitalis ſpiritus mineralis huic ineſt, qui curſum ſuum in eo conſummat, poſtquam ab artifice præparatur juxta dignitatem ſuam. Deus enim hominem ex mera bonitate dominum ejus conſtituit, ut ex eo aliud quid, novum nempe mundum, formaret, per vim ignis, juxta ordinationem & præceptum à Deo traditum, præter hoc enim homo nihil omnino efficiet, & omnino requiritur ut hæc omnia in timore Domini, honeſto propoſito & pura conſcientia peragantur. Quod ſi ergo quidam è fece hominū artis hujus finem non aſſequatur, nemini ſcandalo ſiet, quin etiam licet hominibus præ oculis verſetur, & ad alios plerunque fines adhibeatur, pauciſſimi tamen verum uſum ejus ignorant, neſcientes præclarum hunc theſaurum tenebris illis obnubilatū: hinc plerunque aurum hoc puriſſimum denſa caligine & æruginę ſeptum cœno & ſordibus immerſum derelinquitur, quæ omnia recto naturæ ordine ſic fiunt. Verum Philoſophi ſaniores audito ſolum Mercurij nomine agnoſcunt hunc theſaurum, & præ oculis habent, licet inviſibilis ſiet & ſpiritualis, eſt nihilominus materialis, & virgo caſtiſſima, quæ virum non cognovit, ſubſtantia fragilis, hinc nomen ejus lac virgineum, mel montanum terreſtre, lac, urina infantum, & ſimilia: in his enim omnibus quæſiverunt hactenus artifices, ſed non invenerunt, ex metallica enim materia, & optima quidem præparatur.

ADOLPHVS.

Annon igitur aurum hoc eſt, cum hoc nobilius adeo ſit metallum, video enim te jam dudum hoc innuiſſe.

SENIOR.

SENIOR.

Minime omnium, sed alia etiam prius tibi cognoscenda sunt ex me, avidius enim adhuc terrestris auri thesauris inhias, verum nondum satis hæc percepisti, & quidem literis consignatum ultimum & præcipuum hujus artis mysterium tibi tradam, quamvis vero etiam in præsenti sermone meo dubia quædam inesse videantur, non tamen necessarium erit, ea dilucidius explicare. Non vero thesaurus hic aurum est illud mundanum, ut nec argentum, mercurius, sol, antimonium, nitrum, sulphur, nec simile horum quid, sed est spiritus auri, & mercurius, qui à Philosophis prima & secunda materia vocatur, peculiaris ac singulis naturæ & proprietatis, nullam ignis vim expertum, aurum obryzum orientale, omnium præstantissimum, altero illo auro mollius, & fusum, verus ille mercurius auri, & antimonium, ex corporibus qualitates suas attrahens, si liquidum fuerit. Præparatio hujus nihil aliud est, quam ut purè abluatur, & mundetur, aqua & igne, prout etiam alia pleraque eodem modo præparantur, ut Deo & hominibus complaceant: Sublimatio igitur illa, distillatio, separatio, digestio, purificatio, & coagulatio, cum fixatione exacte cognoscenda, & ovum illud naturæ à quamplurimis ab ipso exordio quæsitum, diligentius inquirendum, de hoc plurimorum monumenta extant, inter alia quoque comitis Bernhardi, & aliorum, quæ tibi quoque sub calcem nostri sermonis ostendam, & parabolas multas iis adjungam.

ADOLPHVS.

Cum videam artis hujus usum multo sudore comparandum possessionemque ejus cum periculo conjunctam, omnino-que etiam subeunda vocationis munia, gaudium illud quod prius ceperam, remissius aliquanto factum, & vana spe me delusum video.

SENIOR.

Hoc tibi è tripode dictum putato, laborandum strenue esse & beneficentiæ munera erga pauperes exercenda, non tamen pauperes quosvis, sed illos qui vere pauperes sunt, curam etiam pupillorum & viduarum ad Divini nominis gloriam & honorem suscipiendam. Honor autem Deo proprius nemini alii tribuatur, tum & consolationes è verbo Divino petantur, verbum enim Dei naturam longo ordine præcedit, & servus dominum subsequitur, paterque matrem dignitate antecellit: omnino autem ita agendum, ac si de hoc nobis nil prorsus constaret, sed labori vocationis sedulo inhiandum, ad proximi utilitatem & Reip. emolumentum procurandam, & ignorantiæ mala profliganda, sine

intermissione enim & ratio & corpus bonum operari debent (ocium namque pulvinar est Sathanæ, & gravi sub pœna prohibitum, ex hoc enim scelera alia omnia, luxuria, avaritia, homicidia, mendacia, impostura, ac fraudes,) in hoc imitantes naturam ipsam, nostrum autem opus nullo unquam tempore otiatur, & sine intermissione operatur, omnibus diebus & horis, donec sextum tempus hebdomadarum ejus compleatur, & sabbathum ejus appropinquet, tunc enim requiescit & honorat dominum suum, hominem, cui juxta Dei ordinationem inservire debet, obtemperans præceptis ejus; pari ratione etiam homines absque ulla intermissione laborare & operari debent, donec in æternum Dei regnum ingrediamur, verum hæc omnia repugnante quasi natura fiunt, & molestè ferimus, cum audimus assiduo labore victum quærendum esse, donec in terram revertamur, ex qua conditi sumus, cum ocium & dominandi libido omnibus ex æquo arrideat, pari ratione etiam in orationibus & deprecationibus segnes sumus, licet omnia precibus à Deo impetranda & flagitanda sint, alios ut mendicantes contemnimus, exiguo & ipsi censu sublevati, avari interim existentes, etiam inimicis ad benefaciendum obligati, quin & alia innumera flagitia inter nos regnum possident, ut sunt, ira, avaritia, odium, inimicitiæ, mutua diffidentia, propter hæc enim præstantissimum hoc bonum à nobis aufertur, ut & scientia illa præclara medicinæ, quæ in hoc latet, doctoribus alijs medicis incognita, nec enim hic thesaurus in scholis medicorum traditur, sed absconditus præ oculis illorum remanet, eodem modo quo & Pharisæos internus spiritus sacræ Scripturæ latebat, qui erat verus ille Messias, & medicina animæ, quamvis in medio eorum versaretur, hinc etiam patri ille gratias agit, quod thesaurum hunc sapientibus hujus mundi præcluserit, & insipientibus ac stultis eum revelarit: Eodem etiam modo de hac nostra naturali medicina dicitur, voluntatem Dei præcedere debere, quæ ardenti precatione efflagitetur, prout in omnibus etiam aliis rebus mundanis hæc divina voluntas prædisponit omnia: hinc patet vanitas illorum medicamentorum simplicium, & syruporum, qui ab ungventariis vulgo, maxima cum jactura famæ & existimationis medicorum, ac dispendio ægrotorum, quinimò eorum certissima pernicie ac interitu propinantur, & sumptus illi ab ægrotantibus facti in superbiæ & luxuriæ alimoniam convertuntur, prout nuperrime quidam homo rusticus querebatur, se ea arte delusum, universæ prope substantiæ ac familiæ jacturam feciſſe, nisi properè quidam exiguæ fortunæ homo ei auxilium tulisset. Sic enim plerisque fere eam tantum curam esse videmus, ut famæ & nominis celebritate donati majorum gentium diis assideant, interim

curam

cuiam illam & diligentiam, qua proximi emolumentum & particularia illa ſtudia ſublevantur, imò & ipſa univerſalis illius cognitio acquiritur, prorſus negligunt. Summo itaque ſtudio omnibus in id incumbendum eſt, quo bonum à malo ſeparent, hoc eſt, virtutem & fructus arboris bonæ cum radice triplici, manſuetudine, modeſtia & patientia cognoſcant, pari ratione etiam fidem, Charitatem, & ſpem animæ fructus, excolant, ut ſciantus quid veritas & juſtitia eaque tam animæ, quam corporis ſit, hoc eſt, boni cœleſtis & corporei: hoc vero ut facilius aſſequamur, ſcientia Theologica & Juridica nobis à Deo tradita eſt, in his enim puritas & ſanctimonia naturæ conſiſtit, virtus enim, opera vocationis & juſtitia ſingularis eſt ſapientia, lumen & Philoſophia, juxta quam Salomon homines alios omnes longe præcellebat. Verum Deus ipſe unicuique opera vocationis ſuæ aſſignavit, mandavitque unicuique noſtrum, ut in vocatione ſua ac munere vitæ juxta normam verbi divini, prudenter, pie & juſte actiones ſuas inſtitueret, tanquam ſervus Dei, & rationem de omnibus redditurus ante tribunal Judicis omnium gentium, coram quo omnia hominū facta revelabuntur. A Deo autem omne bonum deſcendit, pariter etiā ab eo ſapiens & dives, pauper & inſipiens, venuſtus ac debilis: qui autem pauperem & imbecillem contemnit, ſpernit illum, à quo eſt creatus, bonū enim omne à Deo, ex Diabolo autem mala deſcenderunt, tanquā fonte & origine omnis mali. Singulari autem conſilio Dei malū etiam in hac vita tyrannidem agit & piis moleſtiam exhibet, licet Dæmon ex mera malitia ad detrimentū & interitum hominum dirigere illud conetur, omne enim malum Deo & piis in bonum ſervit, quin & ipſe dæmon invitus gloriæ divinæ inſervire cogitur. Solum autem peccatum noſtrum in cauſa eſt, quod malum bono in hac vita cōmiſceatur, ſuſtentante interim nos benignitate & miſericordia divina. Eum in finem etiam præcepta Decalogi nobis tradita ſunt à Deo, ut malū à bono ſepararemus ad evitandum æternæ damnationis diſpendium. Verum quæ ſit mundi facies & ſtudia, quivis facile videt, & avari illi prædones Chriſti nomen in ſacro Baptiſmatis fonte profeſſi, Judæorum perfidiam & rapacitatem immodicis uſurarum exactionibus imitantur, cum illi divinæ voluntati morem ſe geſſiſſe improbe putant, dum Ethnicorum & exterorum (quo nomine Chriſtianos appellitare ſolent,) bona rapuerint, licet æternas pœnas ſalvator iis comminetur, qui proximum uſuris & exactionibus lædentes, eorum bona abliguriunt, ut ex illis, qui crapulæ & luxuriæ nomina dantes pupillorum & viduarum bona intercipiunt, hæc vero duo genera hominum avarorum & luxuriantium conjungenda ſunt & pari calculo cenſenda. Vita vero locupletum illorum Patriarcharum, Abrahami, Iſaaci, Jacobi, Joſephi & Jobi pretioſa, & juſta,

modeſtiæ

modestiæ & obedientiæ erga Deum plena. Dei enim cultum omnibus aliis creaturis præponebant,& in puritate vitæ & justitia ambulantes,ardentes & efficaces preces ad Dominum fundebant. Quemadmodum vero in veteri testamento apud plerosque magnæ erant divitiæ, sed magno constantiæ vinculo conjunctæ: ita in novo inopia plurimos premit Christi cultores, requiritur tamen consimilis constantia,timor & amor erga Deum. Ex hisce omnibus satis copiose te intellixisse puto, causa quæ sit, ob quam mysterium hoc absconditum adeo & arcanum hactenus præ oculis multorum fuerit,cum dæmon facili negotio viam aliam aberrantem à recta via demonstrare possit,per vanas hujus mundi voluptates,hic enim in cognitionem omnis mali nos seducit,perversus namque & sceleratus sapientissimum omnium, primum nostrum parentem Adamum seduxit: quinimo per hujus astutiam omnes sancti in deteriora lapsi,& hoc propter peccatum nostrum, ex quo ira Dei in nos effusa est,& omnia summo labore, cura, ac solicitudine mortalibus venduntur, hic enim calix ille crucis ad usque sabbathum illud magnum & requiem futuro seculo æternam,in qua cum Christo Salvatore de fructu vitis bibemus, ubi specie alia prorsus ab hac induti ad eum,pariter ad nos properantem, transmigraturi sumus, ad quam felicitatem quamprimùm nos perducat Deus ter Opt. Max. per mediatorem nostrum, & Spiritum sanctum, cui fœdere filiationis conjuncti sumus, cui obedientiam promissam præstare tenemur, in sectando bona & profligando mala opera,ut offeramus ei novos Israelitas,spiritum contritum, & vota Deo facta reddentem. In his spiritus Dei operatur per fidem,charitatem & spem, quemadmodum etiam ardens illud desiderium & consuetudo,in natura multa perficit,quæ incredibilia videntur. Pauci namque hominum patienter in cognitione Dei adipiscenda tædia illa devorant, sed plerique terrestria bona & caduca sectantur, innixi voluptatibus, ambitioni & potentiæ mundanæ,hinc Christus regnum suum à mundo separat, & mundanarum rerum curam ab se rejicit, licet rerum omnium,sapientiæque ac scientiæ cognitio,fons & origo ipsa siet, hisce tamem neglectis, regnum sapientiæ divinæ annunciavit, quod ante omnia à nobis quærendum esse,& ipse statuo: verum quæ tua circa hoc sit sententia,audire desidero.

ADOLPHVS.

Fateri equidem vel ipsa veritas me cogit, hæc omnia ita se habere, licet opinioni longè diversæ jam dudum calculum addiderim. Et quidem sententia illa mea cum filiorum hujus lucis opinione ad amussim convenit, sed cum aliena prorsus ab hac ex te audiam, mutanda illa foret. Prorsus itaque & mihi indubi-

indubitatum videtur, mysterium hoc & arcanum non omnibus communicari & revelari posse, præsertim cum & in aliis omnibus artibus tam iis ad quas nos natura provocat, quam quas magistro duce cognoscimus, idem prorsus obtinere videam, ad harum enim cognitionem assequendam gratia divina, industria, diligentia & ardens studium maximo cum labore conjunctum requiritur, prout etiam in aliis omnibus vitæ muniis hæc necessario desiderantur. Me vero quod attinet, equidem & ego voluptuariam hanc vitam complectendo, ardelionum, gnathonum, helluonum, & fastuosorum consortia haud gravate ferrem. (cum & aliis quibusdam magnam fœlicitatem absque labore obtigisse videam) & thesauri hujus usum ad potentiam & ambitionem, magnasque opes acquirendas, conferrem.

SENIOR.

Quin tu regibus & principibus hujus mundi datam esse potestatem, nescis? ut loco Dei Opt. Max. militiam hominum reprimant, justitiam, veritatem & pietatem & obedientiam colant, propagent, quò omnia in hoc vitæ statu decenter & ordine bono fiant. Quemadmodum autem magistratus politicus gladio seculari sceleratos punire solet, ita etiam spirituales illi patres & magistratus ecclesiastici gladio spiritus, & verbi Dei ac mandatorum ejus, vitam populi Christiani regunt, & post vulnera, legis maledictione illata, oleo justitiæ inungunt & sanant, nisi ipsi prævaricatores sanitatem & curam vulnerum respuant, non tamen hæc conscientiæ vulnera gladio temporali ab Ecclesiasticis sananda sunt, prout etiam videmus, Aaronem, Moysen & Josuam distincta habuisse officia, donec in terram promissionis ingressi erant, & subditis etiam mandatum est, quod obedientiam & honorem exhibeant magistratui à Deo ordinato, ne ambitione inflati se ipsos officiis magistratus ingerant, & dignitatum munia munere, dolo, potentiave præripiant, nisi ad hoc legitime vocentur, qui enim semetipsum aliis præposuerit, humiliabitur, cum ex ambitione & superbia hoc proveniat, cui Deus summopere resistit, superbia enim præ omnibus execranda est idololatria, cum Deus solut sit summus, & potens, omnesq; ordines & gradus secularis potestatis juxta suam ipsius voluntatem & beneplacitum instituat & gubernet, omnia in lumine & tenebris perspiciens, creator & author omnis ordinis justitiæ & creaturarum, prohibens arbores & montes cœli fastigiis immiscerì, bestias rapaces cœrcens, gigantum & tyrannorum vim & crudelitatem reprimens: omnibus enim qui Deo resistunt, & dilectis ejus adversantur, bona in malum & venenum cedunt, iis licet sol communis oriatur, Deo turrim potentiæ illorum ventorum turbine mirabiliter prosternente,

cujus

cujus rei quotidiana exempla testimonium præbent. Præter hos reperiuntur quidam, qui mediocrium & minorum gentium artium scientia aliqualiter imbuti magnos spiritus ducunt, Dei Opt. Max. potentiæ vim elevantes, & vitam Epicuream viventes. Ab hisce summopere cavendum, præsertim cum natura ad malum propensi simus, licet ignoremus quomodo per verbum Dei mundus conditus sit, exque eo verbo spiritus procedens, ac imago Dei, quod Moyses à tergo in rupe videbat, lateat, non enim Christus eo tempore oculis corporeis videri poterat.

ADOLPHVS.

Longiùs ab instituto ad spiritualium quæstionum enodationem digrederis, cujus descriptionem & cognitionem avidus hactenus expecto, quamvis nonnulla ex te audire visus sim mihi, quæ antehac diligentiori trutina examinanda esse, non animadvertebam.

SENIOR.

Divinorum pariter & humanorum bonorum cognitio pari passu quærenda est, cum externa illa bona ad temporalem felicitatem saltem aditum præbeant, sitque Dei immutabilis voluntas, ut nocte dieque legem ejus meditemur, ex hac enim animæ salus exoritur, homoque cognoscit, omnia precibus ab eo bonorum fonte efflagitanda, terrenorum curam abjiciendam, & dona nobis collata in humilitate & modestia custodienda esse, in hoc enim dæmonis maxima omnium potestas & astutia elucescit, ejusque vim & caliditatem nemo nostrum effugeret unquam, nisi Dei misericordia nos protegeret. Quæ vero ulla hominis felicitas, emolumentum ac præstantia, omnibus licet mundi voluptatibus & divitiis abundet, nisi animæ morbi curentur, & auferantur? Hoc enim maximum illud erat beneficium, cum Christus Salvator noster peccatorum remissionem curationi morborum semper conjungebat.

SENIOR.

Vera quidem hæc sunt, sed non satis decenti trutina examinantur apud plerosque, quod etiam vitium mihi ipsi inhærere diffiteri plane nequeo, cum & æquo plus animus jam dudum cupiditatibus & voluptatibus mundanis adhæreſcat. Verum enimvero cum divitiarum usus & possessio, ut & opus illud naturæ divinæ voluntati non repugnet, spes me optima tenet, juxta Dei Opt. Max. ordinationem & voluntatẽ me eo usurum, præter hæc Pharisæorum illa cœcitas me aliquantulum tenet, qui credere nolebant, nisi miracula & signa viderent Christi, quamvis fidem ad salutem animæ necessariam adesse mihi per Dei gratiam minime dubitem, sed

tem, sed ad confirmandam fidem de miraculis divinis & cognitionem parabolarum præclarissimi hujus thesauri exactiorem explanationem dictorum expecto.

SENIOR.

Hæc omnia eo prolius à me commemorata sunt, ut intelligas thesaurum hunc magicis artibus non acquiri prout alia iis acquiri nonnulli putant, nec fiduciam plenariam in eo collocandam, ut nec omnem ei fidem derogandam esse. Sed ut apertius demonstrem tibi, quæ vera illa causa siet, ob quam abscondi debeat à cultoribus, nec uni soli eum dari, nec enim omnia uni soli dantur. Hinc illa Christi Salvatoris præclara parabola, Matth. 6. neminem duobus dominis inservire posse: & ut videamus, Deum in naturæ operibus semetipsum patefeciisse, quò opera ejus mirabilia in omnibus cognoscantur, & quidem hoc modis variis, & tentationum afflictionumque generibus diversis, non voluptatum cœno, prout videmus eum Zachæum illum animi vitio labascentem suscepisse, prætenuis licet & infimæ sortis his esset, ejus nihilominus hospitio uti voluit, quoniam magneticus ille amor apud Zachæum erat, qui in alios quoque derivabatur. Verum ex communi humanæ naturæ labe animum efferimus, & benignitatis fontem occludimus, quasi hoc Dei donum nobis in nostram solum utilitatem concessum sit, cum potius in beneficentiæ opera erumpere, & misericordiæ beneficia erga pauperes exercere debeamus, sed hæc omnia mundi hujus sectatores facile rident, divitiæ namque hominum animos pervertunt ut diversa plane agant, & justitiæ frænum immutent, hinc Mammon opes à Christo dicuntur. Quin & sapientiã divitiæ conferunt, & nummo loquente pauperum sapientia silentio involvitur, difficilis ea de causa introitus locupletum in regnum cœleste, sapientes autem pauperes, mansuetos, humiles Dominus novit, & sustentat, divitum copiam in inopiam redigens (cum putent nullius opera sese indigere) & sapientiam mundi hujus stultitiam esse demonstrans. Ante omnia, amice jucundissime, regnum Dei quæramus, & cum Propheta Davide oremus, ut Deus secundum nostram indigentiam & suam ipsius voluntatem necessaria largiatur, ne ad sinistram & errorum viam deflectamus, cum via mundi hujus lubrica valde sit & periculosa. Salomon etiam Rex à Deo sapientiam flagitat, ut populum Dei ad ejus honorem ac laudem gubernare possit, & ab ipso immensos divitiarum thesauros acciprebat, prout etiam idem Salomon inquit, sapientiam in biviis clamantem ad sui amorem & studium amplectendum invitare, magna enim & præclara est gloria divina, ubiq; nobis sese exhibens, & invitans, pauci autẽ ex nobis attentius hæc considerant in hac mortali vita, quæ velocius avolans,

avolans, plerisque nihilominus segnis abire videtur. Magnum autem est mysterium Dei, apud timentes eum, & piis lux exoritur in tenebris, ex Deo misericorde & justo. Psalm. 112. Ne igitur temporis pretiosum illum thesaurum, & mentis aciem corporisque vires in acquirendis & congerendis mundanis divitiis consumamus, ambitiososve & superbos imitemur, sed potius omnia nostra ad commodum & utilitatem piorum, imprudentum licet, in timore Domini dirigamus.

ADOLPHVS.

Licet vera hæc fatear, scrupulus tamen ille adhuc me mordet, cum audiam Philosophorum sententiam, thesaurum hunc precibus à Deo efflagitandum esse, & deposcendum.

SENIOR.

Aliquoties jam dudum ex me audivisti, regnum Dei ante omnia esse quærendum, & hinc omnia Deum nobis additurum, nec hominem ex solo pane vivere posse, sed ex verbo omni, quod ab ore Dei progreditur. Eadem autem ratione qua dæmon Salvatorem nostrum tentavit, eodem modo & adhuc hodie nos tentare solet, tempore necessitatis, ubi enim fides & verbum Domini nobis non adest, in afflictionibus desperamus & animum omnino abjicimus, imo & prospera flante fortuna idem nobis accidit, sectamur quinetiam ipsum dæmonem, & authorem omnis mali, & auxilium ab eo requirimus, ille vero ea nobis pollicetur, quæ sua non sunt, & in extremas ignorantiæ tenebras præcipitat, cœlestem igitur panem & manna terrestri longis parasangis anteferamus. Quod vero Philosophi, in investigando hoc thesauro, Deum exorandum dicunt, recte hoc & vere dictum, Deus enim solus nobis eum largitur, modo ne temporis etiam momenta ei præfigamus & modum, voluntatique ejus frænum injici ne præsumamus, hic enim est veritas, sapientia & justitia, unicuique juxtà suum debitum per Spiritum Sanctum tribuens, prout etiam in Apostolos ille est effusus. Hac etiam de causa quotidie in oratione Dominica, panem nostrum quotidianum efflagitare jubemur, nescimus enim quæ petere à Deo debeamus, & sæpius ea quæ in nostri perniciem cessura sunt, petimus, licet hæc quandoque concedantur nobis ut per ea tentemur. Solum igitur auxilium Spiritus Sancti, prospera valetudo, & pacis commoda à Deo petenda, ab hoc enim omnis scientia, & sapientia, & naturalis & spiritualis, descendit, Christus autem ardenter admodum salutem hominum desiderabat, hinc dicit regnum suum non esse de hoc mundo, & ad hoc se in mundum venisse, ut homines salvos ad regnum cœleste reduceret, & ex tenebris ignorantiæ ac terrenarum opum eruceret, donec tandem aliquos eo perduxerit, eum in finem orationem il-

nem illam dominicam quam appellamus nobis tradidit, & docuit quo modo ad Deum Patrem, cujus filij per adoptionem sumus, preces nostras dirigere debeamus, cum antehac sub ceremoniis Legis in metu & timore servili coram eo ambularemus. Præter hæc latere te non puto, naturale ex supernaturali oriri, & regnum Dei ab æterno esse, ex quo regnum temporale promanat. Annon enim primum cœlum & firmamentum præparatum est, post hoc Elementum, & omnium ultimo terra, post hanc conditus est homo, creatura nova, & microcosmus. Primum enim Deus in homine in terra tanquam centro circuli incipit, prout prius ex majore centro initium sumpserat, post hæc hominis corpori vita & anima indita est, vita & anima æterna, ac immortalis, hoc enim supercœleste est, & tanquam cœlum divinum sidereum, tanquam spiritus essentialis omnium creaturarum viventium naturalium, postremo autem corpus elementale, tanquam in corpus unicum, centrum terræ, nomine salis terræ à Christo indigitatum, sal enim omnia à putredine conservat, quemadmodum ex oceano naturali mundi cognoscitur, quænam contagio ex tali putredine nasceretur, nisi Deus sale illo hoc præservaret, inprimis verò si motus omnis expers jaceret. Sali etiam conferuntur pastores & ministri verbi, qui membra fidei suæ commissa à putredine præservant, per prædicationem verbi divini & Spiritum Sanctum, in hoc mundi oceano. Primus etiam pater nostrum omnium Adamus universalem cognitionem habebat omnium creaturarum, cum nos posteri ejus vix particularia quædam possideamus, & cognoscamus cognitionem illam nostram imperfectam esse, prout etiam ultimis temporibus homines multi loco unius Adami in multis congregabuntur, & dicitur omnes artes ante supremum mundi judicium plenariè revelandas esse. Nulli autem hominum tanta cognitio & scientia datur, quanta primo nostro parenti Adamo concessa fuit, & Christo Adamo illi novo data, quam scientiam etiam sponsæ suæ largitur, hoc est multis in uno collectis, donec in vitam æternam ingrediamur, in qua omnia nova reddentur, & revelabuntur, & unicuique merces debita tribuetur, in hoc enim mundo variis tentationum molestiis & cutis subjacemus propter labem peccati, ex quo magna incommoda per inimicum generi humano inferuntur, nos enim imagine Dei amissa, contraria semper ejus voluntati facimus. Præter hæc considerabis etiam dictum illud Salvatoris, quo thesauros illos nos quærere jubet, qui nec putredini nec furum aut prædonum rapacitati subjacent, sed sint thesauri spirituales, hominum conscientias in extremis tentationum fluctibus sustentantes, cum spiritus & corpus terrore ac tremore convulsa humanæ opis auxilium frustra quærunt, eo enim temporis momento armatura cœlestis summa ope

requirenda, & quæ ſit cardinalium illarum virtutum mundanarum, quibus rempore gratiæ florente, nitebamur, venuſtatis ſcilicet, ſapientiæ, Opulenriæ, & Potentiæ, vis caduca ac fragilis patet, divinæ gloriæ collata, quæ in ſolo Chriſto & verbo ejus quærenda. Quod ſi vero tempore hujus noſtræ peregrinationis vigilantes & orationi vacantes, fidem noſtram, Charitatem, ſpem, modeſtiam, humilitatem & patientiam, tanquam ſponſa Chriſti, teſtatam fecerimus, ut conformes ſimus ſponſo noſtro Chriſto Salvatori, in ſinum Abrahæ & Iſaaci per ſcalam Jacobi aſcendemus, & videbimus gloriam & petram fidei, ac dilectum domino diſcipulum Joannem, qui tanquam Aquila ſupervolans, in ſolem oculos ſuos convertit, gloriam ſcilicet & claritatem DEI, quæ Jacobo etiam ignota & abſcōdita fuit, cujus quidem gloriæ guſtum & radium quendam tres hi diſcipuli in monte Thabor perceperunt. Verum hæc omnia eum in finem conſcripta ſunt, ut exemplo horum, mundanas opes aſpernati, ſolum verbum divinum & mandatum ejus ſectantes, opem Spiritus Sancti imploremus, & in fide, charitate, ſpe, humilitate, & patientia corā Deo ambulemus, percipientes pari modo guſtum aliquem hujus cœleſtis Hieruſalem & Paradiſi. Hæc enim ex ſolo Dei verbo addiſcimus, non vero mundi hujus illecebris, hic enim ſolus eſt juſtus, & miſericors. Qui igitur imaginis divinæ in ſeſe reſtaurationem exoptat, miſericordiæ operibus, & charitatis ſtudeat, cum multi nos unum corpus ſimus in Chriſto, & unica ejus ſponſa. Hæc vero omnia tibi neceſſaria proponere volui, licet quotidie etiam ex auditu verbi Dei haurias, quo, ardentiori cura hiſce intendens, juxtā dictum illud Pauli certo ſtatuas, magnum eſſe vectigal, ſi quis pietatem colens, majora non appetat. Nec enim quicquam in hunc mundum afferimus, nec egredientes ex hoc de fortunæ bonis quicquam efferimus. Quod ſi Deus hujus vitæ & victui neceſſaria largitus fuerit, æquum eſt, ut donis illis contenti vivamus. Qui enim mundanas illas opes anxie quærunt, in tentationes & cupiditatum retia incidunt, donec ab iis in extremam perniciem præcipitantur. Avaritia namque radix eſt omnium malorum, & qui concupiverunt, à fide aberrarunt, in profundas calamitates demerſi. Hæc omnia, ô homo Dei, ſumma ope fuge, & ſectare juſtitiam, pietatem, fidem, patientiam & humilitatem, militans bonam militiam, & apprehende vitam illam æternam, ad quam es conditus, & quam profeſſus es coram multis. Divitibus autem hujus ſeculi præcipe, ne ſuperbia efferantur, & ſperent in divitiis incertis, reponant autem ſpem ſuam in Deo vivo, qui omnia ſuppeditat, ut benefaciant aliis, divites & abundantes operibus bonis, & theſauros in fundamentum bonum & apprehenſionem vitæ æternæ acquirant. Hæc eſt ſumma & argumenrum totius

responsionis nostræ, adeo prolixe hactenus enumeratæ, quo desiderium illud terrenarum opum tibi aliquatenus lenirem: verba enim hæc ex centro cœlesti solis illius Justitiæ, & radiis Spiritus Sancti per vas illud electum Dei, prolata sunt. Vita autem & beatitudo cœlestis terrenam illam longe præcedit, quam & nos æmulari decet in hac carne, ut efficiamur caro spiritualis, quæ ab omnibus hujus mundi illecebris abstinet, cum inimicis Dei continuum & sub jugo spiritus bellum gerens.

ADOLPHVS.

Magna me admiratio subit, cum videam te spiritualibus illis & cœlestis doctrinæ mysteriis inhiare, quamvis pauci hujus mystæ iis animum attendere soleant, adeo vero prolixe & subobscure hæc omina hactenus tradidisti, ut facilius quivis in auri quam divinæ scripturæ amorem accenderetur. Ego vero magna cum voluptate ea omnia hactenus audivi, cum multa audiam, quorum me nulla huc usque cura habuit, prout etiam natura ad malum proniores, recte dictis factisve minus attenti sumus.

SENIOR.

Eo vero magis hisce attendere debemus, quod etiam naturale hoc opus divinæ gloriæ in imaginibus ac parabolis pleniſſimum sit, præter terrenarum etiam opum abundantiam. Verum intuentem hominum vitam, plerorumque tædium me capit, pauci enim digni quibus mysterium hoc revelętur, in juvenili enim ætate omnium rerum egenus, cunctis ludibrio habitus, ægre tandem à bono quodam viro susceptus, huc usque magna cura, solicitudine & variis afflictionum molestiis jactatus, vix tandem emersi, ex his vero hominum cœcitatem in spiritualibus animadvertens, Christo Salvatori aures & oculos præbeo morigeros, ardenti voto obtestans, ut & me, & alios ex mundana illa cœcitate eruat. Hujus generis & illud est, quod plerosque doctorum, divitiis abundantes videmus, alios pene omnes despicatui habere, nimia ambitione ac superbia inflatos, cum tamen in extremo illo vitæ articulo opes & ambitio illa opem nullam eis ferre possint, viresque adeo attenuentur, ut abigendis muscis vix sufficiant. Num vero ambitio illa, superbia, & desidia solæ causæ sunt, ob quas è Deo hanc in lucem missi sumus, fruges consumere nati? An non omnem curam & solicitudinem eo intendere decet, quò sapientiam illam divinam acquiramus, quæ quidem à plerisque male extruditur, nec hospitio excepta prout olim ab Abrahamo, Lotho & Deipara virgine susceptа fuit, ad hos enim & divertit, & habitationem firmam in pectoribus eorum sibi præparavit. Hæc autem est Spiritus Dei, imò & ipse Deus. Hinc patet, quidnam sit verbum Dei, quod in nobis habitare intendit, hoc enim est sapientia illa perfecta, non

cta, non autem in iis habitat, qui superbi sunt & animo ela
sapientiam non quærunt, hæc enim quos diligit quærit &
gat, pios nempe & rationi obtemperantes, quæ pietas ini
sapientiæ. Hinc diversi status humani generis constituti,
dem tam in spiritualibus, quàm corporalibus, ut sunt, The
Jurisprudentia, Medicina, Mechanicæ artes, & liberales, q
cantur. Hac ratione artes omnes manuariæ per septem
ordinem bonum & justum reductæ sunt, bonum à malo
tum, veritas à mendacio discernitur. Dei namque volun
ut malo à bono separato lumen verum in nobis fulgeat, cu
lapsum illum Adami primi per iram & astutiam dæmonis
subversa & turbata fuere, novusque Adamus nos tanquam
illam regeneratam ab omni labe separat, bonum à malo disc
vitam & mundum novum reducit per semetipsum, & ve
suum sanctum, ne posthac corpus & spiritus unquam abinv
separentur, sed firma permaneant in imagine Dei: Hæc enir
voluntas Dei, hocque modo nobiscum permanet in mundi u
finem. Verum mundo refractario cæcitatem illam & tene
Judaicas proponit, qui veteris illius Adami vestigiis insistit,
eundem per fidem in S. Baptismate morti tradit & opprimit;
enim sacra est operatio Spiritus Sancti, per verbum in fide, abs
verbo autem nihil est, est enim ipsum Dei verbum. Qui aut
verbo non credit, cum Adamo illo in mortis tenebris hæsitat,
spem habet vitæ æternæ, non enim absque fundamento in fi
persistere potest: estque Ethnicus & hæretica pravitate insigi
tus, qui offendit ad lapidem angularem, à D. Joanne præmonstr
tum. Deus namque pro immensa sua misericordia quamplurim
media nobis proposuit, per quæ juxta voluntatem ejus à plurim
tentationibus & malis præservaremur, & vitare possemus spiri
tum maledicum & doctrinam perversam, animæ pariter ac corpo
ris subversionem procurantem. Officium magistratus politic
huc quoque accedit, per quod magistratus malorum vim & auda-
ciam à cervicibus piorum propulsat, concordiam ac pacem pro-
curat, fraudes ac dolos omnes propellit, & jus suum unicuique
tribuit, non quidem juxta hominum affectiones & voluntatem,
sed juxta justitiæ & divinæ voluntatis normam. Idem de medico,
& facultate medica sentiendum, qui omnis generis morbos & in-
firmitates abigit, propulsat. Spiritus enim ille malignus omnis
generis mala, tentationes & afflictiones humano generi immittit,
ut sunt fraudes, malitia, inimicitæ, odia, mendacia, adversitates,
calumniæ, inopia, persecutiones, inconstantia, & aliæ tentationum
variæ species, contra fidem, charitatem & spem militantes, prout
etiam in Apostolis Joanne, Petro, & Jacobo videre licet, quidum
Christus Salvator captivus ex horto abduceretur, humanæ fragi-

litatis

k inconstantiæ exemplum manifestum præbebant. Ver-
itur divinum summo studio sectandum, & animis infigen-
ramentorumque sigillo confirmandum est, quo sub ex-
nostrum ex hac vita fidem nostram obsignemus,& contra
tarum inferorum in vitam æternam ingrediamur. Hæc
quæ prolixe adeo à me dicta sunt,ne tædio te afficiant, quin
o Tobiæ curam mundanarum opum abjicias, conten-
cessario quotidiano victu, spem omnem in Deum reclines,
nibus eleemosynas distribuas,reliquorum omnium soli Deo
relicta. Verum quo dictorum enodationem & intelligen-
plenius assequaris, munus hocce tibi offero,per quod dicta
ius & uberius declarabuntur tibi, & consequaris stipendium
thesaurum largissimum, quo in novitate vitæ & assiduitate stu-
um ad proximi utilitatem & Divini nominis gloriam felicius
gredíaris. Hic vere talis est thesaurus, (si modo Deo adjutore
s cognitionem perceperis,) qui in nullis doctorum libris, nec
gyentariorum thecis obvius habetur, absconditus præ oculis
rariorum, fœneratorum & Euclionum, nec ab ullo homine
tio ullo comparari potest, hæc enim est aqua nostra & ignis,
nis in utilitatem & emolumentum, malis vero in perniciem
dens manifestam, quandocunque mali eo abusi fuerint ad vo-
pates mundanas,& desidiam, non enim homines mundani ea
mplectuntur,quæ magno labore quæri solent. Si igitur humilis,
ptiens,modestus & placido animo fueris,thesaurum hunc veræ
anquillitatis & opulentiæ assequeris, & Deo ac proximo utiliter
servire poteris. Primum autem omnium Ægyptium illum
acerdotem & Regem Hermetem, ejusque tabulam Smaragdi-
am tibi proponam,ei comites F. Basilii, comitis Bernhardi, scri-
pta Theophrasti,tincturam Physicorum adjungam,si modo prius,
quæ tua de hoc sit sententia,apertius declaraveris.

ADOLPHVS.

En tandem desiderii mei colophon, quem tanta aviditate & ar-
dore hactenus expectavi: Ego vero sancte polliceor,me thesauro
hoc ad utilitatem & emolumentum proximi, & divini nominis
gloriam usurum, & communicaturum esse, actionesque meas
omnes eum in finem instituturum, ut aliis ex usu quod fiet mon-
strem,nec animus meus spiritusve vitiis aut flagitiis cõtaminatus,
alijs scandalo cedat, quantum quidem in hacce humanæ carnis
fragilitate fieri unquam poterit.

SENIOR.

Hoc tibi persuasum habeas, etiam illum misericordiæ opera
exercere cõmodè posse, qui mediocri opum affluentia gaudet,
& quidem beneficentia ex tenui opum rivo profecta Deo impen-
sus pro-

cta,non autem in iis habitat,qui ſuperbi ſunt & animo elati, & qui ſapientiam non quærunt,hæc enim quos diligit quærit & inveſtigat,pios nempe & rationi obtemperantes, quæ pietas initium eſt ſapientiæ. Hinc diverſi ſtatus humani generis conſtituti, & quidem tam in ſpiritualibus,quàm corporalibus, ut ſunt, Theologia, Jurisprudentia,Medicina,Mechanicæ artes, & liberales, quæ vocantur. Hac ratione artes omnes manuariæ per ſeptem illas ad ordinem bonum & juſtum reductæ ſunt, bonum à malo ſeparatum,veritas à mendacio diſcernitur. Dei namque voluntas eſt, ut malo à bono ſeparato lumen verum in nobis fulgeat, cum poſt lapſum illum Adami primi per iram & aſtutiam dæmonis omnia ſubverſa & turbata fuere,novusque Adamus nos tanquam Evam illam regeneratam ab omni labe ſeparat,bonum à malo diſcernit, vitam & mundum novum reducit per ſemetipſum, & verbum ſuum ſanctum, ne poſthac corpus & ſpiritus unquam abinvicem ſeparentur,ſed firma permaneant in imagine Dei: Hæc enim eſt voluntas Dei,hocquè modo nobiſcum permanet in mundi uſque finem. Verum mundo refractario cæcitatem illam & tenebras Judaicas proponit,qui veteris illius Adami veſtigiis inſiſtit, nec eundem per fidem in S. Baptiſmate morti tradit & opprimit; hæc enim ſacra eſt operatio Spiritus Sancti,per verbum in fide,absque verbo autem nihil eſt,eſt enim ipſum Dei verbum. Qui autem verbo non credit,cum Adamo illo in mortis tenebris hæſitat, nec ſpem habet vitæ æternæ, non enim abſque fundamento in fide perſiſtere poteſt: eſtque Ethnicus & hæretica pravitate inſignitus,qui offendit ad lapidem angularem, à D. Joanne præmonſtratum. Deus namque pro immenſa ſua miſericordia quamplurima media nobis propoſuit,per quæ juxta voluntatem ejus à plurimis tentationibus & malis præſervaremur, & vitare poſſemus ſpiritum maledicum & doctrinam perverſam,animæ pariter ac corporis ſubverſionem procurantem. Officium magiſtratus politici huc quoque accedit,per quod magiſtratus malorum vim & audaciam à cervicibus piorum propulſat, concordiam ac pacem procurat,fraudes ac dolos omnes propellit, & jus ſuum unicuique tribuit,non quidem juxta hominum affectiones & voluntatem, ſed juxta juſtitiæ & divinæ voluntatis normam. Idem de medico, & facultate medica ſentiendum,qui omnis generis morbos & infirmitates abigit,propulſat. Spiritus enim ille malignus omnis generis mala,tentationes & afflictiones humano generi immittit, ut ſunt fraudes, malitia, inimicitæ, odia, mendacia, adverſitates, calumniæ,inopia,perſecutiones,inconſtantia,& aliæ tentationum variæ ſpecies, contra fidem,charitatem & ſpem militantes, prout etiam in Apoſtolis Joanne,Petro,& Jacobo videre licet, quidum Chriſtus Salvator captivus ex horto abduceretur, humanæ fragilitatis

litatis & inconſtantiæ exemplum manifeſtum præbebant. Verbum igitur divinum ſummo ſtudio ſectandum, & animis infigendum, ſacramentorumque ſigillo confirmandum eſt, quo ſub exceſſum noſtrum ex hac vita fidem noſtram obſignemus, & contra vim portarum inferorum in vitam æternam ingrediamur. Hæc vero, quæ prolixe adeo à me dicta ſunt, ne tædio te afficiant, quin exemplo Tobiæ curam mundanarum opum abjicias, contentus neceſſario quotidiano victu, ſpem omnem in Deum reclines, pauperibus eleemoſynas diſtribuas, reliquorum omnium ſoli Deo cura relicta. Verum quo dictorum enodationem & intelligentiam plenius aſſequaris, munus hocce tibi offero, per quod dicta plenius & uberius declarabuntur tibi, & conſequaris ſtipendium & theſaurum largiſſimum, quo in novitate vitæ & aſſiduitate ſtudiorum ad proximi utilitatem & Divini nominis gloriam felicius progrediaris. Hic vere talis eſt theſaurus, (ſi modo Deo adjutore ejus cognitionem perceperis,) qui in nullis doctorum libris, nec ungventariorum thecis obvius habetur, abſconditus præ oculis uſurariorum, fœneratorum & Euclionum, nec ab ullo homine pretio ullo comparari poteſt, hæc enim eſt aqua noſtra & ignis, bonis in utilitatem & emolumentum, malis vero in perniciem cedens manifeſtam, quandocunque mali eo abuſi fuerint ad voluptates mundanas, & deſidiam, non enim homines mundani ea amplectuntur, quæ magno labore quæri ſolent. Si igitur humilis, patiens, modeſtus & placido animo fueris, theſaurum hunc veræ tranquillitatis & opulentiæ aſſequeris, & Deo ac proximo utiliter inſervire poteris. Primum autem omnium Ægyptium illum ſacerdotem & Regem Hermetem, ejuſque tabulam Smaragdinam tibi proponam, ei comites F. Baſilii, comitis Bernhardi, ſcripta Theophraſti, tincturam Phyſicorum adjungam, ſi modo prius, quæ tua de hoc ſit ſententia, apertius declaraveris.

ADOLPHVS.

En tandem deſiderii mei colophon, quem tanta aviditate & ardore hactenus expectavi: Ego vero ſancte polliceor, me theſauro hoc ad utilitatem & emolumentum proximi, & divini nominis gloriam uſurum, & communicaturum eſſe, actionesque meas omnes eum in finem inſtituturum, ut aliis ex uſu quod ſiet monſtrem, nec animus meus ſpirituſve vitiis aut flagitiis cõtaminatus, alijs ſcandalo cedat, quantum quidem in hacce humanæ carnis fragilitate fieri unquam poterit.

SENIOR.

Hoc tibi perſuaſum habeas, etiam illum miſericordiæ opera exercere commodè poſſe, qui mediocri opum affluentia gaudet, & quidem beneficentia ex tenui opum rivo profecta Deo impenſius pro-

cta, non autem in iis habitat, qui superbi sunt & animo elati, & qui sapientiam non quærunt, hæc enim quos diligit quærit & investigat, pios nempe & rationi obtemperantes, quæ pietas initium est sapientiæ. Hinc diversi status humani generis constituti, & quidem tam in spiritualibus, quàm corporalibus, ut sunt, Theologia, Jurisprudentia, Medicina, Mechanicæ artes, & liberales, quæ vocantur. Hac ratione artes omnes manuariæ per septem illas ad ordinem bonum & justum reductæ sunt, bonum à malo separatum, veritas à mendacio discernitur. Dei namque voluntas est, ut malo à bono separato lumen verum in nobis fulgeat, cum post lapsum illum Adami primi per iram & astutiam dæmonis omnia subversa & turbata fuere, novusque Adamus nos tanquam Evam illam regeneratam ab omni labe separat, bonum à malo discernit, vitam & mundum novum reducit per semetipsum, & verbum suum sanctum, ne posthac corpus & spiritus unquam abinvicem separentur, sed firma permaneant in imagine Dei: Hæc enim est voluntas Dei, hocque modo nobiscum permanet in mundi usque finem. Verum mundo refractario cæcitatem illam & tenebras Judaicas proponit, qui veteris illius Adami vestigiis insistit, nec eundem per fidem in S. Baptismate morti tradit & opprimit; hæc enim sacra est operatio Spiritus Sancti, per verbum in fide, absque verbo autem nihil est, est enim ipsum Dei verbum. Qui autem verbo non credit, cum Adamo illo in mortis tenebris hæsitat, nec spem habet vitæ æternæ, non enim absque fundamento in fide persistere potest: estque Ethnicus & hæretica pravitate insignitus, qui offendit ad lapidem angularem, à D. Joanne præmonstratum. Deus namque pro immensa sua misericordia quamplurima media nobis proposuit, per quæ juxta voluntatem ejus à plurimis tentationibus & malis præservaremur, & vitare possemus spiritum maledicum & doctrinam perversam, animæ pariter ac corporis subversionem procurantem. Officium magistratus politici huc quoque accedit, per quod magistratus malorum vim & audaciam à cervicibus piorum propulsat, concordiam ac pacem procurat, fraudes ac dolos omnes propellit, & jus suum unicuique tribuit, non quidem juxta hominum affectiones & voluntatem, sed juxta justitiæ & divinæ voluntatis normam. Idem de medico, & facultate medica sentiendum, qui omnis generis morbos & infirmitates abigit, propulsat. Spiritus enim ille malignus omnis generis mala, tentationes & afflictiones humano generi immittit, ut sunt fraudes, malitia, inimicitæ, odia, mendacia, adversitates, calumniæ, inopia, persecutiones, inconstantia, & aliæ tentationum variæ species, contra fidem, charitatem & spem militantes, prout etiam in Apostolis Joanne, Petro, & Jacobo videre licet, quidum Christus Salvator captivus ex horto abduceretur, humanæ fragi-

litatis

litatis & inconſtantiæ exemplum manifeſtum præbebant. Verbum igitur divinum ſummo ſtudio ſectandum, & animis infigendum, ſacramentorumque ſigillo confirmandum eſt, quo ſub exceſſum noſtrum ex hac vita fidem noſtram obſignemus, & contra vim portarum inferorum in vitam æternam ingrediamur. Hæc vero, quæ prolixe adeo à me dicta ſunt, ne tædio te afficiant, quin exemplo Tobiæ curam mundanarum opum abjicias, contentus neceſſario quotidiano victu, ſpem omnem in Deum reclines, pauperibus eleemoſynas diſtribuas, reliquorum omnium ſoli Deo cura relicta. Verum quo dictorum enodationem & intelligentiam plenius aſſequaris, munus hocce tibi offero, per quod dicta plenius & uberius declarabuntur tibi, & conſequaris ſtipendium & theſaurum largiſſimum, quo in novitate vitæ & aſſiduitate ſtudiorum ad proximi utilitatem & Divini nominis gloriam felicius progrediaris. Hic vere talis eſt theſaurus, (ſi modo Deo adjutore ejus cognitionem perceperis,) qui in nullis doctorum libris, nec ungventariorum thecis obvius habetur, abſconditus præ oculis uſurariorum, fœneratorum & Euclionum, nec ab ullo homine pretio ullo comparari poteſt, hæc enim eſt aqua noſtra & ignis, bonis in utilitatem & emolumentum, malis vero in perniciem cedens manifeſtam, quandocunque mali eo abuſi fuerint ad voluptates mundanas, & deſidiam, non enim homines mundani ea amplectuntur, quæ magno labore quæri ſolent. Si igitur humilis, patiens, modeſtus & placido animo fueris, theſaurum hunc veræ tranquillitatis & opulentiæ aſſequeris, & Deo ac proximo utiliter inſervire poteris. Primum autem omnium Ægyptium illum ſacerdotem & Regem Hermetem, ejuſque tabulam Smaragdinam tibi proponam, ei comites F. Baſilii, comitis Bernhardi, ſcripta Theophraſti, tincturam Phyſicorum adjungam, ſi modo prius, quæ tua de hoc ſit ſententia, apertius declaraveris.

ADOLPHVS.

En tandem deſiderii mei colophon, quem tanta aviditate & ardore hactenus expectavi: Ego vero ſancte polliceor, me theſauro hoc ad utilitatem & emolumentum proximi, & divini nominis gloriam uſurum, & communicaturum eſſe, actionesque meas omnes eum in finem inſtituturum, ut aliis ex uſu quod ſiet monſtrem, nec animus meus ſpirituſve vitiis aut flagitiis cõtaminatus, alijs ſcandalo cedat, quantum quidem in hacce humanæ carnis fragilitate fieri unquam poterit.

SENIOR.

Hoc tibi perſuaſum habeas, etiam illum miſericordiæ opera exercere commodè poſſe, qui mediocri opum affluentia gaudet, & quidem beneficentia ex tenui opum rivo profecta Deo impen-

cta,non autem in iis habitat,qui superbi sunt & animo elati, & qui sapientiam non quærunt,hæc enim quos diligit quærit & investigat,pios nempe & rationi obtemperantes, quæ pietas initium est sapientiæ. Hinc diversi status humani generis constituti, & quidem tam in spiritualibus,quàm corporalibus, ut sunt, Theologia, Jurisprudentia,Medicina,Mechanicæ artes, & liberales, quæ vocantur. Hac ratione artes omnes manuariæ per septem illas ad ordinem bonum & justum reductæ sunt, bonum à malo separatum, veritas à mendacio discernitur. Dei namque voluntas est, ut malo à bono separato lumen verum in nobis fulgeat, cum post lapsum illum Adami primi per iram & astutiam dæmonis omnia subversa & turbata fuere,novusque Adamus nos tanquam Evam illam regeneratam ab omni labe separat,bonum à malo discernit, vitam & mundum novum reducit per semetipsum, & verbum suum sanctum, ne posthac corpus & spiritus unquam abinvicem separentur,sed firma permaneant in imagine Dei: Hæc enim est voluntas Dei,hocque modo nobiscum permanet in mundi usque finem. Verum mundo refractario cæcitatem illam & tenebras Judaicas proponit,qui veteris illius Adami vestigiis insistit, nec eundem per fidem in S. Baptismate morti tradit & opprimit; hæc enim sacra est operatio Spiritus Sancti,per verbum in fide,absque verbo autem nihil est,est enim ipsum Dei verbum. Qui autem verbo non credit,cum Adamo illo in mortis tenebris hæsitat, nec spem habet vitæ æternæ, non enim absque fundamento in fide persistere potest: estque Ethnicus & hæretica pravitate insignitus,qui offendit ad lapidem angularem, à D. Joanne præmonstratum. Deus namque pro immensa sua misericordia quamplurima media nobis proposuit,per quæ juxta voluntatem ejus à plurimis tentationibus & malis præservaremur, & vitare possemus spiritum maledicum & doctrinam perversam,animæ pariter ac corporis subversionem procurantem. Officium magistratus politici huc quoque accedit,per quod magistratus malorum vim & audaciam à cervicibus piorum propulsat, concordiam ac pacem procurat,fraudes ac dolos omnes propellit, & jus suum unicuique tribuit,non quidem juxta hominum affectiones & voluntatem, sed juxta justitiæ & divinæ voluntatis normam. Idem de medico, & facultate medica sentiendum,qui omnis generis morbos & infirmitates abigit,propulsat. Spiritus enim ille malignus omnis generis mala,tentationes & afflictiones humano generi immittit, ut sunt fraudes, malitia, inimicitæ, odia, mendacia, adversitates, calumniæ,inopia,persecutiones,inconstantia,& aliæ tentationum variæ species, contra fidem,charitatem & spem militantes, prout etiam in Apostolis Joanne,Petro,& Jacobo videre licet, quidum Christus Salvator captivus ex horto abduceretur, humanæ fragilitatis

litatis & inconstantiæ exemplum manifestum præbebant. Verbum igitur divinum summo studio sectandum, & animis infigendum, sacramentorumque sigillo confirmandum est, quo sub excessum nostrum ex hac vita fidem nostram obsignemus, & contra vim portarum inferorum in vitam æternam ingrediamur. Hæc vero, quæ prolixe adeo à me dicta sunt, ne tædio te afficiant, quin exemplo Tobiæ curam mundanarum opum abjicias, contentus necessario, quotidiano victu, spem omnem in Deum reclines, pauperibus eleemosynas distribuas, reliquorum omnium soli Deo cura relicta. Verum quo dictorum enodationem & intelligentiam plenius assequaris, munus hocce tibi offero, per quod dicta plenius & uberius declarabuntur tibi, & consequaris stipendium & thesaurum largissimum, quo in novitate vitæ & assiduitate studiorum ad proximi utilitatem & Divini nominis gloriam felicius progrediaris. Hic vere talis est thesaurus, (si modo Deo adjutore ejus cognitionem perceperis,) qui in nullis doctorum libris, nec ungventariorum thecis obvius habetur, absconditus præ oculis usurariorum, fœneratorum & Euclionum, nec ab ullo homine pretio ullo comparari potest, hæc enim est aqua nostra & ignis, bonis in utilitatem & emolumentum, malis vero in perniciem cedens manifestam, quandocunque mali eo abusi fuerint ad voluptates mundanas, & desidiam, non enim homines mundani ea amplectuntur, quæ magno labore quæri solent. Si igitur humilis, patiens, modestus & placido animo fueris, thesaurum hunc veræ tranquillitatis & opulentiæ assequeris, & Deo ac proximo utiliter inservire poteris. Primum autem omnium Ægyptium illum sacerdotem & Regem Hermetem, ejusque tabulam Smaragdinam tibi proponam, ei comites F. Basilii, comitis Bernhardi, scripta Theophrasti, tincturam Physicorum adjungam, si modo prius, quæ tua de hoc sit sententia, apertius declaraveris.

ADOLPHVS.

En tandem desiderii mei colophon, quem tanta aviditate & ardore hactenus expectavi: Ego vero sancte polliceor, me thesauro hoc ad utilitatem & emolumentum proximi, & divini nominis gloriam usurum, & communicaturum esse, actionesque meas omnes eum in finem instituturum, ut aliis ex usu quod fiet monstrem, nec animus meus spiritusve vitiis aut flagitiis cõtaminatus, alijs scandalo cedat, quantum quidem in hacce humanæ carnis fragilitate fieri unquam poterit.

SENIOR.

Hoc tibi persuasum habeas, etiam illum misericordiæ opera exercere commodè posse, qui mediocri opum affluentia gaudet, & quidem beneficentia ex tenui opum rivo profecta Deo impen-

cta, non autem in iis habitat, qui superbi sunt & animo elati, & qui sapientiam non quærunt, hæc enim quos diligit quærit & investigat, pios nempe & rationi obtemperantes, quæ pietas initium est sapientiæ. Hinc diversi status humani generis constituti, & quidem tam in spiritualibus, quàm corporalibus, ut sunt, Theologia, Jurisprudentia, Medicina, Mechanicæ artes, & liberales, quæ vocantur. Hac ratione artes omnes manuariæ per septem illas ad ordinem bonum & justum reductæ sunt, bonum à malo separatum, veritas à mendacio discernitur. Dei namque voluntas est, ut malo à bono separato lumen verum in nobis fulgeat, cum post lapsum illum Adami primi per iram & astutiam dæmonis omnia subversa & turbata fuere, novusque Adamus nos tanquam Evam illam regeneratam ab omni labe separat, bonum à malo discernit, vitam & mundum novum reducit per semetipsum, & verbum suum sanctum, ne posthac corpus & spiritus unquam abinvicem separentur, sed firma permaneant in imagine Dei: Hæc enim est voluntas Dei, hocque modo nobiscum permanet in mundi usque finem. Verum mundo refractario cæcitatem illam & tenebras Judaicas proponit, qui veteris illius Adami vestigiis insistit, nec eundem per fidem in S. Baptismate morti tradit & opprimit; hæc enim sacra est operatio Spiritus Sancti, per verbum in fide, absque verbo autem nihil est, est enim ipsum Dei verbum. Qui autem verbo non credit, cum Adamo illo in mortis tenebris hæsitat, nec spem habet vitæ æternæ, non enim absque fundamento in fide persistere potest: estque Ethnicus & hæretica pravitate insignitus, qui offendit ad lapidem angularem, à D. Joanne præmonstratum. Deus namque pro immensa sua misericordia quamplurima media nobis proposuit, per quæ juxta voluntatem ejus à plurimis tentationibus & malis præservaremur, & vitare possemus spiritum maledicum & doctrinam perversam, animæ pariter ac corporis subversionem procurantem. Officium magistratus politici huc quoque accedit, per quod magistratus malorum vim & audaciam à cervicibus piorum propulsat, concordiam ac pacem procurat, fraudes ac dolos omnes propellit, & jus suum unicuique tribuit, non quidem juxta hominum affectiones & voluntatem, sed juxta justitiæ & divinæ voluntatis normam. Idem de medico, & facultate medica sentiendum, qui omnis generis morbos & infirmitates abigit, propulsat. Spiritus enim ille malignus omnis generis mala, tentationes & afflictiones humano generi immittit, ut sunt fraudes, malitia, inimicitæ, odia, mendacia, adversitates, calumniæ, inopia, persecutiones, inconstantia, & aliæ tentationum variæ species, contra fidem, charitatem & spem militantes, prout etiam in Apostolis Joanne, Petro, & Jacobo videre licet, quidum Christus Salvator captivus ex horto abduceretur, humanæ fragi-

litatis

litatis & inconstantiæ exemplum manifestum præbebant. Verbum igitur divinum summo studio sectandum, & animis infigendum, sacramentorumque sigillo confirmandum est, quo sub excessum nostrum ex hac vita fidem nostram obsignemus, & contra vim portarum inferorum in vitam æternam ingrediamur. Hæc vero, quæ prolixe adeo à me dicta sunt, ne tædio te afficiant, quin exemplo Tobiæ curam mundanarum opum abjicias, contentus necessario quotidiano victu, spem omnem in Deum reclines, pauperibus eleemosynas distribuas, reliquorum omnium soli Deo cura relicta. Verum quo dictorum enodationem & intelligentiam plenius assequaris, munus hocce tibi offero, per quod dicta plenius & uberius declarabuntur tibi, & consequaris stipendium & thesaurum largissimum, quo in novitate vitæ & assiduitate studiorum ad proximi utilitatem & Divini nominis gloriam felicius progrediaris. Hic vere talis est thesaurus, (si modo Deo adjutore ejus cognitionem perceperis,) qui in nullis doctorum libris, nec ungventariorum thecis obvius habetur, absconditus præ oculis usurariorum, fœneratorum & Euclionum, nec ab ullo homine pretio ullo comparari potest, hæc enim est aqua nostra & ignis, bonis in utilitatem & emolumentum, malis vero in perniciem cedens manifestam, quandocunque mali eo abusi fuerint ad voluptates mundanas, & desidiam, non enim homines mundani ea amplectuntur, quæ magno labore quæri solent. Si igitur humilis, patiens, modestus & placido animo fueris, thesaurum hunc veræ tranquillitatis & opulentiæ assequeris, & Deo ac proximo utiliter inservire poteris. Primum autem omnium Ægyptium illum sacerdotem & Regem Hermetem, ejusque tabulam Smaragdinam tibi proponam, ei comites F. Basilii, comitis Bernhardi, scripta Theophrasti, tincturam Physicorum adjungam, si modo prius, quæ tua de hoc sit sententia, apertius declaraveris.

ADOLPHVS.

En tandem desiderii mei colophon, quem tanta aviditate & ardore hactenus expectavi: Ego vero sancte polliceor, me thesauro hoc ad utilitatem & emolumentum proximi, & divini nominis gloriam usurum, & communicaturum esse, actionesque meas omnes eum in finem instituturum, ut aliis ex usu quod fiet monstrem, nec animus meus spirituve vitiis aut flagitiis cõtaminatus, alijs scandalo cedat, quantum quidem in hacce humanæ carnis fragilitate fieri unquam poterit.

SENIOR.

Hoc tibi persuasum habeas, etiam illum misericordiæ opera exercere commodè posse, qui mediocri opum affluentia gaudet, & quidem beneficentia ex tenui opum rivo profecta Deo impen-

sius probatur. Verum enimvero cum animi tui candorem satis perspexisse mihi videar, sub finem nostri hujus colloquii mysterium hoc Parabolarum tegumento involutum tibi trado. Tuum verò erit, lectioni prædictorum, cæterorumque qui hujus mysterii arcana reserarunt, attentiori studio invigilare, præsentem verò commentatiunculam in tui usum à me conscriptam maximopere observes, cæterorum curam Deo Opt Max. committe.

ADOLPHUS.

Equidem, venerande senex pro munere adeo pretioso & institutione quam hactenus ex te percepi, fideli, gratias habeo tibi immensas, & quantas animo concipere possum, sancte interim promittens, me diligenti lectione in succum sangvineum tradita conversurum: Dei verò opem ardentibus votis implorabo, & vitæ actiones omnes ita instituam, ut virtutũ exemplum aliis præbeam, omnia verò studia mea, & operam tuis commodis dico, consecro, offero.

SENIOR.

Utinam verò hæc omnia Dei benignitate adjuvante ita fiant: Quod si verò Deus Opt. Max. hujus mysterii cognitionem tibi largitus fuerit, gratus esto, soli Deo laudem & gloriam referens, juxta dictum illud Jeremiæ 9. Sapiens non glorietur in sapientia sua, nec fortis in fortitudine, nec dives divitiis suis fidat: qui verò gloriatur, in hoc solo glorietur, quod cognovit, quod ego sum Dominus, misericos, & justus, inquit Dominus DEUS tuus,

AMEN.

Finis primæ partis.

PARS

PARS ALTERA

AURELIAE OCCULTAE PHILOSOPHORVM.

FN cœlum terramque humeris meis porto, eaque fundamentaliter & exactè observo, ac perserutor, primum quidem prudens, post simplex existens, donec mercedem debitam reporto.

ARs hæc & mysterium nulli remotis adeo repagulis & apertius traditur, quàm in parabolis, quæ quidem exactè considerandæ, & trutinandæ sunt, præterquam quod etiam aliorũ Philosophorum libri & commentationes sunt cognoscendæ. Ad hanc

autem noſtram artem penitus aſſequendam labor & ſtudium exiguum, ſumptus, & inſtrumenta pauça & exigua requiruntur, poteſt enim ars hæc vel horis duodecim addiſci, & octidui ſpatio in opus ac effectum deduci, cum proprium in ſe principium habeat, licet in aliis artibus vel ſex ſeptemve annorum curriculum requiratur, quo illæ effectum conſequantur. Nonnulli tamen vel triginta, vel quadraginta annorum ſpatia magnis ſumptibus confecerunt, finem hujus magiſterij nunquam aſſequuti: Artifices autem quibus finis cognitus & perſpectus eſt, abſcondere & tegere ſumma ope hoc artificium conantur, quod quidem mundi hujus aſſeclæ mirari ſolent. Verùm hæc omnia in Dei miſericordia poſita ſunt, & ad opus hoc noſtrum tantummodo Azoth & ignis requiritur, quod nihil aliud eſt, quàm lavare, coquere, ſolvere, putrificare, coagulare & fixare: hæcque omnia à paupere pariter ac egeno, & divite præſtari poſſunt, nec etiam opus eſt, ut memoriæ conſervandæ cauſa literis hoc artificium tradatur, ſed vel ipſa viva vocis traditione cognoſci poſſunt. Ego verò planius & dilucidius hæcce tibi declarare nequeo, ob vim quorundam injuſtam, ſed hoc ſaltem dico & præcipio: ad hoc artificium adhibe aquam lunarem, ſive aquam argenti in qua radii ſolis conjuncti ſunt: Hæcque operatio verè mulieribus, ut veteres dicebant, convenit, licet tot ac tanta volumina de ea à variis conſcripta habeantur, tantusque numerus plebejorum juxta ac magnatum magnis ſumptibus & laboribus inveſtigent, vano ſcilicet & fruſtraneo labore, natura enim repagulum intus obduxit. Poſt hæc parabolæ quædam cum tabula ſmaragdina Hermetis Philoſophi præſtantiſſimi, tibi ad majorem & pleniorem cognitionem proponuntur.

VERBA HERMETIS IN Pœmandro.

Hermetis Triſmegiſti Pœmander.

CUm aliquando cogitarem circa entia, & elevata mente, valde ſopitis mei corporis ſenſibus, veluti qui ſomno ſunt gravati ex cibi ſatietate, vel corporis labore, viſus ſum videre quendam permagnum menſura indefinita, vocare meum nomen, & mihi dicere. Quid vis audire & inſpicere? Et quid mente concipiens, diſcere & cognoſcere? Ajo ego, tu verò quis es? Ego equidem, inquit, ſum Pœmander, Mens ejus qui dominus eſt. Novi quid velis. Et tecum ſum ubique. Dico ego, diſcere volo entia, & intelligere eorum naturam, & cognoſcere Deum. Quomodo? Dixi, audire volo. Inquit, me rurſus habe mente tua, quæcunque vis diſcere, ego te docebo. Cum hoc dixiſſet, mutatus eſt forma. Et illico cuncta mihi aperta ſunt momento.

TABULA

TABULA SMARAGDINA HERMETIS.

VERBA SECRETORVM Hermetis.

VErum hoc est, & ab omni mendaciorum involucro remotum, quodcunque inferius est, simile est ejus quod est superius, per hoc acquiruntur & perficiuntur mirabilia operis, unius rei. Quemadmodum etiam omnia ex uno fiunt, per considerationem unius. ita omnia ex uno hoc facta sunt per conjunctionem. Pater ejus sol

est, mater luna, ventus in utero gestavit, nutrix ejus est terra, mater omnis perfectionis Potentia ejus peefecta est. Si mutatur in terram, terram ab igne separato, subtile & tenue à grosso, & crasso, & quidem prudenter cum modestia & sapientia. In cœlum hoc à terra ascendit, & à cœlo rursus in terram descendit, & potentiam ac efficaciam superiorum & inferiorum recipit. Hoc modo acquires gloriam totius mundi: Propulsabis igitur tenebras omnes & cæcitatem, hæc enim fortitudo omni alii fortitudini & potentiæ palmam præripiens: omnia namque subtilia & crassa duraque penetrare ac subigere potest. Hoc modo mundus hic conditus est, & hinc conjunctiones ejus mirabiles, & effectus mi-

randi, cum hæc via sit, per quam hæc mira efficiantur, & propter hæc Hermetis Trismegisti nomine me appellarunt, cum habeam partes tres sapientiæ & Philosophiæ universi mundi, consummatū est verbum meum, quod dixi de opere solari.

Hoc dictum palmarium est & omnibus aliis de hac materia prolatis palmam præripiens, totius artis mysteria in sese continens, prout etiam Theophrastus de hac arte sequentia tradidit. Summa dictorum in hoc consistit, recipe lunam è firmamento, mutato eam superiori loco in aquam, & in terram conjicito, & tunc miraculum toto orbi admirandum perpetrabis. Si verò operationem ad finem perduxeris, & è principatu in terram cribratam conjeceris, quæ in arte nostra terræ lutosæ cōparatur, purga & libera ab ea illam, tunc enim longe splendidiore radio fulgebit. Si verò subtristem, & mutatam eam videris, in balneo venustatis eam lavato, & vestimento fulgoris permanentis, & terra cruda qua mirificè gaudet, orna, & in eo vestitu permaneat ad tempus ipsi congruum, tunc enim perpetuò in eo permaneat, quo etiam juxta libitum ei vincula injicere possis. Hoc est mysterium universæ Lunæ, quod si assecutus fueris, omnia arcana artis tibi revelabuntur.

SYMBOLVM F. BASILII *Valentini.*

LApis est minimè omnium precios us, ex quo ignis fugitivus extrahitur, ex hoc autem igne lapis ipse est constructus, colore candido & rubro, nec tamen lapis est. In hoc lapide natura operatur & fontem limpidum producit qui patrem suum fixatum aquis suffocat, & absorbet, donec anima ei tandem reddatur, & mater fugitiva in regno similis fiat. Hic etiam lapis potentiam, ac vires magnas acquirit, solem ætate præcedit, materie fugitiva per Vulcanum præparata, & patre per spiritum progenito. Anima pariter, corpus ac spiritus in duobus consistunt, ex quibus omnia: ex uno hæc, & unum est, fixum & fugitivum conjungens. Hæc duo sunt, & tria, & unum, quod si horum cognitio te lateat, artis effectu frustrabere. Adamus in balneo sistitur, in quo Venus similem sibi reperit, hoc verò balneum ab antiquo illo Dracone, cum vires ac potentiam suam amiserat, præparatum fuit. Hoc verò nihil est aliud, inquit Philosophus, quàm duplex Mercurius. In hoc nomen ejus latet, quod omni diligentia, & assiduo labore quærendum.

EXITUS ACTA PROBAT.

SYMBO-

SYMBOLUM NOVUM.

DEa ſum, venuſtate & claritate generis inſignis, nata ex æquore noſtro proprio, terram univerſam ambiente, & ſemper mobili, ex uberibus meis lac & ſanguinem profundo, hæc duo coque, donec in aurum & argentum convertantur : Omnibus autem aliis longè antecellens, poſſeſſori mercedem largam refero.

O Fundamentum præſtantiſſimum, ex quo omnia in hiſce terris prognata ſunt, venenum licet ſis primo aſpectu, aquilæ fugitivæ nomine ornatum! Prima materia, & benedictionis divinæ ſemen, candidum & rubrum, in cujus corpore ſiccitas & pluviæ latent, quæ tamen impiis abſcondita ſunt, propter ornatum & veſtem virginalem, in toto terrarum orbe diſperſum. Parentes tui ſunt Sol & Luna, in te operantur etiam aqua & vinum, aurum pariter & argentum in terra, ut lætetur homo mortalis. Hoc modo Deus ter Opt. Max. benedictionem ſuam & ſapientiam cum imbre & ſolis radiis largitur, ad laudem nominis ſui ſempiternam. Verum, ô homo hîc adverte, quænam Deus per hoc tibi largiatur. Excrucia aquilam, donec lachrymas effundat, & Leo debilitetur, ac mortem lachrymando oppetat. Hujus ſanguis theſaurus eſt terrenus, cum lachrymis aquilæ conjunctus. Hæc vero animalia invicem deglutire & occidere, mutuoque amore

ſeſe

ſeſe proſequi ſolent, & proprietatem ac naturam Salamandræ induunt. Si verò in igne illæſus permanſerit, ſummas ægritudines hominum, beſtiarum & metallorum abſumit.

POſtquam verò antiqui illi Philoſophi ſignum hoc cognoverunt, in hoc myſterio, centrum arboris mediæ in Paradiſo terreſtri ſummo ſtudio indagarunt, per portas quinque litigioſas intrantes. Prima harum fuit, cognitio veræ materiæ, in hac enim prima & atrox pugna oritur, ſecunda eſt præparatio, juxta quam materia præparanda eſt, ut favillas aquilæ & leonis ſangvinem invenirent, ſub hanc portã acris pugna exoritur, acquiritur enim aqua & ſanguis & corpus ſpirituale lucidum, tertia porta ignis eſt, ad maturitatem conducens, quarta multiplicatio & augmentatio, in hac pondus neceſſario requiritur, quinta & ultima porta eſt, projectio in metallum. Glorioſus autem, prædives & ſublimis ille eſt, qui quartam portam occupat, univerſalem enim medicinam omnium morborum acquirit, hæc eſt character ille magnus libri naturæ, ex quo Alphabetum totum oritur: Quinta vero metallis ſolum inſervit. Hoc myſterium ab ipſis mundi incunabulis & Adami creatione exiſtens, omnium antiquiſſimum eſt, & ſcientia à Deo Optim. Max. naturæ per verbum inſpiratum, potentia mirabilis,

bilis, & ignis vitæ benedictus, carbunculus pellucidus, aurum rubrum, & benedictio hujus vitæ divina, verum propter hominum malitiam hoc naturæ mysterium paucis datur, licet toti mundo præ oculis quotidie versetur, & vivat, ut ex sequenti parabola patet.

MATERIA PRIMA.

DRaco ego sum venenatus, ubique præsens, & minimo pretio comparandus, illud super quo aquiesco, & quod supra me requiescit, in me ipso deprehendet qui rite investigaverit. Aqua mea & ignis destruunt, & componunt, ex corpore meo viridem & rubrum leonem extrahes; quod si me exacte non noveris, sensus quinque igne meo absumis. Venenum præcox è naribus meis egreditur, quod quamplurimis exitium attulit. Crassum itaque à subtili artificiosè separato, nisi extrema paupertate gaudeas. Vires masculorum pariter ac fœminarum, quin & cœlorum ac terræ tibi largior, Animose vero & magnanimiter artis meæ mysteria tractanda sunt, si modo vim ignis me superare desideras, in quo negotio quam plurimi & rei & laborum jacturâ fecere. Ovum ego sum naturæ sapientibus solis notum, qui pii & modesti microcosmum ex me progenerant, hominibus quidem à Deo Opt. Max. præparatum, licet paucissimis (quam plurimis etsi frustra desiderantibus) datum: ut pauperibus ex thesauro meo benefaciant,

nec

nec animum auro perituro addicant. Mercurii nomine à Philosophis dicor, maritus meus aurum est, (Philosophicum) Draco antiquus, ubique terrarum præsens sum, pater materque, juvenis ac senex, fortissimum & debile, mors & refectio, visibilis & invisibilis, durum, molle, in terram descendens, & ad cœlum adscendens, summum & infimum, levissimum & gravissimum; in me naturæ ordo sæpe invertitur, in colore, numero, pondere, & mensura naturale lumen continens, obscurus & lucidus, ex cœlo & terra progrediens, notus & nihil omnino existens, colores omnes in me elucent, & metalla omnia per solis radios: Carbunculus solaris, terra nobilissima clarificata, per quam cuprum, ferrum, stannum, plumbumve in aurum transmutare poteris.

OPERATIO PHILOSOPHICI
Mysterii.

SEnex ego debilis & infirmus, cognomine Draco, caveæ inclusus eam ob causam sum, ut regia corona redimar, & familiam meam divitiis locupletem, servus fugitivus nunc primum exi-

tens;

ſtens, poſt hæc vero omnes regni theſauros poſſidebimus, gladius igneus magnis tormentis me afficit, mors autem carnem & oſſa mea infringit, donec tranſeant ſeptimanæ ſex, utinam vero inimicos ſuperare queam! Anima mea & ſpiritus meus me derelinquunt, venenum atrox, corvo nigro aſſimilor, hæc enim malitiæ merces, in pulvere & terra cubo, utinam vero ex tribus unum fieret, ne vero ô anima & ſpiritus me derelinquas, ut diei lucem rurſus intuear, & ex me heros ille pacis, quem univerſus orbis aſpiciat, exoriatur: In corpore meo ſulphur, ſal & Mercurius reperiuntur, hæc vero rite ſublimentur, diſtillentur, ſeparentur, putrificentur, coagulentur, fixentur, coquantur & laventur, ut feces ac ſordes detergantur.

FIGVRA SECVNDA.

QUod ſi vero colores quamplures abigantur, & heros ille rubeus appareat, hic enim eſt filius ille præpotens, minimus, parem in totius mundi ambitu non habens, & viribus, ac efficacia ſolis lunæque præditus, omnium victor, aurum rubrum, cujus notitiam magnopere comparabis, ſi tamen per ignem ſepties purgatum fuerit, poſt hæc in turbam hominum & plebem producas, quæ honori, & gloriæ ipſius invidet, ſed attende ſequentia.

FIGVRA TERTIA.

VIri decem Heroem hunc ad terram proſternentes, vita exuunt, quod tamen flagitium illis remittit & condonat, cum poſt hæc in vitam hanc redivivus, ſempiterna vita gaudet, per hunc major pars mortis ejus reviviſcunt, qui ſubſtantiæ ejus communi-

cant,

cant, urbs tamen undique obsidione cingitur, quò & hi pâtiantur & morianturvel primo mox intuitu perditi. Tenebris autem Lunæ & Solis ingruentibus pastor hic occumbit, non tamen separari & dividi potest, cum terræ primæ similis non sit, hostes autem ejus morte pariter cum eo occumbent, si modo gloriæ & honoris participes fieri velint. Mera autem ex gratia Iris apparet, cum Rex hisfaveat, & tunc laudes& encomia hujus decantanda.

FIGVRA QVARTA.

JAm demum& inimici Regis torquentur, & malitiam suã agnoscentes occumbunt omnes pariter,quin & secundo rei declarantur, & urbs eorum ab hostibus & igni obsidetur, prius quidem spiritualiter, nunc vero & corporaliter, parique exitio cum priore omnes succumbunt.

Verum heros hic tanquam Rex verus auxilium illis fert & assistit, cum jam unum tantum ii sint, & in nihilum fere redacti, propter Eclipsin illam solis, ex qua corvi nigerrimi provolantes carnem eorum omnem absumunt, & anima ac spiritu illæsis, juxta putridam cârnem eorum versantur. Rex veto à putredine im mundus est, & ob id anima, spiritus & corpus conjunguntur, ut ipse in iis, iique vicissim in ipso habitent. Fixum autem alterum illud fixum pariter reddit, ut ex eo proles nova nascatur. Verum ulterius animadverte: Colores iridis ostendunt eos veste candida nuptiali dignos esse: Qnod si amicabiliter illum complexi fuerint, vestitum purpureum & aureum consequentur, & sabbatho requiescent, in quo creatori suo honorem debitum exhibebunt.

Jam

Jam quidem Luna obediens prodit, die ſolis illuceſcente, & amica illa dilecta (Argentum) niveo veſtitu amicta prodit. Tu vero reliqua lætus percipe.

FIGVRA QVINTA.

JAm demum è ſepulchro redivivus prodeo, & fratribus meis appareo, ſponſo meo me amplectente, quo etiam fratrem meū debilem adhuc & imbecillem tingendo, conſtantem & ſpiritualem candidumque reddam, quin & vim & potentiam Regis revelem, qui victor me propediem ſubſecuturus, Soli nos ſimiles reddet, quoniam in me reſurrexit, aſſimilor autem mari cryſtallino fixo, & malitiam, imperfectionemque fratrum meorum amarè deploro, per quam à me recedentes, lapidibus & pulveri terreno conjuncti, vim omnem amittunt, terrenis inhiantes, & cœleſtia negligentes, ſine remiſſione enim ulla lachrymas profundo, ex quibus benedictio promanat, nec vanitati & impudentiæ ſtudium addico, prout ſoror mea Venus, hisce intenta, ſemper laſcivit. Verum & illa veſtitum meum conſequi poterit, quem quinque diſtribuere debebam, ſi modo vivere mecum ſuſtinent. Frater autem meus, ſceleratus ille Mars, fraudulentus, poſthabitis lachrymis & lamentationibus meis quamplurimos proſternit, & perimit innocentes, & ira radiante inflammatus, ſapientiam, modeſtiam & pacem omnino aſpernatur. Idem animus etiam fratri Sarurno eſt, qui melancholica paſſione obrutus, avaritia, plurimorum ſalutem obvertit, hinc facies ejns ſubtriſtis. Jupiter vero clemens, coronæ regiæ adpropinquat, ſeverus, ſubtimidus,

& sæpiusçule inconstantiæ passionibus subjacens : prout maxima pars hominum iisdem subjacet, licet omnes tandem in unum cõgregandi & conjungendi sint homines. Mercurius vero frater meus junior, senex quamvis, prudentia, concordiæ vinculum pariter abrumpit, lacrymat, ridetque affatim, cum salamandræ similem sese esse videt, mercenarius est, & mirabilium operum patrator : similis ei per universum terrarum orbem discurrens, bonorum juxta ac malorum consortio gaudet, & oritur. Si vero constantiam meam imitarentur, & Rex ille cœlestis summa nobis bona largiretur. Sol autem plulvijs delectatur, & post pluvias opes magnas & divitias largitur, quemadmodum patersamilias uxorem ardenti armore prosequitur, rixarum & contentionum discordia penitus inter eos sublata. Ita etiam argentum tingam, Rege meo in aurum figente.

FIGVRA

FIGVRA SEXTA.

HOstes inimicosque meos universos insigni nunc claritate fulgens, devici. Ex uno multi, & ex multis unum, prosapia celebri oriundus, è minimo ad summum ascendo: vis omnium insima in orbe terrarum cum suprema unitur. Unum ego sum, & multi in me, & per decem multiplicatus, tot enim vicibus amicos illos meos sex emendo, si modo in fusione promptum obsequiū præstiterint, exemplo amicæ meæ Lunæ. Sex mihi sunt vestes nuptiales. & coronæ aureæ sex, quarum singulæ singulis dabuntur, ut Regibus similes mecum regnent, aliis, qui me, amoremque meum aspernati fuerant, dominantes. Per ignem enim revelabuntur, quod è terra ascendere satagunt, si nimirum læti, candidi, sangvinei, purpureique fuerint, divitias magnas largientes. Quemadmodum è Deo omnia, summa & infima, principium & finis. Ipse enim est A. & O. ubique præsens. Philosophi nomine Azoth me ornarunt, Latinis A. & Z. Græcis α & ω Hebræis א ת Alephi & Thau, quæ nomina summam reddunt. In ignem conjectus tan-

A... { Z, ω, ת } quam Ira, aquam opptimo, sex vero metalla reliqua summa laude nomen meum celebrant, quoniam in regnum solis ea introduco, hinc univetsale vocitant, cum in purissimū aurū ea transmuto, quod quidē aurum ex aqua, igne, aere, terra venenove damnum nullum unquam sentiet. Quin & morbis hominū remedium præbeo, thesaurus verè regius sum, piis solum donatus. Si vero Deus ter Opt. Max. hujus thesauri cogni-

cognitionem tibi donaverit, modesto animotecumvive, ne improborum consortio gaudens, periculum maximum & afflictionem incurras. Solent enim quam plurimi sub specioso amici titulo, saluti ac incolumitati tuæ insidias struere: Revelatio autem soli Deo debetur.

OPVS VNIVERSVM Philosophorum.

SEnex ille primum est principium per hermeticam artem revelatus, sulphur est, Sal, Mercurius, inferius sicut superius, astrum Solis, coloribus abundans, ignis, aer, aqua & terra ex prosapia Dianæ & Apollinis prognatus, virilis ignem & aerem, fœmineus terram & aquam denotat, pondere gravis & levis, stabilis, constans, & fugitivus. Exue hunc veste terrena, & nudum præpara, balneo calido include, calore vaporum diebus noctibusque coquito, donec stella septemplex appareat, per sphæram circumcursitando, & in aqua suffocetur. Corvus niger prima avis circa cadavera circumvolitat, donec columba alba progredrtur, eam subsequente ave rubra. Spiritualiter igitur corvum primum extingve, ut colores omnes emergant, monoceros vero requiescit, Luna corporali existente, viam Regi præparat, argentum candidum emergit. Rex hoc subsequitur, ruber, solitarius adhuc, sed purissimus, quod si eundem cum matre ipsius per omnia regna deduxeris, pretium ejus in decuplum multiplicabitur, & fratribus suis divitias commodaque infinita præstabit.

Felix, terque quaterque beatus qui hujus artis plenariam cognitionem est assecutus.

DECLA-

DECLARATIO ET EXPLICATIO ADOLPHI.



POstquam Ego Adolphus ex cõsuetudine pariter, & animi cupiditate iter Romam versus instituera m, nt artium secreta penitius indagare possem, nocte quadam diversorio excluſus, virium imbecillitate coactus, & somno aggravatus, cum per totam diem tempestatum imbribus debilitatus maxime fuissem, specum quandam subterraneam ingressus sum, quarum quidem Romæ magnus numerus, oratione itaque ad Deum opt. Max. fusa, auxilium ejus imploraus, jejunus & somnolentus obdormii. Ob loci in-

commoditatem media nocte expergefactus, ſpecus, diverſorii mei, incommoda conſiderans, mirabilia opera Dei Opt. Max. animo volvens, afflictionesque ac ærumnas humanas, attentius examinans, tandem etiam ſecreta illa & opus philoſophicum exa-

ctiori lance trutinans, ſtrepitum quendam in ſpecu mihi exaudire videbar, qui tamen eodem fere momento conticeſcebat, hinc magnus metus animum meum invaſit, & anxius hærebam, num dæmonum præſtigiæ, aut hominum latrunculorum inſidiæ eſſent, Dei itaque opem implorans, tandem exiguam lucem procul à me in abditis ſpecus video, quæ ſenſim aucta propius ad me accedebat, Ego vero viribus deſtitutus hæſitans tandem videbam virum quendam pellucidum, tanquam aereum, corona regia, ſtellis undique exornata, redimitum, dum vero attentius inſpicio, omnia interiora ejus conſpiciebam, cerebrum quidem tanquam aquam cryſtallinam, ſemper ſeſe moventem inſtar nubis, & cor tanquam carbunculum, rubens, præter hæc videbam alia ejus inteſtina, pulmonem, jecur, ventriculum & veſicam, quæ omnia pura & pellucida erant inſtar vitri, nec tamen fel, lien cæterave inteſtina apparebant, ejus vero claritatem ac puritatem verbis declarare non poſſum, & tanquam inſomnio preſſus tandem exclamo,

mo, Libera me, ô Domine Deus, ab omni malo. Vir autem ille ad me accedens inquit, Adolphe, sequere me, monstrabo tibi ea, quæ præparata tibi sunt, ut è tenebris in lucem transmeare possis. Ego, inquam, quisnam sies, ignoro, spiritus Domini cœli ac terrarum me regat: ille vero, sequere me, ait, cum enim & me & dominum meum diligas, reciproco amore à me redamaris, tu vero æternum illum Dominum summa laude celebrabis. Hisce dictis, tandem in interiora specus ingressus, omnia illa attentius considerans, video in corona illius stellam præfulgidam rubram, cujus radii totum corpus meum, & præcordia penetrabant, vestis ejus erat linea, candida, floribus versicoloribus aspersa, colore viridi interius præfulgente, præter hæc ex corde ejus ad cerebrum & vice versa vapor quidam semper mobilis ascendebat. Tandem vero manu parietem fragore magno concutit, & oculis meis sese subducit, hinc rursus magnę tenebræ, & solicitudo metusque animum meū occupant, exoriente verò sole, accenso cereo interiora specus perscrutando parietem concussum video, arcam plumbeam reperio, quam cùm reserassem, librum video in cuius foliis fagineis figura parabolica de veteri Adamo annotata erat, ego verò diurna nocturnaque versabam hanc manu, donec tandem per unicam vocem arcanum illud mihi revelaretur, ex quo mirabilia multa penitus cognovi. In Meridiem perspiciebam, in qua calidi illi Leones, & in loca Polis subdita in Septentrione in quibus ursi vagantur, summa vero laude nomen domini decantabam, & cognoscebam mysterium obsignati illius libri naturæ, quod arcanum etiam prout antea additum fuerat hoc loco apponam.

SYMBOLVM SATVRNI.

ADamus senectute confectus, cum conjuge legem prævaricatus, maledictionis sententiam in sese derivarat, metu igitur ambo consternati, fugam capessentes, in veprem se abdiderunt, & pudore ac verecundia ob nuditatem corporum moti, extremam quoque mortem obiissent, nisi Dei Opt. Max. creatoris misericordia, in pristinum perfectionis statum futurum reducti fuissent, liberos enim imperfectos generabant, antequam renovarentur. Verum cum horti illius possessione semetipsos indignos reddidissent, & toti alias orbi revelandi essent, radio ignito ex horto illo delitiarum ejecti fuerunt. Quamvis vero hortus ille delitiis & amœnitate abundaret, Adamus nihilominus cum conjuge multis parasangis illum excedebat. Cum vero ex eo ejicerentur, Eva muliebri inconstantia mota prior abscedebat, Adamo, viro constante & magnanimo cedere nolente, donec tandem post plagas sex acceptas, cederet loco. Eva vero è singulis plagis dimanantem sanguinem ejus recipiebat, & custodiebat, eumque pari

vi magnetica è horto extrahebat, defessus namque vires pristinas recuperare nequibat, donec ambo in eodem balneo loti, unctiq; ob mutuum amorem simul mortem oppeterent, rursus tamen in

unum resurgerent, & post mortem filium supremæ essentiæ progenerarent. Filius vero ille pariter mortem oppetens, revixit, ut omnia penetraret, & multiplicandus venit per decem, fratres enim imperfecti & debiles, cum oppugnant, nisi enim hoc fieret, labor omnis inanis & frustraneus esset: posthæc vero omnes pariter cum eo morte occumbunt, resurgentes tandem & regnantes una cum eo, fulgentes & radiantes tanquam Sol terrarum. Voluntas enim eorum Regi obediens, hinc divitias sempiternas adepti, decies, centies, & millies numerabantur. Soli Deo, à quo sapientia omnis, honor & gloria.

Amen in Mercurio qui pedibus licet carens decurrit, aqua manus non tingens, & metallice universaliter operatur.

FINIS.

ADMO-

ADMODUM REVERENDO ET NOBILISSIMO DN. WOLFGANGO AB HEUSSENSTAM: CATHEDRALIS Ecclesiæ Moguntinæ Canonico: & Nobilis Capituli Divi Albani ibidem Decano dignissimo: Patrono suo gratioso.

NOn omnis veluti nobis fert omnia tellus;
Sed quævis proprio munera terra viget:
Sic homines etiam non omnia possumus omnes
Sed quivis propriis dotibus auctus ovat.
Huic, Superûm nutu, Fortuna arridet amica:
Corporis hic, Animi possidet alter opes.
Rarus homo in terris, cui præstent omnia Divi;
Quem cumulent unum plæraque, rarus homo.
Qualis es, Aonidum decus, HEUSSENSTAME, *sororum.*
Quem mentis, sortis, corporis, ornat honos.
Qui, licet antiquo Proavûm sis stemmate cretus,
Mente tamen superas nobiliore genus.
In te certat enim virtus Heroica, linguæ
Gratia, & Ingenii, judiciiq; lepos.
Hunc felix cœlo Moguntia tollit honorem,
Quæq; augusta tuos Austria jactat avos.
Tempus erit, nomenq; tuum, laudesq; canendi,
Condo quod, historiæ, mî modò surgat opus.
Interea læto præsentes suscipe vultu,
Quas tibi, ne pereant, offero relliquias.

Hieronymus Megiserus, P. Co. Cæsarius, & Serenis. Austriæ Archidd. Historiographus.

VITA
ARNALDI DE VILA NOVA.

ARnaldus Villanovanus, Philosophus insignis & Medicus excellens, & si cultus literarum accessisset humaniorum, etiam antiquis conferendus: fuit natione Gallus, ut testatur Symphorianus Campegius. Natus est enim in Provincia Narbonensi, in oppido quodam, appellato Villa Nova, circa annum Christi 1300. eo ferè tempore, quo Petrus Aponensis, dictus Conciliator, & Raymundus Lullius claruerunt. Reliquit multa opera in Theologia & Philosophia, plura autem in arte Medica. In Alchimia tantus fuit Artifex, ut Raymundi Lullii in ea arte Magister exstiterit, & laminas quoque fecerit aureas, non cedentes perfectissimo auro. Secreta enim naturæ adeò rimatus est, ut altiùs post ipsius ætatem fetè nemo penetraverit. Vnde à Rege Siciliæ Friderico in magno habitus est honore: à quo, cum ad Rom. Pontificem sanandum esset missus, in eo tandem itinere diem obiit, & Genuæ fuit sepultus. Opera Arnaldi Chimica, quæ ad nostram ætatem pervenêre, hæc ferè sunt: Rosarius Philosophorum: Lumen novum: Flos Florum: & Speculum Alchimiæ: quorum hoc postremum nunquam antè in lucem fuit editum.

SPECU-

SPECULUM ALCHYMIÆ,

ARNOLDI DE VILLA NOVA.

VT ad perfectam ſcientiam pervenire poſſimus, primùm oportet ſcire, quod tres Lapides, & tres Sales ſunt è quibus totum noſtrum conſiſtit magiſterium, videlicet miñeralis, plantalis & animalis. Sunt item tres aquæ, ſcilicet: Mercurij, Solis & Lunæ, & Mercurius eſt minera, Luna planta: quia non recipit niſi duas virtutes, nimirum albedinem & conſtrictionē; Et Sol eſt animal, quia recipit tria, ſcilicet, albedinem, conſtrictionem & rubedinem. Quapropter Sol vocatur animal magnum: & Sal & argentum fit de eo: & Luna vocatur planta, & Sal alchali fit de ea: & Mercurius vocatur lapis mineralis, & fit Sal minerale de eo: id eſt, Sal commune. Scias igitur, chariſſime Fili, quod iſta ſcientia nihil aliud eſt, quàm perfecta inſpiratio Dei: quia totum magiſterium ex una ſola re conſiſtit: & ita tibi oſtendemus per dicta Philoſophorum: Et ſimiliter, ſecundùm quod nos vidimus & tetigimus cum magnis laboribus, & cum magna induſtria, illam ſolā rem cognovimus perfectam eſſe, ad album & ad rubeum. Et nullam aliam rem invenire potuimus, ubi conſiſteret perfectio, quantum ad veram transmutationem corporum, vel perfectam præparationem, & quam non contingeret ex toto corrumpi & denigrari penitus. Sed illam ſolam perfectam invenimus, quæ poſtquam per noſtrum magiſterium eſt ad veram fuſionem deducta: omnia quæ tangit, ducit ad veriſſimum cōplementum, ſine aliqua diminutione, ſecundum quod materia fuit præparata; quia quando perfecta eſt ad album, adhuc non eſt completa, quantum ad veram perfectionem. Ducit tamen omnia, quæ tangit, in complemento Lunari: ſed quia Luna non eſt omninò perfecta, in omni judicio, dicimus, quod medicina quando præparata eſt ad album, non eſt perfecta in veriſſimo complemento: ſed quando præparata eſt ad rubeum, tunc ipſam dicimus eſſe perfectam in omni judicio: & non diverſificantur alba medicina, & medicina rubea, niſi quod hujus generis medicinæ præparationi nō adueniens fit additamentum ſulphuris noſtri, per modum figentem, & calcinantem cum aſtutiæ induſtria: & cum multa reiteratione adminiſtranti perfectè, atq; per modū ſolutionis multiplicem, quouſque munda fiat. Et ſcias, quod iſta adminiſtratio per ſublimationem perficitur: ut in hoc libro noſtro ſatis apertè monſtrabimus. Et quia multi ſunt deceptores, per univerſum mundum euntes, decipientes homines: quia & ipſi imaginibus ſuis ſunt decepti: & ideo, ut tales noſcantur, hanc

ſcientiam

ſcientiam noſtram aptè & clarè omnibus intelligentibus facere volumus.

Unde, qui non habent ingenium naturale, & animam perſcrutantem ſubtiliter, & principia naturalia, & naturæ fundamenta & artificia: quæ conſequi naturam poſſunt in ſuæ actionis proprietatibus: non invenient hujus pretioſæ ſcientiæ radicem veram. Quapropter invenimus multos habere animam facilem opinantem phantaſiam quamlibet; & quando verum inveniſſe credunt, eſt totum phantaſticum, & à principiis naturalibus ſemotum. Sed vide, quid dicat Magiſtrorum Magiſter: *Eſt lapis unus, medicina una, in qua totum magiſterium conſiſtit, cui non addimus rem extraneam aliquam, nec minuimus: niſi quia in praparatione ſuperflua removemus. Sapientes autem multa nominaverunt: ut vos, qui non eſtis de filiis philoſophorum non intelligatis, quod ſit res una: imò ex diverſis rebus conficiatur*: ſcil ex 4. elementis. Et hoc totum eſt verum: quia lapis noſter ex diverſis rebus conficitur: i. e. ex 4. elementis, vel ex 4. ſubſtantiis. Prima ſubſtantia eſt calida & humida: ſecunda calida & ſicca: tertia frigida & ſicca, quarta frigida & humida. Et hoc totum eſt in lapide noſtro: & ex rebus iſtis omnes res hujus mundi fuerunt creatæ per potentiam DEI. Et quia lapis noſter habet in ſe, & continet in ſe omnes iſtas qualitates: propter hoc Philoſophi omnia nomina hujus mundi lapidi noſtro tribuerunt: & ſecundum intentiones eorum diverſas operationes poſuerunt, & in diverſis rebus, & ſecundum eorum intellectum eum dixerunt. Quare, chariſſimi fili, eorum intentio fuit perfecta, & clara intelligentibus: è contrario verò contrariis. Unde dicit Magiſter Magiſtrorum Geber, in ultimo cap. de perfectione: *Quoniam nobis ſolis artem per nos ſolos inveſtigatam tradidimus, & non aliis, verißimam tamen & omnino certam: & etiam ſolum prudentes ad artem elicimus.* Quamobrem Philoſophi non ſcripſerunt libros ſuos, niſi filiis eorum: & filios eorum voco illos, qui perfectè dicta eorum intelligunt. Sed pauci ſunt, qui bene intelligunt: quia intentio ſecundùm literam nihil prodeſt: & operari ſecundum intentionem literarum, eſt divitiarum diſſipatio. Ideo Geber ait: *Si in operando ſcientiam à veſtrum amiſeritis, nos non iniquè corrodatis, neq; blaſphemias inferatis, ſed veſtræ imputetis ignorantiæ, & temeritati.* Nunc autem ad cognitionem lapidis tranſeamus. Dico igitur, quod ſcientia vera ex una ſola re fieri conſuevit: nec aliquid ſibi addunt, vel minuunt: & vocatur illa res Adrop, ver Lapis altior hujus mundi. Et, per Deum, ſuum proprium determinavi, quod Philoſophi facere noluerunt. *Diſc.* O bone Magiſter, obſecro te, ut apertiùs explanationem mihi non taceas: & in quo loco invenitur, & num vilis ſit, an

Geber Magiſtrorum Magiſter.

Lapis Philoſ. ex quibus conſtet.

Lapidi eur tot nomina tribuantur.

Adrop.

sit, an verò chara, veritatem dicas. *Magister.* Nonne dixi tibi, fili sapientiæ, quod ex una sola re, sine aliquo adjuncto, totum magisterium perficitur. Tu quæris, in quo loco inveniri possit: & libenter tibi dicam. In duobus montibus invenitur: & si perfectissimè invenire desideras, ascende in montem altiorem hujus mundi: quia ibi lapis noster est absconditus: & scias, quod in alio loco non invenitur. Quæsisti, vilis ne sit, an cara. Ego autem dico tibi, quod eam pauperes & divites habere possunt, & in viis projicitur: & certissimè scias, quod omnis res, quæ emitur magno pretio in hujus operis artificio mendax est, & inutilis invenitur. *Disc.* Paulò antè dixisti, quod si volebam perfectè invenire Lapidem, quod ascendissem in montem altiorem hujus mundi: quia ibi Lapis noster erat absconditus, quem argentum vivum vocasti. Ego nunquam audivi, quod argẽtum vivum in montibus inveniretur. Imò in cavernis terræ subtus terram invenitur: & hoc à multis expertum est. Unde miror, quod ita dixisti *Magist.* Video, quod mea dicta, Fili, non intelligis. Scias autem, quod Philosophi non dixerunt, neque intellexerunt, quod argentum vivum vulgare sit lapis eorum, non est enim hoc credere, nisi vanum. Unde vide, quid dicat Magister Magistrorum Geber, in cap. de principiis nostri magisterii. Sic enim dicit. *Consideratio verò rei, quæ perficit, est consideratio electionis puræ substantiæ arg. vivi. Est enim Medicina, quæ ex materia arg. vivi sumpsit originem. Non est autem ista materia arg. vivi in sua natura, neque in tota substantia sua, sed fuit pars illius. Non est autem nunc Lapis noster, sicut est: sed cùm factus est pars ejus, ipse enim illustrat, & ab adustione conservat: quod perfectionis significatio est.* Ergo argentum vivum Philosophorum non est tale, quale invenitur in cavernis terræ, & propter hoc multi sunt decepti, in operando illud argentum vivum. Nos verò non nominamus arg. vivum, sed fugitivum: quia semper in igne fugit, nisi cum arg. vivo nostro constringatur. Et quando cum eo unitur, quiescit in igne, amicabiliter eo gaudens. Gaudet enim natura sua, & non extranea. Propterea dixit Geber, qui fuit Magister Magistrorum. Et nota verbum. *Cui non addimus rem extraneam aliquam: imò quod est superfluum removemus*: & sic sufficit intelligenti: Dico ergo, quod tota scientia in una sola re consistit, sicut jam docuimus. Hoc autem dico, secundum nostrum intellectum, ista sola res facit totam perfectionem, quando præparata est per nostrum magisterium, & ducit corpora imperfecta ad verissimam perfectionem, & coagulat Mercurium in verissimam Lunam, & verissimum Solem: secundum quod medicina exstiterit præparata per nostrum magisterium. Et ista præparatio fit cum maximo ingenio, & cum magna cautela, non autem secundum ut multi

Lapis Philos. ubi inveniatur.

Lapis Philos. quale sit Argentum vivũ.

Scientia hæc in una sola re consistit.

fatui

fatui putaverunt. Quare scias, fili, quod tota perfectio consistit in regimine ignis, & ibi jacet totum arcanum. Lapis noster invenitur in pluribus locis: & est vilissima res: & pauci sunt qui non habeant; & nullus ipsum cognovit: & nominatur diversis nominibus: & propter hoc multi sunt decepti: Philosophi autem multis nominibus Lapidem nominaverunt, ut scientia magis fuisset obscura: quia quando Lapis noster positus est in vase philosophico: & quantò magis colores innovat, tantò etiam plura nomina imposuerunt. Et propter hoc dicit Geber: *Solum Scientiam eam nobis scripsimus:* Fuerunt autem similiter aliqui Philosophi, qui eam in corporibus posuerunt, & diversas habuerunt intentiones; secundum quod vos creditis: sed secundum nostram intentionem unam solam rem; ac unam viam linearem ostenderunt. Dixerunt enim quod ex nobiliori materia vel substantia, & ex meliori corpore Lapis Philosophicus debeat elici: Et ita fuit opinio eorum, quod perfecta materia erat in Sole, & alter in Luna, alter verò in Marte: & alter in Mercurio, & alter in Jove: & alter in Saturno: & alter in Venere. Nos autem respondemus secundùm intentionem nostram, quod omnes supradicti secundum partē benè, & secundum partem malè, secundum verò totum malè & pessimè intelligunt: Cùm præsertim putant Magistrum Magistrorum in hoc intellige-
„ re, videl. *Consideratio Veræ rei, quæ perficit, est consideratio e-*
„ *lectionis puræ substantiæ arg. Vivi.* Sed ex quibus hæc substan-
„ tia arg. vivi eliciatur, quæri solet: quibus respondemus, quod de his, in quibus est, elicitur. Ergo, fili, considera, & vide ubi sit ista substantia, & illam accipe, & non aliam, si venire desideras ad verum intellectum; quia in rerum multitudine ars non perficitur: & & hoc est certum. Quare nolite operari secundum istos deceptores: ne vestra bona in his rebus vanis amittatis. Unde sapiens Ge-
„ ber ait: *Si in operando aliter, secundum ipsos phantasticos, bo-*
„ *na Vestra amiseritis, non propter hoc putetis, scientiam esse*
„ *non veram. Quoniam si estis decepti propter Vacuam inten-*
„ *tionem, non est culpa nostra, sed Vestra.* Præterea scias, carissime fili, quod ipse valde fuit obscurus: quia secundum suum librum, tota sua intentio fuit in argento vivo. Et propter hoc dixit: *Vbi*
„ *magis apertè locuti fuimus, ibi magis occultè, & ubi magis*
„ *occultè, ibi magis apertè:* Vadamus ad illud verbum, in quo totam scientiam declaravit secundum suam intentionem. Dixit enim in cap. de medicinis tertij ordinis: *Est tamen additamen-*
„ *tum citrinantis coloris, quod à sulphure fixo mundissima per-*
„ *ficitur substantia: & est arg. Vivum philosophicum: & est*
„ *hujus generis medicina, quæ maximè arg. Vivo & corporibus*
„ *adhæret.* Ecce totum arcanum. Ergo considera illam totam rem, quæ arg. vivo & corporibus adhæret, & habebis scientiam, per

Deum

Deum vivum & verum: & clarè locutus sum intelligentibus. Sunt aliqui qui putant arg vivum adhærere corporibus, & Gebrum intelligere in illo loco, in quo ait: *Cum in rebus cæteris exquirentes, non invenerimus inventione nostra rem aliquam, magis quàm arg. vivum corporum naturis amicari.* Non enim dixit, quòd adhæret in corporibus: & nota sua dicta: propter hoc opus nostrum in illo perficientes, ipsum esse verè sine aliqua fallacia reperimus veram alterabilium corporum medicinam in complemento solari vel lunari, secundum quod medicina fuerit cum vera alteratione. Hoc autem dicimus de arg. vivo philosophico: ipsum enim solum adhæret corporibus, & nullam aliam rem invenire potuerunt philosophi antiqui, quæ corporibus adhæreret, nisi arg. vivum philosophicum. Nam arg. vivum vulgare non adhæret corporibus: imò corpora adhærent ipsi Mercurio. Et hoc est certum per experientiam: quia si jungitur arg. vivum vulgare cum aliquo corpore, arg. vivum remanet in propria natura, aut recedit, & vertitur corpus ad suam naturam. Et ideo arg. vivum vulgare non adhæret corporibus: & propter hoc multi sunt decepti operando illud. Lapis enim noster, scil. arg. vivum occidentale, quod prætulit se auro, vincit arg. vivum vulgare: & illud quod occidit, vivere facit. Et scias, quod arg. vivum coagulatum est pater mirabilium omnium hujus magisterij, & est corpus & spiritus. Nonne audisti, quod ego posui arg. vivum inter corpora; quando dixi, sunt aliqui Philosophi, qui eum in corporibus posuerunt, sicut in sole, alter in luna, alter in Marte, alter in argento vivo. Jam igitur satis clarè demonstravimus, quod arg. vivum vulgare, quod invenitur, non est Lapis Philosophorum. Sed quære nostrum arg. vivum & habebis, quod desideras. *Disc.* Magister: tu dicis, quòd Lapis Phisosophorum, scil. arg. vivum philosophicum est corpus, & spiritus. Modò intellexi dicta tua: & non est mirum, si multi errant in operando istam scientiam, & benè cognosco totam veritatem: & benè possum nominare Magnesiam. *Magister.* Fili carissime, veritatem dixisti: & benè nominasti suum proprium nomen, videlicet, quando Lapis in prima operatione est, quod tunc post putrefactionem vocatur Magnesia. Et quando est in putrefactione, tunc vocavêre ipsum Philosophi antiqui Saturnum. *Disc.* Magister, rogo & deprecor, ut principium hujus magisterij nos docere velis.

Num arg. vivum adhæreat corporibus.

Lapis Philos. est arg. vivũ occidentale. Est pater omnium mirabilium.

Arg. vivum vulgare nõ est Lapis Philos. Lapis vocatur Magnesia, post putrefactionem: Saturnus in putrefactione.

PRIMA DISPOSITIO SPECVLI.

ACcipite corpus, quod vobis superiùs demonstravi; & tabellas tenues coaptate: deinde ponite in vase nostro philosophico, & claudite benè os vasis, ut respirare non possit: & assate igne levi, donec confringatur: & ita teneatis in igne more solito, quousque

Prima dispositio, seu sublimatio.

quousque tota ſubſtantia ſit fixa,& quod nihil aſcendat,quod conſpici poſſit: tunc completa erit putrefactio vera. Et ſciatis, quod hæc eſt prima diſpoſitio, quæ vocatur *Sublimatio:* ſicut dixit Geber. Quoniam totius operis intentionis ſumma eſt,ut ſumatur Lapis in capitulis notus: deinde verò cum operis inſtantia aſſiduetur ſuper ipſum opus ſublimationis primi gradus: & per hoc mundetur à corrumpente impuritate: & eſt ſc.ſublimationis perfectio:& cum ea ſublimetur perfectiſſimè Lapis,donec in ultimam ſublimationis puritatem deveniat. Unde ſcias, Fili: quod in ſola ſublimatione cõpletur totum magiſterium. Igitur ſublima ſubtile à ſpiſſo ſuaviter,cum magno ingenio,aſcendit à terra in cœlum: & iterum deſcendit in terram: & ſecundum quod noſtram materiam mundaveris puram vel impuram, ita invenies in fine. Nam ſi fuerit argentum vivum bonæ ſubſtantiæ,& ſulphur non purum & adurens, ubi jacet tota perfectio, convertet corpus imperfectum. Et exemplum tibi dabo. Si autem fuerit arg. vivum bonæ ſubſtantiæ,& ſulphur non purum & adurens, convertet ipſum in æs. Etſi fuerit argentum vivum malum, poroſum, immundum, terreum: & ſulphur non mundum, & omnino imperfectum,fiet ex eo ferrum. Stannum autem videtur habere bonum arg.vivum: ſulphur verò malum, & non bene fixum, neque bene mixtum. Plumbum autem malum arg,vivum, & groſſum, & ponderoſum & terreum: ſulphur etiam malum,mali ſaporis & fœtidi, & debilis. Unde non bene congelatur. Unde ſcias,fili,quod tota perfectio conſiſtit in ſulphure Philoſophico. Quia ſulphur philoſophicum eſt omnium metallorum perfectio: Sulphur verò extraneum,corruptio. Hæc eſt tota veritas hujus ſcientiæ: quæ dicti Philoſophi verbis eſt enucleanda: eò quod manifeſtè relinquatur per ipſam duplicem fore in corporibus imperfectis ſulphureitatem: Unam quidem in profunditate arg. vivi incluſam, ubi conſiſtit tota perfectio metallorũ: & iſta ſulphureitas fuit in principio ſuæ mixtionis ſupereminenter: Alteram verò extraneam ſuæ naturæ incorruptibilem,quia iſta cum labore tollitur: alterum verò tolli nullo artificiorum ingenio eſt poſſibile: quia ſulphureitas combuſtibilis vel extranea, quæ idem ſunt, calcinatione ignis deletur. Hoc autem ſcit,qui expertus eſt. Sulphureitas verò radicalis minimè,quoniam eſt de eorum perfectione. Nam ſecundum Philoſophum,arg.vivum ſi fuerit purum, coagulabit illud, vi ſulphuris philoſophici,in veriſſimum argentum: & iſtud eſt res optima,ut Alchymiſtæ per artificium faciant elixir ad argentum. Si verò fuerit ſulphur optimum cum rubore,clarum,purum & mundum,coagulabit illud; ſi in eo vis igneitatis non urentis fuerit,& arg'vivum in veriſſimum aurum: & iſtud eſt res optima,ut ex eo fiat elixir ad aurum. Unde ſcias, fili: quod Philoſophus primò

Sulphur Philoſophicum.

tradidit

tradidit ſulphur album, ad argentum: & poſtea ſulphur rubeum, ad aurum: quia nihil poteſt fieri aurum, niſi primò fuerit argentū. Eò quod nulla res poteſt ad tertium transire de primo, niſi prius fuerit in ſecundo. Quoniam non eſt tranſitus de extremo ad extremum, niſi per medium. Non ergo poteſt fieri de nigro ad perfectum citrinum, niſi prius fuerit album: quia citrinum ex multo albo, & pauciſſimo rubeo eſt compoſitum. Nec poteſt etiam fieri de citrino tranſitus ad album, niſi prius fuerit nigrum. Quoniam aurum non poteſt fieri argentum, niſi prius fuerit deſtructum corruptum & nigrum: quia melius non poteſt fieri deterius, niſi per ſui corruptionem. Nam corruptio unius eſt generatio alterius. Et ut melius poſſis intelligere dicta philoſophorum tibi dicimus: quod qui ſcit aurum convertere in argentum, ſcit argentum convertere in aurum: quia ſulphur eorum non urens, album ad argentum, per majorem ignis digeſtionem poteſt fieri ſulphur rubeum ad aurum. Quoniam citrinatio nihil aliud eſt, quàm completa digeſtio, & nigredinis ablatio. Calor namque agens in humido, generat primò nigredinem: & in nigro albedinem: & in albo citrinitatem: & in citrino rubedinem: & hoc quidem in decoctione plumbi: quia primò vertitur in cinerem nigrum, poſtea in album, deinde in citrinum, ultimò in minium rubeum. Ecce, per Deum, quod te, fili, docui totam operationem. Et ſic ſulphur album & rubeum habetur tantum ex una metallorum materia ad plenum depurata, modo tamen diverſo decocta & digeſta. Idcirco dicit Plato, quod omni argēto ineſt ſulphur album, ſicut in omni auro ineſt ſulphur rubeum. Sed tale ſulphur non reperitur ſuper terram, ut dicit Avicenna, niſi quod in iſtis corporibus conſiſtit. Et ideo iſta corpora ſubtiliter præparamus, ut ſulphur & argentum vivum de illa materia habeamus. Qui habet aures audiendi, audiat. *Diſc.* Verè, bone Magiſter, ego ſum deceptus in meo intellectu, ſecundum quod paulò antè à te audivi, quando dixiſti: Accipite corpus quod vobis demonſtravi, & in tabellas tenues coaptate. Ego non credebam, quod ex Lapide noſtro poſſent fieri tabellæ. Quare ignoro quid ſit Lapis: quia modò dicis, quod ſulphur Philoſophorum eſt perfecta materia. *Magiſt.* Scias fili, quod verum eſt totum, quod dixi: quod Lapis noſter eſt corpus indolabile, & inſonabile: & eſt toxicum mortificans omnia corpora: & eſt plumbicum, & coagulat Venerem odore ſuo: & eſt medicina omnium corporum, tam ſolutorum, quàm mortuorum, & eſt examinatio eorum. Intellexiſti modo? Etiam apertiùs tibi dicere volo. Carmellus noſter albus, ſeptimus eſt in numero apud Philoſophos magnos: primò Sol cum Luna, Jupiter, Mars & Venus noſtra in Mercurio noſtro, & Saturnus ſeptimus, in quo ſunt omnes conjuncti ſimul. Hic eſt ſpata, gladius, & cultellus, & inciſorium ſuper ædificium, & inimi-

cus ad manum, & vas cum adjutorio vini: & est Lapis triangulus in esse, & quadrangulus in qualitate. *Disc.* Magister non bene intelligo verba tua: quia tu dicis: quod Lapis noster est toxicū mortificans omnia corpora: & si omnia corporā mortificat, quomodo postea potest dare vitā, ut ad perfectā sanitatē deveniant? *Magist.* Scias, fili, quod Lapis noster ante nostram operationem est toxicum, sicut superiùs diximus, & occidit omnia corpora imperfecta, & destruit, & dissipat: sed per nostrum magisterium fit tyriaca, quæ omnia corpora sanat imperfecta, & omnem leprositatem & ægritudinem perfectissimè curat: & propter hoc vocatur ab antiquis Philosophis medicina perfecta, quæ dat perfectionem corporibus imperfectis, per nostrum artificium. *Disc.* Verè Magister, modò intelligo, quid sit Lapis, & ex quibus eliciatur. Quare rogo, ut mihi secundam dispositionem ostendas.

Quomodo Lapis Philos. sit toxicum mortificans omnia corpora.

SECUNDA DISPOSITIO SPECULI.

Secunda dispositio, seu calcinatio.

ACcipe Latonem, quem superiùs dimisimus, benè cribratum: & si non est, ipsum cribra: & ipsum in vase Philosophiæ ad ignem philosophicum pone: non autem more solito, sed more Philosophorum: & coque ipsum leviter assando, donec tota materia sit fixa, & color ejus mutetur in violaceum. Et scias, quod antè apparebunt multi colores. Unde oportet te custodire ignem, ne sit violentus, sed suavis secundum quod decet. Ignis enim fortis destruit, & dissipat; sed ignis lentus ad sanitatem perducit: & bonam substantiam generat. Unde certissimè scias, quod totum regimen in igne & in vase est. Quia si os vasis non est benè clausum: fumi qui sunt subtilissimi evadunt, & totum magisterium annullabitur. *Disc.* Magister, totum intelligo: sed obsecro, ut mihi dicas, quot sint dispositiones hujus magisterij, & quomodo vocentur.

Septem dispositionum nomina.

Magist. Septem sunt dispositiones hujus magisterij: & prima vocatur Sublimatio, & secunda Calcinatio, & tertia Solutio, & quarta Ablutio, & quinta Ceratio, & sexta Coagulatio, & septima Fixio: & hæ sunt operationes nostræ. Fuerunt multi Philosophi, qui de ablutione dixerunt distillationem & descensionem: & ego dico, quod isti duo modi sunt in sola ablutione. Quia quando aqua nostra in ablutione terræ ascendit in altum: dixerunt tunc distillationem: & quando descendit super terram, tunc dixerunt descensionem: & ita posuerunt novem operationes, ut scientia magis esset obscura. Fuit etiam quidam qui dixit, aqua nostra abluit sordes de terra nostra: & Sol noster est adjutor: & paulatim cum istis mutabis omnem nigredinem. *Disc.* Rogo Magister, ut istius aquæ proprium nomen mihi dicas: & si tangerem eam, num meum digitum balnearem. *Magist.* Ista aqua vocatur aqua vitæ; & aqua serena, & aqua perpetua, & multis aliis nominibus: aqua igitur vitæ voca-

Distillatio. Descensio.

Aqua vitæ & aqua perpetua

tæ vocatur, quia dat vitam corporibus mortuis, & illuminat omnem rem sordidam. Aqua perpetua vocatur, quia perpetuat omnia, quæ tangit & ducit ad perfectionem: & propter hoc dicit Geber in suo libro: *Laudetur DEVS gloriosus, qui creavit illud: & illi substantiam: & substantiæ proprietates, quas non contingit ullam ex rebus in natura possidere.* Quæsivisti, si tangeres eam, num balneares tuum digitum: dico quod non: neque quando aqua nostra facta est, potest tangi sine damno. Item, si balneares intus hominem, vel dares ei ad potandum, statim moreretur: & propter hoc multi Philosophi vocaverunt eam aquam venenosam, & aquam fœtidã: & dixerunt, quod erat toxicum: & veritatem dixerunt intelligentibus. *Disc.* Magister, video, quod dixisti veritatem. Sed jam ad tertiam dispositionem transeamus.

TERTIA DISPOSITIO SPECVLI.

Tertia Dispositio & Solutio.

ACcipe Azoch, quod superiùs dimisimus, & vide, ut sit benè cribratum, & calcinatum: & pone ad ignem nostrum: non autem more solito, sed more Philosophorum in vase philosophiæ benè ac firmiter clauso: postea fac, ut totum solvatur, leviter assando: & cùm solutum fuerit, vocatur aqua vitæ, & serenitas perpetua: & multis aliis nominibus. *Disc.* Rogo Magister, ut mihi ostendas, quid sit Azoch. *Magist.* Fili, Azoch est Lapis Philosophorum: & Philosophi ipsum multis nominibus nominaverunt. Coque ipsum igne levi, ita ut terra nostra bene abluatur, & in cõlorem cinericeum vertatur, quasi tendens ad citrinitatem, cum multis guttis rubeis: & tunc scias per rectam viam ambulasse: & hoc totum consistit in tertia dispositione. *Disc.* Magister, rogo te per Deum verum, ut mihi dicas modò, quid sit Azoch. *Magist.* Azoch est rubeum in fine nostri operis, vel quasi, tendens ad rubedinem, & multi Philosophi dixerunt, quod Azoch deberemus nominare in nostris libris Lapidem quia abluit sordes à Latone: & Laton & Azoch sunt insimul, & nunquam separantur: imò conjuncti manent semper: sed propter diversitatem colorum, qui separantur, Philosophi nominaverunt multis nominibus: & secundum quod colores variantur, & mutantur, tanta nomina imposuerunt: quia Azoch, apud Indos est aurum: & apud Hermianos est argentum: & apud Alexandrinos & Macedonienses est ferrum: apud Græcos Mercurius: apud Hebraicos, Stannum: apud Tartaros, æs: apud Arabicos, Saturnus: apud Latinos, & maximè apud Romanos, Ognividon. Sed ut nullus erret, dico quod habet unum proprium nomen: & vulgariter ab hominibus nominatur: & quilibet cognoscit lapidem. *Disc.* Sat dixisti, bone Magister. Sed ad quartam Dispositionem, si placet, transeas.

Azoch quid sit.

QVARTA DISPOSITIO SPECVLI.

Quarta Dispositio.

ACcipe Azoch Philosophorum, & mitte ipsum in Leone nostro firmiter clauso: & dimitte in Sole nostro, scilicet, in diebus Maji: & fac, quod totum solvatur: & cum solutum fuerit: permitte ad Solem supradictum, donec congeletur totum in Lapidem, vel pulverem rubeum: Et tamdiu tene ipsum ad Solem prædictum, donec tota materia, sit fixa: & ut nihil ascendat, & cùm fixa fuerit, vocatur Zernich Philosophorum: Et Zernich Arabicè, est Auripigmentum Latinè. Propter hoc dixit Plato, quod nisi esset virtus in eo in constringendo Mercurium, quod nunquam perficeretur opus nostrum. Unde scias, quod Auripigmentum est clavis hujus scientiæ, & multas virtutes habet: quare illud debemus honorare. *Disc.* Miror Magister: quod si Auripigmentum habet tantam virtutem in se, quod Philosophi nominaverunt eum tam vulgariter. *Magist.* Credebam fili, quod tu intelligeres dicta Philosophorum, & mea: sed video nunc quod nihil intelligis: sed volo ostendere tibi veritatem: ideo attende. Certissimè scias, quod Auripigmentum vulgare non est nostra materia, nec intrat in toto nostro magisterio: & Philosophi intellexerunt de suo Auripigmento, & non de vulgari. Verum est quod est bonum ad faciendas albationes, & res Sophisticas, de quibus non curamus: nec aliquis bonus curare debet: quia res imperfectæ nihil valent. Jam igitur tibi sufficienter demonstravi quod Zernich, i.e. Auripigmentum Philosophorum non est Auripigmentum vulgare: & similiter ostendi, quod Philosophi propter diversitatem colorum diversa nomina imponebant: sed quantum ad eorum intentionem unum proprium nomen habuerunt: sc. aurum Romanum, vel Adrop, vel Lapis superior omnium Lapidum hujus mundi. *Disc.* Rogo Magister, ut me doceas jam quintam Dispositionem.

Zernich Auripigmentũ.

QVINTA DISPOSITIO SPECVLI.

Quinta Dispositio.

ACcipe Zernich Philosophorum, quem superius dimisimus, & pone in Leonem viridem ad Solem nostrum, scil. in diebus Junij: & fac, ut totum solvatur, si possibile est: & ablue terram, separando partes subtilissimas: quas cave ne fugiant, propter violentiam Solis: quia totum magisterium perderetur: quia sunt in eo aliqui venti, quos oportet custodire ne fugiant, quia si fugiant, totum opus annullabitur: & sic dimitte stare in dictum Solem nostrum, donec totum figatur, & nihil ascendat: & quod in Lapidem vel pulverem rubicundissimum vertatur. Et totum hoc fac, leniter assando: & tunc vocatur Chibrit, Ebraicè, i.e. Sulphur, Latinè: & nostrum Sulphur nunquam invenitur sine sua uxore. Et etiam dico, & juro per DEUM vivum, quod non est, nisi una sola perfectio: &

Chibrit, Sulphur.

fectio: & una ſola res quæ perficit corpora imperfecta. *Diſc.* Satis dixiſti: ſed jam rogo, ut ad ſextam Diſquiſitionem transeas.

SEXTA DISPOSITIO SPECVLI.

ACcipe Chibrit Philoſophorum, quem ſuperiùs dimiſimus, & cave quod ſit bene cribratum, ſine aliqua difficultate: & mitte ipſum in Leone viridi: & claude bene os vaſis. Deinde pone ad Solem noſtrum in diebus Julij, & ſic permitte donec totum ſolvatur: & cùm ſolutum fuerit, permitte ſtare ad dictum Solem, donec tota materia ſit fixa: & quod nihil aſcendat, & vertatur in Lapidem album, vel quaſi, tendens ad albedinem: & tunc vocatur Heutarit, Arabicè, quod eſt Latinè, Calx. Propter hoc dixit Dauſis Philoſophus, calcem ejus videbis prope finem, & eris tunc ſecurus, quod benè & perfectè feciſti tuam operationem. *Diſc.* Magiſter, intellexi totum quod dixiſti. Sed dic mihi, quando Chibrit eſt in Leone ſolutum, ſi debemus ignem augmentare in ejus coagulatione, vel diminuere. *Magiſt.* Fili, ſcias, quod quando materia noſtra eſt ſolata, & debemus coagulare, oportet nos calorem Solis diminuere, ut iterato melius ſolvatur. Et ſcias, quod in hoc ſunt decepti multi Laborantes iſtam ſcientiam: quia facta ſolutione Lapidis coagulant cum fortiore calore Solis: & ſic in omni decoctione faciunt. Quamobrem efficiunt, quod materia induratur in fine: & dum eſt neceſſarium, non poteſt ſolvi, niſi cum magno labore: & ita vitrificatur. Idcirco ut nullus me blaſphemare poſſit: dico, quod tota operatio in regimine ignis conſiſtit: quia, qui ſcit ignem regere, veniet ad perfectionem. Quapropter ille qui ſuam regit materiam cum lento igne, ad perfectionem ſine aliquo dubio pervenire poteſt: quia non oportet dubitare, quod materia vitrificetur: nec quod ſpiritus, qui eſt ſubtiliſſimus, recedat. Propter hoc dixit Philoſophus, *propinquum fuge, & animalia noli fatigare: ſpiritus autem promptus eſt ad fugiendum, quoniam verberatus eſt indoctè.* O Laborantes indomiti: quare tantum cupitis calorem ignis? quia cum igne violento materia deſtruitur & vitrificatur. Propter hoc dixerunt omnes Philoſophi: *Caveatis vobis à vitrificatione: quoniam Lapidis noſtri non eſt ut vitrificetur:* quare leniter aſſate in omnibus ſuis decoctionibus, & habebitis ſcientiam: & ſi aliter feceritis, non gaudebitis de opere veſtro. Quapropter Geber totam perfectionem in ſola ſublimatione poſuit: ſed pauci ſunt, qui bene intelligant: quid ſit ſublimatio. Sublimatio nihil aliud eſt, niſi ſeparare partes ſubtiles à partibus groſſis: & hoc cum igne lento facere oportet. Nam ſi faceremus ſeparationem cum igne violento, aſcenderent partes groſſæ cum ſubtilibus partibus: & ideo non eſſet ſublimatio, imo eſſet deſtructio. Vide quid dicat Geber in ultimo cap. *Et*

Sexta Diſpoſitio Coagulatio.

Heutarit, Calx.

De regimine ignis.

Sublimatio quid.

per ſeparationis illius modum, puriſſimam partem dividat. Item Geber: *Quoniam intentionis ſumma non eſt, niſi ut ſumatur Lapis in capitulis notus: deinde verò cum operis inſtantia aſſiduetur ſuper ipſum opus ſublimationis primi gradus: & per hoc mundetur à corrumpente impuritate:* & eſt ſc. ſublimationis perfectio; & cum ea ſine aliquo additamento, intellige verbum: *Sublimetur Lapis, donec in ultima ſublimatione ad puritatem deveniat.* Jam igitur, Fili, ſufficienter demonſtratum eſt, quod ſola ſublimatione, & in ſolo igne eſt tota perfectio hujus magiſterij, ne ſis ergo duræ cervicis, nec fantaſticus ad intelligendum. Ego volo, ut ita facias, quod imagineris, quomodo corpora in viſceribus terræ generantur, & ex quo calore eorum fit decoctio: & ſi eſt ſuavis, vel violenta. Unde dicimus, quod corpora metallica generantur ex 4 ſubſtantiis: videlicet, ex duabus arg. vivi, & ex duabus ſulphuris. Prima eſt ex arg. vivo bono, puro & claro, mundo, ac etiam fixo: Secunda eſt, ex ſulphure fixo, puro, mundo & claro: & ſic generantur corpora perfecta. Corpora autem imperfecta, ex arg vivo bono in aliqua quantitate, & arg. vivo malo & terreo in magna quantitate: & ex ſulphure bono in aliqua quantitate: & ex malo, terreo & unctuoſo in magna quantitate generantur: & ita generantur corpora imperfecta: ſecundum verò plus, ſecundum verò minus. Jam igitur oſtendimus principium naturæ, & ex qua re generantur: & ideò potes cognoſcere, ex qua cauſſa materia noſtra debeat elici. De decoctione autem dico, quod natura facit ſuam decoctionem planè & paulatim, & non cum violentia: quia totam decoctionem facit natura per temperatiſſimum calorem Solis in viſceribus terræ. Calor Solis non eſt violentus, imò eſt temperatus. Unde vide, & cogita, an tu debeas facere tuam decoctionem violentam. Et ego dico, quod non: quia calor ignis fortior eſt quam Solis. Et propter hoc dixerunt Philoſophi, *ſuaviter cum igne lento.* Unde ſcias, quod omnes qui operantur iſtam ſcientiam, ſunt decepti in regimine ignis, plus quàm in alia re: quia neſciunt temperantiam, Multi ſunt qui ſciunt Lapidem, ſed regimen ignis ignorant. Quapropter fili, ne ſis negligens ad addiſcendum regimen Solis: quia ibi jacet totum arcanum. Jam jam ſufficienter diximus: ſed nunc tranſeamus ad ſeptimam Diſpoſitionem.

SEPTIMA DISPOSITIO SPECVLI.

Septima Diſpoſitio.

SEptima Diſpoſitio vocatur Saturnus, in quo conficitur totum opus. Quare primò volumus oſtendere, quid ſit Lapis: & ſecundò, quomodo eliciatur ex ipſo Lapide puriſſima ſubſtantia: & de decoctione tertiò, cum ſuis cauſis: & quartò de vaſe, qui vocatur Leo. Primò, Lapis noſter vocatur Adrop, quod eſt Latinè, Saturnus: & ſecundum Trojanos Draco, vel Topum, i.e. venenum.

Qua-

Quapropter accipite eum Lapidem, & ponite in vase philosophiæ ad sublimandū: & cum eo sublimetur Lapis, donec in ultima sublimatione ad puritatem deveniat: & in hac sublimatione totum opus perficitur: sicut tibi apertè demonstrabo. Nam primò efficitur putrefactio, ut purissimam substantiam & subtilissimam elicias. Secundò, fit solutio, ut materia tota solvatur in aquam: tertiò, fit etiam putrefactio; sicut dixit Morienes Philosophus: *Nunquam fuit aliquid animatū, aut à nativitate eductum, neq; erescens, nisi post putredinem, & visus permutationem.* Unde ait sapiens: *Si putredo non fuerit, fundi aut solvi non poterit: & si solutum non fuerit, ad nihilum revertetur.* Item Philosophus: *Corruptio unius est generatio alterius.* Quarta est ablutio, quia oportet, ut ista res putrefacta & sordida abluatur, & per ablutionē mundetur à corrumpente impuritate. Quare scias, quod ablutio est quasi tota perfectio hujus magisterij: & multi Philosophi dixerunt de ablutione & ceratione, & bene dixerunt: quia quamdiu aqua manet super terram, tantò magis terra ceratur & abluitur: ita ut ceratio & ablutio sit quasi tota perfectio hujus magisterij: & unum, & idem sunt. Quinta est Coagulatio: quia oportet, ut aqua suaviter desiccando ad Solem nostrū cum terra uniatur, & desiccetur, & coagulentur insimul, ac in Lapidem vertantur. Et si ita erit factum, perfecta erit operatio, & aliter non. Sexta est Calcinatio. Unde scias, fili, quod res calcinata magis est apta ad solvendum, quàm si non esset calcinata, & similiter magis propè ad fixionem. Unde multi Philosophi appellaverunt calcinationem, fixionem. Intellige modò bene, si scientiam habere desideras. Et est, ut accipias Lapidem omnibus sapientibus notum: & per separationis illius modum purissimam partem dividas, & seorsim pones: & ecce prima dispositio. Dehinc verò ejus, quæ est purissima, partis aliquid figas, & aliquid ex illa relinquas, & cum fixa fuerit, solve ex ea, quod solubile fuerit: & ecce secundam dispositionem. Quod verò non est solubile, mitte ad calcinationē, & ecce tertiam dispositionē. Et postea super illud solutionem reitera, donec quod ex ea iterū solubile solvatur omnimodè. Sic igitur iste modus reiterando servetur quousque illius major solvatur quantitas: & ecce quartam dispositionem. Post hoc verò omnes solutiones simul miisce, & coagula: ecce quintam dispositionem. Deinde verò leniter assando in ignis temperamento conserva: quousq; ille major ignis, ad ejus exigentiā administrari possit. Post hoc verò prædictū solutionis ordinem serva, quousq; iteratò totum solvatur, quod ex eo solubile est, & coagula: & iteratò in ignis temperamento conserva: quousque possit illi ignis major ad ejus perfectionem administrari. Omnes igitur hos ordines præparationis, solutionis, super illa quater reitera: & ultimò calcina per modum suum, non autem

Putrefactio.

Solutio.

Ablutio.

Coagulatio.

Calcinatio.

Fixio.

1.

2.

3.

4.

5.

autem per modum extraneum: & sic precioſiſſimam Lapidis ter-
6. ram adminiſtrando ſufficienter rexiſti: & ecce ſextam Diſpoſitio-
nem. Omnes autem iſtæ operationes, dicimus, quod ſunt in ſola ſublimatione. Unde dico, qui ſcit perfectè ſublimationem facere, ſcit totum magiſterium. Et ſcias, quod omnes iſtæ operationes in uno vaſe, & non in pluribus vàſis: in uno furno, & non in pluribus furnis conficiuntur. Quoniam in ſola ſublimatione ſunt 7. operationes: & propter hoc nos ponimus 7. Diſpoſitiones in noſtro libro, per quas ſicut ſapiens, ac etiam intelligens venire potes ad veram perfectionem. Igitur ne ſis negligens ad addiſcendum mundationem quæ fit per ſublimationem. Quoniam qualis erit mundatio, talis erit perfectio. Dicimus autem, quod ſublimatio eſt elevatio & diviſio partium ſubtiliſſimarū à partibus groſſis: & ſimiliter ſeparatio partium non fixarum à partibus fixis. Partes non fixæ elevantur per fumum, i.e. ventum; quia, ſicut diximus antè oportet eas cuſtodire ne fugiant: imò cum partibus fixis figantur, & remaneant in pugna ignis, ut velociorem fuſionē præſtent partibus magis groſſis, & cuſtodiant à vitrificatione. Non intelligas, cum facimus noſtrā ſublimationem, quod facimus ſeparationem à partibus, quæ ſuperiùs elevantur, ab his quæ inferiùs remanent: imò volumus, quod ſimul & ſemel remaneant: & quod materia, quæ aſcendit, deſcendat, donec totum inferiùs remaneat. Poſtea verò cum parte non fixa elevetur, & iterato figatur: & quantò plus iteraveris, tantò etiam majoris perfectionis erit. Et cave, quod nihil addas, vel diminuas: quia in Lapide noſtro poſt primam purificationem, quæ per ſolutionem perficitur, non invenimus aliquid ſuperfluum, nec diminutum. Propter hoc dixit Geber in ultimo cap. *& cum ea ſublimetur Lapis, donec ultima ſublimatione in puritatem deveniat.* Dixit enim cum ea: quia ſine aliquo adjuncto, ſine aliqua re extranea debemus facere noſtrā ſublimationē. Propter hoc decepti ſunt iſti, qui faciunt ſublimationes vulgares cum fæcibus. Noſtra autem ſublimatio eſt ſine fæcibus: quia arg. viv. noſtrum eſt aqua clariſſima: & arſenicum noſtrum eſt argentum purum: & ſulphur noſtrum eſt aurum purum: & in iſtis tribus conſiſtit tota perfectio. Item, Lapis noſter eſt unus, ſine aliquo adjumento, medicina vera, cui non addimus rem extraneam aliquam, nec minuimus: niſi quod ſuperfluum eſt removemus. Et hoc eſt verum, quod lapis Philoſophorum nihil habet ſuperfluum, neq; diminutum: quia arg. vivum Philoſophicum, quod eſt aqua perpetua, quæ perpetuat omnia quæ tangit, & ducit ad perfectionem: & aurum noſtrum, quod eſt pater: & argentū, quod eſt mater. Unde dixit Hermes: *Pater ejus eſt Sol & mater ejus eſt Luna*, per Solem intelligimus aurum: & per Lunam, argentum. Jam igitur tibi ſufficienter demonſtravi, quod antequam volueris facere no-

Sublimatio eſt ſine fæcib.

cere noſtram ſublimationem, quòd in lapide noſtro nihil addas, vel diminuas: imò cum tota ſui ſubſtantia in vaſe ponas, & ſicut docuimus in prima Diſpoſitione, rege: Lapis noſter cùm poſitus eſt in vaſe noſtro, & ſentit calorem Solis, ſtatim ſolvitur in aquã: & quando aſcendit in capite vaſis in altum, & poſtea deſcendit uſque in fundum vaſis, & aſcendit per ventum, id eſt, per fumum. Videntes Philoſophi iſtam aſcenſionẽ, quod aſcendebat per fumũ, vocaverunt primam ſublimationem: & poſtea videntes materiam deſcendere in fundum vaſis: & quod hæc materia vertebat ſe in aquam, vocaverunt ſolutionẽ. Item, videntes talem aſcenſionem & deſcenſionẽ vertere in aquam, dixerunt, quod hæc erat perfecta diſtillatio: quæ eſt tertius modus: & deſcenſio, quæ eſt quartus modus. Item, videntes materiam inſpiſſare, & convertere ad terram: & iſta inſpiſſatio in principio ſtabat ſuper aquam: & ſic dimittendo, paulatim inſpiſſando, viderunt terram ſubmergere in aquam, & ſtare in fundo vaſis ſubter aqua, quæ erat terra crocea, nigra & fœculenta, dixerunt hanc operationem, quæ vocatur quintus modus, corruptionem. Item, videntes iſtam terram fœculentam ſtare ſubtus aquam, per longam decoctionem in Sole noſtro: & mutare colorem, & amittere fœtorem malum, dixerunt iſtam operationem, quæ eſt ſextus modus, ablutionem. Itẽ, videntes terram ſtantem ſubtus aquam creſcere, & aquam diminuere per decoctionem temperatam, dixerunt hanc operationẽ, quæ eſt 7. modus, Cerationem. Item, videntes, quod tota materia veniebat ad terram, & quod reducebat ſe ad ſolidam ſubſtantiam, & quod non fluebat, neque aſcendebat, imò ſtabat ſtricta, dixerunt hanc operationem, quæ vocatur 8. modus, perfectam Congelationem. Unde ſcias, fili doctrinæ, quod noſtrum magiſterium nihil aliud eſt, quam facere rectam ſolutionem, & perfectam congelationem. Unde Geber, *ſolvite Lapidem noſtrum, & poſtea congelate, ſine aliqua diminutione, & nihil plus quæratis, quia habebitis totum magiſterium.* Item, videntes materiam noſtram congelatam & inſpiſſatam, propter majorem decoctionem Solis, devenire ad albedinem, dixerunt iſtam operationem, quæ eſt etiam octavus modus, perfectam calcinationẽ. Dicimus ergò quod iſtæ operationes, in una ſola operatione perficiuntur: quam operationem vocavimus ſublimationem: & ut facilùs intelligatur, dicimus, quòd tota ſcientia philoſophica ex Sole, & Luna, & Mercurio conſiſtit. Unde ſcias, quod dixit Avicenna, *quod in magiſterio noſtro non intrat, niſi ſola ſubſtantia arg. vivi: vel, quod ſit exortum ab eo:* Quoniam argentum vivum in omnibus ſuis operibus manifeſtè eſt perfectiſſimum: quoniam aduſtionis eſt ſalvativum, & fuſionis effectivum, cùm figitur. Eſt enim tinctura rubedinis uberrimæ refectionis: fulgidi

1. *Sublimatio.*
2. *Solutio.*
3. *Diſtillatio.*
4. *Deſcenſio.*
5. *Corruptio.*
6. *Ablutio.*
7. *Ceratio.*
8. *Congelatio.*

splendoris: & non recedit à mixto donec est. Est enim amicabile, & metallis placabile: ac medium conjungendi tincturas: quoniam miscetur cum ipsis per minima: & in profundo naturaliter adhæret eis, quia est de natura ipsorum. Veruntamen cum Patre & Matre miscetur facilius, quàm aliis fratribus, vel parentibus: eò quòd ipsi contiguat, & suam puram participat naturam: attamen non submergitur aliquid in ipso, nisi ejus Pater.

OCTAVA DISPOSITIO SPECVLI.

EX hoc utique maximum, Fili charissime, elicias secretum, quod arg. vivum in se recipit, quod suæ naturæ fuit: alienum verò respuit: eò quòd sua natura magis gaudet, quàm extranea. Ex hoc enim manifestè cognoscitur ex quibus materia eliciatur: quoniam corpora magis relucent, & majoris perfectionis esse dicimus, quæ majoris quantitatis arg. vivi contentiva, & quæ minus minoris. Sed quia diximus antè, quòd sulphur est materia Philosophorum, volumus demonstrare ex qua re extrahatur, ut scias, quòd veritatẽ diximus. Nam secundum Philosophum arg. vivum, si fuerit purũ, coagulabit illud vis sulphuris albi perfecti in argentum: si verò fuerit sulphur claruum, purum, rubeum, fixum & perfectum, & fuerit in eo vis igneitatis simplicis, non urentis, coagulabit arg. vivum in veritissimum Solem: & sic sulphur album, & rubeum habetur tantùm ex una metallorum materia ad plenum depurata, modo tamen diverso decocta & digesta. Idcirco dicit Plato, *quod in omni argento inest sulphur album, sicut in omni auro inest sulphur rubeum*: & tamen non omne sulphur album est aut rubeum. Item, *tale sulphur nõ reperitur super terram*, ut dicit Avicenna: *nisi quod in istis corporibus consistit*. Et ideo ista corpora subtiliter præparamus, ut de illa materia sulphur album vel rubeum habeamus super terram, de qua aurum vel argentum efficiebatur subtus terram. Ipsa namque corpora lucentia, in quibus sunt tingentes radii, tingunt cætera corpora albedine & rubedine vera, secundum quod fuerint præparata. Nam per nostrum magisterium corpus perfectum perficit imperfectum, sine administratione alicujus rei extraneæ. Omne autem sulphur bituminosum arg. vivi extraneum est, eò quod sui ipsius est corruptum, econtrà verò illud non est sibi extraneũ, in quo ipsum habet converti per nostrum magisterium: scilicet, in aurum & argentum. Venerabili ergo utimini natura: quoniã non emendatur, nisi in sui natura: cui alienum introducere nolite, nec pulverem, nec aliam rem; quia diversæ naturæ non emendant lapidem nostrum: nec intrat in eo nisi quod sit ortum ab eo. Ex rebus ergo corporalibus necesse est, corporum medicinã colligere: quoniam oportet, quòd ipsi illa in natura conveniat. Idcò quia non est corpus dignius, aut purius sole,

Vnde sulphur extrahatur.

aut

aut ejus umbra sine quibus nullum argentum vivum generatur tingens: & qui absque argento vivo tingere nititur, cæcus procedit ad practicam, sicut asinus ad cænam. Nam aurum aureum, & argentum argenteum, tribuunt colorem: & etiam qui novit argentum vivum cum Sole & Luna tingere, venit ad arcanum, quod dicitur sulphur album: & cùm rubeum efficitur, erit sulphur ad aurũ. Ex istis ergo duobus corporibus præparatis, medicina nostra cum suo sulphure, & arsenico, elicitur: & quod necesse est, quod lapis philosophorum elici possit de natura duorum corporum, antequã fiat de eo Elyxir completum: quoniam est necessarium, quod Elyxir magis sit depuratum, & digestum, quàm aurum & argentum: eò quod ipsum habeat omnino convertere à perfectione diminuta in aurum, vel argentum, quod ipsa minimè perficere possunt: quia si de perfectione sua alteri darent, ipsa imperfecta existerent: eò quod non possunt tingere, nisi in quantum se extendunt: quoniam nulla res dealbat, nisi secundum suam albedinem: nec ulla res rubificat, nisi secundum suam rubedinem. Et ideo in Lapide nostro facimus opera nostra, ut melioretur ejus tinctura, multò magis quàm sit in sui natura. Dicimus ergo, quod opus Philosophorum nihil aliud est, nisi dissolvere Lapidem nostrum in argentum vivum nostrum: ut in suam primã materiam redigatur. Unde Philosophus in quarto metheororum hujus artis deridet Sophisticos, dicens: *Sciant artifices Alchimiæ, species transmutari non posse*: & postea subdit: *nisi in suam primam materiam reducantur*: quæ quidem materia prima est argentum vivum: cùm ipsum sit elementum omnium ductibilium: tunc enim in aliam formam: quàm priùs erat benè permutantur: non quidem species, sed individua specierum: quoniam ipsa individua actionibus sensibilibus sunt subjecta: eò quod in se sint convertibilia. Species verò cùm sint universales, actionibus sensibilibus non sunt subjectæ: & ideo in se sunt incorruptibiles. Species verò arg. vivi quæ est argenteitas, non permutatur in speciem auri, quæ est aureitas: nec è converso: quia species verè permutari non possunt, sed individua specierum bene, cùm in suam materiam primam reducuntur. Quia cùm forma istius individui sit corrupta, & in primã materiam resoluta, bene & etiam necessariò introducitur alia forma. Quia corruptio unius est generatio alterius. Item, materia ita nullo modo potest destrui, quin sub aliqua remaneat forma. Unde destructa una forma, immediatè introducitur alia, ad hanc operationem, vel ad aliam dispositа. Et ideò dicit Philosophus: *Indigestuòd primò in solutione, & sublimatione duorum Luminariũ labores*. Quoniam primus gradus operationis est, ut fiat argentum vivum: & in hoc opere declarat, quid sit Lapis: cùm principium sui operis sit dissolutio ipsius: & solutio corporis est cũ congelatione

Species non possunt transmutari, sed individua specierum.

gelatione Spiritus: & congelatio Spiritus est cum solutione corporis: & tunc corpus cum spiritu, & Spiritus cum corpore miscetur: & nunquam separantur in æternum, quoniam agit utrumque eorum in socium suum sibi similem. Non ergo hic oberres: quoniam quæ seminaverit homo, hæc metet. Nam si quis est sapiens, semper est perfici appetens: quoniam in se semper continet semẽ suum. Idcircò dicit Avicenna, *si aurum & argentum non viderem: procerto dicerem, quod Alchimia non esset vera. Sed cùm aurum & argentum video, certissimè scio, quòd scientia est vera.* Igitur, quamvis hic Lapis, jam in se tincturam naturaliter continet, quoniam in corpore terræ perfectè creatus est: attamen per se motum non habet, ut sit Elyxir completum: nisi moveatur arte & operatione. Et ideò artes diversæ à diversis Philosophis sunt inventæ, ut compleas per artificium, quod est à natura relictum. Igitur non sis fatuus ad intelligendum nostram materiam: quia non invenitur in re, quod in ea non est: & aliquis dare non potest, quod non habet. Tibi igitur dico, ut nos blasphemare non possis, quod aliter nunquam fiet, donec Sol & Luna in uno corpore juncta, super corpora diminuta projiciantur. Si enim jungatur cum plumbo, plumbum erit: si cum ferro, ferrum erit: & si cum aliis corporibus, erit consimile eis O Fili, tuas aures hûc inclina: quod si cum istis duobus radiis jungatur, fit Elyxir perfectum. Non est ergò operandum, nisi de ista nobiliori materia: quia res non fiunt, nisi secundum eorum naturam: & qui quærit à natura, quod in ipsa non est, fatuitas est & perditio temporis. Tibi autem dico, quod non comedas de filio cujus mater patitur menstruum, quia leprosus erit: & tu, & tuum opus frustrabitur; de pinguiori carne comede, & habebis, quod desideras. Igitur fac unguentum de sulphure, & arsenico, & Mercurio, & habebis quod desideras. Quoniam cujus caput est rubeum, pedes albi, oculi verò nigri, est magisterium. Medicina nostra est composita solũ ex natura: & hoc est verum: & tibi subjungam exemplum. Certum quippe est omnem rem esse de eo in quod resolvitur: nam gelu, mediante calore, convertitur in aquam, ergò, prius fuit aqua. Sic etiam Lapis noster resolvitur in argentum vivum nostrũ, per magisterium philosophicum: ergò, prius fuit argentum vivũ. Modus autem convertendi ipsum in argentum vivum, est conversio naturarum ad suam primam radicem. Naturam autem convertere, est Elementa circulariter rotare. Sunt autem Elementa de aptitudine sua ad invicem conversa: ideò generantur & corrumpuntur; ac ad invicem alterantur. Converte ergo Elementa, & quod quæris invenies: quia nostra operatio non est, nisi naturarum mutatio: & eorum calidi cum frigido, & humidi cum sicco admirabilis connexio. Verumtamen non convertitur siccum in humidum,

Lapis non habet motum per se, ut sit Elyxir.

Lapis quomodo convertatur in argentum vivum.

humidum, nisi prius fuerit frigidum: nequc frigidum convertitur in calidum, nisi prius fuerit humidum: cum non sit transitus de extremo ad extremum, nisi per medium. Terra non vertitur in aerem, nisi primo vertatur in aquam: neque ignis convertitur in aquam, nisi prius vertatur in aerem. Aqua quippe & aer sunt Elementa media: Ignis verò & terra sunt Elementa extrema. Aer ergo est juxta ignem, sicut aqua juxta terram: ideo aqua contrariatur igni, & terra aeri. Quia aqua est frigida & humida: & ignis calidus & siccus: terra vero frigida & sicca: aer calidus & humidus. Aer ergo & aqua conveniunt cum humiditate: & ideo utrumque istorum immediatè in alterum convertitur. Et sic ignis & terra conveniunt in siccitate: & ideo ad invicem immediatè convertuntur, ac tardiùs ab invicem separantur. Econtra autem aer & terra, ignis & aqua, ad invicem non vertuntur, nisi ignis in aerem, & terra in aquam, primò convertatur. Si ergo siccum convertitur in frigidum: & frigidum in humidum: & humidum in calidum: tunc habebis magisterium. Modi regiminis convertendi Elementa ad invicem sunt quatuor principales: putà solvere grossum in simplum: abluere obscurum in lucidum: reducere humidum in siccum: figere volativum super corpus suum. Jam igitur demonstravi tibi, Fili, totam operationem: totam doctrinam. Sed quia ipsam magis claram volumus ostendere tibi: dicimus, quod tota perfectio est in solutione. Sic dixit Morienes, qui ita inquit: *Hoc autem magisterium nihil aliud est, nisi extractio aquæ ex terra, & hujus aquæ super terram dimissio: donec ipsa terra putrescat.* Hæc terra cum aqua putrescit, & mundificatur: quæ cùm mundificata fuerit, auxilio Dei totum magisterium erit completum. Nam si putredo non fuerit, fundi aut solvi non poterit: & si solutum non fuerit, ad nihilum revertetur. Unde oportet te solutionis modum acquirere, quòd hoc totum consistit in sublimatione. Quapropter intelligas bene hanc sublimationem: & spiritus qui ascendit, custodi ne fugiat: & quod facis in albo, facias in rubeo. Quoniam hæc medicina est in essentia una: & in modo agendi similiter. Est tamen additamentum citrinitatis coloris, quæ à mundissima substantia sulphuris nostri fixi perficitur. Differentia autem est inter Lunarem medicinam, & Solarē: eò quòd hoc quidem illud in se continet: illa verò non: quoniam indiget mundissimo sulphure albo, sicut hic rubeo indiget. Sufficiant tibi hæc duo corpora, eò quod assimilantur quæsitò: sed indiges quod in solutione & subtiliatione labores, ut solvas totam materiam. Postea congela, & calcina, & iterum solve: & sic reiterando, donec compleas fusionem perfectam. Idcirco cùm istud sit grave perficere, expedit omnino corpora dissolvere per aquam solum, sine calcinatione: quoniam istud est securius, quamquam sit

Quatuor modi convertendi inter se Elementa.

Differentia inter Lunarem & Solarē medicinam.

sit tardius in operatione. Esto ergo longanimis suaviter, & non festinanter extrahens tincturam: ne quæras velociter perficere: quia comburit omnia, & perducit ad regionem remotam. Nam ignem si multum feceris in principio mixtionis ejus, scias, quod eveniet corruptio in tincturis: quoniam comburuntur medicinæ per nimias caliditates. Ergo leniter coque, donec album urinæ omnia membra urinæ disponat. Patienter ergo sustine: & per cõtritionem & assationem, quæ idem sunt, & igne dividantur partes ligatæ à viscositate aquæ, quæ est in corporibus. Corporea verò soluta ad naturam spiritus sunt redacta: & nunquam separantur: sicut nec aqua mixta aquæ. Ideo, charissime Fili, indiges, quod in solutione Lapidis labores: & suas partes puriores ab impuris & gravioribus separes: & opus cum levioribus, abjectis partibus gravioribus, perficias. Unde soluta primò corporum forma in Mercurium nostrum, immediatè introducitur nova forma: corrupta ipsorum forma, quæ quidem forma est primò in colore nigra, in odore fœtida, & in tactu subtilis: & discontinuata. Nunc ad alia transeamus. Fuerunt aliqui Philosophi, qui posuerunt scientiam in septem Planetis: & Primus Planeta noster vocatur Venus: Secundus, Saturnus: Tertius, Mercurius: Quartus, Mars: Quintus, Jupiter: Sextus, Luna: Septimus Sol. Unde scias fideliter, quod ex ipsis corporibus metallicis cum spiritibus: scilicet, Sulphure, arsenico, & arg. vivo hæc medicina elicitur. Accipe ergo corpus, quod tibi superiùs demonstravi, scilicet, æs: & verte ipsũ in plumbum, postea in æs, ut prius erat: quia oportet nos ipsum ad suam primam reducere naturam: quia species non mutatur in speciem, nisi individuum speciei. Ad primam ergo naturam reducatur, id est, ad primum colorem: & ab illo extrahatis argentum vivum, & quod remanserit in fundo vasis, vertatis in ferrum, & tamdiu decoquatur, donec totum vertatur in stannum: & adhuc non cesset decoctio, donec vertatur in verum argentum: & tunc habebis lapidem ad album. Adhuc autem coquatur, donec vertatur in Solẽ: & sic habebit complementum, & propter hoc dixit Aristoteles: *Æs nostrum est aurum nostrum.* Et dixit similiter vir perfecti magisterii: *Et in ære est similiter argentum potentialiter, & non visibiliter: & in eisdem, sunt ferrum, plumbum, stannũ, & cætera metalla.* *Discipulus.* Miror, Præceptor bone, quod tantùm laudasti æs: nescio an in eo sit tantum secretum. Ego putabam, quod esset corpus leprosum, propter illam viriditatem, quam habet in se. Unde non desino mirari, quod dixisti, quod de hoc corpore argentum vivum debemus extrahere. *Magister.* Fili, scias, quod æs Philosophorum est aurum ipsorum. Unde Aristoteles ait, in libro suo: *Aurum nostrum, non aurum vulgi:* quia illa viriditas, quæ est in eo corpore, est tota perfe-

Æs Philosophorum est aurum ipsorũ.

perfectio ejus. Quia illa viriditas, per noſtrum magiſterium cito vertitur in aurum veriſſimum. Et de hoc experti ſumus: & ſi vis probare, tibi regulam dabimus. Accipe ergo æs uſtum bene, & perfectè rubificatum: & imbibe ipſum cum oleo duenech, ſeptem vicibus, quantum bibere poterit, ſemper aſſando & reducendo: poſtea fac ipſum deſcendere: deſcendet enim aurum purum: ejus viride fiet rubeum: ſicut crana clarum. Et ſcias, quod tanta rubedo deſcendit cum ipſo, quod tinget argentum in aliqua quantitate, veriſſimo colore. Et totum hoc probavimus de his, quæ operantur operationes magnas, quod eſt viride de auro, & ejus ſulphure, & hoc in libro de ſeptuaginta invenies. Vide quid dicat Lumen Luminum, & nota: *Nullum tamen genus Lapidum poteris præparare, absque duenec viridi & liquido: quod videlicet naſcitur in mineris noſtris.* O benedicta viriditas, quæ cunctas res generas: neque ullæ arbores aut fructus apparent ſine viriditate. Quare Philoſophi eam germini, & aquæ ſuæ, cauſſa putrefactionis & purificationis comparaverunt: & veritatem dixerunt: quia cum ſua aqua purificatur: & à ſua nigredine abluitur: & album reddit ipſum, poſtea rubeum. *Diſcipulus.* Præceptor chare, expone mihi quæſo hunc Lapidem: quia non bene intelligo. *Magiſter.* Lapis eſt, & non Lapis, ſpiritus, anima & corpus: quem ſi diſſolvis: & ſi coagules, coagulatur: & ſi volare facis, volat. Eſt autem volatilis albus, ut lachryma oculi: poſtea efficitur citrinus, ſalſus, pilis carens: quem nemo lingua ſua tangere poteſt. Ecce ipſum jam ſua demonſtravi deſcriptione. Non tamen nominavi, quo omnis eget locuples & pauper, & omnes habere poſſunt: & in manibus ſuis eſt, ac pro eo cauſantur. Modo volo ipſum nominare: & dico, quod ſi dixeris, eum aquam eſſe, verum dicis: & ſi dicis, eum aquam non eſſe, mentiris. Ne igitur decipiaris pluribus deſcriptionibus, & operationibus. Unum enim quid eſt, cui nihil alieni infertur. Hoc autem teneas, & alia dimitte: neceſſe enim eſt, nomina Lapidis multiplicare: quia ſi non multiplicarentur, pueri noſtram ſcientiam deriderent. Certiſſimè ipſum deſcripſi tibi. Ejus igitur locum inveſtiga: & alienum ei non inferas: & noſcas corrumpens, & emendans: & mortificans, & vivificans: ſolvens, & coagulans: album & rubeum: faciens in uno eſſe, & in uno loco. Et quia noſtra adminiſtratio non poteſt fieri, niſi occidendo, & poſtea vivificando: oportet omninò ut corpus moriatur, & poſtea vivificetur. Et ſic complebitur totum arcanum. *Diſcipulus.* Amantiſſime Præceptor, quis eſt ille, qui ſciat interficere, & poſtea vivificare? *Magiſter.* Fili, hoc totum per putrefactionem perficitur: *quia corruptio unius eſt generatio*

Viriditas ære ejus eſt perfectio.

Viriditatis cõmendatio.

Lapidis deſcriptio.

ratio

Quomodo occidendo vivificetur.

ratio alterius: & tibi subjungam Exemplum. Materia nullo modo potest destrui, quin sub aliqua remaneat forma. Unde destructa una forma, immediatè introducitur alia ad hanc operationem, vel ad aliam disposita. Et hoc totum per solutionem perficitur. Igitur oportet primò dissolvere, secundò putrefacere: tertiò abluere, & ecce totum magisterium. *Discipulus*. Præceptor, bene video, quod est veritas, quod tu dicis: & rogo te, si placet, ut de ista ablutione aliquantulum mihi dicas: & similiter quot sint colores principales. *Magister*. Fili, ablutio est principium, medium & finis hujus nostri operis. Aqua nostra abluit sordes de terra nostra: & Sol noster est adjutor: & operatio fit paulatim, cum istis enim mundabis omnes obscuritates. Aqua nostra abluit seipsam, & abluit suum corpus: & si corpus anima caruerit, tenebrosum & obscurum reperitur: & si animam ei reddideris, formosior apparebit. Corpus nostrum est terra nostra: & anima nostra, est aqua nostra: & hoc totum nihil aliud est, nisi extractio aquæ ex terra: & ipsam reducere super terram: & hæc terra cum aqua sua putrescit primò: postea mundificatur & nutritur. Nam omnes res aquam appetunt: quoniam ipsa tam igni quàm rebus aliis alimentum præstat: & dignum administratione complectitur arcanum. Aqua in vite est vinum: & in oliva, oleum: in arborem quoque diversis generibus fructus transformatur: quæ quidem omnia ab aquæ beneficio sumunt exordium. Colores, ex quibus omnes alii habent principium, sunt tres: primus est, niger: secundus, albus: tertius rubeus. Citrinus color & glaucus, ex albo & rubeo nascuntur: quod citrinitas & glaucitas, nihil sunt, nisi rubei & albi proportio determinata. Cœlestis ab albo & nigro, proportione debita generatur: viridis, violaceus, & camelinus, à nigro, albo, & rubeo simul conjunctis, proportione debita, secundum magis & minus procreantur, & sic de aliis. Et omnes isti colores, qui non sunt perfecti, per aquam perficiuntur, & per ipsam abluuntur & mundificantur. Igitur, charissime Fili, cùm in opere fueris, fac ut primū habeas colorem nigrum: quia tunc eris certus, quòd putrefacis, & via recta procedis. Si autem laboraveris sine putrefactione, videbis oleum rubicundum, quasi frustum superius natare: & hoc est signum, quod in vanum labores. Si autem cum putrefactione solveris materiam tuam, videbis ipsam nigram: postea viridem: deinde croceam & rubicundam, & varij coloris. Hoc autem totum perficitur per decoctionem veram. Oportet igitur nos venenum aptare, prout oportet: deinde multiplicetur coquere: ne tædeat vos decoctionis, imbibite, decoquite, terite, quousq; unum fiant. Sunt enim duo, unus qui ascendit, alter vero non. Hoc autem totum factum est per melancholiam. Melancholia est res non stabilis, & est fumus, qui cito ascendit: videlicet, in

Ablutio quomodo fiat.

Omnes res aquam appetunt.

Colores principales sunt tres

Melancholia.

cet, in altiori loco, in quo est, scilicet, in capite: & si evaporat, facit hominem tristem, tenebrosum, & obscurum, per totam suam vitam. Etsi illa melancholia, id est, ille fumus remanserit; & revertitur ad suum proprium locum: reddit hominem humilem atque pacificum: quia ipsemet cognoscit se. Propter hoc mons in quo est tabernaculum, clamat, dicens. Ego sum, qui sum: & sum nigrum albi, & album nigri: meus proprius color. Per Deum, veritatem dico, & non mentior. O natura benedicta: & benedicta est operatio tua: quia de imperfecto facis perfectum, cum vera putrefactione, quæ est nigra & obscura. Postea facis germinare novas res, cum tua viriditate, & facis diversos colores apparere, & sine preciosissima viriditate nullum vegetabile, neque fructus ullus germinando potest apparere. Quare, moneo te, fili, ut totus tuus intellectus sit in rebus viridibus coquendis: si vis habere fructum, coque, tere, reitera, nec tædeat quamvis opus sit longinquū, quia seipsum dissoluit, & copulat: seipsum dealbat, & rubore decorat: seipsum croceum facit, & nigrum. Præterea seipsum desponsat, & à seipso concipit: quia ibi est masculus & fœmina. Similiter ibi est frigus, id est, aqua: & calor, id est, ignis: & humor, id est, aer: & siccitas, id est terra, Et similiter ibi sunt diversi colores: propter quod Philosophi diversa nomina imposuerunt: quia aqua est clara & lucida: ignis vero rubeus & lucidus: aer quoque albus & lucidus: terra nigra fæculenta & obscura. Scias tamen, Fili: quod omnium spes & existimatio Philosophorum in duobus consistit: eam tamen radix triplex persequitur: aquæ videlicet exaltatio, quæ liquida procedens si cessaverit: olei deinceps patebit egressus: & hæc sunt duo signa. Propter hoc dicit Philosophus: qui dealbavit me, ille faciet me rubeum. Philosophi autem multis nominibus nominaverunt Lapidem nostrum, & multa ostenderunt ad album & rubeum faciendum. Unde tibi dico, quod nō eges illis nominibus: nec illas res diversas, nisi uno nomine, & una re, scilicet, aqua, quæ administratur: & una actione, scilicet: coque te. Quare, moneo te, Fili: ut non accedas ad operandum, nisi incipias tentare: & aquas coquere, quæ putrefaciendo inspissantur: & putrefaciendi humiditatem & siccitatem ipsius notare. Cujus genus duo sunt Lapides de genere Lapidum. Extractum enim est ex Lapidibus, qui in quolibet anni generantur tempore, & unus habet alas, & alter non. Unde Fili, si verum magisterium habere desideras, oportet te comburere illas alas, Item, scito, quòd non candidatur sine combustione. Combustio autem humor est: quia nisi esset, nunquam dealbaretur. Quare oportet, ut humiditate coquatur quousq; arescat & desiccetur: deinde aqua teratur sublimata, & iterum coquatur, quousque iterum siccetar: & per vices hoc reiteretur, quousque, Deo favente, candidetur. Et est notan-

dum, quod omnibus rationibus à te perceptis, si dealbationem ignores, speratam amittis lætitiam: nam ex trituratione & sale attenuatur: fæcem ejicit, & turpitudinem amittit: deinde, auri colorem recipit, & ordine spirituali figitur. *Discipulus*. Præceptor suavissime, obsecro te, ut mihi exponas hanc siccitatem & combustionem: quæ mihi bis superius reiterasti: & utrum sit unum, an duo? *Magister*. Necesse est enim, ut animæ suis corporibus priventur, & hoc combustione fit, post mortificationem. *Discipulus*. Magister, narra mihi, quæ differentia est inter combustionem & mortificationem: & utrùm sint unum, an duo: & cui combustio procedit. *Magister*. Fili, jam tibi narravi, quòd oportet totum Elyxir comburi & mortificari: eò, quòd Azoch, vel Zericon, vel, aqua divina, non rubet, nisi mortificatione & assatione: dealbatio autem non fit nisi combustione. Ecce jam, Fili, quòd tibi ostendi, non mortificationem & dealbationem, & rubeum discriminando à se invicem demonstravi. Unde scias, quòd unumquodque eorum primò dealbatur, postea rubet: & hoc totum ex beneficio aquæ procedit. Aqua illa res est, quæ dealbat, & rubere facit. Aqua est, quæ dissolvit & congelat: aqua est quæ putrefacit, & postea facit germinare diversas res & novas. Unde, Fili, moneo te, ut tota intentio sit, in decoctione aquæ: & te non tædeat, & non cures de aliis rebus, nisi de aqua. Coque ipsam paulatim, donec mutetur de colore ad colorem perfectum: & cave, ne in principio comburas ejus flores, nec ejus viriditatem: & noli citò perficere opus tuum. Item, vide ut janua tua sit benè clausa, ne ille qui est intus, possit evolare: & ita, Deo concedente, venies ad effectum. Item, nota Fili, quòd solvere, calcinare, sublimare, tingere, abluere, infrigidare, rigare, extrahere, coagulare, humectare, imbibere, abluere, coquere, fixare, terere, siccare, distillare, unum sunt: scilicet, animam vel spiritum extrahere à corpore denotant, & appositionem veris significant, id est, quòd ignis sit suavis. Hic enim ignis sequestrat Elementa, & iterum componit. Quapropter tota ars consistit in convertendo elementa id est, faciendo humidum siccum, & fugiens fixum. Et jam dico tibi, quòd elementa in partes quatuor dividuntur: quorū duo terram habent, & aspectum apud vivum largientia, quæ sunt terra & aqua. Alia autem nec videntur, nec tanguntur, nec quicquā largiuntur, nec locus eorum videtur, nec opus, nec vis, nisi in prioribus elementis, terra scilicet & aqua. Quare multi decipiuntur circa elementa: quia non est necessarium, ut dividamus Elementa: quia omne Ens est compositum: & omne compositum dividi non possibile. Ideo non est nobis necessarium talem facere divisionem. Et similiter in ceratione, non est necesse dividere, imò conjungere, & sequi naturam. Idcirco oportet nos conjungere

Quænam sit differentia inter combustionem & mortificationem.

Elementa,

Elementa, ſcilicet, terram & aquam, ita, ut unum fiant: & ut dividi non poſſint: & in iſtis duobus alia duo conſiſtunt, ſicut eſt aer & ignis. Cùm autem quatuor Elementa non conjunguntur, ità ut ſiccum cum humido, & frigidum cum calido, ſine aliqua diviſione, unum fiant: nil hujus artificii hominibus perficitur. Et ideo Philoſophi antiqui docuerunt coquere aquam permanentem, donec inſpiſſaretur cum ſuo corpore, & fieret unum. Hoc autem totum in noſtro ære conſiſtit: & ſcias, quòd nulla ſit tinctura, ſine ære noſtro. Item, ſcias Fili, quòd tingens cui ea ſunt mixta, ea quæ neceſſaria ſunt, oportet vos diruere ipſum. Nam ea quæ ei miſcentur ſuperat. Item, ſcias, quòd ſi unum ſit fugiens: alterum verò ignem patiens: utrumque junctum ignem patitur. Unde ſi ſuperficies dealbatur, & intima dealbabuntur. Et ſi enim ſuperficiem nubes dealbaverint, procul dubio intima dealbabuntur: quoniam noſtrum ſolutum omnia comburit corpora ſulphur Item, ſcito, quod Solis flos eſt Lapis de Lapide. Aſſate ergo ipſum per dies, donec fiat marmor coruſcans. Item, ſcias, quòd una ſola res facit, quod & plures operantur: pluribus autem rebus nõ indiges, niſi una ſola re: & illa ſola res in unoquoque gradu operũ noſtrorum in aliam vertitur naturam. Hoc enim regimine ſpiritus incorporatur, & corpus vertitur in ſpiritum. Conſerva ergo vas, ne compoſitum fugiat, & fumiget: & habebis intentum. Nunc autẽ hæc verba in tuo animo fige: ſcilicet, quòd eò combuſto fiat ſanguis ſimul ad latera vaſis. Leo autem viridis ſemper in medio manet, quousque ex toto ſit interfectus. Quapropter nihil aliud tibi commendo Fili: niſi aquam nõſtram, & æs noſtrum coquere, donec paulatim comburendo interficiatur: quousque ejus color mutetur, & à ſua nigredine privetur. Nonne vides, Fili, quòd ex ſanguine ſperma non fit, niſi diligenter coquatur in hepate, quousq; intenſum habeat colorem? Et jam ſcias, Fili, quòd ſi color rubeus tibi apparuerit poſt nigredinem, propter hoc non cures, dummodo vas ſit bene clauſum: quia de neceſſitate oportet, ut ad ſuam perveniat naturam. Hoc eſt argentum vivum occidentale, quod prætulit ſe auro, & vincit illud: & illud quod occidit vivere facit: quia eſt pater mirabilium omnium. Propterea dixit Morienes: *Ignis & Azoch tibi ſufficiunt.* Jubeo ergo te, accipere æs noſtrum, & ponere in vas bene clauſum, & coquere paulatim: deinde extrahere, & aſpicere, num factus ſit Lapis niger: tunc optimè rexiſti. Et ſcias, quòd dicta nigredo permaneat per quadraginta dies: & poſtea in diverſos colores variatur, donec veniat ad perfectam albedinem: & poſteaquam album habueris, non variabitur, donec veniat ad rubeum perfectum.

Nulla ſit tinctura ſine ære philoſophico.

Solis flos.

Leo viridis.

Argentum vivum Occidentale.

RECAPITVLATIO TOTIVS OPERIS.

PErtractatis igitur sermonibus hujus magisterii nostri, secundum exigentiam sui ordinis, cum causis suis sufficientibus: restat nunc, ut breviter teneatur memoria totum nostrum magisteriũ, sub sermonis brevis completa recapitulatione. Dicimus ergo,

1. *Dispositio.* quòd tota intentio, hujus nostri operis summa, nihil aliud est, nisi ut sumatur Lapis Philosophicus; & cum operis instantia assiduetur super ipsum opus sublimationis, solutionis atque distillationis primi gradus, ut mundetur à corrumpente impuritate: Deinde

2. *Dispositio.* figatur, ut nihil ascendat, & cùm fixa fuerit, solve quod in ea erit solubile, & in ignis temperamento conserva, quousque per modum sublimationis, solutionis atque distillationis elevetur, quod elevari potest: cùm elevatum fuerit, in ignis temperamento conserva, quousque totum figatur, & in asperitate ignis quiescat. Et hic secundus præparationis appellatur gradus, & in hoc quidem una præparationis & perfectionis meta consistit. Tertio simili-

3. *Dispositio.* ter gradu Lapis administretur: qui per totum principium, mediũ & finem consistit præparationis complementò. Et est, ut jam fixum lapidem, cum modis sublimationis, per administrationem ignis volatilem facias: & volatilem fixum: donec in ignis asperitate quiescat, & quod nihil videatur ascendere, & hic modus tertius est completus. Quarta vero administratio est, ut Lapidem dis-

4. *Dispositio.* solvas, per modum distillationis volatilem facias, & cùm fuerit ita, fixa totum igne appropriato sibi, donec quiescat, sine materia

5. *Dispositio.* cum aliqua separatione. Quinta administratio est, ut Lapidem congelatum dissolvas: & quod jam fixasti cum ignis administra-

6. *Dispositio.* tione volatile facias: & iterato volatile fixum, quousq; maneat in pugna ignis: & cùm ita fuerit, serva: donec illi major ignis quantitas administrari possit: & sic vidisti quintum circulum. Sexta separatio est, ut Lapidem nostrum ita solutum, sublimatum, congelatum, calcinatum, inceratum, distillatum, & fixum, cum parte servata non fixa, per ingenium subtile conjugatum: & per modũ solutionis, sublimationis, distillationis volatilem facias, cum maximo ignis ingenio. Et cùm ita factum fuerit, fixa totum, donec in

7. *Dispositio.* ignis asperitate quiescat: & quòd nihil videatur ascendere. Et sic rexisti sextam dispositionem. Sed, quia in septima præparatione consistit totũ arcanũ, dicimus tibi, Fili charissime, quod hoc arcanum sparsimus in diversis locis, & similiter occultavimus. Ubi magis apertè ac clarè locuti fuimus, ibi magis obscurè: & ubi magis occultè locuti fuimus, ibi magis apertè ostendimus illud. Quoniam nobis solis scripsimus, ac etiam tradidimus, & non aliis, nisi filiis nostris. Ne ergo desperes, Fili doctrinæ: quoniam, si illam quæres, invenies: non doctrinæ, sed propriæ motus indagatione naturæ,

naturæ, Qui verò librorum insecutionem insequitur: tardissimè ad hanc artem perveniet prestantissimam. Dicimus igitur, quòd septima operatio est, Lapidem benedictum primò solvere, postea distillare: tertiò sublimare, quartò incerare: quintò descendere: sextò calcinare: septimò figere. Ecce totum magisterium, & hoc quod diximus, nihil aliud est: nisi solvere & congelare; fixare & volatile facere, & volatile fixum, & fixum iteratò volatile, quousque fluat, & alteret in complemento Lunifico, vel Solifico certo. Ex reiteratione igitur præparationis in medicina resultat bonitas, & alterationis multiplicatio. Ex diversitate igitur reiterationis super Lapidem, in gradibus suis, resultat multiplicationis bonitas, alterationis diversitas, ut ex medicinis quædam sui duplum, quædam decuplum, quædam septuplum, quædam centuplum, quædam millecuplum, quædam in infinitum Solificium: & verum perfectionis Lunificium transmutat corpus. Unde notifico tibi, quòd nisi Lapis noster in initio coquendi absque manuum contritione aqua fiat, nondum opus inveniśti. Quapropter hoc magisterium nihil aliud est, quàm coquere argentum vivum & sulphur, donec unum fiant. Argentum vivum defendit sulphur à combustione, si vas fuerit bene clausum: ita ut argentum vivum non possit evanescere: & eo modo non potest sulphur comburi, nec devastari. Quare argentum vivum est aqua nostra: & videmus per exemplum in aqua communi, quòd omne, quod cum ea coquitur, non comburitur, donec ipsa est, quantumcunque ignis sit fortis: & quando aqua consumta est, hoc quod est in vase comburitur. Et ideo Philosophi jusserunt claudere os vasis, ut aqua benedicta non exhalaret: & defenderet à combustione hoc, quod in vase est. Aqua verò cum illis rebus posita, prohibuit, ne ignis combureret: & factæ sunt illæ res, quantò magis ignis flamma occupantur, tantò magis in aqua absconduntur, ne ignis calore lædantur. Aqua autem in suo ventre recipit eas: & ignis flammam repellit ab eis. Jubeo autem in principio facere ignem levem, donec facta sit patientia inter ignem & aquam. Et postquam videbis aquam fixam, sine ascensione aliqua, non cures qualis sit ignis. Sed bonum est regere cum patientia, donec spiritus & corpus fiant unū: ita ut corporea fiant incorporea, & incorporea corporea. Amplius tibi dico, quòd nullo modo invenire potuimus, nec similiter invenire potuerunt Philosophi, aliquam rem perseverantem in igne, nisi solam unctuosam humiditatem. Aqueam videmus de facili evaporare, & arida remanent: & ideo separantur, quia non sunt naturales. Si autem eas humiditates consideremus, quæ difficulter separantur ab his, quæ sunt naturales, non invenimus aliquas nisi unctuosas & viscosas. Quare sicut in Libro Metheorum determinatur, harum partes conjunguntur, sicut cathenæ: &

Coctio argenti vivi & sulphuris.

Cur argentum vivũ dicatur esse aqua.

una earum ex alia de facili evelli non poteſt. Quare omnibus ſapientibus ſcire facio, quòd de nulla re de mundo, nec ullo modo meliori, poſſibile eſt fieri Elyxir citrinum, quàm per ſulphur philoſophicum. In ipſo autem vidimus unctuoſitatem perfectam, non cremabilem: & idem per ipſum quando eſt præparatum, ut oportet; omnia corpora, quæ tangit, ducit ad veriſſimum ſolaris complementum: & ſuper omnia corpora Lunam.

Finis Speculi Alchimiæ, Arnaldi de Villa novâ.

ARNOLDI DE VILLA NOVA CARMEN.

MErcurium retinens exſtat Lapis iſte citrinus:
In rubeum tingens velut eſt ſplendore rubinus.
Doctus ſervat eum, ſed ſtultus projicit illum.
Hunc oleo jungas, ſuper ignem poſtea ponas:
Et mane cum ſpatula removens ab eo liquefacta:
Quando calor ceſſat, mox in fundo lapideſcit.
Effundas oleum tingenti ſulphure mixtum:
Trans ſuccum tendit in eo tinctura manebit.
Hoc toties repetas, dum tincturam ſibi tollas:
Hanc tu ſiccabis, aridis pannisq; locabis:
Tunc genus hoc tingens completur, & eſt apparens.
Sic primam partem debes complere per artem.
Veſtio tollatur: in aceto ſæpè coquatur:
Vt non uratur, ſuper ignem quando locatur:
Cum gelidis rebus hanc præparare ſolemus.
Sic aliam partem poteris complere per artem.
Semina multaq; infert in aquam, ſi ſolus adhæret;
Sal, cinis & fumus: hanc rem diſſolvere ſcimus:
Quam dum corrumpunt, poſt hæc dare præmia poſſunt,
Si ſtant per numerum centum triginta dierum.
Crebrò diſtillas, proprio cum corpore jungas:
Si terram tundis iſtis pluvialibus undis:

Excreſcet,

Excreſcet fructus, qui ſcit depellere luctus,
Sic tertiam partem poteris complere per artem.

ALIUD.

In ſpeciem Solis Lunam convertere ſi vis,
Has quinque partes lectioni junge per artes:
Fert æris viridis, tantum de pulvere nitri,
Alu. Iameni, mediam Salis ar. mediam vi,
Hæc eſt vera via Solis mente tuchia.

ALIUD.

Maria, mira ſonat, breviter quæ talia ſonat:
Gumi cum binis fugitivum figit in imis:
Horis in trinis tria vincula fortia finis:
Maria lux roris legem ligat in tribus horis:
Filia Platonis conſortia jungit amoris:
Gaudet maſſata, quando tria ſunt ſociata.

Iohannis Ticinenſis Heptaſtichon.

Hæc ars eſt rara, & levis, & brevis: hinc quoq; chara:
Et res eſt ſola; & vas ſolum, coctio ſola.
Candida ſic rubeo mulier ſit nupta marito:
Sic complectuntur ſe, ſic quoq; concipiuntur.
Mercurius Solem foliatum deſtruit omnem:
Hunc ſolvit, molit, atq; animam de corpore tollit:
Hunc partitur, dividit, hunc componere novit.

FINIS.

INCIPIUNT QUAESTIONES TAM ESSENTIALES QUAM accidentales M. Ar. ad Bonifacium octavum.

INcipiunt quæstiones tam essentiales, quam accidentales Magistri Arnoldi de nova villa ad reverendum eo competente compositionis formam. Quæsivit ergo in primo loco. Si operatio lapidis possit fieri ex solis luminaribus & aqua vitæ? Et respondetur quod sic, aut uno luminari? in fine quæstionum ostenditur quod sic?

I I.

Quæritur si possit fieri ex sola aqua vitæ, Respondetur, Quod non, Quia argentum vivum nil operatur, nisi projiciatur in matricem mulieris seu fixæ calcis ut ipsum nutriat, & terra nostra est mulier, & mater argenti vivi.

I I I,

Quæritur si possit fieri ex solis luminaribus, & quare ponitur corpus imperfectum. Resp. quod citius perficitur opus. Et colores quos posuerunt Philosophi magis ordinate & secundum dicta Philosophorum apparent.

I V.

Quæritur si colores in opere luminarium. Resp. quod apparent sed non servant eundem ordinem.

V.

Quæritur si sol & luna per se quælibet, vel ambo simul facta solutione, debeant pertransire alembicum. Resp. tutior via & melior est quod quodlibet transeat per se, possunt quædã simul transire, sed cum majori difficultate. Primo divisim. Secundo conjunctim expedit quod transeant per alembicum. Quia sic artifex poterit esse securus quando luminaria sunt redacta in primam materiam, id est, argentum vivum.

V I.

Quæritur quare oportet, ut reducantur luminaria in Mercurium, id est, argentum vivum. Resp. quod argentum vivum est sperma omnium metallorum. Primo immediate non posset fieri generatio perfecta, artificialiter metallorum ex eis profecta, nec ejus multiplicatio.

V I I

Quæritur, An aqua vitæ nostra, quæ dicitur aqua roris madidi, debet esse Mineralis vel extrahi de plumbo vel stanno. Quia dicunt Philosophi, quòd aqua ex plumbo facta non intrat magisterium nostrum.

noſtrũ, ſed aqua mineræ tantum. Quia plumbum eſt immundũ, & aqua noſtra mineralis eſt munda, Plumbum enim vitrificat, Aqua autem noſtra à vitrificatione conſervat. Ergo debet eſſe Mineralis.

VIII.

Quæritur, Quomodo cognoſcitur aqua mineralis ut diſtingvatur ab aqua plumbi. ℟. Si times de ſophiſticatione fac ipſum transire per alembicum, & ſi in fundo cucurbitæ non remanent fæces, bona eſt aqua mineralis naturalis: Si verò remanent fæces, & revertantur in corpus Metallicum, ſecundum ſpecies eorum, ſophiſticatum eſt arg. vivum.

IX.

Quæritur nonò, Si debet purgari aqua mineralis, aut quomodo aqua amalgametur cum corpore. ℟. Primò aqua debet mortificari cum ſale communi quouſque convertatur in ſpeciem cineris cœleſtinam. Deinde debet deſiccari in urinali ad ſublimandum, & aſcendet aqua pura munda, & viva, & poſtmodum cum aceto ad lentum ignem munda debet excoqui paulatim ad unam horam. Deinde debet iterum exſiccari ut prius. Et poſt hoc debet mitti per corium, & ſic poteſt ſecurè in noſtro magiſterio poni.

X.

Quæritur, Si corpora perfecta, quæ dicuntur luminaria debeant præparari antequam ingrediantur Magiſterium noſtrum. ℟. Quod aurum debet purgari per cementum & argentum per cinericium. Deinde debent foliari, ſicut foliantut pictoria arte vel ſubtiliter limari. Quia quantò magis fiunt ſubtiliata, tantò citiùs convertuntur in argentum vivum. Subtiliata verò peroptime poſſunt ingredi Magiſterium noſtrum, id eſt, ſortiri ſubtiliationem noſtram.

XI.

Undecimò quæritur, Si corpus imperfectũ debet præparari, & quomodo eſt cum eo agendum. ℟. Debet fundi ſimiliter & purgari. Et ſi fuerit cuprum debet purgari & affinari ſicut purgatur & affinatur pro caldariis, poſtmodum limari ſubtiliſſimè, & poſtmodum amalgamari ſubtiliter. Deinde poteſt poni in operationem noſtram.

XII.

Quæritur, Quot partes debent poni de aqua in prima conjunctione, & quot de corpore in ponderibus æris. ℟. Amalgametur & conglutinetur cum corpore imperfecto vel perfecto. Tunc debent eſſe quatuor partes aquæ & una corporis. Et ſi fuerit corpus unum ex luminaribus, debent eſſe 12. partes aquæ & una corporis.

XIII.

Quæritur, Quot partes debent esse de aqua, & quot partes de analgamate ad hoc, ut corpus totum convertatur in arg·vivum. Et ut totum transeat per corium, i. e. **Samisch leder.** ℟. Quod est certa quantitas ibi, scil. ad bonum arbitrium, ponenda est quantitas ad ignem lentum quousque totum corpus sit conversum in argentum vivum.

XIV.

Quæritur, Transeunte corpore imperfecto per corium, & conversum in argentum vivum, in quo vase est ponendum. ℟ In vase vitreo perfecto in modum parobsidis, & debet cooperiri cum alio simili magis amplo. Ita quod pars inferioris vasis sit bene inclusum. Et vas superius debet habere modicum collum, & debet habere foramen in collo, & debet claudi in lineo panno. Et illo modo debet vas poni inter cineres in furno suo, & etiam cineres debent cooperire totam materiam. Et debet ignis esse unius luminis, qui vocatur ignis febrilis, debetque stare ad illum lentum ignem quousque apparuerit nigredo lapidis, quæ apparebit in superficie.

XV.

Quæritur, Quomodo apparebit nigredo, & qualiter amovenda est nigredo. ℟. Prima die apparebit nigredo in superficie tantum, & quædam nebula nigra, & illa multum ingeniosè est amovenda cum spatula munda lapidea vel vitrea, vase antea discooperto, separa nigredinem quæ apud Philosophos vocatur vestis tenebrosa. Item cooperto vase ignis continuetur quousque iterum nigredo appareat. Et illa nigredo iterum amoveatur, & in vase vitreo mundè servetur cum supradicta, & hoc fiat consequenter donec nil nigredinis appareat in superficie, & lapis remaneat clarus & mundus, quoniam verè tunc est aqua mundificata à terra sua, & tunc habentur duo elementa lapidis, scilicet terra & aqua.

XVI.

Quæritur, Per quod tempus debet esse in nigredine, & quod est signum veræ solutionis lapidis. ℟ Cum nigredo apparuerit prima vice, signum est putrefactionis & solutionis lapidis. Cum autem nigredo totaliter evanuerit, est signum roris putrefactionis lapidis & solutionis ejus. Durant autem nebulæ nigræ in prædicto lapide 40. diebus, aliquando plus, vel minus. Hæc autem variatio accidit propter variationem quantitatis, medicinæ, & etiam ex industria opificis. Unde major quantitas majus tempus requirit, minor etiam minus. Sapientia autem operantis juvat artem separationis nigredinis.

XVII.

Quæritur, Quando terra est separata, quid demum faciendum est de

est de aqua. ℞. Aqua est ponenda in urinali & alembico superposito cum suo receptaculo, ut moris est, securè pone inter cineres in furno distillationis, & cum lento igne distillatur. Et sis attentus juxta distillationem, ut inter guttam & guttam sequentem sint 40. momenta. Hoc est quod dicit Philosophus 40. verba cum pausa distincta in medio dividendo mille, 130. 3. verba prolata. Et iste est ordo & modus in distillatione servandus. Illud autem quod in fundo invenies, distillatur cum aqua nova, cum triplo aut quadruplo sui, quousque omnino sit solutum & conversum in argentum vivum. Et sicut prius distilla & stet totiens donec fundalia sint penitus amota. Et cum ipsa aqua distillata fuerit, & sic habes aquam vivificatam.

XVIII.

Quæritur, per quod tempus durat ista distillatio. ℞. Non est tempus determinatum utrum in majori vel minori, sed secundum majorem vel minorem quantitatem aquæ servata uniformitate ignis.

XIX.

Quæritur, Facta distillatione, quid est faciendum inde aqua. ℞. Recipe terram quam superius separasti & servasti pulverisabis, & pone eam in vase vitreo prædicto lutatis juncturis amborum, & da sibi de aqua prædicta distillata donec supernatet, & cum igne levi sicut erat ignis putrefactionis 4. diebus vel usque aqua desiccetur in terram. Et sic iterum da sibi de prædicta aqua quousque desiccet. Et sic deinceps quousque terra sit alba & clara & mundificata. Quæ cum mundificata fuerit, Auxilio Dei totum magisterium dirigetur.

XX.

Quæritur, Quid erit faciendum de terra sic mundificata. ℞. Ponenda est in urinali inter cineres in furno sublimationis alembico superposito, cui detur ignis fortis, quousque quicquid de aqua ascendat in alembicum & terra maneat in fundo. Tunc verò habes aquam aerem, terram & ignem ibi. Quia illa terra est naturæ igneæ.

XXI.

Quæritur, Quid sit faciendum, & quod tempus quo ipsa putrefactio & mundatio terræ fit. ℞. In 40. diebus, & aliquando plus vel minus secundum quantitatem terræ vel aquæ.

XXII.

Quæritur, Utrum luminaria debent præparari eodē modo sicut corpus imperfectum. ℞. Quod sic omnino, quia aliter non possent dignitatem fermenti assumere, quousque ipsa sint dissoluta, putrefacta, distillata, mundificata, sicut dictum est de corpore imperfecto, & in iplius regimine stat clavis & secretum primæ artis.

XXIII.

XXIII.

Quæritur, Quid ſit faciendum de aquis diſtillatis, ex luminaribus & corpore imperfecto. ℞. Aqua corporis imperfecti eſt dividenda in duas partes æquales. Et una pars debet conjungi cum aqua Solis, id eſt, cum aqua diſtillata à Sole, reliqua verò cum aqua diſtillata à Luna. Tunc ſunt duo arg. viva. Verum etiam uenius ſpermatis ſunt creata. Deindè aqua lunaris debet dividi in novem partes. Et quælibet debet poni in ampullam ſeparatim, & debet ſervari inter cineres in calore lentiſſimo, ſicut gallina nutrit ova ſua.

XXIV.

Quæritur, Quid ſit faciendum de ipſis aquis. Si vis prætendere ad Lunam. ℞. de terra corporis imperfecti calcinata & dealbata, ut dicitur, partes 4. Et de terra ſolis quæ dicitur fermentum ſolificum partem unam, & terræ Lunæ, quæ dicitur fermentum lunificum partem aliam. Hoc eſt, ſi terra corporis imperfecti ſit libra: Pone de fermento ſolis tres, & de fermento lunæ totidem. Miſceantur benè & ſubtiliter, & pone ea in vaſe rotundo vitreo cum parvo collo, & ſuperpone de aqua lunari ampullam unam, & tunc clauſo vaſe cum panno lineo ponatur in furno philoſophico inter cineres ad ſecundum ignem. Et continuetur ignis continue quouſque materia fuerit deſiccata. Deinde detur ſibi alia ampulla & ignis continuetur ut prius, & hoc toties fiat quouſque materia fundatur ſicut cera. Et tunc eſt medicina perfecta ad album.

XXV.

Quæritur, Quot imbibitiones ſufficientes ſint ad hoc, ut materia ad album liqueſcat ſicut cera. ℞. Ad plus ſeptem ad minus quinque.

XXVI.

Quæritur, Per quod tempus durant imbibitiones ad album. ℞. Si de corpore imperfecto fuerit libra una, fixabitur cum imbibitionibus in 90. diebus ad album, tanto tempore etiam ad rubeum, id eſt aliquando fixatur in majori, vel minori tempore, propter induſtriam operantis, & propter majorem vel minorem partem ipſorum pigmentalium.

XXVII.

Quæritur, Completa medicina ad album, qualiter perficitur ad rubeum. ℞. Operatur de medicina prædicta alba, ℔. ſic ut recipiatur & teneatur inter cineres calidos ad ignem primum, tam diu quouſque medicina deſiccetur & cineretur. Deinde detur ſibi ad bibendum prima ampulla de aqua ſolari, id eſt, diſtillata à ſole, & continuetur ſibi ignis ſecundus, quouſque materia deſiccetur, poſtea detur ſibi alia ampulla, & ſic ſucceſſivè imbi-

bitiones

bitiones continuentur & desiccationes quousque materia rubificetur, & sicut cera liqueſcat. Et sic erit medicina perfecta ad rubeum.

XXVIII.

Quæritur. Si tota ampulla, seu tota aqua unius ampullæ tam lunaris quàm solaris est ponenda, simul in una imbibitione solaris vel lunaris medicinæ. ℞. Tantum debes ponere super materiam quod materia solum cooperiatur cum aqua & non ultra. Et sic illam imbibe, & demum alteram superfunde, & illam desicca, & sic usque ad finem.

XXIX.

Quæritur, Qualiter projectio istius medicinæ solaris vel lunaris. ℞. Pars una ponenda est super decem partes Metalli imperfecti, vel arg. vivum & totum erit medicina. Et de illa medicina ponenda una pars super mille partes corporis imperfecti. De ipsa autem ultima medicina ponenda est una pars super mille partes corporis imperfecti calidi & mundi, & erit corpus lunificum vel solificum secundum medicinam omne suscipiens judicium examinis.

XXX.

Quæritur, Qualiter ista medicina alba vel rubea multiplicatur. ℞. Tibi dixi pater sancte verbo. Et ideo non dicam scripto, dixi enim tibi pater, quod nullus philosophorum fuit ausus revelare. Ideo obsecro tuam sanctitatem, & adjuro ne reveles ea nisi filiis sapientiæ, & qui fideliter laborant in hac arte. Per putrefactionem augmentatur Lapis Philosophorum, & per frequentem reiterationem. Hoc scito amice.

Finis Quæstionum Essentialium.

INCI-

INCIPIUNT QUAESTIONES ACCIDENTALES.

I.

AD quæstiones accidentales, quas proposuisti mihi Pater sancte tibi per ordinem respondebo. Primò quæris, Quot furnelli sint necessarii ad operationem. Respondeo, Unus est furnellus putrefactionis, distillationis, incinerationis; sublimationis, imbibitionis, fixationis sicut patet per figuram.

II.

Quot sin vasa necessaria. ℟. Si habes bonum intellectum in quæstionibus essentialibus satis est determinatum.

III.

Si vasa debent claudi, & cum quo debent claudi. ℟. Vasa putrefactionis debent claudi cum panno lineo stricto, & fixionis vasa, & distillationis, & inceration is debent lutari cũ gypso & albugine ovi per juncturas. Receptorium distillationis non debet lutari cum naso alembici, sed debet manere apertum.

IV.

Quot sunt ignes operantes necessarii. ℟. Quatuor, hos versus lege & intelliges. Primus dicatur in quo secundus demonstratur sensibus æquatis gaudet natura secunda. Tertius excedit cujus tolerantia lædit destructor secundus nescit procedere quartus: Vel sic: Primus formetur, ut sensus ei donetur, Sensibus æquatis gaudet natura secundus. Tertius excedit cujus tolerantia lædit, Destructo sensu: vult procedere quartus.

V.

Qualiter ignes sint ordinandi in operatione. ℟. Primus putrefactionis, Secundus distillationis & fixationis, Tertius incinerationis, Quartus sublimationis, i.e. vis sublimationis, quando separatur à corpore spiritus, & vocatur avis Hermetis.

VI.

Quot fiunt colores in opere operantis. ℟. Tres sunt colores principales apparentes in opere, niger, albus, & rubeus. Sed multi sunt colores alii in opere nostro apparentes, qui se sic habent in opere. Primus color est argenteus, Secundus niger, Tertius violaceus, Quartus citrinus, Quintus viridis, Sextus pavonius, Septimus argentinus, Octavus albus, Nonus citrinus, Decimus croceus, Undecimus rubeus perfectus. Et multi alii colores sunt intermedii; de quibus non est curandum.

VII.

Quomodo apparent colores in amalgamatione. ℟. Primus color

color argenteus. In putrefactione niger in superficie tantum. In conjunctione autem fermenti cum corpore variatur cum omnibus coloribus qui excogitari non possunt. In fixione autem recipit colores summos qui nunquam delentur per ignem vel per alium modum quemcunque.

VIII.

Quomodo medicina rubea perfecta dat pondus Lunæ & corporibus aliis non habentibus pondus. Et medicina alba diminuit pondus plumbi, & reducit ipsum ad pondus Lunæ. ℟. Medicina rubea constringit partes lunæ & aliorum corporum non habentium pondus solis quousque convertatur in pondus Auri. Et sic vertit suæ formæ specificæ quam formam specificam auget propter defectum, & longam perfectionem sui fermenti. Quod fermentum attrahit & convertit corpus imperfectum, & aquam vitæ ad sui naturam & perfectionem. Ex his dictis sequitur, quod argentum & cuprum omnino convertuntur in aurum per medicinam perfectam rubedinis, & accrescunt pondera secundum majus & minus, & diminuuntur in quantitate per istā materiam rubeam. Sed tingere solum in perfecta rubedine. Plumbum verò & arg. vivum quando convertuntur in argentum per medicinam albedinis, crescunt in quantitate & diminuuntur in pondere. Stannum etiam non diminuitur quantitate & crescit pondere. Sed dealbatur perfecta albedine ad omne judicium & examen cujuscunque præter regale cementum in quo omne argentum etiam melius totius mundi effumat.

IX.

Quomodo est possibile quod una pars unius medicinæ convertit mille millia arg. vivi, vel corporis imperfecti in corpus solificū. ℟. Tota materia hujus medicinæ per artificium & subtile ingenium conversa est in spiritualem materiam vel substantiam, quæ apud philosophos quinta essentia vocatur. Quoniam in omnibus modis habet naturam informantis & formæ perficientis. Et ideo forma habet naturam informantem ad infinitum. Sed debita materia approximetur, propter hoc si esset possibile quod tota aqua maris esset arg. viv. mundum calefactū vel corpus imperfectum fusum, & si parum hujus medicinæ desuper ponetur tota illa aqua convertetur in Solem vel Lunam. Quia una pars convertit aliā & sic in infinitū, & fieret ita citò sicut fit in luminatione. Quia ex quo materia debitam habet aptitudinem recipiendi formā, & illa medicina quæ est similiter forma firmissima habet naturā formandi. Ideo necesse est ex quo debite sunt aproximatæ & non impediunt agentia, quod immediatè sequatur effectus eorum & actio debita.

X.

Quomodo est intelligendum id verbum antiquorum Philosophorum

sophorum, Unus est lapis, una medicina, unum vas, unum regimen ad album & rubeum successive faciendum. R. Dictum est superius, natura metallorum est una, id est, arg. vivum inspissatum calore sulphureo in ventre terræ, ergo oportet quod non differant Metalla nisi penes medium. Alias dictum est etiam, quod oportet reducere ea corpora ad metallorum sperma, cujus medium est vel mediante arg. vivo id est, ad reducendum scilicet corpora in sperma, id est, argentum vivum. Ex quo ergo omnia pigmentalia hujus operis reducuntur ad argentum vivum: & cuncta sunt argentum vivum tam ad album quàm ad rubeum secundum majorem vel minorem decoctionem, Ideo dicitur lapis unus secundum argentum vivum, quod est sperma Metallorum indifferens, & una medicina, scilicet dealbata vel rubificata. Unum vas putrefactionis, & successivè, & unum vas distillationis, & unum incinerationis, unum regimen fixionis ad album & rubeum.

XI.

Quomodo intelligendum est illud verbum Metheororum Aristotelis: Vis Sulphuris non urentis congelat argentum vivum, & convertit id in argentum verum. Et vis Sulphuris non urentis rubei congelat argentum vivum, & convertit ipsum in aurum. Et illud est maximũ quod Alchymistæ possunt acquirere hoc in hac vita. R. Quod in libro Metheororum Aristotelis ostendit in dictis suis artis possibilitatem Alchymiæ & ejus veritatem; & ponit conversionem ultimam arte dicens: Sulphur album est medicina perfecta ad album. Sulphur verò rubeum est medicina perfecta ad rubeum. Et cùm Alchymistæ habent albedinem perfectam & rubedinem, habent lapidem perfectum ad utrumque. Et est illud maximum quod ipsi possunt hoc arte sua acquirere. Et si quis dixerit, Si hoc verum est? Quare dixit Aristoteles: Gaudeant Alchymistæ, quia una species Metallorum in aliam transmutari non potest: possunt immundicias plumbi veri abstergere ut videatur Aurum, tamen semper plumbum manet, ut in ejus origine. R. Iis in verbis ostendit Aristoteles duplicem operationis modum Alchymiæ, unum sophisticum, & alterum verum. Modus sophisticus est falsus, illorum qui operantur secundum quod dictum est principio nostræ operationis, qui non reducunt pigmentalia ad sperma eorum. Et ad tales loquitur Aristoteles & dicit, quod una species metalli per nullam convertitur in aliam, falso & sophistico modo, ut ipse exemplificat in litera ad illos Sophistas. Qui autem operantur secundum nostrum modum philosophicum, loquitur in eo quod concluditur in fine. Tria reducantur ad materiã primam. Quod dicit unam speciem Metallorum transmutari non posse secundum modum sophisticum, non bene permutantur & multiplicantur semina eorum sicut res cæteræ. Et ideo per artificium

tificium omnia pigmentalia noſtræ operationis reducuntur veraciter in primam materiam, id eſt, argentum vivum. Ideo opera noſtra poſſibilia, vera & certa, & per nos ſolum inveſtigata.

XII.

Quomodo eſt intelligendum illud dictum, quod dicit Pythagoras: Omnis qui argentum non coagulat in album, & argento noſtro non conjungit, nullam ſibi viam aliam eligat ad albedinem operandam, & non fatiget corpus ſuum ad ea ad quæ pervenire non poteſt. R. Dictum eſt, quod aqua non coagulat niſi corpus, cum quo conjungitur, diſſolvatur, nec corpus diſſolvitur niſi aqua coaguletur, hoc fit diſſolutio corporis perfecti, vel ſemiperfecti. Tunc eſt aqua permanens. Et iſta non conjungitur auro, niſi aurum eſt diſſolutum & incineratum cum aqua ſua fixa de qua creatum & compoſitum eſt. Et tunc Philoſophi illud aurum non vulgi, ſed ſuum dixerunt, vel noſtrum. Item de argento dicunt ſimiliter. Et ſi ergo argentum vivum congeletur cum corpore ut dictum eſt in noſtro opere: Et per eum & cum eo fixetur & congeletur: Et conjungatur cum argento noſtro albo ad album: Et cum auro noſtro ut dictum eſt in operatione noſtra ad rubeum: Illam viam perfectam eligerimus ad album & rubeum, neque poſſemus venire ad perfectionem hujus artis. Multæ aliæ viæ quæſtionum poſſent fieri de prædictis, quæ jam per prædicta faciliter poſſunt ſolvi, ſi fueris prædictis credulus. Etiam perfectiſſimus in arte inveſtigator eris. Et ſic finiunt Quæſtiones, eſſentiales & accidentales, Domino Papæ, Bonifacio octavo, fideliter declarare Arcana totius artis benedictæ.

FINIS QVÆSTIONVM ACcidentalium.

TRACTATUS

DE SECRETISSIMO ANTIQUORUM PHILOSOPHORVM ARCANO,

QVO NON SOLVM OMNES ÆGRItudines totius corporis humani mirabiliter sanantur: verùm & immunda ac leprosa corpora Metallorum in perfectum lunificum & solificum transmutantur.

IN GRATIAM FILIORVM HERMETICÆ doctrinæ nunc primùm in lucem editus.

Authore Philosopho Anonymo.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

SApientissimus ille Hermes Trismegistus, cùm à Pymandro interrogaretur: Quidnam & audire & discere vellet: Respõdit ille, Cupio, inquam, Deum rerumq; causas cognoscere. Adeò generosis mentibus sciendi cupiditas innata est: Vt summa eis sit consolatio & voluptas, spaciari in campo contemplationis altissimarum rerum. Illa enim à fonte æternitatis originem ducens, semper suum principium respiciens, nusquam in rebus caducis ac transitoriis requiem inveniens: ab instinctu innato sublimiora ac altiora tractare semper desiderat.

Hinc vetusti sapientes non contenti contemplatione siderum orbiumque cœlestium, atq; aliarum rerum physicarum, quæ in hoc sublunari orbe continentur, quæ omnia caduca sunt & corruptibilia; verùm longè profundius abditissima naturæ secreta indagantes: Gemmam reperêrunt preciosissimam, quæ longissimo intervallo omnia ex elemen-

elementis corruptibilibus generata atque producta post se relinquat, quæ meritò ab omnibus sapientibus pro miraculo naturæ habita est. Ipsa namq; tanquam centrum existit omnium rerum creatarum: Quin in ipsa omnes vires ac virtutes omnium syderum, plantarum, Lapidum, Animalium, ac Mineralium, essentialiter ac realiter, plenariè ac sufficienter continentur. Ita quod inter omnia creata hujus mundi nihil preciosius nec utilius hac Gemma ipsa inveniri possit. Quæ non solum mirabilem Sympathiam cum omnibus rebus creatis habet, verum etiam efficaci potestate pollet, corruptionem ab omnibus prædictis amovere, eaque in sua interiori Anatomia revocare & ad juvenilem virescentemque statum reducere. Ita quoque hominis microcosmi anatomiam essentialem integrè complectitur. Et non minus in homine, quàm in supradictis omnem corruptionem, omnesque causas morborum mirabiliter tollit & eradicat. Hinc omnes morbi, qui per alias medicinas curatu difficilimi, ac impossibiles reputantur, facilima ratione absq; ulla molestia subitò & quasi miraculosè hac mediante, radicitus curantur.

Quemadmodum illustris ille comes Bernhardus sua experientia luculenter testatus est, cum tot difficiles ac deploratos morbos curavit, quod longum esset recensere, ut ipsemet ille refert, Quod Podagricos, Epilepticos, paralyticos, calculosos, hydropicos, Physicos, Maniacos, phreneticos, stupendo ac rarissimo modo sanârit. Qui tamen medicinam Academicorum more nunquam didicerat. Item multi alii Philosophi, qui hanc preciosam Gemmam indefesso studio sibi comparárunt, præstitére.

Et nostro seculo vir incomparabilis Theophrastus Paracelsus per universam Germaniam sæpissimè multisq; experimentis ista cõprobavit, ac propter immensas ac propè innumerabiles virtutes hæc Gemma Arcanum Philosophorum à sapientibus appellata est. Quod quidem arcanum non tantum in curandis morbis potens est & sufficiens, verum

etiam cuncta metallorum ægra corpora à lepræ immunditie & corruptione purgat & mundat, eaq; ad integram & perfectam formam auri & argenti reducit. Quod ipsum, etsi coram imperitis ridiculum apparet, tamen evidentissimis rationibus possibilitas ejus demonstrari potest.

Atque ita non solum ad tuendam ac integrè servandam sanitatem humani corporis: verùm etiam ad comparandas abundantes divitias pro felicissima sustentatione hujus vitæ, hoc precioſissimum arcanum nobis usui esse potest. Imò, quod majus est, cùm sit speculum clarissimum totius luminis naturæ: Atq; hoc exemplar est luminis cœlestis: multa inde depromuntur profundissima mysteria, quæ alias humano ingenio perscrutari vel assequi difficilimum est. Sic enim Magi antiqui ex hujus mysterii notitia, ut refert Bonus Ferrariensis, longo tempore præcedente cognoverunt Incarnationem Filii Dei, qui perditum genus humanum ad cœlestia regna reducturus esset. Similiter & regenerationem nostram, resurrectionem mortuorum, & multa aliæ quæ cum sacris Bibliis omnino consentiunt.

An non meritò gaudeat & exultet mens hominis, ex visibilibus creatis abscondita & invisibilia Dei conspici? ac immensam Dei potestatem mysteriaque naturæ profundissima visibiliter in præsenti oculis invisibilibus intueri? Quo certè nulla felicitas major homini in hoc mundo corruptibili contingere potest: Hinc est quod antiqui sapientes hoc arcanum pro summo thesauro habuerunt. Nec ullas divitias hujus mundi tanti æstimarunt, idq; oretenus sibi invicem communicabant, intimoq; silentio illud occultarunt: Quia Margaritæ porcis non conveniunt. Ac licet multa de eo scripserint: ejusmodi tamen involucris id occuluerunt, ut a nemine nisi à scientibus ipsorũ scripta intelligantur, vel tandem post multos labores, ac profundissimas meditationes, singulari Dei benignitate, fidelis inquisitor illius arcani cognitionem sibi compararet. Profectò dolendum est, hanc præclaram, nobilem, ac utilissimam partem Philosophiæ,

nostris

noſtris temporibus adeo ſpretam ac contemptibilem jacere. Pauciſſimi ſunt qui ejus profundiſſima myſteria intelligant. Quamplurimi verò, qui ſe Cyclopico auſu hiſce altiſſimis rebus ingerant. Illi, qui bonis literis imbuti, rerum ſublimitate ac difficultate terrentur, quod ſaluberrimam illarum indagationem tangere formidant, ac negligant. Interim Idiotæ ne micam ſalis habentes, nec minimam ſcintillam poſſibilitatis naturæ intelligentes, tanquam ſues in agro fertiliſſimo ſe volutantes, devaſtant potius, ac lacerant optima quæque, quam tantillum in hoc præclaro Theatro erigant vel ædificent. Opinionibus tantummodo vacillantibus nituntur; cum in indagandis cauſis rerum abſconditarum cœci ſint penitus, vel ſaltem monoculi, ut mirari ſubeat ſi de ſubjectis hujus præclariſſimæ artis ſolummodo quæſtio fiat: quot Miriades opinionum diſſidentium in medium emergant. Quid ergo de præparatione dicturi ſunt, cum in ea cardo totius negotii verſetur, eaq; ſit omnium occultiſſimum in hac ſacra arte. Idcirco ceſſat cauſa admirationis, cur tam pauci ex tanto numero inquiſitorum finem optatum aſſequantur. Atq; inde ratio eorum admodum debilis exiſtit, qui ex paucitate inventorum poſſibilitatem hujus præſtantiſſimæ artis inconſideratè negant. Quapropter cum nemo cognitionem fundamẽtalem hujus artis ſibi comparare valeat, niſi ex aſſidua cõverſatione cum ſapientibus, qui ſunt illi qui hanc artem occultam ſub multis Ænigmatibus & figuris abſconditis poſteritati ſibi conſecrârunt: Et omnium optima norma ſit advertere concordantiam ubi omnes illi conveniant; Ibi enim veritas eſt abſq; ambiguitate & Sophiſmate.

Quivis autem ſecundum ſuum placitum uſus eſt ſuo ſtylo proprio, & quod unus occultavit, alter revelavit & apertè dixit; Idcirco quemadmodum Apes ex multiplicibus floribus mel colligunt, ita vos quoque decet margaritas ex arenâ turbidâ ac lutoſa eligere, rectum à falſo diſcernere, frumentum à paleis ſeparare: Sic tandem per diuturnam ac

bene fundatam experientiam, judiciumque acutum & maturum, annuente Dei misericordia, fiet, ut abdita & occulta nobis manifesta & conspicua, difficilia facilia fiant, Et intromittamur in illa dudum exoptata penetralia occultissimorum secretorum naturæ, ubi oculis apertis videbimus tam illos eximiæ authoritatis homines non aniles fabulas aut inania figmenta nobis præscripsisse, sed res serias, altissimas & saluberrimas, dignas, quæ ab heroicis ingeniis, magnisq; regibus, ac monarchis cognoscantur. Vnde infinita bona ad universum mundum promanare possint, si animum pium ac fidelem invenerint. Econtra autem multa mala contingere possent, si a tyranno, vel pessimo voluntatis homine, possideantur. Quapropter tanto studio propter indignos hæc scientia semper occultata est. Vt autem breviter saltem ea attingam, quæ ad rem spectant: unde pateat omnia ea, quæ hactenus de mirandis viribus hujus pretiosissimi arcani dicta sunt, vera esse, & possibilitas eorum intelligatur, dicam, quæ hactenus a paucissimis dicta esse memini. Sicut in corde hominis extat vivus fons sangvinis, omnia humana corporis membra irrigans, motumq; vitalem ipsis infundens: Sic quoque creator altissimus præcipuè in Sole, qui est tanquam cor cœli, collocavit virtutem multiplicis potestatis, quæ ignis est invisibilis cœlestis, & calor vivificus, omnes res creatas permeans, in quo omnia creata, tam cœlestia quàm terrestria, vegetantur, & in suo esse conservantur. In ipso sunt omnes virtutes siderum cœlestium, quæ per ejus ignea spiracula in hunc mundum inferiorem disseminantur. Omnes herbæ, omnes arbores, ipsius vigore & virtute germinant ac florent: Omnia metalla & lapides ipsius calore in suum esse producuntur. Vnde Aristoteles: Sol & Homo generant hominem: Et nihil in mundo est, quod absente ejus calore vivifico in suum esse producatur aut vegetetur. Hic Phœbus cœlestis produxit in hoc mundo inferiore subjectum peculiare, cui, tanquam filio, omnes indidit proprietates & virtutes in forma sen-

sibili,

sibile, quæ ipse posſidet in forma cœlesti, at novo validisſimo corpore circumdatum, & quasi adamantinis vinculis ligatum; Quæ tu si tam sapiens fueris, ut ea solvere posſis, apparebit tibi in vestitu pulcherrimo ac multum delectabili. Nondum tamen sufficit, sed oportet ad novam generationem ducatur, moriatur, & de morte resurgat, tunc apparebit in novo & incorruptibili corpore, vultu verò regio, cujus sceptro subjecta erunt omnia quæ sunt in mundo sublunari, omniaq; posſibilia ipsi erunt quæ sub Phœbo cœlesti. Et quod magis est: Quæ Phœbus cœlestis per successum & intervalla temporis operatur, hæc noster Phœbus subitò, & quasi in momento, perficit. Sicut sol in Mineris aurum vix in mille annis ad suam perfectionem deducit, nostrum verò arcanum in paucis horis perfectam sanitatem ægrotantibus restituit, & spatio dimidiæ horæ leprosa metallorum corpora in perpetuum solificum convertit. Quod ipsum licet à multis tanquam inane figmentum credatur: sufficienter tamen hujus probabilitas ostendi potest. Quia omnium metallorum est una & eadem materia prima, neq; differunt nisi secundum majorem & minorem digestionem, & quod natura multas superfluitates in prima ipsorum compositione immiscuit, unde leprosa & corruptibilia existunt. Quæ tamen superflua, virtute igneâ nostri arcani facilè ab invicem separari possunt, (per alia vero media propter validam ipsorum mixtionem hoc nullatenus fieri potest,) pura deinde metalli substantia in momento maturatur & digeritur in perfectum lunificum & solificum: Vti omnes hujus artis periti magistri unanimiter testantur. Quia Phœbus noster, existens in corpore tangibili, virtutem suã in forma sensibili continet, quam Phœbus cœlestis in forma spirituali subtilisſimâ aereâ & insensibili obtinet. Idcirco tardè & quasi insensibiliter operatur. Atq; hæc est illa Gamahæa Magorum, quâ multa mirabilia à sapientibus in hoc mundo perpetrata sunt, de quo multa apud Astrologos & Astronomos: pauci tamen ejus cognitionem adepti sunt. Hæc ergo

*si quis prudenter perpenderit, facilè & præstantiam & ci*r*titudinem dignissimæ artis nostræ intelliget. Vt autem ve*r*itatis amator parvo labore pulcherrimam consonantiam omnium sapientum videre, ipsamq; veritatem quasi manibus palpare possit, unde cuncta Sophismata ilico poterit ci*r*vere; quasi in compendium brevissimum contraxi omnia ea, quæ a fide dignis Philosophis conscripta sunt, nec ullum verbum prætermisi, quod ad rem spectet: Quia ejusmodi brevitas mirificè acuit & memoriam & judicium. In hac verò potissimum laboravi, ut veritatis studiosis apertè innotescant subjecta virtuosissimi arcani philosophici, quibus ignoratis, nemo sibi persuadeat vel tantillum in arte nostra intelligere: Quid enim de sequentibus sapiat, si ista nesciat: Vbi prudenter animadvertendum est, sapientes in suis scriptis manifesta sæpe Sophismata posuisse, ut deterrerent Idiotas; vel per similitudines, & indistinctè sæpissimè locuti sunt: Vt cum dicunt, Aurum nostrum non est aurum vulgi, quia aurum nostrum vivum est, aurum vulgi mortuum est; Vera sunt utraque, at non interveniente distinctione lector incautus decipitur. Quia aurum vivum descendit ab auro mortuo, uti & Raymundus apertè testatur. Non igitur excluditur aurum vulgi: Quia sicut ignis est principium igniendi, sic quoque aurum principium est aurificandi.*

Quapropter animadvertendum est aliam esse materiam remotam, aliam propinquam; si hanc respicias, recte dicitur aurum vulgi non esse materiam nostri arcani, quia aurum illud dum manet in forma vulgari ac mortuum, inutile est ad opus philosophicum: Si verò per industriam periti philosophi debite præparetur, ut fiat vivum quod prius erat mortuum, jam est verissima & immediata materia, ex qua præstantissimum arcanũ nostrum generatur. Sic illi distinctionẽ rerum peritiæ lectoris committunt, qua neglecta, incautus in labyrinthum inextricabilem incidit. Atq; similibus cautelis sedulo observatis, lector feliciter in reliquis proce-

procedere poterit. De opere autem ſequenti plura in publicum dicere, quàm ſapientes hactenus dixerunt, inconſultum videtur, nec æquum eſt.

Intelligentibus enim ſat dicta ſunt, quæ ad hanc artem requiruntur, tum quod ipſa eſt donum Dei, qui ipſam nulli concedit, abſque ſingulari gratia ſua, cujus nomen ſacroſanctum ſit benedictum in omnem æternitatem, Amen.

SEQUITUR CATALOGUS AUTORUM QUI IN HOC opuſculo continentur.

1. Rogerius Baco.
2. Raymundus Lullius.
3. Roſarius Arnoldi.
4. Clamor Buccinæ.
5. Roſarius Minor.
6. Richardus Anglicus.
7. Calid Rex.
8. Avicenna.
9. Bernhardus Comes.
10. Turba Philoſophorum.

ROGERIVS BACO LIBRO II.

De ſpeculo Alchimiæ.

Inctura ſolummodo generatur ex Mercurio Sapientum, qui nominatur prima materia, aqua permanens, Acetum Philoſophorum, lac virginis, Mercurius corporalis, cum quo nihil extranei vel alieni commiſcetur, uti ſunt ſalia, alumina, & vitriola, quia ex ipſo ſolo tota virtus hujus Magiſterii generatur. Quælibet res ideo reſolvitur, ut multiplicari poſſit.

Prædictus Mercurius radix eſt & arbor, ex qua infiniti & multi rami oriuntur, & creſcunt.

Primus labor ad faciendum elixir eſt ſublimatio, quæ nihil aliud eſt, quàm ſubtiliatio noſtri lapidis, in qua mundatur ab omnibus ſuis ſuperfluitatibus.

Fixæ partes & volatiles non ſeparantur ab invicem, ſed unitæ manent & ſimul fixantur, ut utraque facilem habeant fuſionem in igne.

Accipe igitur prædictum Mercurium, quem in vitro ſigillato pone in ſuum lectum calidum, per menſem Philoſophicum, donec in ſeipſo incipiat putreſcere & coagulari, omnisque ſua humiditas in ipſo ſit conſumpta, etiam in terram nigram converſa. In iſta ſublimatione completa eſt vera ſeparatio quatuor elementorum. Quia frigidum & aqueum elementum mutatur in terram calidam & ſiccam, quæ caput eſt corvi, mater reliquorum elementorum; Sic opus noſtrum nihil aliud eſt quàm transmutatio naturæ & converſio elementorum. Spirituale fit corporeum, liquidum fit ſpiſſum, aqueum fit igneum. Porro terra nigra cum ſua aqua in lento calore imbibatur, & exiccetur, donec ſufficienter mundata ſit, & ad albedinem deducta.

Quæ tamen nominatur terra alba foliata, Sulphur naturæ Magneſiæ, ibi facta eſt nova conjunctio Solis & Lunæ, & reſuſcitatio mortui corporis. Quando noſtra terra frugifera cum ſua propria aqua humectatur in ſua ſiti, magna aviditate ipſam bibit, donec prægnans fiat ac deinde centuplum fructum ferat.

Jam ulterius procede cum terra alba, cui augmentabis ignem, donec per motum continui caloris in rubedinem excellentiſſimā digeratur, quæ dicitur corallus rubeus, Sulphur rubeum, ſanguis, aurum purpureum, crocus combuſtus. Hoc ipſum ter vel quater repete cum materia nova, & habebis lapidem perfectiſſimum rubeum, uti ſanguis eſt, quo tinges Mercurium & omnia imperfecta Metalla.

Oportet autem ut accipias Sulphuris prædicti tres partes, adde auri puri unam partē in calcem ſubtilem redacti, aquæ ejus duas partes. Hæc tria ſubtiliter miſce, donec ex ipſis fiat una res inſeparabilis: Hæc igitur in ſuo furno digerantur in lapidem rubeum.

RAYMVNDVS LVLLIVS.

SOl eſt pater omnium Metallorum, Luna eſt mater, quæ lumen ſuum à ſole mutuatur. In his totum conſiſtit magiſterium. Aurum reduci debet in argentum vivum fixum, quod eſt calidum & ſiccum.

Argentum vivum vulgare non poteſt in igne detineri, niſi per alterum argentum vivum corporale, quod eſt calidum & ſiccum, & plus digeſtum quàm ipſum vulgare.

Si igitur noſtrum corporeum argentum vivum muratum fuerit in argentum vivum currens, non tangens digitos, amplectuntur ſe invicem vinculo amoris, quòd nunquam ab invicem ſeparantur.

tur. Et sic essentialiter invicem uniuntur, unumque ingredi-
alterum, atque humiditas phlegmatica argenti vivi vulgi exic-
ur, ejusque humiditas destruitur, & fit nigrum sicut carbo. Et
argentum vivum vulgi vertitur in naturam calidam & tempe-
am.

ltaque argentum vivum vulgi, non potest perfectè cum cor-
ibus misceri, nisi corpora in formam & speciem argenti vivi
lucantur. Quapropter cum volueris aurum cum argento vivo
lgi commiscere, tunc oportet ut ipsum corpus auri in formam
genti vivi reducas, per vinculum amoris naturalis, tunc unietur
asculus cum fœmina, quia arg. vivum corporis est calidum &
cum actu, sed argentum vivum vulgi est fulgidum & humidũ
ssivè, sicut fœmella quæ detinetur in cubiculo suo in calore tem-
rato usque ad Eclipsin, id est, nigredinem, quod est secretum
ostræ veræ dissolutionis, quia tunc invicem separari non possunt,
convertuntur in pulverem albiorem nive.

Idem in testamento de materia nostri lapidis : Sciendum est
uod extraneas res per similitudines huic magisterio introduxi-
us, cum tamen una sola res nostri lapidis existat : cui non addi-
us rem extraneam neque diminuimus. Tres etiam lapides, sci-
cet mineralem, animalem & vegetabilem descripsimus, cum u-
us duntaxat sit lapis nostræ artis. Quia hoc compositum ex tri-
us consistit, scilicet corpore, anima, & spiritu, quod compositum
icitur minerale, quia minera : animale, quia animam habet : ve-
getabile, quia crescit & multiplicatur, in quo omne secretum no-
tri magisterii latet, quod est sol, luna, & aqua vitæ. Et quia vita
st animæ, & vita corporum, per quod noster lapis vivificatur, &
supplantatur : Ideo cœlum & quintam essentiam, ac oleum in-
combustibile, & aliis infinitis nominibus eam nominamus, quo-
niam incorruptibilis est ferè ut cœlum in continua sui motus cir-
culatione : Porro multi sunt errantes, qui credunt, quod una res
sit individua à natura producta, quæ habeat virtutem transmu-
tandi metalla, quod falsum est, quia principia nostræ artis in lib.
de quinta essentia demonstrata.

Mercurius enim extractus ab auro, habens se sub conditione
masculi & adjuvante forma, est essentialis, qui dat esse lapidi, sol-
vitur in ventre fœminæ, quæ se habet sub ratione passiva. Ex istis
duobus, nempe minerali & vegetabili componitur lapis Philoso-
phorum : Et nihil aliud hic misceri debet, quàm masculus & fœ-
mina. Hinc oritur cœlum nostrum sive Mercurius vegetabilis, qui
est de natura cœli. & dicitur quinta essentia, lapis Hermetis :

Modi autem præparationis multiplices apud Philosophos re-
censentur. Ut sunt coagulatio, sublimatio, distillatio, separatio, cal-
cinatio, inceratio, fixio: Quorum omnium significatio est decoctio,

quia

quia in ſola noſtra decoctione omnes iſti perficiuntur modi. Ingenium verò hujus noſtræ decoctionis eſt, ut materiam compoſiti juxta ſuam menſuram in vas, furnum, & ignem ſuum ponas, ipſam continuè decoquendo, donec ad maturitatis complementum perveniat, quod in decem menſibus complebitur, ſine manuali operatione, ab initio uſque ad finem totius magiſterii. Sed per iſtos modos adſignitos ſignificare voluerunt ſublimitatē noſtræ artis, ut intellectus inſipientum umbroſo circumdetur velamine, ne indignus verticem collis noſtri arcani attingat, ſed in errore relinquatur, donec ſol & luna in unum globum rediganţur, quod, niſi juſſu Dei, impoſſibile eſt fieri.

ROSARIVS ARNOLDI.

SIne ſole & luna nullum generatur corpus tingens. Ex auro igitur & argento vivo lapidem tingentem extrahe, quia unius ſunt naturæ. Quia aurum aureum, argentum argenteum tribuit colorem. Qui ergo argentum vivum cum auro & argento ţingere noverit, habebit artem magiſterii.

Non ergo opereris niſi cum argento vivo & auro ad aurum, quia argentum vivum eſt pater omnium metallorum, & in ipſum omnia reſolvuntur. Ipſum enim eſt homogeneum, & informe in natura, atque continua decoctione depuratur, inſpiſſatur, & per ſulphur album & rubeum in metallum perfectum coagulatur, & eſt de natura ſua converſivum, ac fit unumquodque de ſingulis quos amplectitur ex planetis.

Primum ergo opus eſt, ut accipias corpus, in quo ſulphur rubeum & fixum continetur, & illud in primam materiam ſive in argentum vivum reducas. Oportet enim ut corpora fiant incorporea & volatilia, ſic enim in naturam ſpiritus reducuntur, ut ſpiritus cum ipſis ſublimetur. Quia ſolutio corporis fit cum coagulatione ſpiritus, & coagulatio ſpiritus eſt cum ſolutione corporis, ut fiant unum & nunquam ab invicem ſeparentur. Quia tunc omnia ad primam ſuam homogeneam naturam, quæ eſt argentum vivum, ſunt reducta. Cùm ergo in ipſa homogeneitate ſolvuntur, tunc ſimul conjunguntur, quia utrumque agit in ſuum ſocium ſibi ſimilem. Sic ergo Elixir conſiſtit ex illis tantum & non aliis. Mercurius enim ſi jungatur cum ſolis radiis fit elixir perfectum.

Comede ergo de carne pingvi, non de filio leproſo, & habebis aurum & argentum. Modus ergo convertendi corpus in argentum vivum, fit per ſolum argentum vivum & per converſionem naturarum, ſive elementorum, donec convertantur in naturam ignis, quod eſt arcanum pretioſiſſimum quintæ eſſentiæ noſtræ.

Quia operatio noſtra, non eſt niſi naturarum mutatio, id eſt, frigidi cum calido, & humidi cum ſicco amicabilis commixtio.

Siccum

iccum primo fit frigidum, deinde humidum porrò calidum. unc ignis noster est accensus inextingvibiliter. Modi autem reiminis sunt quatuor:

Solvere, abluere, reducere, & figere; & quia argentum vivum abet in se fœtulentiam terream & adustibilem, & aqueitatis subantiam, necesse est superflua demere, si perfectam inde mediciam creare velis.

CLANGOR BVCCINÆ.

Ol non calefacit terram, neque virtutem suam terræ inprimit, nisi mediante Luna, quæ inter alia sidera magis Luminis & caditatis Solis est receptiva. Ita Sol tincturam solam non perficit, isi mediante Luna, quia ad ipsam subtilitatem ut tingat nondum ervenit. Quare necessariò ibi requiritur Luna, ut ipsum Solem ubtiliet, rarum & volatilem faciat. Idcirco dicit Hermes: Sol ater ejus est, Luna mater est, & ager in quo solare semen semiari debet. Et sic non indigemus alio, ex quo noster lapis fiat, uàm Sole & Luna.

Sol inquit, in sorore mea Luna crescit gradus sapientiæ nostræ, non cum aliquo alio ex servis meis. Luna, dabo tibi pulchritudinem meam, lumen scilicet Solare, quando per minima conjunti erimus. Sol calidus est & siccus, Luna frigida & humida. Luna accipit animam à Sole, & Lucerna lucis solaris infunditur lucerlæ lunari, & fit commixtio luminarium. Quando coagulabitur orpus meum ero Sol oriens in nativitate mea, & convertetur orpus meum in decorem Solarem.

Substantia propria argenti vivi & Sulphuris fumosa & subtilisma, per nostrum artificium, generatum, in qua latet & habitat piritus quintæ essentiæ, est Mercurius Philosophorum, & est una es ex duabus composita: vapor unctuosus utriusque naturam in continens, unum non potest fixari sine alio, alia est propria maeria essentialis sulphuris nostri.

Cum aqua Mercuriali solvuntur omnia metalla, quæ non possunt in alia aqua solvi. Si ergo quæris medicinam metalla generantem, de metallis erit ejus origo: Quia nihil convenit rei, nisi uod propinquius est illi in natura.

Totum beneficium artis est in Sole & Mercurio. Ipsa enim in num conjuncta lapidem philosophorum constituunt, & tinctum habent infinitam. Nam in corpore acquirit colorem sanguirubicundiorem. Modicum quippe talis coloris, in luna infum, convertit albi magni quantitatem in citrinum colorē. Cum go Sol cum Mercurio componitur, erit germen prægnans. Nā ima, spiritus, & tinctura possunt tunc ab ipsis per ignem tempetum extrahi. Per calorem temperatum extrinsecè administra-

tum

tum, extrahitur à materia metallica quoddam humidum ũñ
ſum, ſubtili terreo mixtum & optimè purgatum, quod Elix
citur: Iſte calor temperatus: non debet excedere calorem in
ſecum, quo calor iſte intrinſecus ſecum retineat ſuum humi
quod naturaliter ſecum trahit.

Quia omne corpus elementatum habet in ſe calorem ra
lem ſeu formalem, quo perſiſtit, ſuumque ſemen multiplic
quia iſte digerit materiam ad formam & ſpeciem debitam. D
de quicquid eſt ſuperfluum & immundum per decoctionem
tam paulatim purgatur, maturatur, melioratur Semen aute
Mercurio non poteſt extrahi niſi mediante coagulo, quod el
phur auri.

Album & rubeum ex uña radice procedunt nullo alio co
interveniente.

Totum magiſterium noſtrum fit cum aqua noſtra, quæ vi
habet maximã alterandi & penetrandi corpora. Idcirco ipſa
vit corpora ſolutione mera philoſophica, ut convertantur in a
uti prius fuerunt, & extrahit animam à corporibus perfectis,
mortuo facit vivum. Hæc aqua primò eſt immunda, groſſa,
gitiva, ſed operatione & ſublimatione artis renovatur, mund
inſpiſſatur, ac in ſulphur album & rubeum coagulatur.

Spiritus tingens eſt Mercurius Philoſophorum cum ſuo ſul
re albo vel rubeo commixtus, iſte Mercurius eſt tinctura pe
nens, qui à corporibus perfectis extrahitur per diſſolutio
diſtillationem, ſublimationem, & ſubtiliationem. Et talis M
rius dicitur oleum incombuſtibile, Anima, aer, ſplendor cor
quia corporibus mortuis vitam præbet immortalem, & ea ill
nat. Extrahe igitur hunc Mercurium ſeu lapidem, tam è co
bus, quàm ab argento vivo, quia unius ſunt naturæ. Nam
quid veritatis conſiſtit in hac arte, non eſt niſi conjungere hu
ſicco, id eſt, ſpiritum liquidum cum corpore perfecto puro.
rum operatio eſt ſolutio & coagulatio.

Solvere eſt corpus in ſpiritum vertere: Coagulare eſt ſpi
efficere corporeum & fixum, ſic obtinebis totum magiſte
Quatuor elementa extrahere nihil aliud eſt quam ipſas ſemi
virtutes, id eſt, qualitates activas & paſſivas excitare.

Ad creandum ergo lapidem non accipe de primis elem
nec de ultimis: quia prima ſunt nimis groſſa, ſed de mediis.

ROSARIVS MINOR.

SOlus Mercurius eſt cauſa perfectionis in metallis: ipſum ſo
igitur eligamus, & perficere ſtudeamus. Quia Mercurius e
pis, quem Philoſophi ubique laudant ac honorant. In ipſo to
eſt quod quærimus. Nec Deus creaturam nobiliorem ipſo

vit præter animam rationalem, ipse enim in se continet animam, corpus & spiritum. Anima vivificat, spiritus tingit, corpus figit: Hæc tria in unico Mercurio existunt, qui congelatus est ex virtute puri sulphuris non urentis. Iste Mercurius dicitur aqua sicca qui uniformiter inspissatus est per virtutem dicti sulphuris, & iste est lapis noster.

Ex Mercurio omnia corpora suam originem habent, & ex ipso generantur, & iterum in eum convertuntur. Sicut aurum quod ex puro & vivo Mercurio generatur, & iterum in Mercurium vivum convertitur, ac solummodo per argentum vivum, & per nullã aliã rem, omnia corpora in arg. vivum convertuntur. Attamen hoc ar. vivum quod factum est ex auro longe majoris virtutis est, figitq; citius, quam illud arg. vivum quod nunquam fuit corpus, quia hoc ab isto multum superatur, quantum ad vim sulphuream, quia arg. vivum ex auro calidum est, masculinum & siccum, atque ista duo quoad materiam nullam habent differentiam, saltem secundum digestionem differunt, in quantum alterum istorum per calorem naturalem in visceribus terræ decoctum est. Quapropter tinctura nostra nihil aliud est quam sulphur rubeum ex auro extractum, quia pura substantia Mercurii coagulatur & tingitur per virtutem sulphuris non urentis, Quapropter omnis perfectio est in puro & fixo argento vivo & alia nulla re. Si argentum vivum metallorũ mundare & figere sciveris, habebis tuum optatum. Quia color in argento vivo causatur à sulphure. Aspice corpus auri dum funditur ad furiosam ignis flammam: considera maximam ignis violentiam & potestatem: perpende quoq; firmam consistentiã corporis metallici, ejusq, pulchritudinem incorruptam, ita quod oculus humanus vix aspectum utriusque sustinere valeat, & apertè videbis omnia ea quæ facilè in igne comburuntur nullius esse momenti, quæ vel tantillum facerent ad artem nostri magisterii.

Quapropter memento ubicunque inveneris Mercurium purũ & fixum, hunc tene pro summo lapide, cui nihil æquale esse potest. Quando ipsum vim ignis sustinere feceris, quod fit cum suo proprio sulphure congelato, tunc facies ex ipso nobilissimam & præstantissimam tincturam.

Rectissima solutio & calcinatio solis & lunæ fit cum Mercurio vivo & aqua vitæ, in igne calido & humido. Sol & luna virtute Mercurii sursum elevantur, ac sublimantur, ut Mercurium tanto citius figant. Sic ergo corpora fiunt tenuia, & in spiritum convertuntur, atque spiritus fiunt corpora: omnia volatilia per continuã ac diuturnam concoctionem, & per appositionem rei fixæ figuntur. Quando spiritus sublimantur cum rebus quæ sibi avidè à natura adhærent, tunc cito fixantur. Oportet autem ut cum rebus puris sublimentur, sic & ipsi veniunt puri.

RICHAR-

RICHARDVS ANGLICVS.

SUlphur Philoſophorum eſt ignis ſimplex, vivus, alia corpora vivificans, & maturans ita, quod naturæ defectum ſupplet, cum ipſum ſit ſuperfluæ maturitatis, quia vapor calidus & ſiccus, generatus ex puriſſima ſiccitate terreſtri. In ſole autem perfectiſſimũ ſulphur reperitur, quia magis eſt digeſtum & decoctum. Quomodo autem illa ſulphura ex corporibus perfectis duci poſſunt? Reſpondetur hoc fieri poſſe per ſolutionem corporis, & reductionem ejus in primam materiam, quæ eſt argentum vivum ex quo facta ſunt ab initio, & hoc absque ulla admixtione rerum extranearum, quia iſtæ lapidem noſtrum non emendant, ſed potius corrumpunt: Quia medicina eſt natura ſimplex ex aqua Mercuriali producta. Itaque corpus ſolve in Mercurium cum Mercurio, aliàs occultam virtutem ex eo habere non poteris. Et ſic lapis noſter ex bina re componitur, ſcilicet corpore & ſpiritu quæ dicitur Rebis, & tamen unum eſt. Immaturis ſuccurrendum eſt cum maturis ut maturentur. Cum Mercurio ſeu argento vivo diſſolvuntur corpora, earumque naturæ reſerantur, & aperiuntur, & in primam materiam reducuntur.

Mercurius autem ex corporibus congelatis hoc facere non poteſt, quia per congelationem illud ſulphur alteratum eſt in natura, quod non corrodit ſicut primum. Itaque ſolve corpus in aquam Mercurialem, quæ ſolutio fit per putrefactionem corporis & ſpiritus in humido: Quia putrefactio eſt omnium naturarum ſeu elementorum ad invicem ligatorum ſolutio & ſeparatio: Quæ per converſionem denuo conjunguntur & fortius in natura uniuntur quam antea. Sic ergo Mercurius in ſubtiliorem ac altiorem formam naturæ convertitur ac transmutatur quam erat antea. Sic ergo ſulphur rubeum Philoſophorum conſiſtit in auro & ſulphur album in argento, & tamen utrumque ſulphur conſiſtit in auro: Hoc aliæ res non habent, ideo dare non poſſunt: Cum meliore pejus perficitur. Sic cum iſto & imperfecta metalla ſanitati reſtituuntur, Ægra corpora continent in ſe ſulphur fætidum & aduſtibile. Immaturis ergo ſuccurrendum eſt cum maturis ad plusquam perfectionem deductis, ut maturentur. Non eſt tingendum niſi cum illis quibus ineſt virtus tingendi. Tinge ergo cum auro & argento, quia iſti aureum & argenteum tribuunt colorem & naturam.

CALID REX.

HOc noſtrum Magiſterium de Lapide Secreto, & officium honoratum eſt ſecretum ſecretorum Dei, quod cælavit ſuo populo, nec voluit ullis revelare, niſi illis qui fideliter tanquam filii meruerunt, & qui ejus bonitatem ac magnitudinem cognoverunt.

runt. Compositio in hoc Magisterio est conjunctio sive matrimonium congelati spiritus cum corpore solato, illa autem non completur nisi post putrefactionem: Quia spiritus non congelantur nisi cum solutione corporis. Et similiter corpus non solvitur nisi cum congelatione spiritus, atque inter solutionem corporis & cõgelationem spiritus non est differentia temporis, neque opus diversum. Sed eorum unus est terminus, & una & eadem operatio circuit super ipsa duo simul. Anima non conjungitur cum corpore, nisi per mutationem utriusque à sua virtute & proprietate, & post conversionem suarum naturarum. Et hæc est solutio & congelatio Philosophorum. Non morabitur spiritus in corpore, nec cum eo ullatenus remanebit, quo ipsum corpus habeat ex subtilitate & tenuatione ut habeat spiritus. Quod cum attenuatum fuerit & subtiliatum, & à sua densitate exierit à spissitudine & grossitie & corporeitate ad spiritualitatem, tunc commiscebitur spiritibus subtilibus, & imbibetur in eis, & sic uterque evadet unum & idem, & non separabuntur, sicut nec aqua mixta aquæ. Qui ergo corpora subtiliare ac solvere poterit, eaque dealbare ac rubificare, consequetur magisterium.

Nisi alitem subtiliaveris corpus quousque fiat aqua totum, non rubiginabitur, nec putrefiet; Quia subtile cum spisso mixtũ fiunt res illæ una substantia. Quia spiritus sunt fugaces, quousq; corpora cum eis commisceantur. Qui ergo animam convertit in corpus, & corpus in animam, tinget omne corpus. Decoctio generat res, easque mutat à suis substantiis & coloribus, ad alias substantias, & ad alios colores.

Lapis noster in manifesto est frigidus & humidus, & in occulto est calidus & siccus. Oportet ergo nos occultare manifestum, & id quod erat occultum facere manifestum. Illud autem quod est in occulto est oleum calidũ & siccum. Et hoc tingit & non aliud. Illud autem quod est in manifesto, est frigidum & humidum, & est fumus aquosus corrumpens: Oportet ergo hoc frigidum & humidum coæquari cum substantia. Istas ergo infirmitates oportet destruere in igne, & per gradus ignis. Caliditas autem & siccitas destruit frigidum & humidum aquosum & adustivum, virtute divina. Et tunc mutatur iste spiritus in nobilissimũ corpus, & non fugit ab igne, & currit ut oleum, quod est tinctura viva & aqua permanens, quæ semper vivit & permanet, & acetum Philosophorũ quod rectificat & illuminat omnes mortuos. Et istud occultum est de natura solis & ignis. Perfecta autem corporum & spirituũ præparatio exercitio quatuor regiminum adimpletur. Primum est in aquam resolutio. Secundum in aerem Levigatio. Tertium ad naturã ignis reductio. Quartum ad terram compressio. Et hoc innuit Hermes dum inquit: Ascendit de terra in cœlum suaviter cũ

ingenio magno. Portavit illud ventus in ventre suo, quia per ventum, id est, fumum in aerem levigatur. Nisi enim lapis noster fuerit aereus, non conjungitur cum spiritu permanenter; Et iterū, descendit in terram, quando spiritus fit corpus ut super ignem perpetuam habeat perseverantiam & fusionem sine fumigatione.

AVICENNA.

AUrum est corpus perfectissimum, Rex & dominus Lapidum, quod nec in aere minuitur, nec in igne comburitur, sed in eo melioratur; nec in eo aliquid superfluum nec diminutum invenitur. Est enim creatum ex subtilissima & clarissima substantia argenti vivi & ex sulphure puro, rubeo, fixo, & claro, tingens ipsam substantiam argenti vivi.

Aurum est corpus & fermentum Elixiris & albi & rubei. Ideo Philosophi magnifecerunt ipsum. Quod sicut Sol se habet inter stellas, sic quoque aurum inter corpora metallica. sol enim suo lumine & splendore omnia vegetabilia & germina omnesq; fructus perficit. Ideo dicit Hermes: nunquam fit tinctura vera absq; rubeo lapide. Si itaque aurum factum fuerit plusquam perfectū, in duplo, vel quadruplo, vel centuplo, vel millecuplo, in tantum perficit & ægra & imperfecta corpora metallorum.

Argentum verò vivum est frigidum & humidum atque aereū. Et ipsum solum est spiritus vivus, etiam in mundo non est tale quale ipsum est, quod talia possit operari, qualia per ipsum operantur. Ipsum penetrat omnia corpora, ipsum est fermentū corporum, cum quibus miscetur, & tunc erit totum elixir ad albedinem & rubedinem, ipsum est aqua perennis, Aqua vitæ, lac virginis, fons & alumen de quo bibens non moritur. Cum vivum fuerit, habet quædam opera, cum mortuum fuerit, habet alia opera, & cum solutū fuerit habet opera maxima. Sapientes faciunt ipsū spectare ignem, & tunc facit opera & mutationes: Quia sicut mutatur sic mutat, & sicut tingitur sic tingit, & sicut coagulatur sic coagulat: Itaque inter omnia nominalia argenti vivi perferenda est generatio. Sola aqua per seipsam omnia facit, omnia solvit, omnia coagulat, omnia diruit sine alicujus adminiculo.

Permutatio corporis in aquam est tinctura cujuslibet corporis. Et nostrum intentum non sit aliud quam ut eligamus purissimam substantiam Mercurii ex ipsis corporibus.

BERNHARDVS COMES.

COrpora metallica vulgaria quæ natura solum in minera complevit sunt mortua, neque possunt imperfecta perficere: Sed si arte ea nos capiamus, eaque perficiamus, decies vel duodecies, in tantum tendunt illud ad infinitum, quia tunc sunt intrantia, penetrantia, tingentia & plusquam perfecta, & viva sunt respectu vulgarium. Ipsa itaque metalla vulgaria dum sunt in forma metallica, non

ca non ſunt lapis noſter, ſed oportet formam ipſorum mutare ac renovare, quod ipſum fieri non poteſt, niſi primo reducantur ad primam materiam.

Prima autem materia metallorum ſunt ſulphur & Mercurius ſive ſperma maſculinum & fœmininum, quæ cum ſimul unita fuerint in virtute, ita ut unum in ſe habeat virtutem alterius, iſta unio dicitur prima materia.

Res quælibet habet proprium ſuum & principale ſemen, ex quo ſua radix fit, & multiplicatur. Requirit etiam rem ſibi ſimilem, ut generetur & augmentetur.

Natura enim augetur in ſua propria ſpecie & natura, & non in alia: ita metallum multiplicat metallum. Noſtra igitur medicina fit ex duabus rebus unius eſſentiæ, id eſt ex unione Mercuriali fixa & non fixa, ſpirituali & corporali, frigida & ſicca, calida & humida, neque ex alia re fieri poteſt.

Et ſic ad faciendum hunc pretioſum lapidem accipimus ſolam ſubſtantiam Mercurii per artem optimè mundificatã & penetrantem, tingentem & conſiſtentem in ignis examine, nec ſeparabilẽ in diverſas partes, ſed ſolum ſemper tenacis ſolius eſſentiæ Mercurialis. Tunc eſt res conjungens in profundo radicali metallorũ, imperfectam ipſorum formam corrumpens, aliamque novam introducens, ſecundum virtutem elixiris aut medicinæ tingentis.

Natura ex ſeipſa facit materias ſpermaticas, easque creat, poſtea ars eas conjungit. Neque ars noſtra ex ſe ſola ſpermata creare poteſt, ſed quando natura ea creavit, tunc ars ipſa conjungit, tanquam miniſtra naturæ. Nos ergo corpora metallica reducimus in ſua principia ut per eam reductionem fiat conjunctio novæ materiæ, ejusdem radicis, & ita hæ duæ naturæ ſibi invicem auxiliantur, & quælibet alteri ſuam virtutẽ communicat, ut fiat dignior materia quam erat antea, dum utraque ſeparata eſſent. Sic igitur absque iſta reductione non poteſt fieri lapis noſter. In iſtis duobus ſpermatibus ſunt quatuor qualitates elementorum, ſecundum virtutem. Nam in ſpermate maturo tanquam digniori duo digniora elementa inſunt qualitate, quæ ſunt ignis & aer, & in alio ſpermate crudo & imperfecto in ſua natura inſunt duæ aliæ qualitates, & duo alia imperfecta & minus digna, videlicet aqua & terra. Et ſic in arte iſta non eſt aliud quam iſtæ duæ naturæ ſpermaticæ ejusdem radicis, ſubſtantiæ & eſſentiæ, ſolius ſubſtantiæ Mercurialis viſcoſæ, & ſiccæ, quæ non jungitur alicui rei hujus mundi, quam ſuo corpori, uti Morienus teſtatur. Fac durum aquatile, id eſt, conjunge ſperma maſculinum (quod non eſt aliud quam Mercurius coctus & maturus, qui in ſe tenet elementũ ignis) cum ſpermate fœminino, id eſt aqua viva, eaq; pone in cubiculo rotundo, calefacto cũ igne parvo continuo, & tam diu

ibi relinque, quoad convertentur in aquam philosophicam, quæ tunc est materia lapidis. Nam habet in se naturam fixi, quæ eam figit, & naturam spiritualem quæ ipsam exaltat, faciendo ipsam spiritualem & dignam substantiam nobilissimi lapidis.

TURBA PHILOSOPHORUM.

1. Accipe corpus sive terram, ac in tabulas tenues coapta, quod cum aqua maris misce, quæ, dum regitur, aqua permanens dicitur.

2. Istam compositionem bene coaptate, & consanguinea consanguineis jungite, quia natura quæ mortificat & in nihilum convertit, eadem etiam vivificat & renovat, istæ naturæ se invicem complectuntur, & post inimicitiam in igne lento concordes & amicæ fiunt. Accipe igitur argentum vivum, & congela illud in corpore magnesiæ, quia aurum vertit in rubeum ignem, quod fit coquendo & assando.

3. Secretum ergo operis ex mare & fœmina constat, hoc est agente & patiente, masculus gaudet susceptа fœmina, & juvatur ab ea: Fœmina suscipit à masculo sperma tingens, & coloratur ab eo. Miscete ea insimul, & habebitis spiritum tingentem, compositum ex masculo & fœmina, & regite ea secundum quatuor anni tempora. In Hyeme solvite, quia est frigidæ complexionis: Vere coquite: Æstate coagulate: (flores producuntur) Autumno fructus maturantur. Non potestis aurum rubrum facere, nisi primò dealbaveritis.

4 Fundamentum hujus artis est acetum acerrimum, quod cùm corpori miscetur, continetur, & fit unum cum eo, vertitque aurum in merum spiritum, & si corpus absque aceto super ignem posueritis, corrumpetur. Suaviter ergo ista regite, donec sulphur fuerit incremabile, quia humor primo frigid' est, cui ignis immoderatus inimicus est; Acetum comburit corpus & in cinerem vertit, ejusque spissitudinem diruit.

6. Quando masculus fœminæ conjungitur fit ipsa fœmina non fugiens, & totum compositum fit spirituale.

7. Gummi nihil aliud est, quam aqua permanens. Sine auro Gumma non emendatur.

8. Non oportet re alia uti in toto regimine, nutritione & contritione nisi illa nota aqua permanente. Quia vis ejus est spiritualis sanguis, quæ cum corpore contrita & incorporata vertit illud in spiritum, & ipsa in corpus vertitur: quia sibi invicem commixta & in unum redacta se invicem convertunt.

10. Ista aqua permanens dicitur lapis & est aqua vitæ munda. Item Gummi, venenum, acetum. Nullum autem venenum tingens generatur absque sole & sua umbra.

13. Inter

13. Inter æs Philosophorum & aquam permanentem est maxima propinquitas, quia utrumque est attractivum alterius.

12. Qui argentum vivum corpori Magnesiæ jungit, & fœminam viro, naturam extrahit occultam, per quam corpora colorantur.

13. Quia argentum vivum est ignis corpora comburens, mortificans, & constringens suo regimine, quod unum tantum est.

14. Et quanto magis corpori miscetur, tantò magis corpus diruitur, teritur & attenuatur, & hinc resultat tinctura, & Ethelia ignem non fugiens, quæ omnia corpora confringit, & omnes Spiritus retinet & colorat. Corpus non potest se ipsum tingere, nisi spiritus occultus extrahatur è ventre ejus, & fiat corpus, anima, & spiritus. Spissum enim illud terreum non tingit, sed ipsum tenue naturæ tingit, quod ipsum corpus perfringit. Cum autem corpus æris regitis, & ex eo tenuissimum extrahitis, vertitur id tenuissimum in tincturam & tingit condensum, id est, siccum jungitur humido, & hinc generatur tinctura invariabilis.

15. Hæc tinctura est vita iis quibus jungitur.

16. Prolixitatem autem decoctionis patienter feras, & habebis optatum.

17. Masculus suam fœminam amplexatus velociter transit in corpus ejus, liquefit, diruitur & confringitur, & deinceps rubor non moritur.

18. Quia horum duorum est una natura, aliàs non ita citò commiscerentur, nec continerent se invicem, nec unum fierent.

19. Natura non emendatur, nisi sua natura, idcirco nolite ipsis inducere alienum nec pulverem nec aliam rem, sed sufficiat nobis conceptio, & verus filius nascetur: leniter coquite.

20. Veneramini regem & suam uxorem, & nolite eas comburere nimio igne, sed regite eos donec nigri fiant, deinde albi, deinde rubei, ultimò venenum tingens.

21. Corsuffle est totum compositum quod oportet septies assari, & tunc omne corpus tingit & vocatur plumbum, stannum, nummus, flos ferri, flos æris, flos auri.

22. Corpus & spiritus in terram & cinerem verti debent, Æs, quando comburitur, fit melius quàm antè fuerat, quia humore inspirato vitam suscipit, & augmentatur, ut aliæ res. Opus ergo nostrum nequaquam tinctura est, nisi diligenter coquatur, quousque pulvis fiat atque sperma per putrefactionem spiritualiter effectum sit. Sic enim & non aliter color invenitur.

23. Æs incidens in aquam suam dicitur fermentum Auri, & tunc apparet rubedo.

24. In ventre Corsuffle vera natura occulta est, & hæc vera na-

tura est ille Spiritus tingens quem habuit ab aqua permanente. Idcirco corpus tere, dirue, imbue, idque facit Spiritum tenuem & impalpabilem, quod fit quando teritur, donec fiat pulvis, qui non fit nisi fortissima decoctione & contritione continua.

25. Ars enim duabus eget naturis, quia non fit pretiosum absque vili, neque vile absque pretioso. Hæc duo in putrefactione & decoctione simul unita sunt, & unum alterum continet, ne fugiat.

26. Opus ergo ex duobus est, & hæc duo conjunctè vocarunt compositum.

27. Oportet enim corpus, quod non erat aqua, simul cum aqua fiat aqua, & aqua aquæ misceatur, & fiant unum, uti unque in aquam vertatur, donec totum fiat aqua.

28. Calore enim aquæ facile totum fit aqua.

29. Ut homo compositus est ex anima & corpore, sic oportet nos duo conjungere, quæ conjunctio comparatur conjugibus, ex quorum complexu exultat aqua aurea. Idcirco igitur bellum inter æs & argentum vivum, donec ad interitum veniant & corrumpantur, tunc æs arg. viv. concipiens, coagulat ipsum, atque corpus utriusque diruitur, & in pulverem vertitur diligenti & multa imbibitione & decoctione. Ista namque contritione ex corpore spiritualis, munda, & sublimis anima extrahitur, quæ omne corpus tingit, & est Sulphur naturæ.

30 Illa occulta anima tingens & sulphurea natura non potest extrahi, nisi corpora fiant incorporea, id est, Spiritus tenuis, coquendi continuitate. Hoc autem totum fit per argentum vivum, quia ipsum est igneum, omne corpus comburens magis quàm ignis, & corpora mortificans, quia omne corpus quod ei commiscetur, teritur & morti datur.

37. Uterque fit fugiens.

38. Fiunt iterum fugientes, per ignis interceſſionem se invicem amplexantur & continent. Quando n. 4. naturæ in cœlū ascenderunt, ita ut ignis in aerem, aer in aquam, aqua in terram incidat, sic continens omnium eorum terra est, atque finis totius operis pulvis & cinis.

39. Subtiles spiritus ipsum corpus tenuem spiritum fecerunt, & corpus in venenum tinxerunt. Igne igitur res attenuatis, donec illæ res ut spiritus ascendant.

40. Hujus artis scientia nihil aliud est quàm arg. vivum corpori magnesiæque conjunctū, & aquæ sublimatio, & vapor. Nullum Sulphur fit absque calce argenti vivi & sulphuris aqua.

41. Unum sulphur factum est ex pluribus sulphuribus per mixtionem pugnantis cum igne, & non pugnantis. Hoc arcanum ex duabus procedit compositionibus, sulphure & magnesia. Hoc compo-

compoſitum in unum redactum vocatur aqua & ſpiſſum aurum. Quæ ſi in argentum vivum verſa ſunt, aqua ſulphuris nominantur & igneum venenum, quod ubi verè dealbatum eſt, dimiſit ſua corpora ſpiſſa & ponderoſa.

43. Lento igne primum humiditas corrumpitur, & quando omnia unum facta ſunt corpora incorporea. Omne enim corpus diſſolvitur cum ſpiritu, cui mixtum eſt, & fit ſpirituale. Et omnis ſpiritus à corporibus alteratur & coloratur. Cui ſpiritui color tingens & contra ignem conſtans miſcetur, & fit ſulphur fixum & incombuſtibile, quod prius erat ſulphur fugiens. Qui poteſt ſpiritum fugientem rubeum facere corpori ſibi conjuncto, deinde ex illo corpore & ſpiritu ſuam tenuem naturam in ſuo ventre occultam extrahere opus perficiet.

44. Argentum vivum cum ſua miſcetur tinctura, tingit. Vapor alio arg vivo ſui generis continetur, ne fugiat, quod fit quam primum ipſum arg. vivum & æs conjungentur. Itaque Arg. vivum argento vivo miſcetur, quouſque una eademque aqua fiat munda ex duabus compoſita.

46. Sola imbibitione aquæ ad verum operis finem pervenies.

47. Quando æs contritum & in aquam verſum eſt, fit fugiens & in ſpiritum vertitur, ſpiritusque in corpus, & invicem nectuntur, & vertitur in animam tingentem.

48. Argentum vivum ad viſum album eſt, quando autem fumus ei advenit, vertitur in rubeum, & fit venenum.

49 Argentum ergo vivum, quod ex pluribus eſt confectum longè latè, ut duo tria fiunt, & quatuor unum ac duo unum.

50. Tota perfectio ſulphuris in decoctione conſiſtit.

52. Non ſunt niſi hæc duo Argenta viva, Solis humor & ſputum Lunæ.

Jungite ergo ſiccum humido, id eſt, terram & aquã, & coquite igne & aere quouſque ſpiritus in anima deſiccetur, quia tenue tingens ſumit virtutem ex tenuiſſima terræ, aquæ, & aeris parte

Corpora corporibus tinguntur & figuntur.

53. Quando compoſitio rubea apparet, ſervatum eſt illud regimen quo corpora in ſpiritum vertuntur, & ad ſe invicem nectuntur, quæ habet animam tingentem & germinantem.

54. Tribus decoctionibus multiplicatis, acetum noſtrum conglutinatur & ab igne coagulatur, ejusque natura convertitur in naturam, ſputum Lunæ Solis lumini junctum congelatur.

55. Accipe arborem albam, ædifica ei domum rore circumdatam, impone ei magnæ ætatis hominem centum annorum, dimitte eos in ſua domo octuaginta diebus, ille ſenex non ceſſat comedere de fructu arboris illius, donec anima illius in corpus juvenile transformatur, & Pater filius factus eſt.

56. Illam mulierem quæ ſuum interficit maritum, Philoſophi neci dederunt.

57. Illius enim mulieris venter eſt plenus veneno. Fac ergo ſepulchrum Draconi, & mulierem ſepeli cum eo, qui illi mulieri fortiter junctus, quo magis eam nectit, ac circum eam volvitur, tantò magis corpus ejus in mulieris artubus mixtum, ad mortem declinat, & totus vertitur in ſanguinem, quem ponunt ad ſolem, quouſque ſanguis conſumitur & areſcat. Tunc apparet venenum & occultum manifeſtatur, & ſic ex elementis non fit utile abſque maris & fœminæ commixtione.

58. Hoc opus autem ſubtili meditatione regitur.

59. Una tantummodo eſt Philoſophorum tinctura.

60. Omnis noſtra ſcientia eſt natura maſculi & fœminæ. In principio miſcendi, oportet elementa cruda & ſincera ſuper ignẽ lentum commiſcere, & cavere ignis incenſionem, quousque in illo leni igne deſiccentur. Liquefactio eſt caput hujus artis, quia humidum fit ſpiſſiſſimum, & ſpiſſum corpus fit ſpiritus, & ſpiritus fugiens fit fortis contra ignem pugnans: Converte ergo elementa, & quod quæris invenies. Compoſitum generat ſeipſum, & niſi ipſo germinat id quod quæritur.

61. Comburere non eſt niſi dealbare, & rubeum facere eſt vivificare.

62. Definitio hujus artis eſt corporis liquefactio, & animæ à corpore ſeparatio, quia æs noſtrum habet animam & corpus: Oportet igitur dirui corpus & animam ab eo ſeparari. Subtile naturæ corpus penetrat, & eſt anima ipſa argenti vivi, in virtute ignea corpus perficit & vivificat.

63. Signum perfectæ decoctionis primum eſt nigredo, deinde albedo, ultimò rubedo altiſſima.

64. Oportet corpus dirui quouſque moriatur, tunc poteritis animam ſuam extrahere, quæ eſt ſpiritus tingens.

64. Totum magiſterium eſt, ut ſuperius fiat inferius, & inferius ſuperius, compoſitio autem duplicis eſt complexionis: Una eſt humida, altera eſt ſicca.

65. Iſta, quando coquitur, unum fit. Inveſtiga ejus ſocium, & alienum nihil ei inferas.

CONCLVSIO.

EX prædictis igitur luce meridiana clarius patet, quàm firma ſint fundamenta hujus nobiliſſimæ ſcientiæ, nihil enim obſcuri vel ambigui in ipſis continetur, cùm plerunque ſcripta Philoſophorum id commune habeant, quòd non ſecundum nudum verborum ſonum accipienda ſunt. Collegi ſaltem quaſi ipſum nucleum, & talia quæ confidenter, ſecundum ſimplicem literam

genui-

genuinum autoris ſenſum referunt, nec alia interpretatio eſt quærenda.

Quæ in ejusmodi brevitatem congeſſi, ut neminem ſciam qui hactenus id præſtare vel auſus vel conatus ſit.

Quod opuſculum licet aſpectu tenue & exiguum, re ipſa tamen rarum eſt & magni pretii. Quia ſecretum maximum & occultiſſimum antiquorum Philoſophorum continet: Si enim medicinam, qua corpuſculum humanum ab omnibus infirmitatibus liberari, atque feliciſſima valetudine frui poſſit, ſpectamus, ſufficienter hinc haberi poteſt. Si autem divitias, quæ in rebus maximè gerendis magno uſui eſſe poſſunt, illas & hic, ſeriò naturæ myſteria indagantibus, abundanter inveniri conceſſum eſt.

Quamvis ſecretum præcipuum: in quo ſcopus totius rei potiſſimùm conſiſtit, in ſchola occulta ſervatur. Attamen prima initia & fundamenta ſat perſpicuè poſita ſunt. Reliqua diligentiæ ejus committuntur, qui ad hoc maximum DEI donum aſpirat. Vale.

SEQVVNTVR XXII.

PROPOSITIONES SIVE MAXIMÆ IN QUIBUS VERITAS TOTIVS ARTIS CHEMICÆ brevissimè comprehenditur.

I.

VEra augmentatio Metallorum non niſi ex ſuo ſemine, quod eſt de radice Metallica procedit, uti ex lumine naturæ apertè patet. Omnis ergo intentio circa augmentationem Metallorum extra hoc ſemen falſa eſt & erronea.

2. Hoc autem ſemen oportet quod primo reducatur in ſuam primam materiam, quia præter hanc reductionem nulla poteſt fieri alteratio hujus ſeminis.

3. Oportet autem hoc ſemen mori, deinde ad novam generationem tendere, quod tunc melioratur in decuplo, centuplo, millecuplo, & ad pluſquamperfectionem ducitur, per quam & aliis ægris corporibus perfectionem communicare poteſt.

4. Hoc novum generatum Arcanum Philoſophorum dicitur, quia illud, quod erat occultum, & abſconditè latebat in ſemine in potentia, jam factum eſt manifeſtum, & actu apparet per induſtriam Philoſophi, & eſt de natura cœleſti. Ideo potens eſt corpora metallica alterare in novam & incorruptam formam auri & argenti.

5. Omne ergo opus, quod non procedit ſecundum ordinem prædictum, falſum eſt, & contra poſſibilitatem naturæ.

6. Quia ars noſtra non perficitur ex rebus alienis aut peregrinis. Deinde incedere via alrena, & non ſicut natura requirit, vanitas eſt.

7. Omnes reſolutiones enim, calcinationes, ſublimationes, diſtillationes Sophiſtarum deſtruunt potius opus noſtrum Philoſophicum, quàm aliquid utilitatis adferant.

8. Nulla igitur fieri poteſt transmutatio realis in metallis extra arcanum prædictum.

9. Tinctura ſolummodo noſtra fit ex Mercurio ſapientum, qui componitur ex fixo & volatili auro & argento, in hiſce enim duobus totum conſiſtit magiſterium.

10. Earum unio debet eſſe formalis & eſſentialis, qua corpus in ſubtilitatem Spiritus convertitur, quia tunc nunquam ab invicem ſeparantur.

11. Ex iſta unione oritur tertium quod dicitur aqua vitæ, quinta eſſentia, oleum incombuſtibile, cœlum, aqua permanens, acetum, & Mercurius Philoſophorum, prima & proxima materia Lapidis noſtri.

12. Et ſic Sol Pater eſt, Luna mater: Quia Sol virtutē ſuam corporibus non imprimit, niſi Luna mediante, quia hæc ſolvit corpora ſolutione vera Philoſophica, & ab ipſis extrahit tincturam permanentem. Et utraque iſta ſunt unius naturæ homogeneæ.

13. Argentum vivum ex auro eſt calidum maſculinum & ſiccum. Tinctura igitur noſtra nihil aliud eſt quàm ſulphur rubeum, quod eſt ignis vivus, ſimplex, alia corpora vivificans, & maturans, ex ipſo auro extractum, quia ipſum eſt perfectè digeſtum.

14. Si itaque aurum fuerit pluſquam perfectum in duplo, vel quadruplo, vel centuplo, vel millecuplo, in tantum perficit perfecta corpora Metallorum.

15. Noſtra igitur medicina fit ex duabus rebus unius eſſentiæ, i.e: unione Mercuriali fixa & non fixa, ſpirituali & corporali, frigida & ſicca, calida & humida, neque ex alia re fieri poteſt.

16. Et ſic ſecretum operis ex duobus conſtat, ex mare & fœmina, agente & patiente, quæ duo juncta vocantur compoſitum, unum eſt ſiccum, alterum eſt humidum.

Et quando omnia fiunt unum, ſunt anima incorporea, & anima tingens.

17. Per contritionem anima è corpore extrahitur, quia illa extrahi non poteſt, niſi corpus fiat ſpiritus tenuis quod totum fit per arg. vivum, & nullum ſulphur fit abſque calce argenti vivi.

Ipſum tenue naturæ tingit quod ipſum corpus defringit.

18. Omnes autem modi præparationum licet multiplices ſint aſſignati,

assignati, eorum tamen significatio sub sola sublimatione comprehenditur. Et sic in sola nostra sublimatione omnes isti perficiuntur modi: quæ fit in igne vaporoso, ita quod dictus noster Mercurius in suo vase firmiter clauso ad sui mensis spatium ponatur in suo furno, donec in se ipso putrescat, deinde in albedinem niveam, ac tandem rubedinem purpuream convertatur, quod signum est arcani ignei cœlestis.

19. Accipe igitur Corpus, quod cum aqua maris misce: quæ dum secundum anni tempora regitur, aqua permanens oritur, quod est acetum acerrimum, quia est ignis qui comburit & mortificat corpora: Item aqua vitæ: Gummi: Venenum dicitur; quia corpus comburit & in cinerem vertit, cujus vis est Spiritualis sangvis.

20. Perfecta autem præparatio quatuor regiminum exercitio secundum anni quatuor tempora completur. Et sic ascendit de terra in cœlum, & iterum de cœlo in terram, & recipit vim superiorum & inferiorum.

21. Atque in hunc modum gignitur Aurum potabile medicorum, quod est precioſissimum super omne hujus mundi arcanum, quo omnes totius humani corporis ægritudines deploratæ miraculosè sanantur, vitaque sanè integra usque ad Fortis constitutum terminum conservatur.

22. Et ita faciliter animadverti possunt deceptiones & Sophismata idiotarum, qui citra arcanum nostrum Philosophicum alterationes Metallorum in formam nobiliorem pueriliter pollicentur.

TRACTATUS SECUNDUS AUREUS DE LAPIDE PHILOSOPHORUM IOANNIS DE LASNIORO DISCIPULI ANTONII DE Florentia.

DEUS in adjutorium meum intende, & aperi intellectum meum, ut cognoscam, quia non est alius præter te qui mihi aperiat profunditatem cordis mei, & daret mihi Spiritum veritatis, ut per ingenium meum possem conscribere, quæ ex veritate sunt. Quia veritas solum tu es, & qui veritatem diligit, veritas cum consequitur.

Domine accedo ad ostium Divinitatis tuæ, ut cum Angelo tuo possim enarrare profunditatem, & Secretum Philosophorum, quamvis ignarus sum. Sed tu adjuva Domine sanctissime, omnia erunt in aperto & levia conscribere, ut quicunque hunc libellum legerint,

legerint, ut sane intelligant me veritatem posuisse, sub brevitate sermonis gaudium & lætitiã, & auferetur ab eis cogitatio eorum. Et qui intelligit hunc libellum, liberabitur à paupertate. Sed necesse est eos petulantiam consequi, ne cadant in manus tyrannorum, ut forsan dicant: Fac voluntatem meam, vel consequetur te tristitia, sicuti mihi contigit. Veruntamen castigans castigavit me Dominus, morti autem non tradidit me, cui laus & honor sit in secula seculorum, & si quid ultra est.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI
Iesu Christi.

Accipe Sulphur nostrum crudum in sangvine suo perfectum Rubeum vel album, secundum quod opus consistit quod in nullo labore erat, & illud Sulphur continet in se duo corpora, scilicet corpus imperfectum quod nominamus fermentum. Nostrum Sulphur non est Sulphur vulgi, sicut Idiotæ æstimant. Quia nostrum Sulphur est ex bina re. Et ideo aliqui nominant eum Rebis, & veritatem dicunt, quia est ex corpore & anima. Ideo necessarium est ex Sulphure nostro elicere fermentum ad album vel ad rubeum. Quia si artifex Auro vulgi utitur pro fermento vel Argento, mendax erit, & inutilis invenitur.

Qui aurum nostrum non est Aurum vulgi, ideo non est possibile ex eo elicere fermentum nostrum, quamvis est corpus perfectum & bene digestum, sed quod indiget nostrum Aurum naturali, illud caret Auro, & sic nihil dat quod non habet, & si quis in oppositum veniret & diceret, quod impossibile est absque Auro vel Argento naturali perficere opus. Quia Philosophi loquuntur dicentes: Aurum est fermentum rubedinis, & Argentum albedinis fermentum est. Igitur contradicis Philosophis. Sed intellige fili mi verba Philosophorum ita loquentium: Aurum nostrum inquiunt non est Aurum vulgi, imo Aurum nostrum continet in se duo, scilicet Aurum quod est fermentum nostræ artis, aut rubedinis aut albedinis, & Sulphur nostrum manet cum illo & sunt eis in adjutorium, quia unum absque altero non potest fieri nec nasci. Et sic Sulphur nostrum est perfectius Auro. Et verè dico quod nullus Alchymistarum intromittat se ad hoc divinum arcanum, nisi cognoverit Aurum nostrum cum suo Sulphure, alioquin decipietur. Et hæc est probatio veritatis. Accipe Aurum naturale & conjunge cum Mercurio naturali, ut solent Alchymistæ operari pro nunc, & procedatur cum illo aut amalgamando aut imbibendo, qualicunque oleo vel aqua, & regatur igne, tempore suo longo vel brevi, & efficiatur tinctura, projiciatur super aliquod corpus & tingit in rubedinem: probetur vero examine, & in examine recedet perfectum cum imperfecto. Et hæc est causa quia Aurum naturale caruit Sulphure nostro. Quia Sulphur nostrum est sic-

cum &

cum & calidum, ignem patiens, & igne nunquam corrumpitur, & ipsum figit & retinet omne volatile à fuga & facit fixum. Et ideo necessarium est, ut & Sulphur nostrum Mercurium & Aurū faciat fixum & perpetuum in examine. Et si Sulphur nostrum non esset, nunquam aliqua minera procreata fuisset. Quia cum fuerit in profectione tincturæ, tunc Sulphur nostrum idem corpus perfectum stat firmum, Spiritus, id est, Mercurius tingit & ingreditur corpora mortua, anima, id est, Aurum nostrum visitat & illuminat tenebrositates, id est, repellit nigredinē vel fœtorem, & sic ista tria resuscitat corpora mortua de monumentis, prout sapientibus bene patet. Revertamur ergo ad priora fili mi, ut ex illo Sulphur eliciamus, quod est secretum & fulgidū, fiat Sulphur & fermentū perpetuum, absq; aliqua maculā, quia necesse est nobis ut dividamus purū ab impuro, si velimus fructū inde accipere. Accipe illud Sulphur & pone ad calcinandum suo propinquo in fortissimū ignem, Nostra enim præparatio est valde simplex, & vilis. Facta calcinatione projiciatur in urinam nostrā depuratam, & dispergetur minutissime & sic non indiges alio nisi removere purū ab impuro; Et hoc potest fieri quandoq; absq; igne, sed cum igne melior & utilior est deputatio ejus. Ideo non tædeat te præparationis si fructū desideras. Et sic post separationē habebis Sulphur clarū cum suo fermēto, quod splendidius erit gemmis. O quam delectabilis est natura ista, quæ ubique invenitur & vili pretio venditur. O quam est res utilissima quæ in se continet rem charissimam. Insipientes vero vili pendunt eam, sed à sapientibus valde diligitur, quia insipientes non norunt virtutem ejus. Componatur vero hęc materia cū Mercurio nostro, ut fiat unum corpus retinens in se tria, scil. corpus, Spiritum & animam, & hoc in pondere vero matrimonificato, ut efficiatur minera vera, sicut in visceribus terræ procreatur. Facta cōpositione ponatur in aurum nostrum & conjungantur in Lapidem durū, quod nec ignis superabit eos. O quā admirabilis natura quæ ita amore languescit, quia prope ejus languorem mulier interficit suū virum, postea vir quoq; interficit mulierem, & sic procreabunt filios infinitos. ô quam maxima cæcitas est inter operantes hujus divini ōperis, quod non sequuntur naturā, omittentes res extraneas, scientes quod natura nostri Lapidis non indiget illis rebus, quibus ipsi utuntur. Videlicet Arsenico, auripigmento, Sulphure communi, Magnesia, Atramento, nec Salibus, scilicet sale alcali, sale aluminis, & sic de aliis trufis. Sed indiget re naturali quæ à natura sibi cōvenit. Fili mi revertere ad te ipsum & memorare quod est naturale, & omitte res extraneas, & pro certo gaudebis. An nescis quod natura naturam dealbet, natura naturam rubificet. Revertere revertere fili mi, & memorare quod impossibibile est facere de stercore Aurū vel Arg. Sed tantum de natura, sicut de homine hominē, & sic de

aliis

aliis naturis. Jam fecimus mentionem de inventione noſtri Sulphuris, imo & ſeparatione & compoſitione ejus & de ejus Mercurio. Neceſſarium eſt ut procedamus ulterius, labore Philoſophicali, ut Lapis noſter ſpermatiſſet, quia ſi ſperma ab eo non fuerit projectum, opus noſtrum deſtrueretur dum ſperma ab eo ejicitur: Scitote eum procreare filios infernales infinitos. Quia per corruptionem ipſius ſperma putrefiet, & morietur. Si autem mortuum non fuerit ſolum in deſtructione manet.

Et ideo ſcriptum eſt: Unius corruptio eſt alterius generatio. Nota exemplum in homine: Vir faciens actum cum muliere, emittit ſperma in matricem ejus, & ſi mortuum non fuerit non fit imprægnatio. Et hoc contigit quandoq; cum vir & mulier non ſunt unius naturæ. Quia mulier eſt frigida & humida, & vir eſt calidus & ſiccus, & ſic in aliquibus differunt, quod ſperma non poteſt habere meatum accipiendi putrefactionē, aut vir aut mulier corrupta eſt, & ideo ſperma ejus annihilatur. Eodem modo tenendum eſt de Lapide noſtro, ut ſperma ipſius moriatur. Et exinde fiet imprægnatio ſine dubio, niſi fuerit artifex ignarus in compoſitione naturæ & ſic opus annihiletur. Sed ſi cum debita re id eſt maſculo & fœmella fuerit opus compoſitum, ſine dubio perveniet ad hoc divinum opus. Sed quam pauci nunc reperiuntur veri; multi ſunt facti Philoſophi, ſed non omnes ſunt decorati hoc divino magiſterio. Novos Philoſophos merito nova Philoſophia eligit, & ſic decipitur mundus. O quam ſanctum eſt ſequi Hermetem, & Thomam de Aquino, & alios Philoſophos modernos, & eorum libros legere ut intellectum acquirant, de quo fit vel fieri poteſt hæc ars divina, & relinquere novos qui ſolēt ſcribere, Accipe, accipe, quod eſt decipe, & habebis trufam.

Tales non imitantur naturam, nec quærunt honorem, ſed confuſionem artis. Sed quia impoſſibile eſt quod per unum ſtultum ars annihilaretur, & in confuſione remaneret. Tales nō merentur nomen Philoſophi, ſed vani Sophiſtæ & deceptoris.

Multi torquentes Mercurium variis pœnis, volentes facere fixum, ſed cum efficere non poſſunt, dicunt eum latronem fugacem eſſe: Imo dico ipſos plus eſſe fugitivos quam tortus Mercurius. Itaque cum Mercurius fugit & evadit & intrat in artificem, tunc ambo fiunt fugitivi. Si utique ſcirent naturam, quæ dum ſibi adderetur, non fugeret. Uterq; tum artifex, tum Mercurius opus habent Sulphure Philoſophico, ne ſint fugientes, ſed permanētes, & ut ex eis procrearentur filii infiniti. Sicque filios mendaces re linquamus in ſuis erroribus, & perpetuo fixantur in nequitiis ſuis.

Revertere fili ad prius ſperma Lapidis noſtri. Eſt res valde delectabilis & digna honore, quia eſt res perpetua & aqua permanens: Ideo tenеamus de illa relinquentes errores, qui jam patefacti ſunt.

Recipē

Recipe ad laborem ſperma tuum (non id quod ex corpore tuo naturali procedit) & procede cum eo ſapienter, quia latet ibi totum ſecretum noſtrum, & ſi aliter operatus fueris mendax & inutilis invenieris. Et ſub juramento veritatem dico & non mentior. Quia natura noſtra una eſt, una medicina, una minera, in qua conſiſtit totum magiſterium, & etiam unus ignis, unum vas, unus labor. Qui operatus fuerit ad normam naturæ noſtræ, verè perveniet ad venerabilem Gummam, & laudabilem tincturam. O memorare fili qualiter natura mirabiliter procedit, & qualiter te deducet ad magnum honorem, ſi directè operatus fueris, quàm magno honore fueris decoratus, ſolum modò ſequaris naturam. Fili audi mandata mea & ſequere me, quia hoc divinum opus volo promulgari ſub brevitatis ſermone quod ſapientibus bene patebit: Accipe vas noſtrum Philoſophicale in quo hoc divinum opus debes perficere, & hoc vas debet fieri in modum matricis mulieris, ponaturque in id ſperma more noſtro, & collocetur in ſole noſtro, ut ſequatur ſuperiora. Et circũdabunt eum vapores infernales & fumi ſubtiliſſimi, & ſic deſtillabitur & abluetur in ſangvine ſuo & ibi accipiet nutrimentum in ablutione ſua. Et ſic illud ſperma non indiget niſi diſtillatione & calcinatione, & hoc totum fit in uno opere & uno vaſe.

IN DISTILLATIONE EIVS SVNT TRIA conſideranda.

Primum. Quomodo Sulpur noſtrum convertetur in cinerem, & quærat locum inferiorem ut de ipſo dicatur: Cinerem qui eſt in inferiori loco non vilipendas, quia eſt terra mortua corporis ſui. Agnoſce fili mi & intellige verba mea: quod corpus mortuum, id eſt, Sulphur noſtrum, quærit inferiora, ideo ut ignem ſuſtineret, quia nec ignis comburit id propter ſuam permanentiam. Secundo conſiderandum eſt, quod anima quærit medium, & hoc propter hanc cauſam: Anima eſt Aurum vel fermentum noſtrum non ita fixum ut Sulphur. Sic non poteſt ita ſubito ignem ſuſtinere, niſi capiat adjutorium Sulphuris ideo quærit medium. Tertio Conſiderandum eſt, quia Spiritus res eſt impoſſibilis, ideo quærit ſuperiora, ut dicitur Spiritus in aquis ferebatur. Et hæc eſt cauſa quod ignem ſuſtinere non poteſt, niſi paulatim diſtet ab iſtis duobus. Et ſic per calcinationem ſemper ſibi ignis augmentatur, ut diſcat eum his duobus corporibus ignem ſuſtinere.

Et ſcias quod iſta tria non conjunguntur ita leviſſimè, niſi corpus mortuum mundatum fuerit a ſua nigredine, & revivificetur. Tum accipit animam & Spiritum, & in conjunctione ejus multi colores apparebunt, & ſigna mirabilia. Et ſic omnia erunt fixa & perpetua. Quia in principio noſtræ artis primũ ſignum eſt nigredo, quia materia putreſcit, & ſtudet volatile præbere paulatim cõtra ignem,

tra ignem, ut omnia figantur. Et sic proverbium est Philosophicale: Nisi copora moriuntur, & mortua reviviscunt, & cum Spiritibus conjunguntur, Magisterium nihil est, quia natura jam solummodo regit.

NOTA.

Post nigredinem & ablutionem ejus potest artifex bene gaudere, videns tanta mirabilia, quod in principio erat nigredo, jam autem facta est lux magna. O venetabilis natura quantas tribulationes & angustias artificii tui fecisti in nigredine tua. Ecce quomodo illuminas eum lumine magno & gaudio perpetuo. Ubi est nigredo ibi est charitas infinita.

O quam delectabilis ortus ex re vilissima, procreatus est in matrice Philosophica. Arbores ejus sunt decorati foliis & floribus diversis. Radices ejus sunt facti Lapides precioſi, Ramus illuminans arborem lumine præclaro. Herbæ sed arboribus dant odorem Balsami, & expellunt omnem infirmitatem.

Et verè dico Si homo semimortuus esset, & videret bonitatem & decorem Lapidis, tota infirmitas ab eo recederet. Et si in agone mortis unũ florẽ consumeret, tota pestilentia ab eo recederet.

Agnosce fili mi, quantas virtutes possidet natura, sensus mihi deficit ut ejus virtutes enarrare possim. Quod oculis vidimus hoc protestamur, & quod manibus operavimus hoc conscripsimus.

Necessarium est nobis ulterius procedere, ut lapis noster ulterius perficiatur, & nascatur de utero matris ejus, & demonstrabit nobis mirabilia infinita.

Igitur procede cum illo more nostro, ut bibat lac de quo accipit nutrimentum, & convertetur in colorem rubeum, & carebit albedine. Sciatur hoc fore secundum signum nostrum. Procedatur ulterius, ut Lapis noster habeat omnia membra sua, & sic convertitur in nigredinem, quod omnis macula ab eo mundata est, & sic convertetur in albedinem clariorem decuplo quam antea fuerat. Procede ulterius ut de Christallo facias carbunculum, & sic completur tua ars tota, & Lapis tuus erit perpetuus. Lauda Jesum Christum cum ad hoc perveneris.

Explicit via universalis Joannis de Lasnioro Lazon. sub Anno millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo. Feria Sexta in Vigilia Viti. Ego verò Joannes Lucianus exemplavi diligentia magna, anno quadringentesimo. Sit laus almæ trinitati & individuæ unitati sine fine. Amen.

Hic Joannes superius subscriptus de Lazionoro fuit discipulus ipsius Antonii Itali de Florentia oriundi, qui hic in Bohemia propter eam artem Chymicam ab hominibus impiis est trucidatus, prout in Bohemico de lapide Philosophorum scripto testatur ita accidisse.

TRACTA-

HÆC CIUNT
IN PVARE

tra ignem, ut omnia figantur. Et sic proverbium est Philosophicale: Nisi copora moriuntur, & mortua reviviscunt, & cum Spiritibus conjunguntur, Magisterium nihil est, quia natura jam solummodo regit.

NOTA.

Post nigredinem & ablutionem ejus potest artifex bene gaudere, videns tanta mirabilia, quod in principio erat nigredo, jam autem facta est lux magna. O venetabilis natura quantas tribulationes & angustias artificii tui fecisti in nigredine tua. Ecce quomodo illuminas eum lumine magno & gaudio perpetuo. Ubi est nigredo ibi est charitas infinita.

O quam delectabilis ortus ex re vilissima, procreatus est in matrice Philosophica. Arbores ejus sunt decorati foliis & floribus diversis. Radices ejus sunt facti Lapides precioſi, Ramus illuminans arborem lumine præciaro. Herbæ sed arboribus dant odorem Balsami, & expellunt omnem infirmitatem.

Et verè dico Si homo semimortuus esset, & videret bonitatem & decorem Lapidis, tota infirmitas ab eo recederet. Et si in agone mortis unũ florẽ consumeret, tota pestilentia ab eo recederet.

Agnosce fili mi, quantas virtutes possidet natura, sensus mihi deficit ut ejus virtutes enarrare possim. Quod oculis vidimus hoc protestamur, & quod manibus operavimus hoc conscripsimus.

Necessarium est nobis ulterius procedere, ut lapis noster ulterius perficiatur, & nascatur de utero matris ejus, & demonstrabit nobis mirabilia infinita.

Igitur procede cum illo more nostro, ut bibat lac de quo accipit nutrimentum, & convertetur in colorem rubeum, & carebit albedine. Sciatur hoc fore secundum signum nostrum. Procedatur ulterius, ut Lapis noster habeat omnia membra sua, & sic convertitur in nigredinem, quod omnis macula ab eo mundata est, & sic convertetur in albedinem clariorem decuplo quam antea fuerat. Procede ulterius ut de Christallo facias carbunculum, & sic completur tua ars tota, & Lapis tuus erit perpetuus. Lauda Jesum Christum cum ad hoc perveneris.

Explicit via universalis Joannis de Lasnioro Lazon. sub Anno millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo. Feria Sexta in Vigilia Viti. Ego verò Joannes Lucianus exemplavi diligentia magna, anno quadringentesimo. Sit laus almæ trinitati & individuæ unitati sinè fine. Amen.

Hic Joannes superius subscriptus de Lazionoro fuit discipulus ipsius Antonii Itali de Florentia oriundi, qui hic in Bohemia propter eam artem Chymicam ab hominibus impiis est trucidatus, prout in Bohemico de lapide Philosophorum scripto testatur ita accidisse.

TRACTA

HÆC CIUNT
IN PRVARE

N

TRACTATVS III

CHEMICUS NOBILIS JOANNIS TRITHEMII ABBATIS SPANHEIMENSIS, seculo nostro inter Philosophos facile principis.

AB QVODAM AVTORE ANONYMO IN GRAtiam filiorum Sapientiæ Hermeticæ nunc primum in lucem editus.

OMnis Philosophiæ naturalis consultissimi viri decreverunt atque statuunt, Lunam Soli propinquiorem, quæ in hoc mundo elementari hominum actiones rerumque commercia una cum Germano Phæbo, mirabili varietatis dispositione mutat, atque distribuit. Quemadmodum in Cœlestibus duo clarissima Luminaria à principio nascentis mundi, Alterum ut Diei, Alterum ut nocti, præesset, Dædalus ille natutæ faber, omniumque rerum opifex, ordinavit. Sed cum Lunæ terrenæ juxta omniumque Philosophantium, sententiam pauca fixio desit, volui sapientiæ filio nonnihil abditum & reconditum & remotissimũ ex Philosophiæ Sacrariis in medium deponere, quo tandem argentea Phæbe duabus jam dudum invecta rotis, ad phæbei fratris quadrijugum numerum provehatur. Itaq; non nocti sed diei præfecta hunc nostrum orbem aureo nitore perfundat.

Nec quispiam mihi persuadebit aliu m laborem hoc ipso faciliorem certioremque. Eos quoq; homines plane desipuisse arbitror, qui in Mercurio coagulando multos labores sunt auspicati, cum habeant Lunam jam penè fixam, quam ad naturam subtiliorem facilimè perducere queant. Possent etiam hoc ingenio Saturnus & Venus ad naturam auri facile vehi, licet potissimum de Luna defectibusque ejus philosopharint.

Deficit autem Lunam pondus quod tibi Saturnus, qui in pondere Soli accedit, dabit uberrime. Quare plerumque à Philosophis Aurum leprosum perhibetur. Philosophi & Astronomi mundanam Saturno attribuunt. Quid ergo terra gravius, quid ponderosius? Propterea in cœlestibus ob tarditatem & pondus Saturnus triginta annorũ curriculo regnum suum obambulat. Et cum deest Lunæ fixio, hoc est, plenior decoctio, quam tibi Mars igneus abunde ministrat, tum quia calori Solis propior, tum etiam quod in igne apud nos minus diruatur. Colorem vero facile exauget Venus individua Solis comes, quam magi naturales pulcherrimi coloris Deam esse fatentur, Marti autem & colorem & pondus Phi-

sophicè accommodamus, in quibus fixionem concludere possis. Sed horum trium corporum ad se invicem tum proportionem tum mistionem requisitam intelliges partim ex Astronomicarum, partim vero ex naturalium rerum disquisitione. Astronomicè quidem cognitione quantum approximent aut distent à Luna, scilicet Saturnus est sextus in ordine, Mars quartus, Venus secundum locum occupat. Naturaliter vero si naturam & qualitates eorum juxta tres Lunæ defectus consideraris, quis inter eos sit major, & quid Lunæ prius debeatur, quid tandem posterius. Faceret enim nonnihil ad hanc rem, si ad amussim examines, quantum Saturnus in pondere exuperet, perspice figura in præcedente cum ingenio & videbis me Philosophice de hisce rebus scriptitasse.

Qui cupit aliquid ex profundissima Chemiæ scientiæ ad finem perducere, opus est ut corpora cœlestia bene consideret, eorumque qualitates & naturas & positiones diligenter agnoscat, quod si fecerit, inveniet divina gratia inexplebilem in iis intellectum. Idcirco constitui sapientiæ filio non mihi de iis rebus in apertum ponere. Quibus consideratis multa alia etiam majora forsan per se ipsum investigabit.

Sol residet in medio tanquam Imperator planetarum, totum mundum & cæteros planetas potentissimè gubernans.

Suprà tres planetæ sunt constituti & infra tres. Mars est superior Soli propinquior, Venus infra propior. Si igitur Lunam in Solis naturam provehere desideras, necessarium est ut ex Marte & Venere subtilissimos & tingentes Spiritus extrahas. Non tamen hi quia volatiles sunt, Lunam tingere possunt, nisi prius fermento Solis, quod est omnium perfectissimum retineas & congeles. Quamvis nonnulli scioli Philosophorum eos fugaces Spiritus in corpus vegetabile coagulare nitantur.

Aliud: Si Sol Luna fieri debeat, oportet duos planetas intermedios à Luna & Sole prius secerni & segregari (Veneris per nigredinem Lunam intellige, humiditatem verò evaporabilem per Mercurium) Hæc duo obstacula nonnulli scioli norem & gluten rambium movent, ineptis stolidisque vocabulis nuncupaverunt.

Jupiter stat super Solem inter Planetas duos, similiter Mercurius infra inter duos, & his duobus Venus & Luna exprimitur.

Nota: Totam Alchimiam tantum in his Metallicis corporibus comprehensam, sed nonnullis rebus, utpote Salibus aquis fortibus & vegetabili egemus quibus corpora appropriatè mundantur, & eorum Spirituales & subtiles naturæ extrahuntur. Et qui hæc omnia cum diligentia perspexerit, is ad Philosophiæ naturalis majora mysteria procul dubio est perventurus.

ILLV-

ILLVSTRI AC GENEROSO VIRO

LADISLAO WELEN, BARONI A ZIEROTIN, DOMINO IN TRIBA, LONTENBVRCK, ET HONSTEIN.

Domino suo clementißimo

S. P. D.

HERMETEM Trismegistum, apud Ægyptios, Illustris ac Generose Baro, maximi sacerdotis, maximi Regis, maximi Philosophi axiomata, multis modis clarissimisque meritis obtinuisse, nemini est ignotum. Inter alia is libris suis, quæ extant, eam Philosophiam præsertim de naturæ secretis, admiscuit, quam nō nisi ex sanctis divinisque Patribus Ægyptios ipsos accepisse, plurima sunt quæ nobis fidem faciunt plus quàm plenam & certam.

Et istius verò Philosophiæ patrum de naturæ secretis quàm sit arguta ratio, admirabilis jucunditas, evidentissima certitudo, & ineffabilis utilitas, illorum confirmabitur punctis, quos non invidus & iniquus vexat affectus, sed æquus amavit Iupiter, ut in proverbio dici solet. Cum igitur tanti auctoris, & secretorum naturæ scriptoris, & abstrusæ Philosophiæ patris hic liber, ab omnibus solidæ physicæ viris amantibus & doctissimis desideratus, nuperrimè in manus meas incideret, & quidem de quo sibi omnes docti magnoperè gratulabuntur, commentario supra modum egregio & perneccssario exornatus; Vtiq; peccati in publica commoda commissi ne reus perhiberi possem, nolui eundem diutiùs latere, sed è vestigio typis exscribendum curavi. Et hoc unum est, de quo lectorem Hermeticis θεωρματείαις non asseruin admonere visum fuit.

Alterum est de causa, cur hunc librum Tibi viro tàm literis quàm bello exercitatissimo inscribendum curavi. Illud utique nemo mirabitur, quòd pro ea quæ publicè recepta est, consuetudine, propter & adversus imperitos & iniquos judices huic libro patronum & vindicem inquirere sategi. Ergo cum ex familiari multorum doctissimorum virorum conversatione, plusquam perspectum haberem Te, non tantùm cunctis viris doctis, sed omnibus aliis liberalibus scientiis impensè delectari, & in naturæ secretis investigandis omnes contendere nervos; jure quodam singulari, antiquissimorum & eruditissimorum Philosophorum princeps ille Hermes Trismegistus, quasi redivivus cum doctissimo suo commentatore, Tuæ Fidei & Curatelæ fuit commendandus. Et apud quemnam potiùs deponeremus auctorem & commentatorem de tantis abstrusis & secretis naturæ differentes, quàm apud eum, qui totus totus, quantus quantus est, nil nisi in abstrusis & secretis investigandis occupatus est.

Accipe igitur utrumque sereno vultu, & utrumq; adversus iniquos censores, si opus fuerit, viriliter tuere. DEUS omnipotentissim. felicia subinde excitet ingenia, quæ solidam secretorum naturæ investigationem strenuè urgeant, & ad nominis sui gloriam, & ad publicam generis humani utilitatem expoliant. Vale ὁπμήκιστον.

T. G. obsequentissimus

Dominicus Gnosicus Belga Vtr. Med. Doct.

Philo-

Philosopho ter Maximo,

Theosopho: jurisperito: Medico

Hoc est,

Comiti Palatino

DN. JACOBO ALSTEINIO PATRITIO ROMANO: EQUITI AUrei calcaris, & Regiæ Majestati in Galliis à consiliis valetudinis.

S. P. D.

QVemadmodum Chemici Philosophi solent omnes mundi Lapides in tres præcipuos, tanquam generales reducere, in animalem videlicet, vegetalem & mineralem: Sic Tu quoque, ALSTEINI, vir inclyte, Patrone & Mecœnas summe observande, qui à cunctis nomen habes Lapidibus, hac principali nominum triplicitate conspicuè adornatus, instar stellæ matutinæ præ multis aliis fulges: & sic es Theosophus: jurisperitus; & Medicus. Liberæ enim ac supercœlestis Civitatis municeps factus, hanc à DEO nactus es gratiam, ut cum quibusvis, etiam summi judicii Theologis conferre possis. Aurei verò calcaris Eques, imperterrefacto annimo accipis armaturam, & armas te ad Pseudojuridicorum, passim hinc in mundo occursantium, ultionem. Induis enim pro thorace jūstitiam, & accipis pro Galeâ judicium certum: & sumis tandem scutum inexpugnabile æquitatis, ut illos in aurea justitiæ veritatisq; viam reducas. Quanta etiam tua sit in Medicinâ præstantia, novit tantum nō Gallia: verùm Anglia, Belgia, Helvetia, Italia, Bohemia, Moravia, Hungaria, Polonia: imò tota etiam Germania. Quapropter non solùm Reges & Principes te magnifaciunt; sed summum totius Romani Imperii caput, te aliquoties ad colloquium Sophicum sponte accersi jussit. Vt autem paucis

multa complectar, tot tantosq; honorum titulos unicus sub se comprehendit Comitatus Palatinatus, hoc est Privilegium & libertas in splendidissimum & sacrum Philosophorum palatium ingrediundi: ex quo solo hujusmodi dignitatum ornamenta, tanquam spolia Achillis ex bello Troiano reportasti. Sed quæris fortasse, quisnam ego sim Anonymus, qui tam audacter te compellare audeam? Dicam id, & hoc quidem Disticho:

Ignis me genuit: sic nomen ab igne resumo:
Non secus ac LAPIDIS tu quoque nomen amas,

Iam quidem satis me nosse debebas: sed propter alios imbecillioris judicii, nominis mei rationem luculentiùs exponam. Vulcani naturam habeo, omniaq; corpora quibuscunq; subjicior, temporis longinquitate demulceo, & in meam verto naturam subtilem & spiritualem: imò lapidem ipsum, quamvis compactissimum & Adamantis instar durissimum, tandem flecto, solvo, & in tantam adduco mollitiem, ut ceræ instar fluat. Mollior hactenus, an durior mihi factus sis, ô ALSTEINI, nondum sat constat. Hoc tamen scio, quia & IACOB diceris, me jampridem à te supplantatum. Sed diuturniori hac supplantatione quid quæso effectum iri putas? supplantator nimirum Tu, me tandem victorem sine dubio reddes: sicq; Tu IACOBVS, ego verò, qui igneâ virtute tandem prævalebo, ISRAEL vocabimur: & sub duobus his nominibus, uno eodemq; animorum consensu & conspiratione, constanter invicem juncti permanebimus. Ulterius nihil addens de nomine, hunc saltem fœtum meum Philosophicum, abortivum quidem & tumultuarium tibi legendum examinandumq; offero: in quo præter infinita alia, quæ brevitatis causa nunc omitto, hoc unum haud dubiè improbabis, quod à consvero Philosophorum tramite discedens: de tantis mysteriis, paulò liberiùs, quàm par sit, scribam. Sed utut se res habeat, non tamen id, qualecunq; tandem sit, rudiori promiscuæq; plebeculæ objectandum esse censui, priusquàm tuæ subjicerem censuræ. Multo enim

rerum

rerum usu, me longè antecellis, ita ut tuo judicio, tanquam firmo & solido lubens meritoq; acquiescam. Te igitur vehementer etiam atq; etiam rogatum volo: ut id placido sereno q; accipias vultu: meq; tibi unicè commendatum habeas: majora verò magusq; expolita aliquando à me, si DEVS *longiorem mihi vitæ usuram concesserit, expectes. Vale. Aureliis ad Ligirim, 23. Octobr. Anno recuperatæ salutis* 1608.

Tuæ Magnif.

Subjectissimus Anonymus.

Sap. 3.

Fulgebunt justi, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent.

Aros in turba.

EXcelsum est hoc apud Philosophos magnos, Lapidem non esse lapidem: apud Idiotas vile & incredibile: quis enim credit lapidem aquam, & aquam lapidem fieri, cùm nihil sit diversius? Attamen revera ita est.

Geber C. 11. summæ perfectionis.

ET hoc est, quod facit eos opinari, impossibile esse ejus constructionem, quia destructionem artificialem (auri videlicet) ex cursu naturæ ignorant. Attentaverunt fortè, quod sit fortis compositionis, sed quàm fortis compositionis sit, non attentaverunt.

Hermetis Trismegisti

TRACTATUS AUREUS

DE LAPIDIS PHYSICI SECRETO, IN CAPITULA SEPTEM DIVISUS: NUNC VERÒ À QUODAM ANONYMO SCHOLIIS ILLUSTRATUS.

CAPITVLVM PRIMVM.

HERMES.

HErmes enim inquit: In tam longa ætate non destiti experiri, nec animæ à labore peperci, artem & hanc scientiam solius Dei vivi inspiratione habui, qui mihi famulo suo pandere dignatus est.

SCHOLIUM.

TRia potissimum sunt artis discipulo seu doctrinæ filio necessaria: Studium, experientia, & Benedictio divina. Quicquid enim studio & diligenti meditatione in intellectum nostrum primò implantatur ac inseritur, id postea experientia, sive oculari demonstratione, ab operatione manuali producta, confirmatur. In neutra tamen actione felices tibi pollicearis progressus, nisi favorem ac benedictionē divinam, tibi prius quoque conciliaveris. In humanis enim rebus peragendis, primas occupat partes voluntas & decretum DEI: sicut scriptum est, Rom. 9. Non est currentis, neque volentis, sed miserentis DEI. Hunc si propitium & benevolum habueris, nullum extimesces obstaculum, licet vel totus etiam mundus, & diabolus ipse tibi adversetur: nihilominus tamen feliciter tuum perficies propositum. Contrà tamen si iratum eundem senseris, omnis labor erit irritus, vanus & inanis, juxta illud:

Nullius est felix conatus, & utilis unquam:
Consilium si non detq; juvetq; DEVS.

Hippocrates ad perfectam medicinam septem hæc sufficere contendit: Naturam, præceptionem, locum studiis aptum, institutionem à pueris, studium, industriam, tempus. Sed quod præ cæteris summè necessarium est prætermittit, divinam nempe benedictionem: idque vel ex DEI ignorantia, vel ex suorum Deorum, quorum infinitum numerum gens olim ethnica colebat, contemptu. Ac quamvis propterea excusandus videatur, quod Ethnicus fuerit: ingens tamen inde discrimen apparet inter ethnicos Chymiæ peritos & imperitos. Sed dices, Hermetem quoque Ægyptium ex ethnica gente oriundū fuisse. Fateor id quidem, ethnicus fuit

eus fuit natione: religione tamen proximè accessit ad verum & legitimum DEI cultum. Magi, qui veniebant ab oriente ad Christum, non addicti Judæorum ceremoniis in colendo DEO, neq; ex eorundem populo, sed ex gentilitia familia orti, nihilominus tamen singulari DEI gratia illuminati erant: & dubio procul, in divino cultu fideliter & realiter persequendo non cessissent vel ipsis Judæis, multisve hodie pseudo-Christianis. Sed quinam fit, quod quidam Ethnicorum, ut Hermes, Plato, tres Magi, & similes adhuc plures videntur tàm præclaram, alii verò adeò exiguam aut planè nullam de DEO habuisse cognitionem? Hunc quæstionis nodum solvit D. Paulus in epist. ad Rom. cap. 1. Ubi geminam proponit Ethnicorum differentiam, quorum alios dicit DEUM cognovisse quidem, sed non ut DEUM glorificasse & gratias egisse: alios autem occasionem, DEUM ex natura cognoscendi, suâ propriâ culpâ neglexisse. Præterea si omnium ætatum tempora percurrimus, conspicuè videre licet, Ethnicos illos philosophos, qui Chymiam simul excoluerunt, præ cæteris majori pietatis virtutumque splendore emicuisse. Absit enim ut Hermes, Pythagoras, Plato, Anaxagoras, aliique plures Chimici Philosophi, tàm scabiosè & impiè loquantur de DEO, ac ipse Galenus Chymiæ ignarus loquitur de Christo & Moyse. Multò enim majori pietate & veneratione excoluerunt almum illud & divinum æternitatis NUMEN: cujus infinitam potestatem & immensam gloriam ac majestatem non obscurè intuebantur in unico omnis mirabilitatis subjecto, in lapide nempe suo philosophico: in quo tanquam in lucido speculo videbant omnes omnium rerum naturalium, cœlestium, & elementarium vires atque virtutes. Unde palàm profesi sunt in suis scriptis: Artem Chymicam aut invenire hominem pium, aut reddere illum pium. Hoc igitur nostro seculo omnes veri Chymici, viri probi ac cordati, DEUMque timentes, meritò imitantur. Galenum autem qui sequuntur, majori periculo expositi sunt. Verendum enim, ne discipuli ex diuturna & crebra Galenicorum scriptorum lectione, præceptoris mores & vitia imbibant, & eandem atheismi labem fortè contrahant. Si liberet medicam historiam à centenis tantum annis repetere, plurimos utique viros doctissimos & celeberrimos adducere possem, qui præceptoris nimio amore effascinati, in hanc temeritatis, ne dicam impietatis, scenam prodire, non sunt veriti.

Sed his oblivione sepultis, sequamur potius Hermetem nostrũ, qui ingenuè, sineque omni tergiversatione fatetur se in hujus scientiæ artisque possessionem non per tectum, ut fures, lupi rapaces, & Pharisæi solent, sed per legitimum Phisosophiæ ostium ex impulsu & inspiratione solius DEI intrasse. Hujus enim sacræ Phisosophiæ ostium unicum ac solum verum est spiritus veritatis:

qui spirando, ubi vult, aperit & commonstrat Chymiæ studiosis viam rectam, eosque deducit in omnem veritatem. Nam in quorum animis semel oritur ille veritatis lucifer ac stella benedicta, è vestigio inde fugantur & radicitùs expelluntur omnes errorum tenebræ. Divinitus itaque, nec aliunde, inspiratur Hermetica Philosophia: nec eadem plures, quàm unum solum authorem, nempe Deum agnoscit. Ab hoc uno qui aberrat in hac scientia pervestiganda, suam miseriam & errorem haud dubiè tandem deplorabit. Artes reliquas vulgares qui scire volet, eas poterit facilè ab artificibus & præceptoribus, in scholis ad hanc rem destinatis, perdiscere. Conati quidem sunt hactenus multi in Scholis & Academiis, Philosophiæ fundamenta, causas & principia quoque juxta eandem methodum, è proprio cerebro enatam, studiosæ juventuti inculcare: sed quo fructu, experientia satis superque demonstrat. Puris enim Philosophiæ fontibus relictis, qui à solo patre luminum desuper in fidelium corda influunt, ad inanes & aniles quorundam Ethnicorum nugas & hominum otiosorum figmenta atque deliria delapsi sunt: & non solum hunc sacrum & fertilissimum Philosophiæ agrum, innumeris mendaciorum commentis conspurcarunt & devastarunt: sed alias quoque scientias, puras atque sanctas, suis quisquiliarũ sordibus simul inquinarunt, & tam horrendè deformarunt: ut vix ac nc vix quidem scintillulam adhuc in illis agnoscas residuam genuinæ ac primævę integritátis. Tantæ cladis causa non minima existit mendosum illud & rixosum artis disputatricis inventum, de qua paulò post infrà dicetur. Hinc in varias adeò partes distracta Philosophia, modò ab hoc, modò ab alio violentos depravationum insultus passa est. Quid enim operæ pretium hac in re facerent isti, qui lumine Naturæ destituti, ex proprio cerebro, uno atq; altero argumento dialectico in medium prolato, fabulosa principia & causas, pro artis fundamento, simplicioribus ac rerum ignaris obtruderent: Ex qua re tanta opinionum varietas emersit, quantus philosophantiũ numerus, ut quem nunc sequaris aut deseras, vix perspicias. Tam obstinato sunt interim quidam animo, ut quamvis apud multos authores evidenter satis agnoscant rei falsitatem, tamen mordicus eos, tanquam milites veterani & strenui antiquitatis defensores, propugnent, ac ignominiosum sibi fore existiment, si à sententia tot seculorum serie stabilita, & tam longo artificum usu comprobata, desciscant. Nec satis est, seipsos in tam vilia hominum mancipia degenerasse, sed ejusdem calamitatis participem quoque fieri cupiunt teneram & innocentem studiosam juventutem. Hinc suos discipulos nolentes volentes in suam pertrahunt sententiam, iisque voce & scripto, minis & objurgationibus, omnem interdicunt philosophandi libertatem: sicque claudunt regnum philoso-

philoſophicum ante homines, & ipſi intrare non contendunt, nec advenientes intrare ſinunt. Rectiùs facerent hujusmodi Miſoſophi, ſi in tam ancipiti authorum electione conſtituti, repudiata Ariſtotelis, Galeni, aliorumque authoritate, ad ipſum fontem ſuos deducerent diſcipulos. Fons autem iſte ubi? Diſce hoc à Sapiente, ſi ſapis; qui lib. Sap cap. 7. inquit: DEus eſt Sapientiæ Dux, & ſapientium emendator: in manu ipſius, & nos & ſermones noſtri, & omnis ſapientia, & operum ſcientia & diſciplina. Ex hoc eodem fonte Hermes quoque noſter ſuam hauſit ſcientiam, ut ipſemet fatetur his verbis: Hanc ſcientiam, inquit, ſolius DEI vivi inſpiratione habui.

Pudeat hodierno ſeculo Chriſtiani nominis Philoſophos, quod ſe patiantur ſuperari ab Ethnicis: quibus olim nihil conſtabat de veritatis lúce, nempe de CHRISTO, in hunc mundum venturo: qui fons omnis ſcientiæ ac intelligentiæ, ipſaque vera & æterna DEI ſapientia, ſæpenumerò nos inſuper in verbo ſuo paternè ac fraternè allicit, vocat, & amicè hortatur, viamque ac rationem nobis oſtendit ampliſſimam, qua poſſimus non tantum in ejuſmodi ſcientiarum abſtruſarum penetralia pervenire, ſed etiam his majora deſuper à patre luminum adipiſci: ſed ingratus mundus plus diligit tenebras, quàm lucem, potiùs delectatur in impuro ethnicorum impiorum cœno volutari, quàm puro ac ſalutari DEI verbo obtemperare. Quid igitur expectandum his erit, pro tanta ingratitudine & ſumma contumacia? Nihil ſanè aliud, quàm ſimile reſponſum, quale tuliſſe legimus inobedientes Iſraëlitas apud Eſaiam cap. 30. quod verbis paucis ad noſtrum propoſitum mutatis ita habet: Væ vobis Philoſophi & Medici deſertores, dicit Dominus, ut faceretis conſilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum, ut adderetis peccatum ſuper peccatum: qui ambulatis, ut ſectemini Græcos mendaces, & os meum non interrogaſtis, ſperantes ſingularem ſcientiam ac ſapientiam in nugis Ariſtotelis & Galeni: & habentes fiduciam in deliramentis Græcorum, & erunt nobis nugæ Ariſtotelis & Galeni in confuſionem, & fiduciæ mendacium Græcorum in ignominiam.

Noli mihi hic exprobrare illud tritum in ſcholis, quodvis ſuo loco & tempore agendum, neque ſcientias ſacras cum profanis confundendas. Nam ſi me rectè capis, nihil profanum erit in Philoſophia: eundem enim cum Theologia authorem habet. Tibi autem fortaſſe vana ac profana videtur philoſophia, qui eam didiciſti à nugaci & vano magiſtro. Rectè igitur tibi erit in confuſionem, mihi verò in ſemitam rectam ad ſacras & profundiſſimas ſcientias indagandas. Si ex eodem fonte haurires philoſophiam tuam, ex quo eam hauſit Hermes, nihil utiq; profani relinqueretur, de quo conqueri poſſes. Conſidera quæſo tres illas tuæ Philoſophiæ

partes,

qui spirando, ubi vult, aperit & commonstrat Chymiæ studiosis viam rectam, eosque deducit in omnem veritatem. Nam in quorum animis semel oritur ille veritatis lucifer ac stella benedicta, è vestigio inde fugantur & radicitùs expelluntur omnes errorum tenebræ. Divinitus itaque, nec aliunde, inspiratur Hermetica Philosophia: nec eadem plures, quàm unum solum authorem, nempe Deum agnoscit. Ab hoc uno qui aberrat in hac scientia pervestiganda, suam miseriam & errorem haud dubiè tandem deplorabit. Artes reliquas vulgares qui scire volet, eas poterit facilè ab artificibus & præceptoribus, in scholis ad hanc rem destinatis, perdiscere. Conati quidem sunt hactenus multi in Scholis & Academiis, Philosophiæ fundamenta, causas & principia quoque juxta eandem methodum, è proprio cerebro enatam, studiosæ juventuti inculcare: sed quo fructu, experientia satis superque demonstrat. Puris enim Philosophiæ fontibus relictis, qui à solo patre luminum desuper in fidelium corda influunt, ad inanes & aniles quorundam Ethnicorum nugas & hominum otiosorum figmenta atque deliria delapsi sunt: & non solum hunc sacrum & fertilissimum Philosophiæ agrum, innumeris mendaciorum commentis conspurcarunt & devastarunt: sed alias quoque scientias, puras atque sanctas, suis quisquiliarũ sordibus simul inquinarunt, & tam horrendè deformarunt: ut vix ac nc vix quidem scintillulam adhuc in illis agnoscas residuam genuinæ ac primævę integritátis. Tantæ cladis causa non minima existit mendosum illud & rixosum artis disputatricis inventum, de qua paulò post infrà dicetur. Hinc in varias adeò partes distracta Philosophia, modò ab hoc, modò ab alio violentos depravationum insultus passa est. Quid enim operæ pretium hac in re facerent isti, qui lumine Naturæ destituti, ex proprio cerebro, uno atq; altero argumento dialectico in medium prolato, fabulosa principia & causas, pro artis fundamento, simplicioribus ac rerum ignaris obtruderent: Ex qua re tanta opinionum varietas emersit, quantus philosophantiũ numerus, ut quem nunc sequaris aut deseras, vix perspicias. Tam obstinato sunt interim quidam animo, ut quamvis apud multos authores evidenter satis agnoscant rei falsitatem, tamen mordicus eos, tanquam milites veterani & strenui antiquitatis defensores, propugnent, ac ignominiosum sibi fore existiment, si à sententia tot seculorum serie stabilita, & tam longo artificum usu comprobata, desciscant. Nec satis est, seipsos in tam vilia hominum mancipia degenerasse, sed ejusdem calamitatis participem quoque fieri cupiunt teneram & innocentem studiosam juventutem. Hinc suos discipulos nolentes volentes in suam pertrahunt sententiam, iisque voce & scripto, minis & objurgationibus, omnem interdicunt philosophandi libertatem: sicque claudunt regnum philoso-

philosophicum ante homines, & ipsi intrare non contendunt, nec advenientes intrare sinunt. Rectiùs facerent hujusmodi Misosophi, si in tam ancipiti authorum electione constituti, repudiata Aristotelis, Galeni, aliorumque authoritate, ad ipsum fontem suos deducerent discipulos. Fons autem iste ubi? Disce hoc à Sapiente, si sapis; qui lib. Sap cap. 7. inquit: DEus est Sapientiæ Dux, & sapientium emendator: in manu ipsius, & nos & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientia & disciplina. Ex hoc eodem fonte Hermes quoque noster suam hausit scientiam, ut ipsemet fatetur his verbis: Hanc scientiam, inquit, solius DEI vivi inspiratione habui.

Pudeat hodierno seculo Christiani nominis Philosophos, quod se patiantur superari ab Ethnicis: quibus olim nihil constabat de veritatis luce, nempe de CHRISTO, in hunc mundum venturo: qui fons omnis scientiæ ac intelligentiæ, ipsaque vera & æterna DEI sapientia, sæpenumerò nos insuper in verbo suo paternè ac fraternè allicit, vocat, & amicè hortatur, viamque ac rationem nobis ostendit amplissimam, qua possimus non tantum in ejusmodi scientiarum abstrusarum penetralia pervenire, sed etiam his majora desuper à patre luminum adipisci: sed ingratus mundus plus diligit tenebras, quàm lucem, potiùs delectatur in impuro ethnicorum impiorum cœno volutari, quàm puro ac salutari DEI verbo obtemperare. Quid igitur expectandum his erit, pro tanta ingratitudine & summa contumacia? Nihil sanè aliud, quàm simile responsum, quale tulisse legimus inobedientes Israëlitas apud Esaiam cap. 30. quod verbis paucis ad nostrum propositum mutatis ita habet: Væ vobis Philosophi & Medici desertores, dicit Dominus, ut faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum, ut adderetis peccatum super peccatum: qui ambulatis, ut sectemini Græcos mendaces, & os meum non interrogastis, sperantes singularem scientiam ac sapientiam in nugis Aristotelis & Galeni: & habentes fiduciam in deliramentis Græcorum, & erunt nobis nugæ Aristotelis & Galeni in confusionem, & fiduciæ mendacium Græcorum in ignominiam.

Noli mihi hic exprobrare illud tritum in scholis, quodvis suo loco & tempore agendum, neque scientias sacras cum profanis confundendas. Nam si me rectè capis, nihil profanum erit in Philosophia: eundem enim cum Theologia authorem habet. Tibi autem fortasse vana ac profana videtur philosophia, qui eam didicisti à nugaci & vano magistro. Rectè igitur tibi erit in confusionem, mihi verò in semitam rectam ad sacras & profundissimas scientias indagandas. Si ex eodem fonte haurires philosophiam tuam, ex quo eam hausit Hermes, nihil utiq; profani relinqueretur, de quo conqueri posses. Considera quæso tres illas tuæ Philosophiæ

partes,

partes, Ethicam, Physicam & Logicam: nonne omnium harum authorem censes Deum esse? Præ nimio pudore id quidem vix negare audes, sed quomodo facto id neges, mox intelliges.

In prima parte, quam Ethicam appellas, præcipuè agitur de virtutibus moralibus, quæ à moribus vel ab assuefactione ita dicuntur. Quare? quia prout tua fert opinio, Virtus est habitus bonus, inclinans ad rectè agendum: Habitus rectè agendi unde comparatur? Longo usu & assuefactione: Usus autem & assuefactio consistit in arbitrio & voluntate hominis: Ergò virtus moralis pendet non à divina benedictione, sed ab homine, qui ex propriis viribus, usu & assuefactione virtutis habitum sibi comparare potest. Sed quàm absurdum hoc sit, palàm fit ex eo, quod inter virtutem Theologicam & Ethicam, differentia, quam pro tuæ opinionis fundamento perperam constituisti, planè nulla sit. Omnium enim ejusmodi virtutũ essentia mediatè & immediatè procedit ex Deo; Mediatè per thronos, potestates, dominationes, angelos & archangelos; Immediatè per Deum ipsum. Fortitudinis igitur in Alexandro Magno, Julio Cæsare, Lucullo, Sylla, Mario, cæterisq; heroibus ethnicis alius author statuendus non est, quàm fortitudinis in Samsone, qui unctus erat Domini, Et ne impiè hoc fortè dictum putes, pro certo habeto: Deum Solem suum oriri sinere super bonos & malos: neque hoc solummodo intelligas de Sole cœlesti sive firmamentali, sed de supercœlesti etiam, de Sole nempe justitiæ, qui filius Dei est ab æterno genitus, in quo Deitas plenariè, omnesque virtutes divinæ corporaliter inhabitant. Unde Corn. Agrippa lib. 3. cap 38. Qui virtutem, inquit, aliquã possidere cupiunt, orandum illis est, & supplicandum crebrò ad eum, qui in se omnem continet virtutem. Quis autem is est, qui omnem continet virtutem? nonne Christus Salvator noster, & Deus, cum Patre & Spiritu sancto, qui teste Malachia cap. 1. æquè versatus & operatus est in gente ethnica, quàm in populo suo electo. Sic enim scriptum legimus apud Prophetam: Ab ortu Solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus dicit Dominus exercituum. Sed reprobati fuerunt multi ethnicorum, quod cum Dei gloriam & magnificentiam non tantum in externis creaturis, sed in seipsis quoque cognoscerent, aut cognoscere potuissent: Deũ non ut Deum glorificarent, nec ipsi pro tam infinitis bonis ac donis gratias agerent: sed fortis fortitudinem sibi, non Deo: justus justitiam sibi, non Deo: dives divitias sibi, non Deo acceptas ferrent. Quod conspicuo Nebuchodonosoris Regis Babylonis exemplo facilè probabimus, si res postulat. Is enim non Deo, sed sibi ipsi adscribit regni sui splendorem & amplitudinem: dum imprudens

prudens in hæc erumpit verba: Nonne, inquit, hæc est Babylon magna, quam EGO ædificavi in domũ regni, in robore fortitudinis MEÆ, & in gloria decoris MEI: Sed cum adhuc sermo esset in ore regis, vox de cœlo ruit: Tibi dicitur Nebuchodonosor rex: Regnũ tuũ transibit à te, & homines ejicient te, & cum bestiis & feris erit habitatio tua: fœnũ quasi bos comedes, & SEPTEM tempora mutabuntur super te, donec scias, quod DOMINETUR EXCELSUS IN REGNO HOMINUM, & cuicunque voluerit, det illud. Dan. cap. 4. Quale quæso hoc regnum erat, Israëliticumne sive fidelium electorum DEI? an verò Babylonicum ac infidelium ethnicorum? Maximè infidelium, in quo tamen nihilominus dominabatur EXCELSUS. Dominari autem dicitur Dominus in regno hominum, quod idem est ac dominari in hominibus regno perfectis. Ex quo meridiana luce clarius patet, virtutem Theologicam & Ethicam, fidelium & infidelium, ratione essentiæ & originis non invicem differre, sed ab uno eodemque authore, nempe DEO proficisci: fidelibus autem in salutem, infidelibus verò & ingratis cuculis in judicium & æternam condemnationem cedere.

Hinc facilè eluceſcit discrimen inter Ethicam Hermeticam, quã potius Christianam appellare fas est, & inter Ethicam Peripateticam sive paganam. Hermetica sive Christiana agnoscit DEUM, unum omnium virtutum authorem, ad eundemque colendum, tanquam ad finem ultimum refert omnium quoque virtutum actiones. Peripatetica verò sive pagana in virtutibus excolendis, non DEI benedictione, sed propriis nititur viribus, quod fundamentum est falsissimum, finemque similiter spectat spurium & adulterinum, gloriam videlicet vanam & inanem. Et quod miror, hic paganismus nondum exolevit in Christianorum scholis, sed tanquam pars Philosophiæ summopere necessaria excolitur. Ex quo si ulla capitur utilitas, ejus Professores in Academiis hanc capiunt solam, ut conscribant theses ethicas, quas defendendas obtrudunt studiosis, à quibus postea amplum aliquod expectant honorarium: quale non ita pridem quidam de liberalitate disputans, præsidi suo pro præsidio exhibuit viginti nimirum aliquot thalerorum imperialium: quam liberalitatem ut summoperè in hoc laudavit præses, sic vicissim alios vituperavit, qui minus obtulerant. Hæc scilicet à professione Ethices emanat utilitas, ut Doctores nunc quæstum ex ea faciant: sed dum illi leges & præcepta virtutum aliis præscribunt, sibiipsis non cavent, quin interim in horrenda vitia, in avaritiam nempe, & similia plura imprudenter incurrant. Quod si quis præter enumeratam utilitatem, & hanc intrudere conetur, quod nimirum Ethices præcepta plurimum inserviant studiosæ juventuti in moribus externis informandæ: tunc huic telo oppono unicam pietatem, quæ utilis est ad omnia, habens

bens promissionem tam præsentis, quam secuturæ vitæ. In hac una si bene erudiantur, & proficiant adolescentes: tam exteriorũ quàm internorum morum elegantia, vitæque integritate præstantissimi evadent. Valeat igitur cadaverosa illa & emortua Paganorum Ethica, cum Christiana nostra è vivis divinitatis fontibus profecta, nos non tantùm secularis felicitatis in hoc mundo, sed æternæ etiam beatitudinis in secutura vita participes efficiat. Hujus namque virtutes fiunt ex fide vera in Christum, sine qua nemo hominum Deo placere, aut salvari unquam poterit. Sin verò quis iterum hîc inferat, quasi Ethicam cum Theologia confundam: sciat is me non authorem esse tantæ affinitatis, vel potius identitatis in utraque scientia, sed ipsam æternam Dei sapientiam, à qua tanquam à centro emanarunt omnium scientiarum, artium & disciplinarum radii, & rursus in eandem quoque tanquam in idem centri punctum collimant simul omnes: ita ut quascunque scientias hominum curiositas & superstitio disjunxit & divisit in Theologiam, Ethicam, Jurisprudentiam, Politicam, Physicam, Logicam, Astronomiam, Cabalam, Magiam, Chymiam, & alias plures: has omnes complectitur sub se unica Philosophia Hermetica sive Christiana: quæ una unico æternæ veritatis fundamẽto, firmo & immoto stabilita, plures quidem in aspectum externũ producit, quæ tamen omnes in idem redeunt principium internum. Omnia namque ab uno, & omnia ad unum. Hinc D. Paulus rectè & Christianè philosophatur, inquiens: Divisiones sunt gratiarum, idem autem spiritus: Et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus: Et divisiones operantium sunt, idem autẽ Deus, qui operatur omnia in omnibus, 1. Cor. 12. Redite ergo in viam ô pagani Philosophi, & Deo reddite gloriam, non vestræ inani Philosophiæ, per quam ne seducamini, fideliter vos admonet idem Apostolus, Abdicare falsas de virtutum habitu comparando persuasiones: Deum omnium donorum & bonorum authorem, assiduis exorate precibus, ut vobis mittat intelligentiæ & sapientiæ spiritum, qui vos in veritatis hortum, sanctis & angelicis virtutum flosculis fragrantissimum deducat: in quem si intromissi fueritis: oculi vestri aperientur, & pulsis errorum tenebris, videbitis philosophicæ lucis claritatem, in qua postea piis votis & meditationibas pascetis oculos vestros: suavissimaque spiritualium melodiarum consonantia, harmonicoque concordiæ concentu unanimes, Te Deum Laudamus cantabitis, & remotis tandem cunctis inanibus & frivolis disputatiunculis, ætatem invicem in pace transigetis.

Transeamus nunc ad Physicam, alteram Philosophiæ vestræ partem: quæ quàm fæde ementitis & fictis hominum opinionibus inquinata sit, vel cuivis in hac parte leviter initiato palam est.

est. Hanc non repetitis à primo & vero fonte, qui est DEUS, authoꝛ, conditoꝛ,& creatoꝛ rerum omnium,sed ab Aristotele,quem propterea per excellentiam Philosophum appellatis, quasi is solus sit primus inventoꝛ,princeps & monarcha hujus scientiæ. At si Physices principia vera & genuina conferamus cum Aristotelis fictis & commentitiis: tantum discrimen inter utramq; animadvertemus, quantum cœlum distat à terra. Hermetici cum Moyse, verè & rectè statuunt, mundum hunc, & quicquid in eo continetur, conditum & creatum esse à DEO, ex nulla alia præexistente materia, quàm per solum verbum FIAT. Ut primum enim DEUS dixit: Fiat cœlū: fiat terra, facta sunt: ita ut principium rerum omnium, non investigandum sit aliud, quàm solum hoc verbum, procedens ex ore DEI.

Sed obstant hîc quidam nasuti, dicentes, quod quamvis abnegari non possit,verbum Domini esse causam & principium rerū omnium, tamen id solummodo intelligendum esse de causa efficienti, non autem,de causa materiali. Absurdum enim esse autumant, si quis asserat, hoc VERBUM, quod non est, nisi flatus, spiritus & anhelitus essentialis DEI, corporeum, & visibile factum abiisse in lignum, lapidem, &c.

Sed quàm ridicula omniq; explosione digna hæc sit objectio,ex eo constat,quòd differentia hæc inter causam formalē & materialem locum tantùm habeat in rebus artificialibus: non autē in naturalibus, multò minus in opere creationis. In artificialibus quidem, lignum tanquam subjecta materia, ex qua formatur mensa, separatum quid est ac diversum à scrimario sive artifice, qui efficientis sive formalis causæ officio perfungitur: In naturalibus autem materia & forma non separatum quid existunt, neq; ullam in iis diversitatem quis inveniet, nisi idem velit quoq; sensuum fideli testimonio relicto, fingere ea, quæ nullus mortalium unquam vel vidit, vel audivit,gustavit,olfecit,palpavit. Sed obstinati illi nimis in sua opinionis perversitate, non sensuum judicio semper standū esse dicunt: illudq; Galeni placitum,tanquam clypeum æneū huic veritati opponunt, quod 2. de simpl. fac.cap. 2. & 3. authoꝛ his ferè verbis descriptum habet: Ubi, inquit, sensus hebescit,ibi ad rationem ceu diviniorem hominis partem deveniendum est. Sensus quippe brutis una cum homine communis est: rationis autem lucidior ille oculus ea percipit, quæ sensus aciem nimis hebescentē effugiunt. Sed quàm Sophisticū hoc sit hominis versatilis inventum, quo quidvis probare, quidvis etiam diluere, proclive sit homini impudenti: facile percipiet is, qui recto valet judicio, & vel tantillum in veritatis lumine versatus Videamus igitur, quomodo Aristotelis principia physica cum Hermeticis conveniant. Diximus, principium omnium rerum creatarum fuisse unicum DEI

creantis

creantis verbum: quod essentialiter ex ore Dei emanans, adhuc inseparabiliter rebus omnibus inhæret, illas conservat, & vivifico suo vigore ad novã iteratamque generationem continuè à primo creationis puncto usque permovet, & in seculi usque consummationem promovebit. Aristoteles non ex ore Dei, sed ex vertiginoso suo insipido cerebro proponit tria principia, materiam, formam & privationem. Materiam videlicet informem immateriatam. Privationem autem dicit esse tertium principium, quod concludat duo in sese: negationem formæ introducendæ, ne prius sit res, quàm fieri incipiat, & aptitudinem ad illam recipiendam, quæ dynamis seu potentia est. Sed mera somnia mihi videntur narrare peripatetici, quoties ejusmodi fabulosorum & sterilium principiorum mentionem faciunt: imò majorem certitudinem tribuo somniis, quibus interdum utcunque eventus respondet, quàm illis principiis.

Si enim verum est hoc axioma philosophicum ejusdem Aristotelis, ut ipsemet non dubito verissimum esse: nihil videlicet cadere in sensum, quod non prius fuerit in mente: nihilque verè existens in mente esse, quod non cadat in sensum: si, inquam, hoc verum est, falsissimum econtrà & mendacissimum erit hoc de tribus principiis commentum. Quis enim unquam tàm acuto sensu præditus fuit, ut potuerit vel oculis, vel lingua, vel reliquis sensuum organis comprehendere materiã sine forma, aut formã sine materia. Sed inquies, ubi sensus hebescit, ibi ad rationem veniendum est: scilicet idem est, ac dicas: ubi veritatis lux non illucescit, ibi ad mendaciorum diverticula fugiendum est. Hinc emergit manifestum discrimen inter Physicam Hermeticam & peripateticam. Ut enim illa à patre luminum, nempe à Deo desuper hominibus fidelibus donatur: ita hæc à patre tenebrarum & mendaciorum, cacodæmone nimirum, infidelium turbæ, Aristoteli scilicet & ejus asseclis insusurratur. Quamvis autem cogantur Peripatetici nolentes volentes fateri primum ac supremum motorẽ esse Deum: tamen gloriam Dei non quærentes, id rursus negant per traditionem suarum fabularum de dictis illis tribus principiis & de æternitate mundi. Dolendum sanè est, tam infirmo ac debili Peripateticorum fundamento superextrui tam elegans ac pulchrum physices ædificium: quod ex falsis & adulterinis principiis corrumpi quoque & depravari necesse est. Dato enim uno inconvenienti sequuntur innumerabiles falsæ conclusiones. Quod cum maximo suo damno proh dolor experiuntur Naturalis Philosophiæ studiosi: qui de causis physicis disputantes perpetuis incertitudinis fluctibus agitantur, adeò ut nusquam locum inveniant, quo pedem tutò figere possint. Nihil dicam de medicina, his iisdem suffulta principiis, qua nulla artium incertior ac mendosior

sub

sub sole existit. Theologi quoque hujus calamitatis consortes, ex horum principiorum falsitate, in plurimas hactenus inciderunt absurditates & errores, quos facile evitarent omnes quarumlibet scientiarum ac disciplinarum alumni, si spretis ethnicorum fabulis, Hermeticæ & soli veræ Philosophiæ operam suam addicerent. Credite mihi, inter Hermeticos Philosophos (loquor de veris, non de Sophistis & Pseudochristianis) nullum in scientiis & artibus dissidium aut dissensionem unquam fuisse, nec in æternum fore: in unico enim veritatis centro, quod simplex, stabile, & immotum semper manet, conveniunt omnes.

Tandem adhuc videamus reliquam vestræ Philosophiæ partem, Logicam videlicet, sive Dialecticam: quæ definitur esse ars benè differendi, ratiocinandi, argumentandi, verum à falso discernendi, disputandi, disceptandi, vel potius rixandi, altercandi, controversias excitandi, lites spargendi, excitatas & motas pertinaciter & petulanter fovendi, rarissimè easdem componendi; dubia proposita frigide & jejune, vel vix & nunquam solvendi, & denique in salebroso incertitudinis labyrintho perpetuò versandi. Hac enim arte in utramque partem, ut vocant, pro & contra disputandi in usum vocata, tot infinitarum opinionū portenta in lucem prodierunt, quæ alias suo tenebrarum pulvere obtecta diutius latuissent, nisi horum authores tam speciosis ptobabilium, hoc est, incertarum, infirmarum, fucatarum, non verarum, ac falsissimarum rationum armis freti in quamvis disputandi arenam descendere se animosè quidem, sed satis protervè ac impudenter obtulissent. Vis scire, unde tot schismata in Ecclesia sint orta? Solo dialecticorum sive disputatorū, vel potius hominum contentiosorū & litigatorum vitio: qui arte benè differendi inflati, in ambitionē & gloriæ cupiditatem inciderunt. Ambitio verò excitavit novam opinionem. Nova verò opinio peperit dubium. Dubium Syllogismos. Syllogismi, pro & contrà disputandi libidinem & æmulationem. Æmulatio contentionem. Contentio discordiam. Discordia verò schismatum proxima causa, est à Diabolo. Pax verò & concordia à DEO. Ergò omnes Theologi seditiosi, rixosi & contentiosi sunt à Diabolo, & ejus ministri. Pacifici verò & concordiæ amantes, à DEO, ejusque fideles servi. DEus enim noster, non dissensionis DEus est, sed pacis. 1. Corinth. 4. Sed dices, has ultimas enumeratas Logices proprietates, non legitimo artis usui, sed ejusdem abusui adscribendas esse: quem si spectare quis vellet, posset pari ratione arguere, cæteras artes omnes non solum reprehendendas, sed è medio penitus tollendas esse. Rectè sanè occurris abusum prætendendo: in quo quidem ambo in eandem imus sententiam. Nihil enim magis ipsemet improbo ac detestor, quàm malum rei usum. Sed opinionum diversitatem tan-

tùm in eo habemus: quod ejusmodi abusus originem aliunde quàm mea fert sententia, derives. Existimas enim artem, quam ex Aristotelis aliorumque authorum voluminibus hausisti, per se esse bonam & laudabilem: abusum autem ejusdem superveniſſe petulantum quorundam & sceleratorum hominum malitia. Ego verò contrà primariò artem ob culpam ipsorum authorum, jam vitiosæ imperfectionis (omne enim donum imperfectum est à Diabolo: perfectum solum à DEO: ut Paracelsi docet Symbolum) veneno infectam & depravatam esse affirmo: adeò ut idem venenum in artis cultores derivatum, tantæ abusionis pestem introduxerit. Clarius hoc patebit, si artem perfectam & sinceram, cum imperfecta & contaminata conferamus. Contraria enim sibi invicem opposita magis eluceſcunt. Perfecta nihil aliud est, quàm impressio radiorum divinorum, quorum vi sola, nulla librorum scriptorum, aut axiomatum dialecticorum ope, Philosophus recte ratiocinatur, & verum à falso discernit. Liber autem in quo conscripti isti radii reperiuntur, est multò major, quàm ut tam angustis Logices carceribus includatur. Est enim abyssus divinitatis, in quo infinitus rationum apodicticarum, certarum, firmarum, verarum, ac planè irrefutabilium thesaurus viget. Ex his locis si Philosophus argumentum aliquod sumserit: certam utique & infallibilē inferet conclusionem, contrà quam omnes paganorum coloniæ non prævalebunt. Imperfecta autem & corrupta Logica, est solummodo mancum mutilumque curiosorum hominum inventum, qui totum hoc universum, cœlum & terram, DEUM, angelos & homines, occulta & manifesta, certis & paucis quibusdam regulis ac locis Dialecticis, ut vocant, comprehendere temerario ausu conantur. Quid enim ineptius vel auditu absurdius excogitari potest unquam, quàm ex tam strictis & fictis Logices cancellis, ratiocinari velle de infinita DEI majestate & potentia, tam in verbo suo, quam in natura, partim manifestata, partim non manifestata. Infinitum enim perscrutari nemo potest per finitum, sed per infinitum. Quod autem ut fiat, non ad organum Dialectices finitum, sed ad fontem infinitatis, DEUM nempe ipsum, omnium artium authorem recurrendum erit: qui solus ex inexhausto & infinito suæ benignitatis scrinio, petentibus & fidelibus suis liberalissimè largitur spiritum discretionis inter verum & falsum, adeo ut de quavis quæstione proposita, rectum & inculpatum ferre queant judicium. Cum econtrà pagani, certis axiomatum limitibus in nimiam coacti angustiam, de rebus judicandis timidè admodum pronuncient, & è mille propositionibus, vix unam veram & stabilem, quæ non leviſſimo quovis rationum momento everti possit, proferant. Hinc nempe fundi istius calamitas, quod disputantes, copia rerum superati & confusi, in tot inextricabiles

erro

errorum syrtes præcipitentur. Quomodo enim inde pedem retrahant, cum canonum locorumque penuria pressi quò se vertant, amplius nesciant. Ne autem idcirco videantur indocti & artis rudes, nominis sui & existimationis salutem quærunt rixis & altercationibus: ex quibus posteà prolabuntur in convitia & calumnias: sicque continuata serie de vitio in vitium progrediuntur. Vides ergò abusum Logices primariò adscribendum esse vitiosæ artis inventoribus: secundariò vero horum assecl.s & sectatoribus, qui nimiò paganorum suorum præceptorum amore excæcati, veritatis lumen minus inspiciunt, sed ita antiquam illam erroris cantilenam cum ipsis canere pergunt: nec ab instituto desistunt, priusquam Mosaicam vel Hermeticam scholam ingressi discant, omnium artium & disciplinaram studia vana esse & irrita, nisi à DEO illarum unico authore inspirentur, & ejusdem favore & benedictione foveantur, & conserventur. Sed non absurdum Davidicum illud Psal. 13. in modernos Peripateticos & paganos usurpare nunc licet: Ubi scriptum legimus: Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt: Corrupti sunt, & abominabiles facti, non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum. Ac licet ex tanto numero vix unus atque alter veritatis lumine irradiatus resipiscat: vix tamen palàm id profiteri audet, sed ex metu reliquorum Phariſæorum, hominum fanaticorum, cogitur tanquam alter Nicodemus noctu, hoc est, in occulto sua artis negotia tractare, nisi velit audire hæreticus, magnus exorcista, sophista, Ramista, Paracelsista, Alchymista, &c.

At sufficit his generatim tantùm ostendisse differentiam inter Philosophiam Hermeticam sive Christianam, & Peripateticā sive paganam: ac breviter simul originē, causam & principium utriusque lectoris judicio subjecisse. Qui ex veritate est, inquit ipsa veritas, Salvator noster Christus, vocem meam audit: qui verò amat mendacium, in via sua, antequam dimidium mundani absolvat itineris, miserè peribit. Resipiscite ô pagani philosophi: paganismum illum vestrum in Philosophia DEO & omnibus bonis abominabilem exuite, & Christianismum verum induite: hunc non ore tantum profitemini, sed reipsa & factis ostendite, ac cogitate, quod ratio uniuscujusq; verbi otiosi sit reddenda. Quæ autē major vanitas, quàm sectari & defendere paganorum deliria, quæ tot manifestis abundant nugis ac mendaciis, ut in illorum scriptis vix occurrat unica pagella, quæ non totidem errores, quot lineas atque verba contineat, adeò ut iis emendandis una litura sufficiat. Hæc itaq; de inspiratione divina, tanquam præcipuo artis capite, paulò fusiùs ab initio tractare volui, ut lectorum animi hoc Hermetis exemplo pellecti, primo statim limine aptiores redderentur ad ea, quæ sequuntur, pervestiganda & cognoscenda.

Quemadmodum autem hortulano, cœli clementia & astrorum influentia non sufficiunt ad plantulas suas fovendas & educandas, nisi diligens quoque accedat soli agrique cultura: ita Philosophus vix aut nunquam dignabitur inspiratione illa divina, nisi animum debito modo præparatum & instructum adferat. Præparatio autem hujusmodi in duabus potissimum officinis perficitur: In oratorio videlicet & laboratorio: quorum quodlibet propriis & peculiaribus utitur instrumentis. Oratorii præcipuè hæc sunt: Preces, orationes, vota, gemitus, & suspiria incessabilia ad Deum Opt. Max. Item studium, diligentia, industria, assiduitas, indagatio & frequens meditatio in libris Bibliorum & Naturę. Laboratorii autem in genere ferè sunt carbones, furnus, forceps, vas, follis, & hujus generis infinita alia, quæ omnia singulatim recensere nimis longum foret. His paucis tantum in laboratorio rectè aptatis, igneque tum in furno Philosophorum, tum in pectore piè accenso, artifex tum demum Dei imploret auxilium, nec cesset ab instituto: donec voti compos, expectatam certamque Dei benedictionem experiatur: non secus ac ipse Hermes, qui post varios labores, divinam sibi gratiam contigisse, liberè ac ingenuè profitetur, dum inquit: Animæ non peperci à labore, & hanc scientiam solius Dei vivi inspiratione habui, qui mihi famulo suo pandere dignatus est.

HERMES.

Verum rationabilibus judicare & im arbitrandi tribuit, sed nemini occasionem delinquendi reliquit.

SCHOLION.

Deus hominem à cæteris animantibus ideo distinxit, ut ratione præditus cæteris creaturis præesset, & cuncta suo dominio subderet. Hæc autem rationis vis nihil aliud est, quam portiuncula sive scintillula quædam divinitatis, spiritus invisibilis, sive spiraculum vitæ, quam inspiravit Deus in faciem hominis, & fecit hominem in animam viventem. Gen. 2. In hac rationis luce vult Deus, ut piè & sapienter ambulemus: & in lege ejus tum scripta, tum per Naturam & Creaturam nobis revelata meditemur die ac nocte.

Adam quidem Protoplastus in ea luce, qua ante lapsum perfectè ornatus, præ cæteris omnibus creaturis, sicut Sol inter astra fulgebat, tanquam in lucidissimo speculo contemplabatur omnia mirabilia Dei. Sed quia post transgressionem legis, hoc rationis lumen in posteris ejus, à prima sua perfectione & claritate multum defecit: ad hujus instaurationem sese ultrò obtulit filius Dei Christus Jesus, qui nobis fidelibus suis factus est in animam vivificantem, spiritualem, cœlestem. Hac anima in nobis, tanquam

media

media natura duce, cooperante simul sacrosancto gratiarum ac donorum flamine, rursus à somno ignorantiæ, improbitatis & mortuæ Philosophiæ resurgentes, & in latissimum scientiæ, sinceritatis, & vivæ Philosophiæ campum excurrentes, in eoque strenuè & assiduè non exercentes, merito gloriari possumus, quod in reparata rationis luce, & in viis Domini, prout decet sapientes, fideliter ambulemus. In hac enim luce si ambulaverimus, voluntati divinæ minimè reluctabimur. DEus autem, ut Hermetis est sententia, hanc libertatem sive arbitrium philosophandi homini permisit. Contra verò nequaquam DEI voluntas est, ut homo peccatorum vitiis se polluat, aut qualemcunque delinquendi occasionem oblatam arripiat. Hostis enim peccati infensissimus est, nec impunè abibit ullus, quicunque peccatorum dominio obnoxius, fræna nimis laxata non inhibet.

HERMES.

Ego autem nisi judicii diem, aut animæ damnationem, ob absconsionem hujus scientiæ metuerem, nihil de hac sententia patefacerem, nec cuiquam prophetizarem. Volui verò debitum fidelibus reddere, uti author fidei mihi largiri dignatus est.

SCHOLION.

SI cui dubium est de Philosophia Hermetica, num Christianismo conformis sit, nec ne, huic relata modo verba dubitationis istius scrupulum mox excutient. Quæ enim major possit esse affinitas & cognatio, quæ propiùs accedat ad Christiani hominis veram notam, quàm qualis ex his Hermetis verbis percipitur. Mandatum enim habemus, ut DEum diligamus ex toto animo, & omnibus viribus, & proximum sicut nos ipsos. Author DEUM tanta cum reverentia & timore amat', ut nisi in amore & timore ejus constans persistat, vereatur, ne reus fiet judicii æternæ damnationis. Proximum autem non aliter ac seipsum, fideli etiam amore prosequitur in eo, quod communem scientiæ suæ socium illum reddere percupiat: quod utique nunquam in animum induxisset suum, nisi extremi judicii terror, & DEI ac paucorum fidelium amor animum ejus inflexisset. Sed quæres forsan, quænam sit hujus tenacitatis in arcano isto revelando causa? impietas nempe hominum, quorum plurimus numerus indignus est, ut in sacrarium Philosophiæ intromittantur: propter hos nimirum, inquit, nihil se patefacturum fuisse: sed quia ex tanta impiorum & sceleratorum hominum multitudine, DEus semper in quibusdam quantumvis paucissimis reliquit semen Philosophicæ pietatis: propter hos paucos dicit se talionis legem sanctè servaturum: hisque eandem scientiam, quam à DEO revelatam impetravit, li-

multa complectar, tot tantosq; honorum titulos unicus sub se comprehendit Comitatus Palatinatus, *hoc est* Privilegium *& libertas in splendidissimum & sacrum* Philosophorum palatium *ingrediundi: ex quo solo hujusmodi dignitatum ornamenta, tanquam spolia* Achillis *ex bello* Troiano *reportasti. Sed quæris fortasse, quisnam ego sim* Anonymus, *qui tam audacter te compellare audeam? Dicam id, & hoc quidem* Disticho:

Ignis me genuit: sic nomen ab igne resumo:
Non secus ac LAPIDIS tu quoque nomen amas,

Iam quidem satis me nosse debebas: sed propter alios imbecillioris judicii, nominis mei rationem luculentiùs exponam. Vulcani naturam habeo, omniaq; corpora quibuscunq; subjicior, temporis longinquitate demulceo, & in meam verto naturâ subtilem & spiritualem: imò lapidem ipsum, quamvis compactissimum & Adamantis instar durissimum, tandem flecto, solvo, & in tantam adduco mollitiem, ut ceræ instar fluat. Mollior hactenus, an durior mihi factus sis, ô ALSTEINI, *nondum sat constat. Hoc tamen scio, quia &* IACOB *diceris, me jampridem à te supplantatum. Sed diuturniori hac supplantatione quid quæso effectum iri putas? supplantator nimirum* Tu, *me tandem victorem sine dubio reddes: sicq;* Tu IACOBVS, *ego verò, qui igneâ virtute tandem prævalebo,* ISRAEL *vocabimur: & sub duobus his nominibus, uno eodemq; animorum consensu & conspiratione, constanter invicem juncti permanebimus. Ulterius nihil addens de nomine, hunc saltem fœtum meum* Philosophicum, *abortivum quidem & tumultuarium tibi legendum examinandumq; offero: in quo præter infinita alia, quæ brevitatis causa nunc omitto, hoc unum haud dubiè improbabis, quod à consveto* Philosophorum *tramite discedens: de tantis mysteriis, paulò liberiùs, quàm par sit, scribam. Sed utut se res habeat, non tamen id, qualecunq; tandem sit, rudiori promiscuæq; plebeculæ objectandum esse censui, priusquàm tuæ subjicerem censuræ. Multo enim*

rerum

rerum usu, me longè antecellis, ita ut tuo judicio, tanquam firmo & solido lubens meritoq; acquiescam. Te igitur vehementer etiam atq; etiam rogatum volo: ut id placido serenoq; accipias vultu: meq; tibi unicè commendatum habeas: majora verò magusq; expolita aliquando à me, si DEVS *longiorem mihi vitæ usuram concesserit, expectes. Vale. Aureliis ad Ligirim, 23. Octobr. Anno recuperatæ salutis* 1608.

Tuæ Magnif.

Subjectissimus Anonymus.

Sap. 3.

Fulgebunt justi, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent.

Aros in turba.

EXcelsum est hoc apud Philosophos magnos, Lapidem non esse lapidem: apud Idiotas vile & incredibile: quis enim credit lapidem aquam, & aquam lapidem fieri, cùm nihil sit diversius? Attamen revera ita est.

Geber C. 11. summæ perfectionis.

ET hoc est, quod facit eos opinari, impossibile esse ejus constructionem, quia destructionem artificialem (auri videlicet) ex cursu naturæ ignorant. Attentaverunt fortè, quod sit fortis compositionis, sed quàm fortis compositionis sit, non attentaverunt.

Hermetis Trismegisti

TRACTATUS AUREUS

DE LAPIDIS PHYSICI SECRETO, IN CAPITULA SEPTEM DIVISUS: NUNC VERÒ À QUODAM ANONYMO SCHOLIIS ILLUSTRATUS.

CAPITVLVM PRIMVM.

HERMES.

HErmes enim inquit: *In tam longa ætate non destiti experiri, nec animæ à labore peperci, artem & hanc scientiam solius Dei vivi inspiratione habui, qui mihi famulo suo pandere dignatus est.*

SCHOLIUM.

TRia potissimum sunt artis discipulo seu doctrinæ filio necessaria: Studium, experientia, & Benedictio divina. Quicquid enim studio & diligenti meditationē in intellectum nostrum primò implantatur ac inscribitur, id postea experientia, sive oculari demonstratione, ab operatione manuali producta, confirmatur. In neutra tamen actione felices tibi pollicearis progressus, nisi favorem ac benedictionē divinam, tibi prius quoque conciliaveris. In humanis enim rebus peragendis, primas occupat partes voluntas & decretum DEI: sicut scriptum est, Rom. 9. Non est currentis, neque volentis, sed miserentis DEI. Hunc si propitium & benevolum habueris, nullum extimesces obstaculum, licet vel totus etiam mundus, & diabolus ipse tibi adversetur: nihilominus tamen feliciter tuum perficies propositum. Contrà tamen si iratum eundem senseris, omnis labor erit irritus, vanus & inanis, juxta illud:

Nullius est felix conatus, & utilis unquam:
Consilium si non detq; juvetq; DEVS.

Hippocrates ad perfectam medicinam septem hæc sufficere contendit: Naturam, præceptionem, locum studiis aptum, institutionem à pueris, studium, industriam, tempus. Sed quod præ cæteris summè necessarium est prætermittit, divinam nempe benedictionem: idque vel ex DEI ignorantia, vel ex suorum Deorum, quorum infinitum numerum gens olim ethnica colebat, contemptu. Ac quamvis propterea excusandus videatur, quod Ethnicus fuerit: ingens tamen inde discrimen apparet inter ethnicos Chymiæ peritos & imperitos. Sed dices, Hermetem quoque Ægyptium ex ethnica gente oriundū fuisse. Fateor id quidem, ethnicus fuit

eus fuit natione: religione tamen proximè accessit ad verum & legitimum DEI cultum. Magi, qui veniebant ab oriente ad Christum, non addicti Judæorum ceremoniis in colendo DEO, neq; ex eorundem populo, sed ex gentilitia familia orti, nihilominus tamen singulari DEI gratia illuminati erant: & dubio procul, in divino cultu fideliter & realiter persequendo non cessissent vel ipsis Judæis, multisve hodie pseudo-Christianis. Sed quinam fit, quod quidam Ethnicorum, ut Hermes, Plato, tres Magi, & similes adhuc plures videntur tàm præclaram, alii verò adeò exiguam aut planè nullam de DEO habuisse cognitionem? Hunc quæstionis nodum solvit D. Paulus in epist. ad Rom. cap. 1. Ubi geminam proponit Ethnicorum differentiam, quorum alios dicit DEUM cognovisse quidem, sed non ut DEUM glorificasse & gratias egisse: alios autem occasionem, DEUM ex natura cognoscendi, suâ propriâ culpâ neglexisse. Præterea si omnium ætatum tempora percurrimus, conspicuè videre licet, Ethnicos illos philosophos, qui Chymiam simul excoluerunt, præ cæteris majori pietatis virtutumque splendore emicuisse. Absit enim ut Hermes, Pythagoras, Plato, Anaxagoras, aliique plures Chimici Philosophi, tàm scabiosè & impiè loquantur de DEO, ac ipse Galenus Chymiæ ignarus loquitur de Christo & Moyse. Multò enim majori pietate & veneratione excoluerunt almum illud & divinum æternitatis NUMEN: cujus infinitam potestatem & immensam gloriam ac majestatem non obscurè intuebantur in unico omnis mirabilitatis subjecto, in lapide nempe suo philosophico: in quo tanquam in lucido speculo videbant omnes omnium rerum naturalium, cœlestium, & elementarium vires atque virtutes. Unde palàm professi sunt in suis scriptis: Artem Chymicam aut invenire hominem pium, aut reddere illum pium. Hoc igitur nostro seculo omnes veri Chymici, viri probi ac cordati, DEUMque timentes, meritò imitantur. Galenum autem qui sequuntur, majori periculo expositi sunt. Verendum enim, ne discipuli ex diuturna & crebra Galenicorum scriptorum lectione, præceptoris mores & vitia imbibant, & eandem atheismi labem forte contrahant. Si liberet medicam historiam à centenis tantum annis repetere, plurimos utique viros doctissimos & celeberrimos adducere possem, qui præceptoris nimio amore effascinati, in hanc temeritatis, ne dicam impietatis, scenam prodire, non sunt veriti.

Sed his oblivione sepultis, sequamur potius Hermetem nostrũ, qui ingenuè, sineque omni tergiversatione fatetur se in hujus scientiæ artisque possessionem non per tectum, ut fures, lupi rapaces, & Pharisæi solent, sed per legitimum Phisosophiæ ostium ex impulsu & inspiratione solius DEI intrasse. Hujus enim sacræ Phisosophiæ ostium unicum ac solum verum est spiritus veritatis:

qui ſpirando, ubi vult, aperit & commonſtrat Chymiæ ſtudioſis viam rectam, eosque deducit in omnem veritatem. Nam in quorum animis ſemel oritur ille veritatis lucifer ac ſtella benedicta, è veſtigio inde fugantur & radicitùs expelluntur omnes errorum tenebræ. Divinitus itaque, nec aliunde, inſpiratur Hermetica Philoſophia: nec eadem plures, quàm unum ſolum authorem, nempe Deum agnoſcit. Ab hoc uno qui aberrat in hac ſcientia perveſtiganda, ſuam miſeriam & errorem haud dubiè tandem deplorabit. Artes reliquas vulgares qui ſcire volet, eas poterit facilè ab artificibus & præceptoribus, in ſcholis ad hanc rem deſtinatis, perdiſcere. Conati quidem ſunt hactenus multi in Scholis & Academiis, Philoſophiæ fundamenta, cauſas & principia quoque juxta eandem methodum, è proprio cerebro enatam, ſtudioſæ juventuti inculcare: ſed quo fructu, experientia ſatis ſuperque demonſtrat. Puris enim Philoſophiæ fontibus relictis, qui à ſolo patre luminum deſuper in fidelium corda influunt, ad inanes & anicles quorundam Ethnicorum nugas & hominum otioſorum figmenta atque deliria delapſi ſunt: & non ſolum hunc ſacrum & fertiliſſimum Philoſophiæ agrum, innumeris mendaciorum commentis conſpurcarunt & devaſtarunt: ſed alias quoque ſcientias, puras atque ſanctas, ſuis quisquiliarũ ſordibus ſimul inquinarunt, & tam horrendè deformarunt: ut vix ac ne vix quidem ſcintillulam adhuc in illis agnoſcas reſiduam genuinæ ac primævę integritatis. Tantæ cladis cauſa non minima exiſtit mendoſum illud & rixoſum artis diſputatricis inventum, de qua paulò poſt infrà dicetur. Hinc in varias adeò partes diſtracta Philoſophia, modò ab hoc, modò ab alio violentos depravationum inſultus paſſa eſt. Quid enim operæ pretium hac in re facerent iſti, qui lumine Naturæ deſtituti, ex proprio cerebro, uno atq; altero argumento dialectico in medium prolato, fabuloſa principia & cauſas, pro artis fundamento, ſimplicioribus ac rerum ignaris obtruderent: Ex qua re tanta opinionum varietas emerſit, quantus philoſophantiũ numerus, ut quem nunc ſequaris aut deſeras, vix perſpicias. Tam obſtinato ſunt interim quidam animo, ut quamvis apud multos authores evidenter ſatis agnoſcant rei falſitatem, tamen mordicus eos, tanquam milites veterani & ſtrenui antiquitatis defenſores, propugnent, ac ignominioſum ſibi fore exiſtiment, ſi à ſententia tot ſeculorum ſerie ſtabilita, & tam longo artificum uſu comprobata, deſciſcant. Nec ſatis eſt, ſeipſos in tam vilia hominum mancipia degeneraſſe, ſed ejusdem calamitatis participem quoque fieri cupiunt teneram & innocentem ſtudioſam juventutem. Hinc ſuos diſcipulos nolentes volentes in ſuam pertrahunt ſententiam, iisque voce & ſcripto, minis & objurgationibus, omnem interdicunt philoſophandi libertatem: ſicque claudunt regnum philoſo-

philoſophicum ante homines, & ipſi intrare non contendunt, nec advenientes intrare ſinunt. Rectiùs facerent hujusmodi Miſoſophi, ſi in tam ancipiti authorum electione conſtituti, repudiata Ariſtotelis, Galeni, aliorumque authoritate, ad ipſum fontem ſuos deducerent diſcipulos. Fons autem iſte ubi? Diſce hoc à Sapiente, ſi ſapis; qui lib. Sap cap. 7. inquit: DEus eſt Sapientiæ Dux, & ſapientium emendator: in manu ipſius, & nos & ſermones noſtri, & omnis ſapientia, & operum ſcientia & diſciplina. Ex hoc eodem fonte Hermes quoque noſter ſuam hauſit ſcientiam, ut ipſemet fatetur his verbis: Hanc ſcientiam, inquit, ſolius DEI vivi inſpiratione habui.

Pudeat hodierno ſeculo Chriſtiani nominis Philoſophos, quod ſe patiantur ſuperari ab Ethnicis: quibus olim nihil conſtabat de veritatis lúce, nempe de CHRISTO, in hunc mundum venturo: qui fons omnis ſcientiæ ac intelligentiæ, ipſaque vera & æterna DEI ſapientia, ſæpenumerò nos inſuper in verbo ſuo paternè ac fraternè allicit, vocat, & amicè hortatur, viamque ac rationem nobis oſtendit ampliſſimam, qua poſſimus non tantum in ejuſmodi ſcientiarum abſtruſarum penetralia pervenire, ſed etiam his majora deſuper à patre luminum adipiſci: ſed ingratus mundus plus diligit tenebras, quàm lucem, potiùs delectatur in impuro ethnicorum impiorum cœno volutari, quàm puro ac ſalutari DEI verbo obtemperare. Quid igitur expectandum his erit, pro tanta ingratitudine & ſumma contumacia? Nihil ſanè aliud, quàm ſimile reſponſum, quale tuliſſe legimus inobedientes Iſraëlitas apud Eſaiam cap. 30. quod verbis paucis ad noſtrum propoſitum mutatis ita habet: Væ vobis Philoſophi & Medici deſertores, dicit Dominus, ut faceretis conſilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum, ut adderetis peccatum ſuper peccatum: qui ambulatis, ut ſectemini Græcos mendaces, & os meum non interrogaſtis, ſperantes ſingularem ſcientiam ac ſapientiam in nugis Ariſtotelis & Galeni: & habentes fiduciam in deliramentis Græcorum, & erunt nobis nugæ Ariſtotelis & Galeni in confuſionem, & fiduciæ mendacium Græcorum in ignominiam.

Noli mihi hic exprobrare illud tritum in ſcholis, quodvis ſuo loco & tempore agendum, neque ſcientias ſacras cum profanis confundendas. Nam ſi me rectè capis, nihil profanum erit in Philoſophia: eundem enim cum Theologia authorem habet. Tibi autem fortaſſe vana ac profana videtur philoſophia, qui eam didiciſti à nugaci & vano magiſtro. Rectè igitur tibi erit in confuſionem, mihi verò in ſemitam rectam ad ſacras & profundiſſimas ſcientias indagandas. Si ex eodem fonte haurires philoſophiam tuam, ex quo eam hauſit Hermes, nihil utiq; profani relinqueretur, de quo conqueri poſſes. Conſidera quæſo tres illas tuæ Philoſophiæ

partes,

partes, Ethicam, Physicam & Logicam: nonne omnium harum authorem censes Deum esse? Præ nimio pudore id quidem vix negare audes, sed quomodo facto id neges, mox intelliges.

In prima parte, quam Ethicam appellas, præcipuè agitur dè virtutibus moralibus, quæ à moribus vel ab assuefactione ita dicuntur. Quare? quia prout tua fert opinio, Virtus est habitus bonus, inclinans ad rectè agendum: Habitus rectè agendi unde comparatur? Longo usu & assuefactione: Usus autem & assuefactio consistit in arbitrio & voluntate hominis: Ergò virtus moralis pendet non à divina benedictione, sed ab homine, qui ex propriis viribus, usu & assuefactione virtutis habitum sibi comparare potest. Sed quàm absurdum hoc sit, palàm fit ex eo, quod inter virtutem Theologicam & Ethicam, differentia, quam pro tuæ opinionis fundamento perperam constituisti, planè nulla sit. Omnium enim ejusmodi virtutũ essentia mediatè & immediatè procedit ex Deo; Mediatè per thronos, potestates, dominationes, angelos & archangelos; Immediatè per Deum ipsum. Fortitudinis igitur in Alexandro Magno, Julio Cæsare, Lucullo, Sylla, Mario, cæterisq; heroibus ethnicis alius author statuendus non est, quàm fortitudinis in Samsone, qui unctus erat Domini, Et ne impiè hoc fortè dictum putes, pro certo habeto: Deum Solem suum oriri sinere super bonos & malos: neque hoc solummodo intelligas de Sole cœlesti sive firmamentali, sed de supercœlesti etiam, de Sole nempe justitiæ, qui filius Dei est ab æterno genitus, in quo Deitas plenariè, omnesque virtutes divinæ corporaliter inhabitant. Unde Corn. Agrippa lib. 3. cap 38. Qui virtutem, inquit, aliquã possidere cupiunt, orandum illis est, & supplicandum crebrò ad eum, qui in se omnem continet virtutem. Quis autem is est, qui omnem continet virtutem? nonne Christus Salvator noster, & Deus, cum Patre & Spiritu sancto, qui teste Malachia cap. 1. æquè versatus & operatus est in gente ethnica, quàm in populo suo electo. Sic enim scriptum legimus apud Prophetam: Ab ortu Solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus dicit Dominus exercituum. Sed reprobati fuerunt multi ethnicorum, quod cum Dei gloriam & magnificentiam non tantum in externis creaturis, sed in seipsis quoque cognoscerent, aut cognoscere potuissent: Deũ non ut Deum glorificarent, nec ipsi pro tam infinitis bonis ac donis gratias agerent: sed fortis fortitudinem sibi, non Deo: justus justitiam sibi, non Deo: dives divitias sibi, non Deo acceptas ferrent. Quod conspicuo Nebuchodonosoris Regis Babylonis exemplo facilè probabimus, si res postulat. Is enim non Deo, sed sibi ipsi adscribit regni sui splendorem & amplitudinem: dum imprudens

prudens in hæc erumpit verba: Nonne, inquit, hæc est Babylon magna, quam EGO ædificavi in domũ regni, in robore fortitudinis MEÆ, & in gloria decoris MEI: Sed cum adhuc sermo esset in ore regis, vox de cœlo ruit: Tibi dicitur Nebuchodonosor rex: Regnũ tuũ transibit à te, & homines ejicient te, & cum bestiis & feris erit habitatio tua: fœnũ quasi bos comedes, & SEPTEM tempora mutabuntur super te, donec scias, quod DOMINETUR EXCELSUS IN REGNO HOMINUM, & cuicunque voluerit, det illud. Dan. cap. 4. Quale quæso hoc regnum erat, Israëliticum ne sive fidelium electorum DEI? an verò Babylonicum ac infidelium ethnicorum? Maximè infidelium, in quo tamen nihilominus dominabatur EXCELSUS. Dominari autem dicitur Dominus in regno hominum, quod idem est ac dominari in hominibus regno perfectis. Ex quo meridiana luce clarius patet, virtutem Theologicam & Ethicam, fidelium & infidelium, ratione essentiæ & originis non invicem differre, sed ab uno eodemque authore, nempe DEO proficisci: fidelibus autem in salutem, infidelibus verò & ingratis cuculis in judicium & æternam condemnationem cedere.

Hinc facilè eluceſcit discrimen inter Ethicam Hermeticam, quã potius Christianam appellare fas est, & inter Ethicam Peripateticam sive paganam. Hermetica sive Christiana agnoscit DEUM, unum omnium virtutum authorem, ad eundemque colendum, tanquam ad finem ultimum refert omnium quoque virtutum actiones. Peripatetica verò sive pagana in virtutibus excolendis, non DEI benedictione, sed propriis nititur viribus, quod fundamentum est falsissimum, finemque similiter spectat spurium & adulterinum, gloriam videlicet vanam & inanem. Et quod miror, hic paganismus nondum exolevit in Christianorum scholis, sed tanquam pars Philosophiæ summopere necessaria excolitur. Ex quo si ulla capitur utilitas, ejus Professores in Academiis hanc capiunt solam, ut conscribant theses ethicas, quas defendendas obtrudunt studiosis, à quibus postea amplum aliquod expectant honorarium: quale non ita pridem quidam de liberalitate disputans, præsidi suo pro præsidio exhibuit viginti nimirum aliquot thalerorum imperialium: quam liberalitatem ut summoperè in hoc laudavit præses, sic vicissim alios vituperavit, qui minus obtulerant. Hæc scilicet à professione Ethices emanat utilitas, ut Doctores nunc quæstum ex ea faciant: sed dum illi leges & præcepta virtutum aliis præscribunt, sibiipsis non cavent, quin interim in horrenda vitia, in avaritiam nempe, & similia plura imprudenter incurrant. Quod si quis præter enumeratam utilitatem, & hanc intrudere conetur, quod nimirum Ethices præcepta plurimum inserviant studiosæ juventuti in moribus externis informandæ: tunc huic telo oppono unicam pietatem, quæ utilis est ad omnia, habens

bens promissionem tam præsentis, quam secuturæ vitæ. In hac una si bene erudiantur, & proficiant adolescentes: tam exteriorũ quàm internorum morum elegantia, vitæque integritate præstantissimi evadent. Valeat igitur cadaverosa illa & emortua Paganorum Ethica, cum Christiana nostra è vivis divinitatis fontibus profecta, nos non tantùm secularis felicitatis in hoc mundo, sed æternæ etiam beatitudinis in secutura vita participes efficiat. Hujus namque virtutes fiunt ex fide vera in Christum, sine qua nemo hominum Deo placere, aut salvari unquam poterit. Sin verò quis iterum hîc inferat, quasi Ethicam cum Theologia confundam: sciat is me non authorem esse tantæ affinitatis, vel potius identitatis in utraque scientia, sed ipsam æternam Dei sapientiam, à qua tanquam à centro emanarunt omnium scientiarum, artium & disciplinarum radii, & rursus in eandem quoque tanquam in idem centri punctum collimant simul omnes: ita ut quascunque scientias hominum curiositas & superstitio disjunxit & divisit in Theologiam, Ethicam, Jurisprudentiam, Politicam, Physicam, Logicam, Astronomiam, Cabalam, Magiam, Chymiam, & alias plures: has omnes complectitur sub se unica Philosophia Hermetica sive Christiana: quæ una unico æternæ veritatis fundamẽto, firmo & immoto stabilita, plures quidem in aspectum externũ producit, quæ tamen omnes in idem redeunt principium internum. Omnia namque ab uno, & omnia ad unum. Hinc D. Paulus rectè & Christianè philosophatur, inquiens: Divisiones sunt gratiarum, idem autem spiritus: Et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus: Et divisiones operantium sunt, idem autẽ Deus, qui operatur omnia in omnibus, 1. Cor. 12. Redite ergo in viam ô pagani Philosophi, & Deo reddite gloriam, non vestræ inani Philosophiæ, per quam ne seducamini, fideliter vos admonet idem Apostolus, Abdicare falsas de virtutum habitu comparando persuasiones: Deum omnium donorum & bonorum authorem, assiduis exorate precibus, ut vobis mittat intelligentiæ & sapientiæ spiritum, qui vos in veritatis hortum, sanctis & angelicis virtutum flosculis fragrantissimum deducat: in quem si intromissi fueritis: oculi vestri aperientur, & pulsis errorum tenebris, videbitis philosophicæ lucis claritatem, in qua postea piis votis & meditationibas pascetis oculos vestros: suavissimaque spiritualium melodiarum consonantia, harmonicoque concordiæ concentu unanimes, Te Deum Laudamus cantabitis, & remotis tandem cunctis inanibus & frivolis disputatiunculis, ætatem invicem in pace transigetis.

Transeamus nunc ad Physicam, alteram Philosophiæ vestræ partem: quæ quàm fæde ementitis & fictis hominum opinionibus inquinata sit, vel cuivis in hac parte leviter initiato palam est.

est. Hanc non repetitis à primo & vero fonte, qui est DEUS, authorem, conditor, & creator rerum omnium, sed ab Aristotele, quem propterea per excellentiam Philosophum appellatis, quasi is solus sit primus inventor, princeps & monarcha hujus scientiæ. At si Physices principia vera & genuina conferamus cum Aristotelis fictis & commentitiis: tantum discrimen inter utramq; animadvertemus, quantum cœlum distat à terra. Hermetici cum Moyse, verè & rectè statuunt, mundum hunc, & quicquid in eo continetur, conditum & creatum esse à DEO, ex nulla alia præexistente materia, quàm per solum verbum FIAT. Ut primum enim DEUS dixit: Fiat cœlū: fiat terra, facta sunt: ita ut principium rerum omnium, non investigandum sit aliud, quàm solum hoc verbum, procedens ex ore DEI.

Sed obstant hîc quidam nasuti, dicentes, quod quamvis abnegari non possit, verbum Domini esse causam & principium rerū omnium, tamen id solummodo intelligendum esse de causa efficienti, non autem, de causa materiali. Absurdum enim esse autumant, si quis asserat, hoc VERBUM, quod non est, nisi flatus, spiritus & anhelitus essentialis DEI, corporeum, & visibile factum abiisse in lignum, lapidem, &c.

Sed quàm ridicula omniq; explosione digna hæc sit objectio, ex eo constat, quòd differentia hæc inter causam formalē & materialem locum tantùm habeat in rebus artificialibus: non autē in naturalibus, multò minus in opere creationis. In artificialibus quidem, lignum tanquam subjecta materia, ex qua formatur mensa, separatum quid est ac diversum à scrimario sive artifice, qui efficientis sive formalis causæ officio perfungitur: In naturalibus autem materia & forma non separatum quid existunt, neq; ullam in iis diversitatem quis inveniet, nisi idem velit quoq; sensuum fidelī testimonio relicto, fingere ea, quæ nullus mortalium unquam vel vidit, vel audivit, gustavit, olfecit, palpavit. Sed obstinati illi nimis in sua opinionis perversitate, non sensuum judicio semper standū esse dicunt: illudq; Galeni placitum, tanquam clypeum æneū huic veritati opponunt, quod 2. de simpl. fac. cap. 2. & 3. author his ferè verbis descriptum habet: Ubi, inquit, sensus hebescit, ibi ad rationem ceu diviniorem hominis partem deveniendum est. Sensus quippe brutis una cum homine communis est: rationis autem lucidior ille oculus ea percipit, quæ sensus aciem nimis hebescentē effugiunt. Sed quàm Sophisticū hoc sit hominis versatilis inventum, quo quidvis probare, quidvis etiam diluere, proclive sit homini impudenti: facile percipiet is, qui recto valet judicio, & vel tantillum in veritatis lumine versatus. Videamus igitur, quomodo Aristotelis principia physica cum Hermeticis conveniant. Diximus, principium omnium rerum creatarum fuisse unicum DEI

creantis

creantis verbum: quod essentialiter ex ore Dei emanans, adhuc inseparabiliter rebus omnibus inhæret, illas conservat, & vivifico suo vigore ad novā iteratamque generationem continuè à primo creationis puncto usque permovet, & in seculi usque consummationem promovebit. Aristoteles non ex ore Dei, sed ex vertiginoso suo insipido cerebro proponit tria principia, materiam, formam & privationem. Materiam videlicet informem immateriatam. Privationem autem dicit esse tertium principium, quod concludat duo in sese: negationem formæ introducendæ, ne prius sit res, quàm fieri incipiat, & aptitudinem ad illam recipiendam, quæ dynamis seu potentia est. Sed mera somnia mihi videntur narrare peripatetici, quoties ejusmodi fabulosorum & sterilium principiorum mentionem faciunt: imò majorem certitudinem tribuo somniis, quibus interdum utcunque eventus respondet, quàm illis principiis.

Si enim verum est hoc axioma philosophicum ejusdem Aristotelis, ut ipsemet non dubito verissimum esse: nihil videlicet cadere in sensum, quod non prius fuerit in mente: nihilque verè existens in mente esse, quod non cadat in sensum: si, inquam, hoc verum est, falsissimum econtrà & mendacissimum erit hoc de tribus principiis commentum. Quis enim unquam tàm acuto sensu præditus fuit, ut potuerit vel oculis, vel lingua, vel reliquis sensuum organis comprehendere materiā sine forma, aut formā sine materia. Sed inquies, ubi sensus hebescit, ibi ad rationem veniendum est: scilicet idem est, ac dicas: ubi veritatis lux non illucescit, ibi ad mendaciorum diverticula fugiendum est. Hinc emergit manifestum discrimen inter Physicam Hermeticam & peripateticam. Ut enim illa à patre luminum, nempe à Deo desuper hominibus fidelibus donatur: ita hæc à patre tenebrarum & mendaciorum, cacodæmone nimirum, infidelium turbæ, Aristoteli scilicet & ejus asseclis insusurratur. Quamvis autem cogantur Peripatetici nolentes volentes fateri primum ac supremum motorē esse Deum: tamen gloriam Dei non quærentes, id rursus negant per traditionem suarum fabularum de dictis illis tribus principiis & de æternitate mundi. Dolendum sanè est, tam infirmo ac debili Peripateticorum fundamento superextrui tam elegans ac pulchrum physices ædificium: quod ex falsis & adulterinis principiis corrumpi quoque & depravari necesse est. Dato enim uno inconvenienti sequuntur innumerabiles falsæ conclusiones. Quod cum maximo suo damno proh dolor experiuntur Naturalis Philosophiæ studiosi: qui de causis physicis disputantes perpetuis incertitudinis fluctibus agitantur, adeò ut nusquam locum inveniant, quo pedem tutò figere possint. Nihil dicam de medicina, his iisdem suffulta principiis, qua nulla artium incertior ac mendosior

sub

sub sole existit. Theologi quoque hujus calamitatis consortes, ex horum principiorum falsitate, in plurimas hactenus inciderunt absurditates & errores, quos facile evitarent omnes quarumlibet scientiarum ac disciplinarum alumni, si spretis ethnicorum fabulis, Hermeticæ & soli veræ Philosophiæ operam suam addicerent. Credite mihi, inter Hermeticos Philosophos (loquor de veris, non de Sophistis & Pseudochristianis) nullum in scientiis & artibus dissidium aut dissensionem unquam fuisse, nec in æternum fore: in unico enim veritatis centro, quod simplex, stabile, & immotum semper manet, conveniunt omnes.

Tandem adhuc videamus reliquam vestræ Philosophiæ partem, Logicam videlicet, sive Dialecticam: quæ definitur esse ars benè differendi, ratiocinandi, argumentandi, verum à falso discernendi, disputandi, disceptandi, vel potius rixandi, altercandi, controversias excitandi, lites spargendi, excitatas & motas pertinaciter & petulanter fovendi, rarissimè easdem componendi; dubia proposita frigide & jejune, vel vix & nunquam solvendi, & denique in salebroso incertitudinis labyrintho perpetuò versandi. Hac enim arte in utramque partem, ut vocant, pro & contra disputandi in usum vocata, tot infinitarum opinionū portenta in lucem prodierunt, quæ alias suo tenebrarum pulvere obtecta diutius latuissent, nisi horum authores tam specioſis ptobabilium, hoc est, incertarum, infirmarum, fucatarum, non verarum, ac falsissimarum rationum armis freti in quamvis disputandi arenam descendere se animosè quidem, sed satis protervè ac impudenter obtulissent. Vis scire, unde tot schismata in Ecclesia sint orta? Solo dialecticorum sive disputatorū, vel potius hominum contentiosorū & litigatorum vitio: qui arte benè differendi inflati, in ambitionē & gloriæ cupiditatem inciderunt. Ambitio verò excitavit novam opinionem. Nova verò opinio peperit dubium. Dubium Syllogismos. Syllogismi, pro & contrà disputandi libidinem & æmulationem. Æmulatio contentionem. Contentio discordiam. Discordia verò schismatum proxima causa, est à Diabolo. Pax verò & concordia à DEO. Ergò omnes Theologi seditiosi, rixosi & contentiosi sunt à Diabolo, & ejus ministri. Pacifici verò & concordiæ amantes, à DEO, ejusque fideles servi. DEUS enim noster, non dissensionis DEUS est, sed pacis. 1. Corinth. 4. Sed dices, has ultimas enumeratas Logices proprietates, non legitimo artis usui, sed ejusdem abusui adscribendas esse: quem si spectare quis vellet, posset pari ratione arguere, cæteras artes omnes non solum reprehendendas, sed è medio penitus tollendas esse. Rectè sanè occurris abusum prætendendo: in quo quidem ambo in eandem imus sententiam. Nihil enim magis ipsemet improbo ac detestor, quàm malum rei usum. Sed opinionum diversitatem tan-

tùm in eo habemus: quod ejusmodi abusus originem aliunde quàm mea fert sententia, derives. Existimas enim artem, quam ex Aristotelis aliorumque authorum voluminibus hausisti, per se esse bonam & laudabilem: abusum autem ejusdem superveniſſe petulantum quorundam & sceleratorum hominum malitia. Ego verò contrà primariò artem ob culpam ipsorum authorum, jam vitiosæ imperfectionis (omne enim donum imperfectum est à Diabolo: perfectum solum à DEO: ut Paracelsi docet Symbolum) veneno infectam & depravatam esse affirmo: adeò ut idem venenum in artis cultores derivatum, tantæ abusionis pestem introduxerit. Clarius hoc patebit, si artem perfectam & sinceram, cum imperfecta & contaminata conferamus. Contraria enim sibi invicem opposita magis eluceſcunt. Perfecta nihil aliud est, quàm impressio radiorum divinorum, quorum vi sola, nulla librorum scriptorum, aut axiomatum dialecticorum ope, Philosophus recte ratiocinatur, & verum à fallo discernit. Liber autem in quo conscripti isti radii reperiuntur, est multò major, quàm ut tam angustis Logices carceribus includatur. Est enim abyssus divinitatis, in quo infinitus rationum apodicticarum, certarum, firmarum, verarum, ac planè irrefutabilium thesaurus viget. Ex his locis si Philosophus argumentum aliquod sumserit: certam utique & infallibilē inferet conclusionem, contrà quam omnes paganorum coloniæ non prævalebunt. Imperfecta autem & corrupta Logica, est solummodo mancum mutilumque curiosorum hominum inventum, qui totum hoc universum, cœlum & terram, DEUM, angelos & homines, occulta & manifesta, certis & paucis quibusdam regulis ac locis Dialecticis, ut vocant, comprehendere temerario ausu conantur. Quid enim ineptius vel auditu absurdius excogitari potest unquam, quàm ex tam strictis & fictis Logices cancellis, ratiocinari velle de infinita DEI majestate & potentia, tam in verbo suo, quam in natura, partim manifestata, partim non manifestata. Infinitum enim perscrutari nemo potest per finitum, sed per infinitum. Quod autem ut fiat, non ad organum Dialectices finitum, sed ad fontem infinitatis, DEUM nempe ipsum, omnium artium authorem recurrendum erit: qui solus ex inexhausto & infinito suæ benignitatis scrinio, petentibus & fidelibus suis liberalissimè largitur spiritum discretionis inter verum & falsum, adeo ut de quavis quæstione proposita, rectum & inculpatum ferre queant judicium. Cum econtrà pagani, certis axiomatum limitibus in nimiam coacti angustiam, de rebus judicandis timidè admodum pronuncient, & è mille propositionibus, vix unam veram & stabilem, quæ non leviſſimo quovis rationum momento everti possit, proferant. Hinc nempe fundi istius calamitas, quod disputantes, copia rerum superati & confusi, in tot inextricabiles

errorum syrtes præcipitentur. Quomodo enim inde pedem retrahant, cum canonum locorumque penuria pressi quò se vertant, amplius nesciant. Ne autem idcirco videantur indocti & artis rudes, nominis sui & existimationis salutem quærunt rixis & altercationibus: ex quibus posteà prolabuntur in convitia & calumnias: sicque continuata serie de vitio in vitium progrediuntur. Vides ergò abusum Logices primariò adscribendum esse vitiosæ artis inventoribus: secundariò vero horum assecl.s & sectatoribus, qui nimio paganorum suorum præceptorum amore excæcati, veritatis lumen minus inspiciunt, sed ita antiquam illam erroris cantilenam cum ipsis canere pergunt: nec ab instituto desistunt, priusquam Mosaicam vel Hermeticam scholam ingressi discant, omnium artium & disciplinaram studia vana esse & irrita, nisi à DEO illarum unico authore inspirentur, & ejusdem favore & benedictione foveantur, & conserventur. Sed non absurdum Davidicum illud Psal. 13. in modernos Peripateticos & paganos usurpare nunc licet: Ubi scriptum legimus: Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt: Corrupti sunt, & abominabiles facti, non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum. Ac licet ex tanto numero vix unus atque alter veritatis lumine irradiatus resipiscat: vix tamen palàm id profiteri audet, sed ex metu reliquorum Pharisæorum, hominum fanaticorum, cogitur tanquam alter Nicodemus noctu, hoc est, in occulto sua artis negotia tractare, nisi velit audire hæreticus, magnus exorcista, sophista, Ramista, Paracelsista, Alchymista, &c.

At sufficit his generatim tantùm ostendisse differentiam inter Philosophiam Hermeticam sive Christianam, & Peripateticā sive paganam: ac breviter simul originē, causam & principium utriusque lectoris judicio subjecisse. Qui ex veritate est, inquit ipsa veritas, Salvator noster Christus, vocem meam audit: qui verò amat mendacium, in via sua, antequam dimidium mundani absolvat itineris, miserè peribit. Resipiscite ô pagani philosophi: paganismum illum vestrum in Philosophia DEO & omnibus bonis abominabilem exuite, & Christianismum verum induite: hunc non ore tantum profitemini, sed reipsa & factis ostendite, ac cogitate, quod ratio uniuscujusq; verbi otiosi sit reddenda. Quæ autē major vanitas, quàm sectari & defendere paganorum deliria, quæ tot manifestis abundant nugis ac mendaciis, ut in illorum scriptis vix occurrat unica pagella, quæ non totidem errores, quot lineas atque verba contineat, adeò ut iis emendandis una litura sufficiat. Hæc itaq; de inspiratione divina, tanquam præcipuo artis capite, paulò fusiùs ab initio tractare volui, ut lectorum animi hoc Hermetis exemplo pellecti, primo statim limine aptiores redderentur ad ea, quæ sequuntur, pervestiganda & cognoscenda.

Quemadmodum autem hortulano, cœli clementia & astrorum influentia non sufficiunt ad plantulas suas fovendas & educandas, nisi diligens quoque accedat soli agrique cultura: ita Philosophus vix aut nunquam dignabitur inspiratione illa divina, nisi animum debito modo præparatum & instructum adferat. Præparatio autem hujusmodi in duabus potissimum officinis perficitur: In oratorio videlicet & laboratorio: quorum quodlibet propriis & peculiaribus utitur instrumentis. Oratorii præcipuè hæc sunt: Preces, orationes, vota, gemitus, & suspiria incessabilia ad Deum Opt. Max. Item studium, diligentia, industria, assiduitas, indagatio & frequens meditatio in libris Bibliorum & Naturę. Laboratorii autem in genere ferè sunt carbones, furnus, forceps, vas, follis, & hujus generis infinita alia, quæ omnia singulatim recensere nimis longum foret. His paucis tantum in laboratorio rectè aptatis, igneque tum in furno Philosophorum, tum in pectore piè accenso, artifex tum demum Dei imploret auxilium, nec cesset ab instituto: donec voti compos, expectatam certamque Dei benedictionem experiatur: non secus ac ipse Hermes, qui post varios labores, divinam sibi gratiam contigisse, liberè ac ingenuè profitetur, dum inquit: Animæ non peperci à labore, & hanc scientiam solius Dei vivi inspiratione habui, qui mihi famulo suo pandere dignatus est.

HERMES.

Verum rationabilibus judicare & im arbitrandi tribuit, sed nemini occasionem delinquendi reliquit.

SCHOLION.

Deus hominem à cæteris animantibus ideo distinxit, ut ratione præditus cæteris creaturis præesset, & cuncta suo dominio subderet. Hæc autem rationis vis nihil aliud est, quam portiuncula sive scintillula quædam divinitatis, spiritus invisibilis, sive spiraculum vitæ, quam inspiravit Deus in faciem hominis, & fecit hominem in animam viventem. Gen. 2. In hac rationis luce vult Deus, ut piè & sapienter ambulemus: & in lege ejus tum scripta, tum per Naturam & Creaturam nobis revelata meditemur die ac nocte.

Adam quidem Protoplastus in ea luce, qua ante lapsum perfectè ornatus, præ cæteris omnibus creaturis, sicut Sol inter astra fulgebat, tanquam in lucidissimo speculo contemplabatur omnia mirabilia Dei. Sed quia post transgressionem legis, hoc rationis lumen in posteris ejus, à prima sua perfectione & claritate multum defecit: ad hujus instaurationem sese ultrò obtulit filius Dei Christus Jesus, qui nobis fidelibus suis factus est in animam vivificantem, spiritualem, cœlestem. Hac anima in nobis, tanquam

media

media natura duce, cooperante simul sacrosancto gratiarum ac donorum flamine, rursus à somno ignorantiæ, improbitatis & mortuæ Philosophiæ resurgentes, & in latissimum scientiæ, sinceritatis, & vivæ Philosophiæ campum excurrentes, in eoque strenuè & assiduè non exercentes, merito gloriari possumus, quod in reparata rationis luce, & in viis Domini, prout decet sapientes, fideliter ambulemus. In hac enim luce si ambulaverimus, voluntati divinæ minimè reluctabimur. DEus autem, ut Hermetis est sententia, hanc libertatem sive arbitrium philosophandi homini permisit. Contra verò nequaquam DEI voluntas est, ut homo peccatorum vitiis se polluat, aut qualemcunque delinquendi occasionem oblatam arripiat. Hostis enim peccati infensissimus est, nec impunè abibit ullus, quicunque peccatorum dominio obnoxius, fræna nimis laxata non inhibet.

HERMES.

Ego autem nisi judicii diem, aut animæ damnationem, ob absconsionem hujus scientiæ metuerem, nihil de hac sententia patefacerem, nec cuiquam prophetizarem. Volui verò debitum fidelibus reddere, uti author fidei mihi largiri dignatus est.

SCHOLION.

SI cui dubium est de Philosophia Hermetica, num Christianismo conformis sit, nec ne, huic relata modo verba dubitationis istius scrupulum mox excutient. Quæ enim major possit esse affinitas & cognatio, quæ propiùs accedat ad Christiani hominis veram notam, quàm qualis ex his Hermetis verbis percipitur. Mandatum enim habemus, ut DEum diligamus ex toto animo, & omnibus viribus, & proximum sicut nos ipsos. Author DEUM tanta cum reverentia & timore amat', ut nisi in amore & timore ejus constans persistat, vereatur, ne reus fiet judicii æternæ damnationis. Proximum autem non aliter ac seipsum, fideli etiam amore prosequitur in eo, quod communem scientiæ suæ socium illum reddere percupiat: quod utique nunquam in animum induxisset suum, nisi extremi judicii terror, & DEI ac paucorum fidelium amor animum ejus inflexisset. Sed quæres forsan, quænam sit hujus tenacitatis in arcano isto revelando causa? impietas nempe hominum, quorum plurimus numerus indignus est, ut in sacrarium Philosophiæ intromittantur: propter hos nimirum, inquit, nihil se patefacturum fuisse: sed quia ex tanta impiorum & sceleratorum hominum multitudine, DEus semper in quibusdam quantumvis pauciſſimis reliquit semen Philosophicæ pietatis: propter hos paucos dicit se talionis legem sanctè servaturum: hisque eandem scientiam, quam à DEO revelatam impetravit, li-

teris ita consignatam traditurum: ut nihilominus non nisi digni doctrinæ filii. ad quos, ut mox audiemus, hunc sermonem instituit, verum inde sensum elicere possint.

HERMES.

Intelligite filii sapientum præteritorum Philosophorum, non corporaliter, nec imprudenter 4. elementorum scientiam, quæ sunt patientia suis rationibus, & cum sua abscondita operatione. Est enim eorum occulta operatio. Nam nihil agit, nisi componatur, quia non perficitur, nisi prius sui colores peragantur.

SCHOLIUM.

COmpellat author filios sapientum, hoc est, discipulos artis dignos, pios, & electos. Non enim omnes, qui se dicunt filios doctrinæ, in intima artis penetralia introibunt. Sunt etenim pauci, quos Jupiter æquus amavit. Frustra igitur conantur, huic fese arti ingerere, quia natura sua ad hanc minus apti sunt. Eundem enim eventum tandem experiuntur, qualem plurimi monachorum experiri solent: qui dum pueri adhuc, de naturali inclinatione non satis constantes inconsulto quodam zelo in cœnobia ingrediuntur, adulti vero ad ingenium redeuntes, longè ad diversa feruntur studia. Hinc vitam monasticam exosi, monasteriis valedicunt, exeunt, discedunt, erumpunt, evadunt fitque sæpenumero ex monacho mæchus, ex raso Thraso; ex religioso agaso. In idem turpitudinis barathum incurrunt quoque ij, qui ultra genij & ingenij vires se insinuare conantur huic profundissimæ scientiæ: post varios enim labores, frustra susceptos & insumtos, de summo artis fastigio assequendo desperantes, mirabili quadam metamorphosi fiunt tandem ex Philosophis sophistæ, ex medicis medicastri: quorum hodie ingens numerus ubiq; locorum occurrit: qui multivariis constructis fornaculis, dies ac noctes coquendo, distillando, extrahendo, (vel potius expilando nummos putà ex propriis & alienis loculis) subtiliando, incrassando, magnum medicamentorum Chymicorum, ut vocant, acervũ sibi comparant, sibique multum in vano isto labore sapere videntur: ac nisi manifesta reclamitaret experientia, multis equidem, nec non doctis ac eruditis sua persuaderent garrulitate, fœtida sua stercora esse meros ficos dulces & suaves. Ex Chymicis autẽ vulgaribus, neque adeo doctis fiunt Chirurgi, balneatores & circumforanei: Ex deploratis vero & desperatis Alchymistis impostores, fures & furciferi, quorum non pauci nostra quoque ætate, patibulo suspensi & suffocati vitam miserè finierunt. Ergo

Tu nihil in vita dices faciesve minerva.

Observavi frequenter in colloquiis, cum hujusmodi farinæ hominibus

nibus institutis, ipsos neglecta omni scriptorum philosophicorum lectione ac meditatione, tantùm in ore habere nummos: nummos loqui, nummos somniare, nummos vigilare. Ex quibus nonnulli tanta aviditate auri argentique corradendi tenentur, ut non homines, sed lupos referant famelicos, qui octo pluriumve dierum inedia emaciati, escam ex rapina oblatam, ardentissimo deglutiendam stomacho appetunt. Ejusmodi lupi voraces & Chrysophagi longè ab arte arcendi sunt, utpote, quos voluntaria Philosophorum paupertas non agnoscit pro genuinis discipulis, sed pro spuriis, è regno Philosophiæ procul hinc in exilium relegandis, nec in æternum nisi fortè resipiscant, revocandis. Ridet enim Natura (inquit doctissimus Severinus) avaras spes: ac multò tolerabilior est in Philosopho imperitia, quàm avaritia: tolerabilior item ignorantia, quàm intemperantia & luxuria. Decet enim Philosophum esse virum pium, probum, constantem in dictis & factis, firma fide in Deum, prudentem, & nullius rei avarum, præterquam sapientiæ.

Præmissis igitur his, quæ præcipuè in vero artifice reperiuntur, Hermes nunc orditur operis magni descriptionem, quod appellat scientiam elementorum. Ne autem quis putet illum loqui de elementis, prout ea vulgò in scholis peripateticorum accipiantur: qui elementum ajunt esse corpus simplex, ex quo quidque primũ constituitur; addit hæc duo verba, non corporaliter, nec imprudenter: Si non corporaliter nec imprudenter: Ergò πνευματικῶς καὶ σοφικῶς, hoc est, spiritualiter & sapienter. Utuntur Philosophi Chymici semper hac licentia in docendo, ut artis vocabula fingant pro suo cujusvis arbitrio. Nam quidam principia artis dixerunt esse 4. elementa, terram, aquam, aerem, & ignem, ut hîc Hermes noster: alii verò tria tantum statuerunt principia, animã, spiritum, & corpus, ut idem Hermes alibi: vel salem, sulphur & mercurium, ut Paracelsus: alii duo, agens & patiens: masculum & fœminam: sulphur & mercurium: alij unum tantum, aquam videlicet philosophicam. Sed relicta nominum multitudine, quæ penè infinita existit, artis potius studiosi se convertant ad indagandum noscendumque unicum istud subjectum, de quo Philosophus hoc versu: *Est in Mercurio quicquid quærunt Sapientes.* Quia verò rei cardo in eo potissimum vertitur, ut artis discipulus omnium primùm exploratum benè habeat hunc Philosophorum Mercurium: in ejus gratiam hic proponam figuras aliquas hieroglyphicas: quibus varii Mercurij proprietates & conditiones, quanta fieri potest luce & brevitate, adumbrabo.

I.
Circulus simplex.

Hic circulus nihil aliud significat, quàm verum & unicum Philosophorum Mercurium, materiam primam, aquam philosophicam primordialem, simplicem & sine divisione unam. Nam rotunda circuli figura carens angulis, unitatem simplicem denotat. Si quis enim circulum descripserit, neque principium inveniet, neque finem. Ex quo colligitur, hunc eundem Mercurium esse principium, medium & finem operis: sine quo qui laborare præsumet, oleum & operam perdet, & nunquam ad veritatis lucem perveniet.

2.
Circulus duplex.

Gemina circuli descriptio indicat duplicatum illum Bernhardi Trevisani Mercurium agens videlicet & patiens: sive sulphur & Mercurium. Ac quamvis binarius numerus confusionis author dicatur, & proinde materiæ diversitatem aliquam arguere videatur: nulla tamen planè est diversitas. Ambo enim Mercurij ejusdem sunt originis, ejusdemque naturæ & essentiæ, quod vel ex utriusque forma circulari facilè innotescit. Nihil autem refert, quod interior minor appareat exteriori. Majoris enim perfectionis ac præstantiæ id tantum signum est. Res enim quò apparentior, eo quoque corpulentior: quò verò abstrusior & abditior, eò spiritualior, perfectior & nobilior existit. Minor autem occultatus in majorem agit, eumque sibi assimilat.

3.

Triangulum Philosophorum triplex Sal sive corpus.



Eadem est utrobique horum ternorum triangulorum significatio. Sicut enim corpus & anima : sal & sulphur non possunt invicem conjungi,& per minima uniri, nisi mediantibus spiritu & Mercurio : sic quoque Luna & Sol procreare non possunt sobolem sibi similem,nisi mediante Mercurio,qui loco seminis elicitur ex amborum corporibus, inque terræ centro tanquam proprio vase digeritur & perficitur. Hoc autem centrum est in quovis triangulo vel punctum illud medium, vel numerus unarius,vel circulus iste medius. In secundo verò circulo observanda quoque est numerorum multiplicatio denaria. Non enim fit progressus ab unario ad centenarium & millenarium, omnium numerorum ultimum & perfectissimum (numerato enim millenario, non datur alius numerus : sed per hunc fit progressus in infinitum)nisi per denarium. Nam, ut ait author libri, qui inscribitur *Auroræ consurgens* cap.2.Decem in Decem respondent.

4.

Quadrangulum secretum sapientum.



Hac in figura manifestè declaratur scientia elementorum de qua Hermes agit in hoc capitulo. Rectè igitur Aristoteles Chy-

micus ait: Divide lapidem tuum in quatuor elementa, rectifica ea, & conjunge in unum, & totum habebis magisterium. Hoc unum, in quod redigenda sunt elementa, est circulus ille exiguus, centri locum in quadrata hac figura obtinens. Est enim is mediator, pacem faciens inter inimicos sive elementa, ut convenienti amplexu se invicem diligant: Imò hic solus efficit quadraturam circuli, à multis hactenus quæsitam, à paucis verò inventam. Radiis enim suis ferit omnes elementorum angulos, & longa circumrotatione angularem hanc quadraturæ formam vertit in circulacem sibi conformem: de quo satis.

5.

Anatomia magica vocabuli Mercurio.



Hæ tres figuræ eodem significato unum tacitè pandunt arcanum, quod non promiscuè cunctis prostituendum.

Sufficiat tibi Lector, quod elicere inde possis veritatem istius versiculi:

Est in Mercurio *quicquid quærunt sapientes.*

Vides enim, quanta secreta comprehendat hæc unica vocula: adeò ut sagax indagator, modò literalem hanc anatomiam in essentialem

sentialem convertere noverit, ex illa dictione omnia ad artem Chymicam necessaria, h. e. principium, medium & finem operis magni, facile eruere queat. Majora autem magisque stupenda perficiet, si centralia ista tria interius adhuc occultè latitantia, punctum videlicet, numerum octonarium, & circulum, in apricum Solis sive in lucem externumque aspectum produxerit. Hoc enim miraculosè perpetrato, sequens tandem schema prodibit ultimum, omnique perfectione astrali, spirituali ac regali absolutum: à pluribus hactenus visum: vix autem à millesimo intellectum.



Cognito itaq; Philosophorum Mercurio, occultum operandi modum Hermes in sequentibus indicat verbis: Nihil agit, inquit, (puta Mercurius) nisi componatur. Rationem hanc addit, quia non perficitur, nisi prius sui colores peragantur. Sed quid aliud innuit autor per colorum significationem, quàm operis totius complementum à principio ad finem usque. Non enim fit transitus de uno extremo ad alterum, nisi per medium. A primo itaque colorum, opus incipiendum, h. e. Mercurius per se perfectus nihil agit, neque prodest quicquam in opere Alchymico, nisi mortificetur. Granum enim tritici, nisi in terram cadens putrefiat, nullum fert fructum, sed solum manet. Eodem modo Mercurius suam in terram projectus, novum generationis vigorem recipit. Rusticis enim notum est, quod quævis semina quamvis arefacta & semimortua videantur, si rursus mandentur suæ terræ, in fœcundum resuscitentur vigorem, & pro fatali cujusvis seminis conditione & interna naturalique scientia totum regenerationis opus ad finem feliciter perducant. Terra enim matricis sive uteri, vasisque rei generandæ idonei vicem gerit. Estque terra nostra adhuc virgo, quæ nullius viri consuetudine fœdata supercœlesti quodam modo concipit. Pura enim cum sit, omnisq; labis ac maculæ expers, simile quoq; semen purum & immaculatum concipere gestit. Quicquid enim seminaverit, hoc & metet. At quāvis hoc quod seminatur sit per se simpliciter perfectum: in eo simplici perfectionis statu non permanet, sed per nostram putrefactionem solvitur & corrumpitur. Est autem corruptio hæc non ad speciei interitum,

interitum, sed ad ejusdem conservationem, & ad majorem perfectionem eidem inducendam. Legimus de tribus Magis, qui ab oriente ad Christum venerunt, quod tres fuerint reges, procul dubio potentes satis & opulenti. Hi licet regna pro hac vita simpliciter sustentanda satis ampla & splendida possiderent: de alio tamen regno non ad centum annorum numerum, sed in sempiterna usq; secula duraturo sunt soliciti. Quod ut impetrent, adeunt regē omnium regum, eumque ante pedes prostrati adorant. Quod nisi feciſſent, suis regnis, simplici illo mundano & caduco splendore nitidis, frui quidem potuiſſent, nunquam verò illa terrena ac momentanea cum cœlesti æterno permutaſſent. Quemadmodum igitur his Magis, primum instrumentum & quasi clavis ad æternæ salutis portam aperiendam fuit animi submissio erga Regem cœlestem, cujus potestas infinita est: ita primus in arte gradus est Mercurij per se simpliciter perfecti solutio, & in terra sua Philosophica putrefactio: quam posteà sequitur digestio & concoctio continua: donec omnes colores appareant.

HERMES.

Scitote filij sapientum, quod priscorum Philosophorum aquæ est divisio, quæ dividit ipsam in alia 4. Vnum duobus, & tria uni: quorum colori tertia pars est, humori scilicet coagulanti: duæ verò tertiæ aquæ sunt pondera sapientum.

SCHOLIUM.

Quod suprà author elementorum scientiam appellavit, nunc Philosophorum aquam nominat. Hanc in quatuor partes dividendam ait: nempe unam partem in duas: tres verò partes uni addendas. Ex quibus omnibus conjunctis septem inde partes, tanquam sparsim in verborum contextu disseminatæ, resultant. Unum enim & duo faciunt tria: Tria & unum, quatuor: Hunc quaternarium si addideris priori ternario, conficies septenarium. Colorum autem differentias dividit in duas tertias, hoc est, in tres rubeos spiritus & in tres albos. Spiritus autem hos, primum ab unica Philosophorū aqua ortos, & in eandē resolvi posse, certum est. Ita ut similiter inde eruatur numerus ille septenarius per additionem unitatis, quam supplet aqua. In his autem numeris tacitè occultari sapientū pondera, author nō obscurè adstruere videtur, præcipuè in septenario, qui numerus sacer habitus fuit antiquitus, utpote in quo plurimum sapientiæ sit reconditum: sed vim & virtutem ejus mentis oculis contemplari debes. Vulgaris enim hic oculus, teste Joanne Dee Londinensi, caligabit diffidetq; plurimum.

HERMES.

ACcipe de humore unciam unam & mediam, & de rubore meridionali, id est anima Solis, quartam partem, id est, unciam mediam, & de Seyre citrino, similiter unciam mediam, & de auripigmento dimidium, quæ sunt octo, id est, unciæ tres. Scitote, quod vitis sapientum in tribus extrahitur, ejusq; vinum in fine triginta peragitur.

SCHOLIUM.

PErgit Hermes sapientum pondera ulterius explicare, adductis variis nominibus. Humor enim, Rubor meridionalis, Anima Solis, Seyr citrinum, Auripigmentum, vitis sapientum, & vinum nihil aliud significant, quàm aquam Mercurij septies destillatam: quæ post octenam destillationem, vi ignis vertitur in cinerem sive pulverem subtilissimum: qui ob puritatem & perfectionem suam igni resistit. Ne igitur mireris, quod octo partes & tres unciæ æquiparentur: Ternarius enim numerus, qui etiam per trigesinarium repetitur, æquè perfectionis nota est, ac octonarius secundum illud tritum: *Omne trinum perfectum.*

HERMES.

INtelligite igitur operationem; decoctio ipsum diminuit: tinctura ipsum augmentat, quia Luna post 15. dies diminuitur, & in tertio augmẽtatur. Hoc igitur est initium & finis.

SCHOLIUM.

SUnt qui operationem lapidis dividunt in duas partes: in priorem & posteriorem. Prior, quam Hermes exprimit per decoctionis nomen, ipsum diminuit, hoc est, lapidem in simplici ac naturali perfectionis statu existentem solvit ac destruit: solutum & corruptum per regenerationis medium pristino perfectionis splẽdori restituit. Quo peracto, incipit posterior operationis pars, cujus beneficio lapidis virtus, maximo cum fœnore, multiplicatur in infinitum. Hoc confirmat author exemplo Lunæ, quæ post 15. dies, suæ scilicet plenitudinis, diminuitur: & in tertio, videlicet quadrato, rursus incrementum sumit. His paucis totum comprehenditur opus, ac tam initium quàm finis τῶ φρονοῦντι apertè satis detegitur. Sed non mirum videri debet, quod tàm arduum & magnum secretum tanto sermonis laconismo possit explicari: cum quidam reperiantur, qui propter simplicẽ decoctionis viam, quæ in opere adhibetur, non verentur asserere, totum opus posse tribus tantùm verbis perfectè & sufficienter edoceri. Sed non statim in censu Philosophorum habendus est, quicunque tam facili & compendiosa via in artem intraverit. Nullum quod memini extat exemplum in historiis Chymicis, quo probari possit, aliquem

quem aliquando fuisse, qui hoc pacto artem edoctus, in Philoso-phum statim evasisset. Eodem enim modo, & quilibet rusticus Philosophi titulo salutandus esset, qui, licet perspectum habeat modum, agrum benè colendi, in tempore seminandi & metendi: ignorat tamen internum, & præcipuum frugum maturandarum motorem: quo ignorato nemo se Philosophiæ peritum, nisi fortè quidam audaculus, mentisque inops, profitebitur.

HERMES.

Ecce vobis exposui, quod celatum fuerat, quoniam opus vobiscum, & apud vos est, quod intus arripiens & permanens, in terra vel in mari habere potes.

SCHOLIUM.

OPeris secretum commendat suis filiis, & vocabulo ECCE ostendit, se rem perfeciisse maximi momenti in explicatione artis nobilissimæ & abditissimæ. Geber, Morienus, aliique Philosophi jubent artis indagatores, mineralium radices in se ipsis inquirere. Unde inquiunt: si ortus tui noveris principia, semen sive materia prima, ex qua lapis componitur, te amplius latere nequit. Jam verò rudi imperitoque naturalium arcanorum homini absurda videbitur hæc locutio: cum non possit sibi ex suo cerebro somniare ullam similitudinem aut cognationem, quam semen hominis animatum habeat cum inanimatis, ut quidam ignari dicunt, metallorum aut lapidum corporibus. Sed si te cum Abrahamo ex crasso tuo & corporeo domicilio foras eduxero, teque in spiritualium astrorum omnibus in rebus occultè latitantium contemplationem induxero: non amplius eris tam refractarius, sed ambobus ultrò pedibus in nostram ibis sententiam. Tolle igitur oculos, & nostrum suspice cœlum Philosophicum infinita astrorum multitudine mirificè exornatum. Sicut enim vides, in superiori firmamento, astralia illa corpora tantum in eo differre, quod alia aliis præstent magnitudine & luminis splendorisq; claritate: omnia autem in universum constent ex una eademq; materia purissima, diaphana, & pellucida: Ita omnia corpora in hoc inferiori mundo, ad externum quidem aspectum multum inter se differre videntur: quæ tamen omnia intrinsecus considerata, ab uno eodemque principio sive primo ante processerunt. Illud autem internum principium aliud nihil est, quam secundum Salomonem Sap. cap. 11. materiæ quædā invisa, ex qua orbis terrarum creatus est: sive juxta Joannem Evangelistam cap. 1. VERBUM, per quod facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, quod factum est. Sed dices, si ergo verbum est omnium rerum principium: teste autem scriptura idem verbum sit nunquam interiturum sed in æternum permansurum: non igitur quærendum aut investigandum

illud

illud erit in his sublunaribus & corruptibilibus rerum corporibus, quæ cuncta moriuntur, pereunt & intereunt. Ad quam objectionem ut succinctè tibi & breviter respondeam: cuncta equidem quę creata sunt per verbum, erant valdè bona, hoc est, summa beatitudinis perfectione à Deo ornata, sed quia propter prævaricationem Adami terra quoq; fuit maledicta, mors introvit in mundum, ita ut nil jam sit in toto mundo, quod non spoliatum & orbatum existat primitiva ista perfectione, & morti per consequens obnoxium factum. Misertus autem omnipotens creaturæ, hanc ut liberaret à morte, & vitæ regno restitueret, idem, verbum, quod est Lux & VITA mundi, in mundum misit, & ita secunda vice mundum per hoc VERBUM regeneravit. Unus enim vitæ dator & regenerator semper manet idem DEUS, extra quem nulla salutis spes. Per hanc autem regenerationem facta est creatura nova: Vetera enim transierunt, & ecce facta sunt omnia nova. 2. Cor. 5. Verbum igitur hoc non secundum creaturam veterem, sed secundum novam considerandum nobis est. Neminem enim nunc novimus secundum carnem, hoc est, veterem creaturam, sed secundum spiritum, hoc est, novā creaturam. Sed quemadmodum Christus in renatis suis invisibili modo inhabitat, nec manifestatur in hoc, sed in altero demum mundo: sic omnibus rebus VERBUM regenerationis invisibiliter quidem inhæret: quod tamen in elementaribus & crassis corporibus nō manifestatur, nisi reducantur in essentiam quintam sive naturam cœlestem & astralem. Hoc itaque regenerationis verbum, est semen istud promissionis, sive cœlum Philosophorum, infinitis astrorum luminibus nitidissimum, ad quod suspiciendum & contemplandum eductus fuit Abraham. Quamobrem quicunque hoc cœlum nostrum, quod ratione quidem mundi minoris ac majoris, in duplicis salvatoris considerationem cadere potest (quamvis idem DEUS operetur omnia in omnibus) intueri volet, is abjectis oculis Adamicis, hoc est, carnalibus, qui nimis hebetes nō nisi de externorum & corruptibilium intuitu censurā faciunt, spiritualia visus organa ex nova creatura recipiat: his facilè agnoscet totius mundi tàm creati, quàm regenerati unum solummodo esse authorem, unum rerum omnium opificem & effectorem, unum principium, unum ens primum, quod à natura nunquā separatur, sed ipsam potiùs à corruptione & labe repurgat, revivificat, in pristinam perfectionis libertatem vindicat. Noli autē mirari, quod res morti subjectæ, veteris creaturæ formam exuant, & quasi in nihilum reduci videantur. Est enim mors vitæ principium: verusq; tantùm sive Adamicum corpus moritur: Spiritus autem novæ recreaturæ, novum sibi fabricat corpus multò nobilius & glorioſius veteri. Quod enim seminatur, non vivificatur, priusquam moriatur. Seminatur autem

in cor-

in corruptione, & resurgit in incorruptione : seminatur in ignobilitate,& resurgit in gloria : seminatur in infirmitate, & resurgit in virtute 1.Cor.15. Et hæc quidem omnia teste Hermete in Smaragdina tabula,fiunt ab uno meditatione unius.Idem enim Deus, qui dixit,*morte morieris* dixit quoque *salvus eris*. Mors igitur & vita per idem Dei Verbum efficacem obtinuerunt operandi vim & potestatem. Essentiale enim est quodvis verbum, ex ore Dei procedens. Nec est spiritus sive halitus vanus & evanescens, ut multi ignari ac impij ex incredulitate sua in hac pernitiosissima sunt opinione. Verba mea,inquit ipse Christus Salvator noster, sunt spiritus & vita, hoc est, novæ creaturæ semen substantificum & essentiale : & qui in hoc credit, salvus est, & essentialiter cum Christo unitur ac conglutinatur,ita ut caput & membra, hoc est, Christus & Ecclesia sint duo in carne una. Qui autem non credit,manet in peccato: & quia stipendium peccati mors est, per Verbum jam omnis incredulus judicatus condemnatur,& morte moritur æterna. Sicut igitur hominis salus pendet à sola cognitione Christi,& vera in eundem fide,utpote qui unicus est & solus microcosmi Salvator: sic vero Philosopho summè necessaria est cognitio macrocosmici Salvatoris: qui cœlum est Philosophorum sive verbum regenerationis, quod non nisi unum solum per totum mundum diffusum, ubique in omnibus rebus, in corporibus animalium,hominum, brutorum, plantarum,arborum, fruticum,metallorum, mineralium, & lapidum reperitur. Hoc unum ergò si semel cognoveris, ac intus in arcanum & intimum cordis scrinium abscondideris,secretò illud ac tutò tecum portare quovis gentium poteris, sive per mare, sive per terram sive per saxa,per ignes iter facere libuerit.

HERMES.

Custodi igitur argentum vivum, quod sit in intimis thalamis,in quibus coagulatum est. Ipsum enim est argentum vivum,quod dicitur de terra residua.

SCHOLIUM.

Argentum vivum esse primam materiam sive primum ens omnium metallorum,apud Philosophos Chymicos sat constat. Sed cave existimes id esse argentum vulgare, vel mercurium vulgi, quem lythargyrum quoque nominant. Argentum quidem est,sed non vulgare. Vulgare enim mortuum, & ad opus physicum per se minus aptum : sed vivum est, Philosophicum, hoc est, arte coadjuvante natura ritè præparatum. Mercurius est, non vulgi,sed Philosophorum,igneus,vitalis, currens,qui miscetur omnibus corporibus, & rursus ab iisdem separatur. Locus, in quo generatur argentum vivum, indicatur his verbis: fit inquit author,*in*

thor, *in intimis thalamis, in quibus coagulatum est.* Philosophorum aliàs tritum est, quod iis in locis, ubi crescunt metalla, nulla reperiantur metalla.

Inventu igitur erit locus eò difficilior, quò abstrusior est in mineris terræ absconditus. Sed hîc distinctionem notabis inter mineras metallicas vulgares, & mineras Philosophicas occultas. In illis reperiuntur, sed non crescunt: in his verò crescunt, & non reperiuntur. Lege de his œconomiam mineralem Paracelsi, qui fusè illîc tractat hujus differentiæ causam: Hoc ipsum argentum vivum de terra Philosophica residuum, si rectè noveris, accuratè custodiendum erit. Si fortè metus est, ne diuturnitate temporis vitium contrahat: exemplum imitari poteris Romanæ Ecclesiæ: in qua umbilici infantum aduruntur in cineres, ut diu ad diem videlicet usque cinerum, qui Mercurii dies est, Gallicè des cendres, conservari queant. Si pari modo argentum tuum vivum vi ignis combusseris, ac in cinerem converteris, edacitati temporis magis resistet, & in infinitos conservabitur annos. Dignum certè, ut diligenter custodiatur. Est enim thesaurus incomparabilis, & res auro ipso preciosior: Unde etiam auro longè antefertur à Philosophis. Aurum enim in Ros. Philosophorum fingitur ita mercurium compellare: An, inquit, præfers te mihi, & ego sum Dominus lapidum expectans ignem. Dicit ei mercurius: Utique, sed ego genui te, & ex me natus es: & ego sum secretum totum, & in me occultatur scientia: quia converto omnia corpora in Solem & Lunam, cum natura mea talis sit, quod durum mollifico, & molle induro.

HERMES.

Qui igitur verba mea nunc audit, ipse ab eo inquirat, qui nullius malefactoris opus justificat, & nullum benefactorem præmiis privat: Quia omne quod celatum fuerat de hac scientia detexi, maximum arcanum & scientiam intellectum habentibus patefeci.

SCHOLIUM.

PHilosophorum sermo parabolis, ænigmatibus & mille troporum involucris tectus, non prima statim fronte cuivis patere debet. Neque etiam omnibus conveniunt omnia. Causa autem obscurioris dictionis in Chymicorum scriptis, partim suprà explicata est, partim in sequentibus explicabitur. Sin verò quis diuturnioris meditationis ac inquisitionis impatiens, expeditiorem viam ex hoc Chymico labyrintho evadendi desideret: en fidele authoris consilium, qui jubet à Deo sensum suorum verborum petere. DEus enim in privatis impiorum consiliis haud quaquam conveniet: nec vicissim piis & cordatis viris sua denegat præmia.

Fugere autem mala, & bona sectari, decet verum artis discipulum, ab ejusmodi pietatis armis qui instructus & probè munitus fuerit; intrepide ad hoc sacrum accedere potest studium, & sine dubio voti compos fiet.

Nam tantùm sacris hæc sacra nosse datum est.

In malevolam autem animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore peccatis subdito. Sap. 1. Ac quamvis author multa de nobilissimo arcano dixerit, & nihil intermiserit de his omnibus, quæ scitu in hac scientia sunt necessaria: tamen palàm fatetur, hoc tantum revelatum esse mysterium intelligenti. Ex quo sequitur, eos qui fatuo & tardo sunt ingenio & animo malitioso, ab hoc arcano penitùs excludi. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, Sap. 1. 6.

HERMES.

Scitote ergo rumoris inquisitores, & sapientiæ filij, quod vultur super montem existens, clamat voce magna: Ego sum albus nigri, & rubeus albi, & citrinus rubei, & certè verídicus sum. Et scitote, quod caput artis est corvus, qui in nigredine noctis, & claritate diei volat sine alis. Ex amaritudine in gutture existente, coloratio accipitur: à suo verò corpore rubor exiit, & de suo dorso mera aqua accipitur.

SCHOLIUM.

Quare studiosi Chymiæ, ab Hermete appellentur *rumoris inquisitores*, videtur ideò fieri: quod utramq; famæ fortunam, bonam & malam, laudem & vituperium experta sit alchymia: utpote de qua varij per totum terrarum orbem sparguntur rumores. Sunt enim qui laudibus eam in cœlum usque extollunt, nullamque artem generi humano utiliorem post SS. Theologiam prædicant: Alijs rursus eandem à Plutone inventam, & ab inferis in humani generi perniciem productam, impiè blasphemare non erubescunt: & propterea non tantùm artem abrogandam, sed simul etiam artifices è medio nefandè & crudeliter tollendos esse contendunt: immemores videlicet hujus, quod quodam in loco Poëta canit:

Inscius, quæ non capit, ea carpit:
Doctus at mysteria tanta ridet.
Ambo sic pergant: fatuus sed unus
Invidus alter.

Et sic ars innocentissima, per ora hominũ passim volitans, culpatur ab his, laudatur ab illis; adeò ut famosissima meritò dici, ejusque discipuli rumoris sive famæ, vel famosæ artis indagatores non ineptè appellari mereantur. Mons autem Philosophorum,

super

ſuper quem vultur ſedet, ſummæ eſt altitudinis, & in ima parte muro fortiſſimo igneo undiquaque cinctus & probè munitus, non habet niſi unicum oſtium, per quod intrare & exire licet artifici. In hoc montis limine ſitus eſt Draco pervigil, nomine παντώφθαλμος. Nam in utraq; corporis parte antica & poſtica plenus eſt oculorum, & partim clauſis, partim apertis dormit oculis, adeò intentus eſt aſſiduis vigiliis in cuſtodiendo montis oſtio, ne forte indignus ingrediatur, & illotis manibus aſcendat ad culmen ſive ſummum faſtigium, cui impoſitus eſt lapis Philoſophorum, qui ſi ſemel auferatur à quopiam, in unius horæ momento ſtatim ſuccreſcit alius: ita ut in duodecim horis, vel die uno duodecies lapidem multiplicatum decerpere liceat. Sed impoſſibile eſt quempiam per hoc oſtium intrare poſſe, niſi Draco, clauſis oculis omnibus, ſuavi & placido ſopore correptus penitus indormiſcat. Hoc opus, hic labor eſt, invenire ſcilicet modum ſive remedium aliquod, quo beſtia iſta circumventa, in tam profundum incidat ſomnum, ne ante juſtum tempus è ſomnis excitata, artifici intranti, & de monte rurſus deſcendenti, & per oſtium exire volenti noceat, & præſentiſſimo ſuo veneno, quod in poſtrema caudæ parte abſconditum geſtat, miſerè hominem enecet, omnemq; theſaurum acquiſitum hactenus montis poſſeſſoribus ſive inquilinis reſtituat. Triplicia igitur medicamenta ad hunc aſſequendum ſcopum imprimis neceſſaria videntur. Primùm præparandæ ſunt arte Chymica pilulæ mercuriales ex argento vivo crudo & aloëpatica Chymicè præparatis & depuratis, quibus adde in parva quantitate extractum abſynthij & extractum centaurij ad amaritudinem in ipſis augendam: f, maſſa pilularum: ex qua formentur pilulæ: numero 4. ad magnitudinem globuli plumbei bombardici, crucigeri monetarij rotunditatem æquantis: deaurentur, ne illarum interno amarore in lingva aut gutture percepto, Draco præ nauſea modò deglutitum pharmacum rurſus evomere cogatur. Si igitur ad montem accedere animus fuerit, unam pilularum geſtabis manu aperta adverſus Solis lumen, quo irradiata, auri inſtar Ungarici optimi ſplendeſcere incipiet, & radiorum ſuorum reflexione excitabit beſtiam, quæ decepta aureo illo ſplendore pilulam, quam pomum aureum ex horto Heſperidum ablatum eſſe opinabitur, mox deglutiendam affectabit. Quod ſi animadvertes, ſine mora in terram projicies pilulam, quam adhuc inter cadendum avidiſſimè excipiet, & devorabit beſtia: ſed cave ne fortè propius ad illam accedens in manu, vel alia corporis parte damnum capias. Prima devorata, ei quoque porriges ſecundam, tertiam & quartam: donec aſſumtis omnibus, amaror pilularum cum acutiſſimo Mercurij veneno, ſenſim à ventriculo ſurſum aſcendendo guttur & fauces occupet, & ingentes ibi dolores cum rubore & tu-

more, variisque aliis symptomatis excitet, ita ut bestia præ nimio angore & squalore, in omnibus membris sentiat summam lassitudinem & debilitatem. In tali imbecillitatis angustia constitutus Draco, summoperè desiderabit corroborari electuario quodam refectivo. In quo casu nullum occurret præstantius remedium, quàm electuarium confectum ex croco Martis, & foliis auri cum extracto rosarum rubrarũ, & tantillo spiritus vitrioli, ad aciditatis suavitatem conciliandam. Ex hoc electuario tres finges bolos satis grandes, pro bestiæ faucium capacitate, quos ipsi præbebis ingerendos: primo deglutito, dabis & reliquos duos, & statim paulò melius habebit. Quia tamen ex continuis ejusmodi vigiliis adeò exhaustæ sunt vires, ut, nisi per quietem arte comparatam reparentur, vix ad integram redire possit valetudinem; accedendum igitur erit ad tertium & ultimum remedium, quod est aqua in hunc modum destillata. R. florum ros. rubr. borrag. bugl. nenupharis, sem. papaveris & hyoscyami, addendo parùm opij, à suo fœtore & venenata qualitate repurgati. Incidendis incisis, & terendis tritis, fiat maceratio sive digestio in rore Solis per triduũ aut quatriduum in loco tepido: postea inde destillabis aquam, cujus facultas erit confortandi cor, & suadendi somnum. Nam si de ea hauserit uncias duodecim, quæ faciunt libram unam, tam profundissimum subitò incurret somnum, ut per diem & noctem integram continuo somno oppressus requiescat: nec nisi maximo excitato strepitu expergefiat. Interea temporis tutus erit & liber introitus per ostium montis, & omnis periculi vacuus. In quem si intraveris, ibi commorari pro tuo arbitrio poteris, quamdiu voles: Et singulis horis novum tibi lapidem majoribus auctum viribus comparabis. Sed post ingressum, ascendendo montem, vultur sive corvus tibi monstrabit iter, quo sit eundum.

Ac quamvis hic tantum unius corvi fiat mentio: tamen tres in hoc Philosophorum monte tibi occurrent. Niger, qui caput est artis: albus, qui medium, & rubeus, qui finem rerum omnium imponit. Ultimus enim appetitus naturæ est in rubedine nostra. Neque mireris, quod tot colorum differentias sive varietates in corvis statuamus, licet non nisi nigri vulgò sint noti. Fateor equidem, nigros esse vulgatissimos: post hos tamen non rarò his meis oculis vidi etiam albos, in aulis principum & Regum, ut Dresdæ in Misnia in Electoris imperialis horto, & alibi. Tandem verò rarissimi sunt rubei corvi, quorum non nisi duos memini me vidisse in magna ista Regis nostri Christianissima cavea, quæ extructa habetur in horto regio apud pagum quendam, quem fontem bellum, vulgò *Fonteinebleau* vocant: quanquam & hi non omninò rubei, sed variegati rubris plumis tantùm erant. Toti verò rubei, ut dixi, rarissimè se dant in conspectum hominum, nec, ut

ingenuè

ingenuè fatear veritatem, à me hactenus, nisi fortè me inscio, conspecti fuerunt unquam. Eos tamen verissimè existere, testimonio virorum fide digniſſimorum non solùm probare possum, sed id etiam dictitat ipsa ratio. Hi igitur tres corvi, ut & antea prænonui, tibi præmonstrabunt viam voce sive clamore suo. Sed voces illorum tàm subtiles & delicatæ sunt, ut non sensibus externis, sed internis potius & mentalibus verè percipiantur. De his lege Psſ. 19. Ubi scriptum est: Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces. In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Primus equidem ex amaritudine in gutture suo existente, rauca & inconcinna voce sua aditum tibi parabit ad album. Hic verò suaviori edito vocis sono promovebit te ad summum & ultimum rubeum, qui angelico suo & suaviſſimo cantu, omnes canoras avicularum, luscinіarum, & cygnorum voces facilè superante, te amicè excipiet, & harmonia dulciſſima te ad laudem ac gloriam DEI canendum excitabit, præcantando: *Mirabilis Deus in operibus suis*: & tu respondebis: *Pleni sunt cæli & terra majestatis gloriæ ejus*. Et postquam gratias egeris summo, maximo, & omnipotenti DEO in pace reverteris ad tuos, ne è somnis resuscitato Dracone fortè periculum sit in mora.

HERMES.

INtelligite ergo & donum Dei accipite, & ab omnibus insipientibus celate. De cavernis metallorum occultus est, qui lapis est venerabilis, colore splendidus, mens sublimis, & mare patens. Ecce vobis exposui Deo gratias agite, qui hanc scientiam vos docuit: Gratos enim diligit.

SCHOLIUM.

FRequenter admonet author suos discipulos, ut hoc singulare DEI donum debita reverentia agnoscant, & omnes fatuos ac insipientes ab eodem abigant, & excludant. Enarrat prætereà lapidis quasdam proprietates, eumque occultum nominat, hoc est, paucis cognitum: venerabilem, hoc est, in summo precio habendum: colore splendidum, hoc est, rubicundiſſimum. Est enim rubedo ultimæ perfectionis certiſſimum signum. Mentem sublimem, id est, spiritum sublimatum & exaltatum. Mare patens, id est, aquam mercurialem perennem, fixam, & in igne permanentem. Has omnes proprietates in se continet lapis, quas ante ipsius confectionem, nemo tam exactè scire potest: sed tum demum erumpunt, cum præparatus existit: non secus ac in arbore pyro ignoratur, quales protrusura sit fructus, donec tandem oculis tuis manifestò videris, ipsam produxiſſe pyra, non poma, non pruna, non cerasa, nec alterius generis fructus. Quia igitur Hermes proprio

experimento omnes istas vires & proprietates in lapide cognovit, illas quoque docendo, liberaliter communicat suis discipulis, ad quos nondum pervenit experientia, ut & hinc aliquid utilitatis & emolumenti percipiant. Non autem pro fideli hac institutione sibi, sed Deo vult gloriam & laudem tribui. Deo, inquit, gratias agite, qui hanc scientiam vos docuit. *Hermes plantat: Paracelsus rigat: Deus autem dat benedictionem & incrementum.* Huic igitur soli grates immortales persolvendæ sunt pro omnibus rebus. Gratos enim diligit: Estque gratiarum actio ad plus dandum invitatio.

HERMES.

Ponite igitur eum in humido igne, & coquere facite, qui humoris calorem augmentat, & incombustionis siccitatem necat, donec appareat radix: deinde rubedinem, & partem legem ab ipso extrahite, quousq; tertia pars remaneat.

SCHOLIUM.

Concoctionis tres species sunt: Prima fit à calore externo igneo in humido, & dicitur elixatio. Secunda perficitur à calore externo in sicco, & uno verbo vocatur assatio. Tertia autem fit ab interno calore naturali in humido, & dicitur Græcis πέπανσις. Quæritur nunc, de quanam specie hîc loquatur author, num de prima, an de tertia: quia utraque fit à calore in humido. Sed differentia tantum est observanda inter utramque, quod prior fiat à calore externo igneo: tertia verò à calore interno naturali. Si res meo staret suffragio, utramque sanè speciem tàm primam quàm tertiam ad opus hoc admittendam statuerem. Est enim natura internum generationis principium: non tamen operatur, priusquam accedat externum aliquod adminiculum, quod excitet illud internum. Ergo calor hac in arte adhibendus duplex est: Externus, qui excitat: Internus, qui perficit: juxta hos versiculos:

Naturam in primis imitabere in arte magister.
Hanc massam exterior tantùm calor excitat ignis:
Æthereo interior, sed perficit omnia fotu.

Quos ita in Gallicam nostram transferre placuit.

Ouurier sur tout aye cure,
Que l'art imite nature.
L'externe feu de charbon
Rendla matiere alteree:
Mais l'interne & l'atheree
Font son ouurage bon.

Uterque tamen in humido fieri debet. Omnis enim generatio naturaliter fit in calido humido, quod Hermes vocat ignem humidum: quasi diceret; dupliçem ignis çalorem, externum & internum hîc

num hîc adhiberi volo. Videmus enim ex quotidiana experientia, quod Solis calore poſt fœcundam pluviam ſuperveniente, herbæ, & omnis generis arbores, & fruges magis magisque ad generationem prolectentur, quæ alias tempore arido, & Sirio campos nimis exurente, tanquam exuccæ & exangues ſterileſcunt. Lapidem itaque hoc duplici coquendum calore, vult Hermes: in quo augmentatur, hoc eſt, in ultimam maturitatis perfectionem exaltatur, & tamdiu hoc ignis genere continuè conſervatur, donec apparet radix, h. e. ſemen metallorum. Compertum enim habemus in omnibus plantis ferè & arboribus, quod poſt revolutum generationis terminum, tandem proferant ſemen, tanquam ſpeciei ſuæ propagandæ & conſervandæ præcipuum authorem. Eundem proceſſum obtinet quoque Natura in procreandis metallis, quæ poſt abſolutam omnium generationem, tandem arte adjuvante, etiam producit ipſorum ſemen, quod ſolum verus eſt Philoſophorum Mercurius, in quem omnia metalla reſolvuntur, priuſquam mutua invicem unius in aliud fiat transmutatio: Juxta illud Ariſtotelis, Metor. cap 4. ubi inquit: Impoſſibile eſt unam ſpeciem metallorum in aliam transmutari poſſe, niſi prius reducantur in ſuam primam materiam. Errant igitur omnes, quicunque metalla in Mercurium crudum, & non in radicem, ut Hermes ait, ſive in ſemen ſuum, quod primum & ultimum vivens in metallis eſt, ut cor in animalibus, reducere conantur. Natura enim ſemper progreditur: nunquam autem retrogreditur. Sicut enim Sol curſu ſuo circulari, ab una cœli plaga orientali ad alteram occiduam progreditur: non autem, niſi miraculosè, retrogreditur: ſic quoque de omnium rerum generatione judicandum erit. Quod author inſuper his confirmare verbis videtur: *Deinde*, inquit, *rubedinem & partem levem ab ipſo extrahito, quouſq; tertia pars remanet* De rubedine & ternario numero ſuperius abundè ſatis dictum eſt, adeò ut non neceſſum ſit, eadem toties repetere.

HERMES.

Filii ſapientum, Philoſophi hac de cauſa invidi dicti ſunt, non quod invideant moratis, nec religioſis, nec legitimis, aut ſapientibus; verum ignaris, vitioſis, lege & benignitate carentibus, ne mali potentes fiant ad peccata perpetranda, & inde Philoſophi ſint Deo reddituri rationem. Nam omnes mali indigni ſunt ſapientia.

SCHOLIUM.

PRæoccupat hîc author quorundam objectionem, qui Philoſophos accuſant invidiæ: ab hoc igitur crimine ut eos liberet, differentiam ponit inter eos, quibus invideant, & quibus non invideant. Non invident, inquit, moratis & religioſis, nec legitimis,

aut ſapientibus. Cur enim his inviderent, cùm horum propria ſit ſcientia. Nulla autem eſt ſcientia vera & bona, niſi quæ à Deo inſpirata ſit, uti ſuprà copiosè demonſtratum eſt. Deo verò quicunque invidentia ſua reſiſtere conabitur, inanem ludet operam. Nã Theodidactus non uſque adeò magnificat humanã inſtitutionem: alium magiſtrum is agnoſcit longè ſuperiorem & doctiorem, quàm ſunt pulverulenti iſti hypodidaſcali: utcunque ipſi clamitent contra nos & noſtram doctrinam. Novimus enim illorum cavillationes, dum ſe mirari inquiunt, quod & nos ad honorum & dignitatum gradus ſuſcipiendos admittamur, cum vix unum atque alterum verbum latinè proloqui poſſimus. Quaſi verò artium & ſcientiarum dignitas pendeat à latinitate, & nemo doctus haberi debeat, niſi qui latini ſermonis puritatem & elegantiam ad ungvem calleat. O miſeri cenſores veſtram quidem gloriam in eo quæritis, ut quicquid tentatis dicere, id purè, terſè, eleganter, ornatè, præclarè, ritè, ſcitè, politè, juſtè, venuſtè, gnaviter & graviter dicatis. Sed hoc de vobis olim prædixit Eſaias cap. 31. inquiens: Ubi eſt literatus? Ubi legis verba ponderans? Ubi Doctor parvulorum? populum impudentem non videbis, populum alti ſermonis, ita ut non poſſis intelligere diſertitudinem lingvæ ejus: in quo nulla ſapientia. Hactenus ille. Solliciti enim magis eſtis de cortice, quàm de medulla rerum, & ſic umbram præfertis eſſentiæ, fluxile & momentaneũ ſtabili & ſempiterno. Nos autem magis delectamur veritatis doctrina, quæ cum Chriſti, qui veritas ipſe eſt, & Naturæ legibus eſſentialiter ſive realiter, non autem tantum verbaliter ſive literaliter, ut ita loquar, conveniat. Hanc ut aſſequamur, ſummis viribus contendimus, nihil morantes, in quacunque id fiat lingva: ſive illa fuerit Hebraica, Chaldaica, Syriaca, ſive Græca, Gallica, Italica, perinde nobis erit. Sufficit enim nobis rem, ut eſt, perfectè & exactè tenere: vobis lubenter relinquimus ſuperficialem illam & externam verborum pompam. Ex qua quid tandem reportetis, exitus palàm docet. Quia enim fumum venditis, fumus quoque ſive peſſimus oris halitus & lingva glorioſa, petulans & ſuperba, veſtrum plerosque peſſundat. Sed aliis Latinæ lingvæ peritioribus me, hanc ventilandi partem relinquam, ne rudior Latiniſmi, ceu vulpecula iſta Æſopica, cui abſciſſa erat cauda, aliis quoque hanc lingvam deſerendam ſuadere videar. Diximus itaque, quibus Philoſophi ſcientiam ſuam ſacratiſſimam non invideant, nempe iis, qui ſunt moribus probatis exculti, fide & pietate præſtantes, & genuinæ ſapientiæ filii. Cæteris autem ignaris, vitioſis, lege & benignitate carentibus jure ſummo invident. His enim ſi communicarent artem, quid quæſo aliud agerent, quam ut furioſo committerent gladium, & laſcivam juvenculam aut meretriculam præficerent gynæceo. Annon hoc

pacto

pacto peccandi occasio, quam author suprà arripiendam seriò prohibet, daretur amplissima? Ergò ne tale quid accidat, & ne Philosophi de his omnibus cogantur DEO rationem reddere, nulla arte hoc malum præcaveri posse judicârunt, quàm ut secreta sua intra taciturnitatis cancellos tutò reservarent, ac nemini quicquam de his, nisi probis & dignis, revelarent. Mali enim indigni sunt sapientia.

HERMES.

SCitote, quod hunc lapidem nomine ☿oco: nam ipsum fœminam magnesiæ nuncuparunt, si☿e gallinam, si☿e sali☿am candidam, lac ☿olatilium, & cinerem incombustum, ut ab insipientibus, intellectu, lege, benignitateq; carentibus, celent ipsum, quem tamen sapientibus uno noto nomine nomina☿i, qui est lapis sapientum. Conser☿a igitur in eo mare, ignem & cæli ☿olatile ad momentum exitus. Deprecor autem ☿os omnes filios Philosophorum, per nostrum benefactorem, donantem ☿obis sua gratia decorem, ut nemini fatuo, ignaro, aut cuiquam inepto hujus nomen pandatis.

SCHOLIUM.

TRria hîc agit potissimùm author: Primo recenset varia & multa lapidis nomina, è quibus unum sapientibus tantum cognitum, sufficere non obscurè innuit. Quale autem istud sit, in superioribus satis superque explicatum fuit. Deinde bis hortatur filios sapientum, ne indignos, avaros, illiberales, fatuos, ignaros & ineptos in scientiæ sacrarium introire permittant. Tertiò & ultimò docet, in lapide conservandum esse mare, ignem & cœli volatile ad momentum exitus. Per mare intelligit humiditatẽ Mercurij. Nulla enim generatio fit in sicco, sed in humido, ut paulò suprà notavimus. Ergò in forma liquida Mercurius conservandus erit, citrà tamen sui corruptionem. Res enim duræ, inquit Raymundus Lullius, virtutem cœlestem non recipiunt, nec cœlo obediunt: quemadmodum in durum lapidem figuram suam non imprimit sigillum, sed in mollem ceram: ita materia nostra per mollitiem vel raritatem fit habilis ad recipiendum influxum corporum superiorum. Et per consequens hoc ipso medio obedire cogitur motui solis. Hactenus ille. Per ignem autem & cœli volatile intelligitur duplex ignis: externus & internus: qui uterque usque ad finem operis continuò fovendus, & conservandus erit, juxta illud Augurelli Poëtæ Chymici.

Hîc igitur ne qua tepidum summo☿eris ignem:
Et genitalem intus ☿im ☿i subeunte mo☿eto:
Ales ut assiduo tepidis superincubat o☿is.
Nascendisque adhibet pullis intenta ☿igorem.

Quem tu continuò morem ſervare memento
Hanc ut dum Phœbi circum ſe verterit orbis.
At ſi deſiſtas, quo vis intermoriatur
Ignea, continuò quæ fœtum fomite paſcit,
Nil agit & ſubitò cum primis deſinet ignis
Cuncta ruent, quæ non ulla repara veris arte
Amplius, ac fruſtrà tentes fulcire ruinam.

HERMES.

NEmo quicquam mihi tribuit, cui non reddiderim, quod ipſe dederit, nec ipſum honorare deſtiti, & in hunc optimam poſui ſignificationem.

SCHOLIUM.

HIs paucis tractat Hermes de nota quadam veri filii doctrinæ: ipſa autem eſt liberalitas, quam ſi in quopiam advertit, ſtatim bonam de eo concipit ſpem: & per legem talionis, ipſe ex liberali quoque animo benignè reddit omnia, quibus ab ipſo antea affectus erat. Præterea eundem quoque debito ſuo honore non privat, ſed amanter colit, & reverenter habet. Hoc enim maximè decet verum & ſincerum Philoſophum, qui quò fuerit humanior, eò doctior quoque prædicabitur, & majorem etiam laudem apud omnes merebitur.

HERMES.

FIli, hic lapis eſt celatus multorum colorum, natusque in uno colore: cognoſcite illum & celate. Omnipotente concedente, morbum maximum, triſtitiam, omne nocumentum, & angustiam eo evadetis, de tenebris ad lucem, de deſerto ad habitaculum, & de angustia ad dilationem ipſius auxilio venietis.

SCHOLIUM.

DE tribus præcipuis lapidis coloribus dictum eſt ſupra. Sed author hic plurium adhuc aliorum mentionem facit, è quibus tamen omnibus unum tantùm cognoſcendum, eumque cognitum celandum præcipit. Quis iſte unicus ſit, facilè colligitur eſſe rubicundus. Quò enim res precioſior & præſtabilior, eò citiùs etiã in electionem venit. Rubicundus autẽ color cæteris omnibus laudis & præſtantiæ palmam facilè præripit, adeò ut nihil eò nobilius ac perfectius ſub Sole excogitari poſſit. Quem ſi adeptus fueris, juxta authoris monitum celabis. Denique enarrat Hermes eximias dotes atque virtutes lapidis, quibus frui poterit omnis, qui illo, concedente DEO omnipotente potitus fuerit.

Summum enim ait eſſe præſervativum adverſus quoſcunque corporis graviſſimos affectus: triſtitiam pellit, non ſecus ac medicamen-

dicamentum illud apud Homerum, quod Nepenthes dicitur, quo usa fuit Helena ad animi mœrorem excutiendum, & hilaritatem ac lætitiam inducendam. Rerum jacturam & commoda resarcit, & ab omnibus ærumnis & adversitatibus promptè liberat. Evehit præterea possessores de loco obscuro ad dignitates & honores maximos. Desperatos, & hinc inde in orbe circumvagantes solatur, ac patriis restituit laribus, eosque ex rebus adversis, omnique calamitatum genere ereptos, tam felici beat sorte, ut posthac in tranquillitate & pace totius vitæ curriculum, ex animi voto transigant.

CAPITULUM SECUNDUM.

HERMES.

Fili mi, ante omnia moneo te Deum timere, in quo est nisus tua dispositionis, & adunatio cujuslibet sequestrati.

SCHOLIUM.

VUlgò notum est, Philosophiam nihil esse aliud, quàm studium sapientiæ. In hoc autem studio, qui laudabiles facere cupit progressus, ante omnia in timore DEI se exerceat necesse est. Sapientiæ enim initium est timor Domini, us Sapiens inquit: cui astipulatur idem Hermes lib. de pietate & Philosophia, inquiens: Qui pius est, summè philosophatur: & sine Philosophia summè pium esse est impossibile. Sed non loquitur de spuria ista gentilium Philosophia, quæ nugarum tantum anilium & falsitatum horreum est plenissimum.

Miror vos Academicos modernos, quod in ipsa Christianismi luce, tanta oculorum caligine & suffusione capti non videtis miserandam illam cladem, quæ promanat ex illa Ethnica Philosophia, quam nihilominus tamen publicè profiteri non erubescitis. Cum enim in fidem vestram DEUS commiserit tenellas juventutis plantulas, hortumque veritatis vobis aperuerit amplissimum, in quo illas omnis generis salutaribus & utilibus præceptis fovere & educare debebatis, vos neglecta DEI benignitate, in gentilium idololatrarum & mendacium hominum castra impudentissimè transfugistis, sic & vobiscum hunc immerentem juventutis florē simul seduxistis, & adhuc indies seducitis. Quod si horti hujus fortassis ignorantiā prætendatis, id supinæ ignaviæ vestræ, negligentiæq; evidens argumentū est: siquidem is non longe abest, sed tàm in vobis, quàm ante & circa vos plantatus existit. Ut igitur posthac inexcusabiles sitis: ecce hortus iste est Christus Jesus,

Deus

Deus & homo: vel si mavultis: hortus iste est in Christo unitus, aliàs tripartitus existit, & sic est vel Biblicus, vel Macrocosmicus, vel Microcosmicus: ita tamen ut neque tripartitus absque unito, neq; unitus absque tripartito intelligi & perfectè cognosci queat. De hoc igitur horto recte cognoscendo paucis nunc philosophari constitutum est.

Primum itaque ut Christi Jesu naturam cognoscatis, scrutari debetis scripturam: hæc enim est, quæ de ipso testatur. Sed neq; vestrum rigare, neq; plantare in hoc biblico horto agnoscendo aliquid erit, nisi ipse Jesus Christus incrementum dederit, hoc est, vana & inanis erit industria vestra propria, qua conamini scripturam scrutari: ac quamvis totam scripturam ad ungvem memoriter recitare didiceritis, non tamen hæc scientia de Christo essentialis, sed tantum literalis erit. Cùm enim scriptura essentialiter cōsiderata, aliud nihil sit quàm ipsemet Christus Jesus, & vicissim Christus Jesus sit scriptura ipsa: tunc nemo poterit verū scripturæ sensum elicere, nisi legendo & scrutando, illam in & cum Christo Jesu essentialiter percipiat: ita ut non literam, quæ mortua est, & occidit, sed essentiam Christi, quæ sola vivificat, legat, hoc est, legendo ejus essentialiter particeps fiat. Hæc enim realis cognitio ingentes sapientiæ thesauros suppetit. Est enim in illa, ut Sap. 7. legimus, spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus, intelligibilis, mundus, subtilis. Si igitur nostri Academici Theologi pro mortua illa & literali, hanc vivificam & essentialem Christi agnitionem adipiscerentur: Deus bone, quanta inde utilitas miseræ & mox collapsuræ Ecclesiæ redundaret: non tot rixæ, tot discordiæ & variæ sectæ ubique locorum gliscerent: sed pax totius & concordia, quam spiritus sapientiæ incarnatæ, per proprietates illas modo à Sapiente enumeratas, operaretur, tàm inter doctores, quàm auditores abundè propagaretur, & constanter conservaretur. Commendo igitur hunc biblicum hortum inprimis Theologis. Sufficiet enim illis hunc diligenter & essentialiter, uti dictum est, excolere: nec opus erit aliunde accersere tot ac tam varia hominum commenta, in quibus plerunque propria magis quàm Dei gloria quæritur. Omnis enim scriptura teste D. Paulo 2. Timoth. 3. divinitus (non humanitus) inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne bonum instructus. Et hæc de horto biblico, qui est Christus Jesus, dixisse sufficiat. Nunc de horto microcosmico, qui est Christus Jesus, pauca in medium proferemus. Sicut enim de

Christo

Christo Jesu testatur scriptura, sic de Christo Deo testatur creatura sive magnus mundus: & de Christo homine, microcosmus sive parvus mundus, qui est homo. Hæc autem ad propositum nostrum, clarioris tantum doctrinæ causa ita distinguo, quamvis non ignorem, quemlibet hortum de qualibet natura in Christo testari. Si igitur Dei cognitionem in Christo habere cupis, ex macrocosmico horto eam tibi comparabis: non autē, priusquam lumen majoris mundi ex solius Dei gratia tibi ortum fuerit. Orto autem hoc lumine, mox cum Hermete Trismegisto exclamando fateberis: Deum esse invisibilem mundum, mundum verò esse visibilem Deum: & cum D. Paulo ad Rom. 11. Ex ipso: & per ipsum: & in ipso esse omnia. Idem Hermes lib. 11. ad Tatium: Deus, inquit, est universum: & in universo nihil est, quod non sit Deus. Unde neque magnitudo, neque locus, neque qualitas, neque figura, neque tempus circa Deum est. Universum enim est. Universum autem per omnia & circa omnia. Qui universum essentialiter cognoscere volet, is necessariò id cognoscet ex universo, per universum, & in universo. Quamprimum enim quis desertor universi factus fuerit, is non amplius versabitur in lumine, sed ab universo, quod est Deus & lumen Naturæ, in particularitatis tenebras, ex quibus nulla perfectionis salus unquam speranda, incidet. In hoc igitur universali macrocosmico horto agnoscendo excolendoque maximè laborare, & omnem suam operam impendere debebant omnes Physici, medici, astronomi, Chymici, & aliarum artium naturalium magistri. Invenient enim in eo omnis generis pulcherrimas & utilissimas scientiarum plantas, quibus professionem suam quilibet ornare & amplificare poterit: ita ut in postremum ab omni librorū de rebus Physicis scriptorum lectione facilè sint excusandi. Libri enim scripti similes sunt terræ petrosæ in quam semen projectum, continuò quidem exoritur, sed superveniente solis ardore æstuat, &, quia non habet radicem, arescit. In horto vero macrocosmico nostro, terra est optima, in quā si semen ceciderit, fructum dabit centuplum & millecuplum. Restat adhuc hortus tertius, nempe microcosmicus, qui est Christus homo: Hanc igitur tàm in Christo quàm in homine, ut cognoscamus, necesse erit nobis prius deponere carnem Adamicam, & induere novum hominem, sicut est ipse Chtistus, qui primogenitus inter filios Dei factus est. Jam autem in nostra potestate situm minimè est, ut exuamus veterem Adamicam creaturam. Sicut enim Hermete teste, terrena non agunt in cœlestia, sed cœlestia in terrena, ita homo Adamicus non potest in Christum agere: sed necesse est, ut Christus agat in hominem. Nulla autem fit generatio nova sine rei generandæ putrefactione vel mortificatione. Homo igitur ut de novo desuper regeneretur, cum Christo moriatur

necesse

necesse est, idque per agnitionem suorum peccatorum & seriam ac veram pœnitentiam: in qua simul cooperante Spiritu sancto per fidem veram in Christum, novæ creaturæ semen concipi tur, quod temporis progressu germina producit, & tandem fructus pœnitentia dignos abunde profert. Huius microcosmici horti cultores debent esse omnes liberalium artium & Jurisprudentiæ professores. Sicut enim Adam ante lapsum omnium artium cognitionem absque præceptore perfectè tenebat: eratque justus & perfectus: sic novæ creaturæ homo poterit post regenerationem in Christo, ex Christo, & per Christum omnium rerum artiumque scientiam, omnemque justitiam, æquitatem, & judicium rectum, sibi absque ullo magistro & absque ullo corpore & codice juris perfectè comparare. Hic enim solus est ille Dominus, qui dat sapientiam: & ex ore ejus prudentia & scientia. Prov. 2. Imò ille est ipsamet sapientia incarnata clamitans: & prudentia dans vocem suam: In summis excelsisque verticibus supra viā, in mediis semitis stans, juxta portas civitatis, in ipsis foribus loquitur, dicens: Veni dilecte mi in hortum meum, & comede fructum pomorum meorum. Veni in hortum meū, soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi favum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Dilecte mi, descende in hortum mèum ad areolam aromatum, ut pascaris in hortis, & lilia colligas: descende in hortum nucum, ut videas poma convallium, & inspicias, si floruerit vinea, & germinaverint poma punica. Proverb. 8. & Cant. 5. 6.

Sed quia, proh dolor, omnes omnium artium & facultatū magistri, hodie despicatui habent hunc saluberrimum & unicum omnium scientiarum hortum; qui est Christus Jesus, Deus & Homo: nec insuper eo, quo debebant, modo tripartitum istum hortum Biblicum, nempe, macrocosmicum, & microcosmicū vel minimo saltem digito attingunt: in duplicem sese calamitatem, unà cum omnibus suis discipulis turpiter conjiciunt: in apostasiam videlicet, & imperfectam donorum scientiarumq; adeptionem. Dum enim hoc veritatis horto relicto, flores scientiarum in conspurcatis & fœdatis gentilium agris colligere tentant, pro veritatis floribus, rosis & tritico, metunt mendaciorū spinas, tribulos, loliū & zizaniā: & sic transfugæ iniquissimi, debitas justasque persolvunt pœnas. Deus enim, ut D. Paulus loquitur, Ro. 1. trahit illos in desideria cordis eorum, utpote qui commutaverunt veritatem Dei in mendaciū. Et sicut non probant Christum Jesum pro vero omnium scientiarum horto habere: tradit illos Deus in reprobū sensum, ut faciant ea, quæ non conveniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, &c. Hi nimirum

mirum ſunt fructus apoſtaſiæ. Homo enim apoſtata, vir inutilis, graditur ore perverſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, & omni tempore jurgia ſeminat: huic extemplo veniet perditio ſua, & ſubitò cõteretur, nec habebit ultrà medicinam, Proverb. 6.

Et, ut D. Paulus addit, qui talia agunt, digni ſunt morte: & non ſolum, qui ea faciunt, ſed etiã, qui conſentiunt facientibus. Quotusquisque autem eſt Academicorum, qui poſtquam conſcientiã ſuam probè examinaverit, non hoc in catalogo inſcriptum ſe quoque inveniat. Optandum itaque eſſet, ut reſipiſcerent in tempore, ne deciperentur amplius per philoſophiam & inanem fallaciam ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Col. 2. Si igitur ſapere vultis, nolite amplius cõfidere in doctis ſapientiæ humanæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus & veritatis. Si autem quis veſtrum ſibi videatur ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens. Sapientia enim hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum. Scriptum eſt enim: Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum. Et iterum: Dominus novit cogitationes ſapientum, quoniam vanæ ſunt. Nemo itaque glorietur in hominibus. 1. Cor. 2. & 3. si verò perrexeritis ſectari gentilem iſtam ſive humanam & inanem Philoſophiam, non tantum nefarii Dei deſertores & apoſtatæ permanebitis, ſed inſuper etiã ſemper diſcentes, nunquam ad ſcientiam veritatis pervenietis. 2. Timoth. 3. Quæ enim perfectio ſperanda eſt ab ingenio humano, quod poſt lapsũ primi parentis tàm miſerè fœdatum & laceratum eſt, ut niſi deſuper à patre luminum rurſus illuminetur, per ſe nunquam ad perfectionem ullam reſpirare poſſit. Longè vos ſuperat Hermes, qui Philoſophiæ ſuæ originem deducit ab ipſo DEO rerum omnium authore. In pura igitur hujusmodi & ſincera Philoſophia Hermetica, quæ ab omni falſitatis lolio ſequeſtrata eſt, omne veſtrum ſtudium & operam ponatis: cùm hæc ſola alumnos ſuos ad majorem & ferventiorem pietatis cultum provocet: adeò ut nullum alium finem philoſophandi ſibi proponant, quàm ut ex pietatis veræ cultura Deum, naturam, & ſeipſos cognoſcant. Sapientia enim absque pietate vera eſt ſtultitia.

HERMES.

FIli quicquid audis, ratiocinare: Non enim te puto ratione priẽatum, nec inſipientem. Igitur meas exhortationes ſuſcipe, & meditare, & ſic cor tuum coapta, acſi exhortationum author eſſes. Cui enim natura calida eſt, ſi frigidus fiet, non ei nocebit: ſimiliter, qui rationalis eſt, claudat a ſe oſtium ignorantia, ne ſecurus decipiatur.

SCHO-

SCHOLION.

EX omnibus actionibus: quæ inconsulto quodam & temerario suscipiuntur impetu, rarò aut nunquam sperandus erit bonus & optatus eventus. Consilio verò & prudentia, si qua in re, in Chymia certè opus est: præsertim si cum magistris ipsis colloquiū fortè instituere volueris. Hi enim non contenti rationibus, rationum insuper rationes postulant: adeo rigoroso probationis hamo, omnem discipuli expiscantur angulum. At librorum solummodò lectioni deditus, si rem propositam ad rectæ rationis amussim & naturæ possibilitatem expenderis, salvus eris. Sin vero nudam tantùm literam spectaveris, tanquam rationis inops & imprudens decipieris. Audi igitur fideliter monentem authorem, cujus consilio nullam approbabis propositum priusquam id firmissimis rationum momentis probè munitum fuerit. Sed unde rationes & argumenta illa promenda sint, suprà in capitulo primo evidenter satis declaratum fuit. Si igitur his armis, tanquam lorica & fortissimo corporis munimento, indutus fueris, duplex tibi pectoris robur conciliabis, omnesque sophistarum ictus à quacunque parte imminentes, sine negotio avertes & declinabis. Quemadmodum enim nix cadens super lapidem ignitum, statim diffluit, & in vaporem resoluta evanescit, sic sumpto rationum clypeo, omnes hostiles sophismatum, in scriptis sapientum ubique occurrentium impetus propulsabis, & sic hostibus ignorantiæ propriis fugatis, victoriam tandem obtinebis glorioſissimam: & eos, quos tibi anteà inimicos putabas, in veram & sinceram, æternamque tibi devinctos amicitiam experieris.

HERMES.

FIli accipe volatile, volans submerge, & divide ipsum à sua rubigine, quæ ipsum interficit, extrahe & repelle ab ipso, ut fiat vivum, ac tibi respondeat non volando in regionibus, sed volans apertè contineat. Si enim extraxeris ab angustia post angustiam, & in diebus tibi notis ratione rexeris, conveniens comes tibi erit, & eris Dominus separans eo decoratus.

SCHOLION.

IN Chymia duo sunt principia, ex una radice orta, quæ lapidis subjectum, ab omnibus ferè declamantur Philosophis, videlicet argentum vivum, & sulphur: quorum illud volatile est & superius: hoc verò fixum & inferius: ex quorum conjunctione sæpius repetita, fit vera & Philosophica sublimatio ac fixio. Est enim fixio, cum corpus recipit spiritum tingentem, & aufert ejus volatilitatem, & fit per frequentem reiterationem, donec producatur cinis perpetuæ durationis, & totum in igne maneat. Est autem à principio

cipio operis, lapidis ſubſtantia, quæ per ſe fixiſſima, ſpiritibus non fixis, vel ut Philoſophi loquuntur, aquis ponticitatem habentibus, veluti aceto radicato, ac ſimilibus ſolvenda, ut fiat volatilis. Hac enim ratione aptior erit ad ſeparandam ejus rubiginem. Rubigo enim putredinis genus eſt in metallis, & certiſſimum imperfectionis ſignum.

Hæc igitur ab illis amovenda eſt per ſublimationem, totiesque illa reiteranda, donec volans à fixo retineri, viſui manifeſtum fiat. Non autem præcipitanter hîc procedendum erit, neque una ſtatim vice omnia peraguntur: ſed gutta poſt guttam paulatim extrahenda. Poſſit enim aliàs fieri, ut ex nimia feſtinatione vel vas frangatur, vel materia detrimenti quid capiat. Cum igitur teſte Salomone, Sap. 11. omnia Deus in menſura, & numero, & pondere diſpoſuerit; non oſcitanter prætereundi ſunt dies noti, ſcilicet philoſophis. Sapienter enim, inquit author, ſi ita diebus notis rexeris opus, conveniens tibi omne erit, & maxima inde honorum ornamenta tibi evenient: juxtà illud Poëtæ ſtellati ità canentis:

Proinde ſophi veteres ſubtili indagine quendam
Commenti lapidem, ſibi fida viatica cunctis
Permanſura locis, nunquam interitura pararunt.
Quo auxilio, varias terras, diverſaq; regna
Cernere, & à multis quàm plurima diſcere poſſent.

Et paulò poſt:

Quem qui habet, ille poteſt, ubi vult habitare decenter:
Nec fortuna iram metuit, nec brachia furum:
Sed paucos tanto dignantur munere divi.

HERMES.

Fili extrahe à radio umbram ſuam, & ſordidum, eo quod nebula ei ſupereminent, coinquinant, & à luce retinent, quia anguſtia, & ſua rubedine comburitur. Fili accipe hunc ruborem, aqua corruptum, quemadmodum ignis lator eſt cinis vivus, quem ſi ab eo ſemper auferes, quousque rubor tibi purificetur, fit tibi ſocietas, qua caleſcit, & in qua quieſcit.

SCHOLIUM.

QUemadmodum in Sole ambulantis corpus continuò ſequitur umbra, tanquam comes individua, ſic hermaphroditus noſter Adamicus, quamvis in forma maſculi appareat, ſemper tamen in corpore occultatam Evam ſive fœminam ſuam ſecum circumfert. Hæc vicem tenet patientis, ille agentis. Cum verò illa ob ſexus imbecillitatem, vel potius inſufficientem digeſtionem, impura adhûc & vitioſa, ac nativi ſplendoris perfectione orbata, ignis examen ſuſtinere nequit: non ſecus ac aquila ſpuria, quæ adverſus ſolem volans, ſplendorẽ ejus ferre nequit: Degeneres enim

lux arguit: idcirco omnes istæ dotes, quibus exuta & spoliata existit mulier, sunt ipsi per ignis vivi, hoc est, masculi beneficium reparandæ: rubedo polluta & maculata in pristinam claritatem, puritatem, & integritatem reducenda: & tantisper depurationis opus continuandum: donec fœmina masculi sui vim recipiens adeò roboretur, ut frigus calorem, & omnes externas injurias sustinere, nullumque non examen subire, & tranquillè tandem in naturali unitatis thoro cum viro gaudere & quiescere possit Sicuti enim Deus ab opere creationis quievit die septimo: qui dies apud Mosen appellatur Sabbatum, id est, dies quietis: ita Saturnus nostræ magnesiæ, ultimam manum imponit operi, & ab eo quoque die Philosophorum septimo quiescit. Non tamen quiescendo interim opus à se effectum planè deserit: sicut neque Deus à creaturis, post absolutum creationis opus, unquam recedit: sed quiescere tantùm dicitur uterque tàm Deus, quàm Saturnus noster, quod novam speciem præter illas, quas septem illis diebus alter creando, alter generando produxerat, amplius nullam superaddat. Siquidem, ut Deus omnem divinitatis suæ thesaurum, quem ab infinita seculorum æternitate, in se tanquam archetypo absconditum continuerat, septenario dierum numero complexus, illum nobis per admirandum hoc creationis artificium in suis creaturis manifestavit, & tàm perfectè ac graphicè repræsentavit: ut ne minima quidem nota sit in creatore, cujus non simulachrum aliquod inveniatur in creaturis: eodem modo Saturnus occultè corporum metallicorũ simulachra in se circumferens, per eundem septenarium dierum numerum tandem finito opere omnia corpora explicata in lucem profert. Quod autem otiosus neque Deus, neque Saturnus sit: manifestè demonstrat rerum omnium continuata hactenus multiplicatio: quæ absque Deo, & eodem Saturno, tanquam secundo à Deo rerum naturalium dispensatore & gubernatore, alias impotens & inefficax fatisceret. Magna autem vis & potestas, summumque secretum in hoc dierum septenario latet: ut qui magicè & ex interna sua anatomia, in partes suas sive membra resectus, repræsentat quodammodo universale quoddam & essentiale tàm Creatoris, quàm creaturæ nomen: ita ut unus septenarius omnem cæterorum numerorum vim ac virtutem plenariè complectatur. Componitur enim septenarius ex ternario & quaternario, quorũ characteres vulgò exprimuntur per 3. & 4. quasi dicas, ter quatuor, quæ faciunt duodecim: ita ut in idem recidant septenarius & duodenarius, qui simul per multiplicatum Naturæ artificium sumpti proferunt octuaginta quatuor: quorum Characteres sunt 8. & 4. qui duo numeri per simplicem additionem redeunt in suũ principium, nempe in duodenarium & septenarium. Octo enim & quatuor faciunt duodecim. Duodecim autẽ resolvuntur in ter

quatuor

quatuor: qui per characteres hosce 3. & 4 revertuntur in septenarium numerum. Ex qua conversione colligitur: eundem DEUM in creatione, eundemque Saturnum in rerum generatione, esse 7. 12. & 84. hoc est, principium, medium & finem: sive omnia in omnibus. Videmus præterea eundem septenarium, ex geminato ternario & simplici unitate duos illos ternarios invicē copulante constare. Saturni enim dies est ille unus, qui ex cæteris omnibus diebus, in unum quasi fasciculum collectis ac colligatis, diem quietis sive sabbatum producit: ita ut in generationum progressione nihil amplus præterquam unus ille dies septies numeratus reiteretur, & sic consequenter in infinitum usque per se ipsum multiplicetur. Observandum quoque est duplex horum ternariorum discrimen, quorum alius cœlestis, alius elementarius existit. Cœlestis refert tria principia pura & perfecta: Elementaris autem tria impura & imperfecta: quæ per unitatem copulativam in unum septenarium perfectum & omnibus numeris absolutum reducuntur: veluti videre est ex his circulis & planetarum characteribus: ooo-o-ooo, sive ♄♃♂-☉-♀☿☽ (ooo) Hi tres circuli primi referunt tria principia cœlestia (o) Circulus autem unicus medius, est unitas copulativa. (ooo) Tres ultimi sunt tria elementaria principia, quæ per medium circulum in unum, uti dictum est, coeunt. Johannes Dee Londinas Anglus, suam monadem hieroglyphicam in octonario demùm numero sabbatizare asserit: quæ opinio, si internam rei naturam & proprietatem probè pendamus, nobiscum minimè pugnat. Uterq; enim Sabbati dies, tam septenarius Saturni, quàm octonarius Solis invicē in essentia conveniunt. Sed hoc tantùm discriminis interest inter utrumque, quod sicut ceremoniæ & sacrificia veteris testamenti præfigurabant Christum, in Maria virgine, à sancto Spiritu concipiendum, incarnandum, nascendum, occidendum, sepeliendum, resuscitandum, & ad gloriam sive dexteram patris evehendum: nos autem in novo testamento jam Christum non amplius in figura sive typo, sed reipsa & actu agnoscimus conceptum, incarnatum, natum, occisum, sepultum, resuscitatum, & ad gloriam sive dextram patris sui evectum, & super omnes cælos exaltatum: sic Sabbathum Saturni per septimum diem indicat magnesiam nostram in terra philosophica seminandam, corrumpendam, digerendam, coagulandam, sublimandam, incerandam & figendam; Sabbathum verò solis per octavum diem eandem magnesiam jam seminatam, corruptam, digestam, coagulatam, sublimatam, inceratam & fixam, & insuper uno gradu altiùs, & suprà septimum Saturni cœlū exaltatam apertè commonstrat. Sic igitur sabbatizat nunc turba philosophica, & unusquisque manet apud semetipsum, nullusque egre-

Quem tu continuò morem ſervare memento
Hanc ut dum Phœbi circum ſe verterit orbis.
At ſi deſiſtas, quo vis intermoriatur
Ignea, continuò quæ fœtum fomite paſcit,
Nil agit & ſubitò cum primis deſinet ignis
Cuncta ruent, quæ non ulla repara veris arte
Amplius, ac fruſtrà tentes fulcire ruinam.

HERMES.

NEmo quicquam mihi tribuit, cui non reddiderim, quod ipſe dederit, nec ipſum honorare deſtiti, & in hunc optimam poſui ſignificationem.

SCHOLIUM.

HIs paucis tractat Hermes de nota quadam veri filii doctrinæ: ipſa autem eſt liberalitas, quam ſi in quopiam advertit, ſtatim bonam de eo concipit ſpem: & per legem talionis, ipſe ex liberali quoque animo benignè reddit omnia, quibus ab ipſo antea affectus erat. Præterea eundem quoque debito ſuo honore non privat, ſed amanter colit, & reverenter habet. Hoc enim maximè decet verum & ſincerum Philoſophum, qui quò fuerit humanior, eò doctior quoque prædicabitur, & majorem etiam laudem apud omnes merebitur.

HERMES.

FIli, hic lapis eſt celatus multorum colorum, natusque in uno colore: cognoſcite illum & celate. Omnipotente concedente, morbum maximum, triſtitiam, omne nocumentum, & angustiam eo evadetis, de tenebris ad lucem, de deſerto ad habitaculum, & de angustia ad dilationem ipſius auxilio venietis.

SCHOLIUM.

DE tribus præcipuis lapidis coloribus dictum eſt ſupra. Sed author hic plurium adhuc aliorum mentionem facit, è quibus tamen omnibus unum tantùm cognoſcendum, eumque cognitum celandum præcipit. Quis iſte unicus ſit, facilè colligitur eſſe rubicundus. Quò enim res precioſior & præſtabilior, eò citiùs etiã in electionem venit. Rubicundus autẽ color cæteris omnibus laudis & præſtantiæ palmam facilè præripit, adeò ut nihil eò nobilius ac perfectius ſub Sole excogitari poſſit. Quem ſi adeptus fueris, juxta authoris monitum celabis. Denique enarrat Hermes eximias dotes atque virtutes lapidis, quibus frui poterit omnis, qui illo, concedente DEO omnipotente potitus fuerit.

Summum enim ait eſſe præſervativum adverſus quoſcunque corporis graviſſimos affectus: triſtitiam pellit, non ſecus ac medicamen-

dicamentum illud apud Homerum, quod Nepenthes dicitur, quo usa fuit Helena ad animi mœrorem excutiendum, & hilaritatem ac lætitiam inducendam. Rerum jacturam & commoda resarcit, & ab omnibus ærumnis & adversitatibus promptè liberat. Evehit præterea possessores de loco obscuro ad dignitates & honores maximos. Desperatos, & hinc inde in orbe circumvagantes solatur, ac patriis restituit laribus, eosque ex rebus adversis, omnique calamitatum genere ereptos, tam felici beat sorte, ut posthac in tranquillitate & pace totius vitæ curriculum, ex animi voto transigant.

CAPITULUM SECUNDUM.

HERMES.

Fili mi, ante omnia moneo te Deum timere, in quo est nisus tuæ dispositionis, & adunatio cujuslibet sequestrati.

SCHOLIUM.

VUlgò notum est, Philosophiam nihil esse aliud, quàm studium sapientiæ. In hoc autem studio, qui laudabiles facere cupit progressus, ante omnia in timore DEI se exerceat necesse est. Sapientiæ enim initium est timor Domini, us Sapiens inquit: cui astipulatur idem Hermes lib. de pietate & Philosophia, inquiens: Qui pius est, summè philosophatur: & sine Philosophia summè pium esse est impossibile. Sed non loquitur de spuria ista gentilium Philosophia, quæ nugarum tantum anilium & falsitatum horreum est pleniſſimum.

Miror vos Academicos modernos, quod in ipsa Christianismi luce, tanta oculorum caligine & suffusione capti non videtis miserandam illam cladem, quæ promanat ex illa Ethnica Philosophia, quam nihilominus tamen publicè profiteri non erubescitis. Cum enim in fidem vestram DEus commiserit tenellas juventutis plantulas, hortumque veritatis vobis aperuerit ampliſſimum, in quo illas omnis generis salutaribus & utilibus præceptis fovere & educare debebatis, vos neglecta DEI benignitate, in gentilium idololatrarum & mendacium hominum castra impudentissimè transfugistis, sic & vobiscum hunc immerentem juventutis florē simul seduxistis, & adhuc indies seducitis. Quod si horti hujus fortassis ignorantiā prætendatis, id supinæ ignaviæ vestræ, negligentiæq; evidens argumentū est: siquidem is non longe abest, sed tàm in vobis, quàm ante & circa vos plantatus existit. Ut igitur posthac inexcusabiles sitis: ecce hortus iste est Christus Jesus,

Deus

Deus & homo: vel si mavultis:hortus iste est in Christo unitus, aliàs tripartitus existit,& sic est vel Biblicus,velMacrocosmicus,vel Microcosmicus: ita tamen ut neque tripartitus absque unito,neq; unitus absque tripartito intelligi & perfectè cognosci queat. De hoc igitur horto recte cognoscendo paucis nunc philosophari constitutum est.

Primum itaque ut Christi Jesu naturam cognoscatis, scrutari debetis scripturam: hæc enim est, quæ de ipso testatur. Sed neq; vestrum rigare, neq; plantare in hoc biblico horto agnoscendo aliquid erit, nisi ipse Jesus Christus incrementum dederit, hoc est, vana & inanis erit industria vestra propria, qua conamini scripturam scrutari: ac quamvis totam scripturam ad ungvem memoriter recitare didiceritis,non tamen hæc scientia de Christo essentialis, sed tantum literalis erit. Cùm enim scriptura essentialiter cōsiderata, aliud nihil sit quàm ipsemet Christus Jesus, & vicissim Christus Jesus sit scriptura ipsa: tunc nemo poterit verū scripturæ sensum elicere, nisi legendo & scrutando, illam in & cum Christo Jesu essentialiter percipiat: ita ut non literam, quæ mortua est, & occidit, sed essentiam Christi, quæ sola vivificat,legat, hoc est, legendo ejus essentialiter particeps fiat. Hæc enim realis cognitio ingentes sapientiæ thesauros suppetit. Est enim in illa,ut Sap.7.legimus, spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus,mobilis, incoinquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat,benefaciens, humanus, benignus, stabilis,certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus, intelligibilis, mundus, subtilis. Si igitur nostri Academici Theologi pro mortua illa & literali, hanc vivificam & essentialem Christi agnitionem adipiscerentur: Deus bone, quanta inde utilitas miseræ & mox collapsuræ Ecclesiæ redundaret: non tot rixæ, tot discordiæ & variæ sectæ ubique locorum gliscerent: sed pax totius & concordia, quam spiritus sapientiæ incarnatæ,per proprietates illas modo à Sapiente enumeratas, operaretur, tàm inter doctores, quàm auditores abundè propagaretur, & constanter conservaretur. Commendo igitur hunc biblicum hortum inprimis Theologis. Sufficiet enim illis hunc diligenter & essentialiter, uti dictum est, excolere: nec opus erit aliunde accersere tot ac tam varia hominum commenta, in quibus plerunque propria magis quàm Dei gloria quæritur. Omnis enim scriptura teste D.Paulo 2.Timoth.3.divinitus (non humanitus) inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne bonum instructus. Et hæc de horto biblico, qui est Christus Jesus, dixisse sufficiat. Nunc de horto microcosmico,qui est Christus Jesus, pauca in medium proferemus. Sicut enim de

Christo

Christo Jesu testatur scriptura, sic de Christo Deo testatur creatura sive magnus mundus: & de Christo homine, microcosmus sive parvus mundus, qui est homo. Hæc autem ad propositum nostrum, clarioris tantum doctrinæ causa ita distinguo, quamvis non ignorem, quemlibet hortum de qualibet natura in Christo testari. Si igitur Dei cognitionem in Christo habere cupis, ex macrocosmico horto eam tibi comparabis: non autē, priusquam lumen majoris mundi ex solius Dei gratia tibi ortum fuerit. Orto autem hoc lumine, mox cum Hermete Trismegisto exclamando fateberis: Deum esse invisibilem mundum, mundum verò esse visibilem Deum: & cum D. Paulo ad Rom. 11. Ex ipso: & per ipsum: & in ipso esse omnia. Idem Hermes lib. 11. ad Tatium: Deus, inquit, est universum: & in universo nihil est, quod non sit Deus. Unde neque magnitudo, neque locus, neque qualitas, neque figura, neque tempus circa Deum est. Universum enim est. Universum autem per omnia & circa omnia. Qui universum essentialiter cognoscere volet, is necessariò id cognoscet ex universo, per universum, & in universo. Quamprimum enim quis desertor universi factus fuerit, is non amplius versabitur in lumine, sed ab universo, quod est Deus & lumen Naturæ, in particularitatis tenebras, ex quibus nulla perfectionis salus unquam speranda, incidet. In hoc igitur universali macrocosmico horto agnoscendo excolendoque maximè laborare, & omnem suam operam impendere debebant omnes Physici, medici, astronomi, Chymici, & aliarum artium naturalium magistri. Invenient enim in eo omnis generis pulcherrimas & utilissimas scientiarum plantas, quibus professionem suam quilibet ornare & amplificare poterit: ita ut in postremum ab omni librorū de rebus Physicis scriptorum lectione facilè sint excusandi. Libri enim scripti similes sunt terræ petrosæ in quam semen projectum, continuò quidem exoritur, sed superveniente solis ardore æstuat, &, quia non habet radicem, arescit. In horto vero macrocosmico nostro, terra est optima, in quā si semen ceciderit, fructum dabit centuplum & millecuplum. Restat adhuc hortus tertius, nempe microcosmicus, qui est Christus homo: Hanc igitur tàm in Christo quàm in homine, ut cognoscamus, necesse erit nobis prius deponere carnem Adamicam, & induere novum hominem, sicut est ipse Christus, qui primogenitus inter filios Dei factus est. Jam autem in nostra potestate situm minimè est, ut exuamus veterem Adamicam creaturam. Sicut enim Hermete teste, terrena non agunt in cœlestia, sed cœlestia in terrena, ita homo Adamicus non potest in Christum agere: sed necesse est, ut Christus agat in hominem. Nulla autem fit generatio nova sine rei generandæ putrefactione vel mortificatione. Homo igitur ut de novo desuper regeneretur, cum Christo moriatur

necesse

necesse est, idque per agnitionem suorum peccatorum & seriam ac veram pœnitentiam: in qua simul cooperante Spiritu sancto per fidem veram in Christum, novæ creaturæ semen concipi tur, quod temporis progressu germina producit, & tandem fructus pœnitentia dignos abunde profert. Huius microcosmici horti cultores debent esse omnes liberalium artium & Jurisprudentiæ professores. Sicut enim Adam ante lapsum omniurn artium cognitionem absque præceptore perfectè tenebat: eratque justus & perfectus: sic novæ creaturæ homo poterit post regenerationem in Christo, ex Christo, & per Christum omnium rerum artiumque scientiam, omnemque justitiam, æquitatem, & judicium rectum, sibi absque ullo magistro &absque ullo corpore & codice juris perfectè comparare. Hic enim solus est ille Dominus, qui dat sapientiam: & ex ore ejus prudentia & scientia. Prov. 2. Imò ille est ipsamet sapientia incarnata clamitans: & prudentia dans vocem suam: In summis excelsisque verticibus supra viā, in mediis semitis stans, juxta portas civitatis, in ipsis foribus loquitur, dicens: Veni dilecte mi in hortum meum, & comede fructum pomorum meorum. Veni in hortum meū, soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi favum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Dilecte mi, descende in hortum meum ad areolam aromatum, ut pascaris in hortis, & lilia colligas: descende in hortum nucum, ut videas poma convallium, & inspicias, si floruerit vinea, & germinaverint poma punica. Proverb. 8. & Cant. 5. 6.

Sed quia, proh dolor, omnes omnium artium & facultatū magistri, hodie despicatui habent hunc saluberrimum & unicum omnium scientiarum hortum; qui est Christus Jesus, Deus & Homo: nec insuper eo, quo debebant, modo tripartitum istum hortum Biblicum, nempe, macrocosmicum, & microcosmicū vel minimo saltem digito attingunt: in duplicem sese calamitatem, unà cum omnibus suis discipulis turpiter conjiciunt: in apostasiam videlicet, & imperfectam donorum scientiarumq; adeptionem. Dum enim hoc veritatis horto relicto, flores scientiarum in conspurcatis & fœdatis gentilium agris colligere tentant, pro veritatis floribus, rosis & tritico, metunt mendaciorū spinas, tribulos, loliū & zizaniā: & sic transfugæ iniquissimi, debitas justasque persolvunt pœnas. Deus enim, ut D. Paulus loquitur, Ro. 1. trahit illos in desideria cordis eorum, utpote qui commutaverunt veritatem Dei in mendaciū. Et sicut non probant Christum Jesum pro vero omnium scientiarum horto habere: tradit illos Deus in reprobū sensum, ut faciant ea, quæ non conveniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, &c. Hi nimirum

mirum ſunt fructus apoſtaſiæ. Homo enim apoſtata, vir inutilis, graditur ore perverſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, & omni tempore jurgia ſeminat: huic extemplo veniet perditio ſua, & ſubitò cõteretur, nec habebit ultrà medicinam, Proverb. 6.

Et, ut D. Paulus addit, qui talia agunt, digni ſunt morte: & non ſolum, qui ea faciunt, ſed etiã, qui conſentiunt facientibus. Quotusquisque autem eſt Academicorum, qui poſtquam conſcientiã ſuam probè examinaverit, non hoc in catalogo inſcriptum ſe quoque inveniat. Optandum itaque eſſet, ut reſipiſcerent in tempore, ne deciperentur amplius per philoſophiam & inanem fallaciam ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Col. 2. Si igitur ſapere vultis, nolite amplius cõfidere in doctis ſapientiæ humanæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus & veritatis. Si autem quis veſtrum ſibi videatur ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens. Sapientia enim hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum. Scriptum eſt enim: Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum. Et iterum: Dominus novit cogitationes ſapientum, quoniam vanæ ſunt. Nemo itaque glorietur in hominibus. 1. Cor. 2. & 3. si verò perrexeritis ſectari gentilem iſtam ſive humanam & inanem Philoſophiam, non tantum nefarii Dei deſertores & apoſtatæ permanebitis, ſed inſuper etiã ſemper diſcentes, nunquam ad ſcientiam veritatis pervenietis. 2. Timoth. 3. Quæ enim perfectio ſperanda eſt ab ingenio humano, quod poſt lapsũ primi parentis tàm miſerè fœdatum & laceratum eſt, ut niſi deſuper à patre luminum rurſus illuminetur, per ſe nunquam ad perfectionem ullam reſpirare poſſit. Longè vos ſuperat Hermes, qui Philoſophiæ ſuæ originem deducit ab ipſo DEO rerum omnium authore. In pura igitur hujusmodi & ſincera Philoſophia Hermetica, quæ ab omni falſitatis lolio ſequeſtrata eſt, omne veſtrum ſtudium & operam ponatis: cùm hæc ſola alumnos ſuos ad majorem & ferventiorem pietatis cultum provocet: adeò ut nullum alium finem philoſophandi ſibi proponant, quàm ut ex pietatis veræ cultura Deum, naturam, & ſeipſos cognoſcant. Sapientia enim absque pietate vera eſt ſtultitia.

HERMES.

FIli quicquid audis, ratiocinare: Non enim te puto ratione priẽatum, nec inſipientem. Igitur meas exhortationes ſuſcipe, & meditare, & ſic cor tuum coapta, acſi exhortationum author eſſes. Cui enim natura calida eſt, ſi frigidus fiet, non ei nocebit: ſimiliter, qui rationalis eſt, claudat a ſe eſtium ignorantia, ne ſecurus decipiatur.

SCHO-

SCHOLION.

EX omnibus actionibus: quæ inconsulto quodam & temerario suscipiuntur impetu, rarò aut nunquam sperandus erit bonus & optatus eventus. Consilio verò & prudentia, si qua in re, in Chymia certè opus est: præsertim si cum magistris ipsis colloquiū fortè instituere volueris. Hi enim non contenti rationibus, rationum insuper rationes postulant: adeo rigoroso probationis hamo, omnem discipuli expiscantur angulum. At librorum solummodò lectioni deditus, si rem propositam ad rectæ rationis amussim & naturæ possibilitatem expenderis, salvus eris. Sin vero nudam tantùm literam spectaveris, tanquam rationis inops & imprudens decipieris. Audi igitur fideliter monentem authorem, cujus consilio nullam approbabis propositum priusquam id firmissimis rationum momentis probè munitum fuerit. Sed unde rationes & argumenta illa promenda sint, suprà in capitulo primo evidenter satis declaratum fuit. Si igitur his armis, tanquam lorica & fortissimo corporis munimento, indutus fueris, duplex tibi pectoris robur conciliabis, omnesque sophistarum ictus à quacunque parte imminentes, sine negotio avertes & declinabis. Quemadmodum enim nix cadens super lapidem ignitum, statim diffluit, & in vaporem resoluta evanescit, sic sumpto rationum clypeo, omnes hostiles sophismatum, in scriptis sapientum ubique occurrentium impetus propulsabis, & sic hostibus ignorantiæ propriis fugatis, victoriam tandem obtinebis glorioſissimam: & eos, quos tibi anteà inimicos putabas, in veram & sinceram, æternamque tibi devinctos amicitiam experieris.

HERMES.

FIli accipe volatile, volans submerge, & divide ipsum à sua rubigine, quæ ipsum interficit, extrahe & repelle ab ipso, ut fiat vivum, ac tibi respondeat non volando in regionibus, sed volans apertè contineat. Si enim extraxeris ab angustia post angustiam, & in diebus tibi notis ratione rexeris, conveniens comes tibi erit, & eris Dominus separans eo decoratus.

SCHOLION.

IN Chymia duo sunt principia, ex una radice orta, quæ lapidis subjectum, ab omnibus ferè declamantur Philosophis, videlicet argentum vivum, & sulphur: quorum illud volatile est & superius: hoc verò fixum & inferius: ex quorum conjunctione sæpius repetita, fit vera & Philosophica sublimatio ac fixio. Est enim fixio, cum corpus recipit spiritum tingentem, & aufert ejus volatilitatem, & fit per frequentem reiterationem, donec producatur cinis perpetuæ durationis, & totum in igne maneat. Est autem à principio

cipio operis, lapidis ſubſtantia, quæ per ſe fixiſſima, ſpiritibus non fixis, vel ut Philoſophi loquuntur, aquis ponticitatem habentibus, veluti aceto radicato, ac ſimilibus ſolvenda, ut fiat volatilis. Hac enim ratione aptior erit ad ſeparandam ejus rubiginem. Rubigo enim putredinis genus eſt in metallis, & certiſſimum imperfectionis ſignum.

Hæc igitur ab illis amovenda eſt per ſublimationem, totiesque illa reiteranda, donec volans à fixo retineri, viſui manifeſtum fiat. Non autem præcipitanter hîc procedendum erit, neque una ſtatim vice omnia peraguntur: ſed gutta poſt guttam paulatim extrahenda. Poſſit enim aliàs fieri, ut ex nimia feſtinatione vel vas frangatur, vel materia detrimenti quid capiat. Cum igitur teſte Salomone, Sap. 11. omnia Deus in menſura, & numero, & pondere diſpoſuerit; non oſcitanter prætereundi ſunt dies noti, ſcilicet philoſophis. Sapienter enim, inquit author, ſi ita diebus notis rexeris opus, conveniens tibi omne erit, & maxima inde honorum ornamenta tibi evenient: juxtà illud Poëtæ ſtellati ità canentis:

Proinde ſophi veteres ſubtili indagine quendam
Commenti lapidem, ſibi fida viatica cunctis
Permanſura locis, nunquam interitura pararunt.
Quo auxilio, varias terras, diverſaq; regna
Cernere, & à multis quàm plurima diſcere poſſent.

Et paulò poſt:

Quem qui habet, ille poteſt, ubi vult habitare decenter:
Nec fortuna iram metuit, nec brachia furum:
Sed paucos tanto dignantur munere divi.

HERMES.

Fili extrahe à radio umbram ſuam, & ſordidum, eo quod nebula ei ſupereminent, coinquinant, & à luce retinent, quia angustia, & ſua rubedine comburitur. Fili accipe hunc ruborem, aqua corruptum, quemadmodum ignis lator eſt cinis vivus, quem ſi ab eo ſemper auferis, quousque rubor tibi purificetur, fit tibi ſocietas, qua caleſcit, & in qua quieſcit.

SCHOLIUM.

QUemadmodum in Sole ambulantis corpus continuò ſequitur umbra, tanquam comes individua, ſic hermaphroditus noſter Adamicus, quamvis in forma maſculi appareat, ſemper tamen in corpore occultatam Evam ſive fœminam ſuam ſecum circumfert. Hæc vicem tenet patientis, ille agentis. Cum verò illa ob ſexus imbecillitatem, vel potius inſufficientem digeſtionem, impura adhûc & vitioſa, ac nativi ſplendoris perfectione orbata, ignis examen ſuſtinere nequit: non ſecus ac aquila ſpuria, quæ adverſus ſolem volans, ſplendorẽ ejus ferre nequit: Degeneres enim

lux arguit: idcirco omnes istæ dotes, quibus exuta & spoliata existit mulier, sunt ipsi per ignis vivi, hoc est, masculi beneficium reparandæ: rubedo polluta & maculata in pristinam claritatem, puritatem, & integritatem reducenda: & tantisper depurationis opus continuandum: donec fœmina masculi sui vim recipiens adeò roboretur, ut frigus calorem, & omnes externas injurias sustinere, nullumque non examen subire, & tranquillè tandem in naturali unitatis thoro cum viro gaudere & quiescere possit Sicuti enim Deus ab opere creationis quievit die septimo: qui dies apud Mosen appellatur Sabbatum, id est, dies quietis: ita Saturnus nostræ magnesiæ, ultimam manum imponit operi, & ab eo quoque die Philosophorum septimo quiescit. Non tamen quiescendo interim opus à se effectum planè deserit: sicut neque Deus à creaturis, post absolutum creationis opus, unquam recedit: sed quiescere tantùm dicitur uterque tàm Deus, quàm Saturnus noster, quod novam speciem præter illas, quas septem illis diebus alter creando, alter generando produxerat, amplius nullam superaddat. Siquidem, ut Deus omnem divinitatis suæ thesaurum, quem ab infinita seculorum æternitate, in se tanquam archetypo absconditum continuerat, septenario dierum numero complexus, illum nobis per admirandum hoc creationis artificium in suis creaturis manifestavit, & tàm perfectè ac graphicè repræsentavit: ut ne minima quidem nota sit in creatore, cujus non simulachrum aliquod inveniatur in creaturis: eodem modo Saturnus occultè corporum metallicorũ simulachra in se circumferens, per eundem septenarium dierum numerum tandem finito opere omnia corpora explicata in lucem profert. Quod autem otiosus neque Deus, neque Saturnus sit: manifestè demonstrat rerum omnium continuata hactenus multiplicatio: quæ absque Deo, & eodem Saturno, tanquam secundo à Deo rerum naturalium dispensatore & gubernatore, alias impotens & inefficax fatisceret. Magna autem vis & potestas, summumque secretum in hoc dierum septenario latet: ut qui magicè & ex interna sua anatomia, in partes suas sive membra resectus, repræsentat quodammodo universale quoddam & essentiale tàm Creatoris, quàm creaturæ nomen: ita ut unus septenarius omnem cæterorum numerorum vim ac virtutem plenariè complectatur. Componitur enim septenarius ex ternario & quaternario, quorũ characteres vulgò exprimuntur per 3. & 4. quasi dicas, ter quatuor, quæ faciunt duodecim: ita ut in idem recidant septenarius & duodenarius, qui simul per multiplicatum Naturæ artificium sumpti proferunt octuaginta quatuor: quorum Characteres sunt 8. & 4. qui duo numeri per simplicem additionem redeunt in suũ principium, nempe in duodenarium & septenarium. Octo enim & quatuor faciunt duodecim. Duodecim autẽ resolvuntur in ter

quatuor

quatuor: qui per characteres hoſce 3. & 4 revertuntur in ſeptenarium numerum. Ex qua converſione colligitur: eundem DEUM in creatione, eundemque Saturnum in rerum generatione, eſſe 7. 12. & 84. hoc eſt, principium, medium & finem: ſive omnia in omnibus. Videmus præterea eundem ſeptenarium, ex geminato ternario & ſimplici unitate duos illos ternarios invicē copulante conſtare. Saturni enim dies eſt ille unus, qui ex cæteris omnibus diebus, in unum quaſi faſciculum collectis ac colligatis, diem quietis ſive ſabbatum producit: ita ut in generationum progreſſione nihil amplus præterquam unus ille dies ſepties numeratus reiteretur, & ſic conſequenter in infinitum usque per ſe ipſum multiplicetur. Obſervandum quoque eſt duplex horum ternariorum diſcrimen, quorum alius cœleſtis, alius elementarius exiſtit. Cœleſtis refert tria principia pura & perfecta: Elementaris autem tria impura & imperfecta: quæ per unitatem copulativam in unum ſeptenarium perfectum & omnibus numeris abſolutum reducuntur: veluti videre eſt ex his circulis & planetarum characteribus: ooo-o-ooo, ſive ♄♃♂-☉-♀☿☽ (ooo) Hi tres circuli primi referunt tria principia cœleſtia (o) Circulus autem unicus medius, eſt unitas copulativa. (ooo) Tres ultimi ſunt tria elementaria principia, quæ per medium circulum in unum, uti dictum eſt, coeunt. Johannes Dee Londinas Anglus, ſuam monadem hieroglyphicam in octonario demùm numero ſabbatizare aſſerit: quæ opinio, ſi internam rei naturam & proprietatem probè pendamus, nobiſcum minimè pugnat. Uterq; enim Sabbati dies, tam ſeptenarius Saturni, quàm octonarius Solis invicē in eſſentia conveniunt. Sed hoc tantùm diſcriminis intereſt inter utrumque, quod ſicut ceremoniæ & ſacrificia veteris teſtamenti præfigurabant Chriſtum, in Maria virgine, à ſancto Spiritu concipiendum; incarnandum, naſcendum, occidendum, ſepeliendum, reſuſcitandum, & ad gloriam ſive dexteram patris evehendum: nos autem in novo teſtamento jam Chriſtum non amplius in figura ſive typo, ſed reipſa & actu agnoſcimus conceptum, incarnatum, natum, occiſum, ſepultum, reſuſcitatum, & ad gloriam ſive dextram patris ſui evectum, & ſuper omnes cælos exaltatum: ſic Sabbathum Saturni per ſeptimum diem indicat magneſiam noſtram in terra philoſophica ſeminandam, corrumpendam, digerendam, coagulandam, ſublimandam, incerandam & figendam; Sabbathum verò ſolis per octavum diem eandem magneſiam jam ſeminatam, corruptam, digeſtam, coagulatam, ſublimatam, inceratam & fixam, & inſuper uno gradu altiùs, & ſuprà ſeptimum Saturni cœlū exaltatam apertè commonſtrat. Sic igitur ſabbatizat nunc turba philoſophica, & unusquisque manet apud ſemetipſum, nullusque egre-

egreditur de loco suo die septimo Saturni, ut olim in Judaismo, sive die octavo Solis, ut nunc in Christianismo.

HERMES.

Filii carbonem vita extinctum redde aqua 30. diebus tibi notis, proinde tu es rex coronatus. quiescens super puteum, ab illo auripigmento, humore carente. Iam gaudisa fecis corda audientium, sperantium in te, & oculos tuos teintuentes, spe ejus, quod continues.

SCHOLIUM.

CArbonis vita ignis est, quo remoto, corpori mortuo similis fit. Nec in carbone solùm, sed in cæteris rebus omnibus ignis vitam excitat, fovet & conservat. Imò vitæ essentia aliud nihil est, quàm purus putus ignis: non quidem ille crassus & corrumpens elementaris, sed subtilis ille, cœlestis, & generans omnia, qui, teste Aristotele, respondet elemento stellarum.

Hic in metallis ob molis corporeæ crassitiem extinctus, aqua philosophica, oleaginosa, & sulphurea resuscitandus est: quod fit, ut author vult, spacio triginta dierum. Numerus certus dierum suprà silentio involutus, hîc manifestis exprimitur verbis. Sed quamvis aperta dierum hîc fiat assignatio: industria tamen artificis in hoc opere plurimum valet. Hic enim potest variis modis operis regimen instituere: tum ratione materiæ, quam accipit: ubi una præ alia perfectioni propinquior existit: tum ratione ignis, in cujus justo ac æquo moderamine consistit totum arcanum & scientia. Si igitur scitè peregeris omnia, ad hanc rem necessaria, regio diademate ornandus eris: quo olim omnes Philosophi præ cæteris hujus doctrinæ ignaris conspicuè emicabant.

Non autem existimes, reges ejusmodi more regum & principum politicorum, externam potentiæ & divitiarum gloriam affectasse & occupasse: cum potius plerique philosophorum in spontanea paupertate quiete vivere maluerint, quam colla suo molesto & pernitioso divitiarum jugo subdere. Unde Anacreon philosophus pecuniam omnem sibi dono oblatam, Polycrati tyranno restituit: utpote à qua custodienda plus molestiæ, quàm voluptatis senserat. In quo Hermetici Salvatoris ac Domini nostri exemplū imitari videntur: qui coram pilato apertis fatetur verbis, suum regnum non esse de hoc mundo. Ejusmodi enim mundanarum delitiarum maximi contemptores Philosophi, summam voluptatem quærunt ex solo sapientiæ studio, & rebus divinis indagandis: tanquam obedientes Sapientis discipuli, qui Prov. 8. dicit: Doctrinam magis, quàm aurum diligite: melior enim illius fructus est auro, & lapide precioso, & genimina ejus argento electo. O utinam hodiernum seculum id consideraret: non utique sacri auri fame tam

plurimi

plurimi laborarent: qui postquam magnam auri vim per fas & nefas corraserunt, eodem postea ad impios & nefarios usus proh dolor abutuntur, & sic ex propriis nummis sibiipsis comparant infernum, æternum animæ supplicium.

Postquam igitur Philosophus, absoluto opere, potitus fuerit regio isto honore & gloria, super puteum, inquit author, quiescit ab illo auripigmento, humore carente. Puteus est fons Philosophorum, ex quo ipsi hauriunt suum auripigmentum, carens humore, hoc est, aquam suam currentem quidem, sed manus non madefacientē: quam tamdiu digerunt & coquunt aliquot ignibus: donec omnis inde humor superfluus separetur & prorsus exiccetur. Credibile sanè est, non levi, sed maxima inde & incredibili voluptate affici artificem, qui tandem voti sui compos, omne id quod hactenus tempore longo, spe dubia, & desiderio summo expetivit & expectavit, nunc re ipsa experitur, oculis intuetur, atque inutiliter & fructuosè perfruitur.

HERMES.

Fili notum habeas, quod aqua prius erat in aere, deinde in terra, redde tu quoque eam ad superiora, per suos meatos non inepte eam muta: deinde spiritui suo rubeo priori collecto, & parcè eam conjungas.

SCHOLIUM.

TUrba Philosophorum inquit: convertite elementa, & quod quæritis, invenietis. Sunt enim elementa, ut dicit Philosophus, circulariter conversiva, propterea quod unum elementum cum altero symbolizat. Terra enim quæ est sicca ac frigida participat ex una qualitatis proprietate cum aqua, quæ est frigida & humida. Aer autem humidus & calidus participat cum igne, qui est calidus & siccus: & sic consequenter terra cum igne, quoad siccitatem. Sed unum est tantùm verum ac primum elementum lapidis, videlicet terra, quæ calcinatione philosophica exusta, & rarefacta, solvitur postea loco humido in liquorem sive aquam turbidam, crassam, & ponderosam: hæcque sublimatione subtilior reddita transit in aerem sive oleum: quod sublimationis continuatione totum igneum redditur. Sed ut penitus absumatur ejus superflua humiditas, igne fortissimo hoc oleum ultimò reducendum est in cinerem sive terram rubicundam. Et sic Draco devoravit caudam suam: & Pelicanus proprio suo sanguine, è pectore emisso, pullis suis mortuis restituit vitam.

Hic enim Pelicani sanguis est spiritus iste rubeus, de quo author hic loquitur. Nam quoad colorem, rubicundus non solùm est sanguis: sed in corpore etiam humano nullam invenies partem (quamvis is ex partium numero immeritò excludatur à medicorum

dicorum Galenicorum turba) quæ plus abundet ſpiritibus, quàm ille ipſe, ita ut à medicis quibusdam præcipua vitæ ſedes dicatur. Monet præterea author, parcè invicem conjungenda eſſe elementa. Leges enim naturæ ſunt inviolabiles; adeò ut exactè & præcisè ſint obſervandæ:

Quas ultrà citraque nequit conſiſtere rectum.

Sed ne quis ſcrupuloſius, quàm par ſit, de elementorum conjunctione ſentiat: nihil cum ipſis conjungitur, quàm quod anteà ſeparatum fuit: ita ut ſeparationis & conjunctionis unus ſit author, & una eademque cauſa efficiens: quæ nihil aliud eſt, quàm Archeus terræ, qui in philoſophorum mineris, continuo ſuo labore operi præſto eſt. Huic inſerviunt Gnomi, qui ex innata ſcientia norunt, quid ſeparandum aut conjungendum, quidve addendum demendumve ſit: ita ut non opus habeant ſciolis quibusdam conſultoribus: qui craſſis fatuisque ſuis operationibus externis, fecem pro terra, phlegma pro aqua, liquorem pinguiorem & ſubtiliorem pro aere, ſubtiliſſimum pro igne venditant: hæcque invicem confundunt, miſcent, & tamdiu macerant, donec tandem aut ab acuta illorum penetrandi vi, aut ab ignis externi violentia, vaſis fractis omnia vel in cinerem & favillam abeant, vel in fumum evaneſcant. Et ſic quidem craſſis ſtupidisque ingeniis, craſſæ ejusmodi merito conveniunt operationes.

Philoſophi verò ſubtilius quid & dignius ſua contemplatione indagantes, relicto externo iſto cortice, in ſolum elementorum nucleum externum & inviſibilem eruendum incumbunt. Quem dum ignari iſti ſycophantæ non percipiunt, inſurgunt in Philoſophos, eosque inſtar canum rabioſorum invadunt, mordent, calumniantur, criminantur, ſeque illis longè anteponunt. Quid enim inquiunt, ſciat ille doctorculus: qui ætatem fere totam tantùm in ſcholis & literis diſcendis conſumpſit: qui nondum ſcit vitrum aut vas aliquod probè ſigillare, neque carbonum attrectatione manus unquam læſit: Majore labore & ſudore opus eſt, antequam ſubtiliſſimi & ingenioſiſſimi (ſcilicet) Alchymiſtarum labores perdiſcantur. Hujusmodi quadratum Polyphemum vidi aliquando in ampliſſima noſtra Pariſienſium urbe, qui natione Græcus, ſine dubio etiam ſemper mendax, mala beſtia, venter piger, non verebatur oblatrare viro cuidam doctiſſimo, magno philoſopho, cabaliſtæ, mago, & rerum abſtruſarum peritiſſimo: cui ſeſe non ſolùm æquiparabat dicens: quantus tu es in lingua latina philoſophus, tantus ego ſum in mea Græca; ſed ex contemptu quoque illum in medicis tantùm rebus ſolerter ſatis verſatum eſſe blaterabat; in Chymicis autem ne ſecum quidem comparandum impudentiſſimè mentiebatur. Idem mihi aliquando contigit in Helvetia, Auguſtæ Rauracorum: cum in diverſorio quodam inter pran-

terprandendum contuliſſem cum quodam Germano, viro alias literatiſſimo, qui poſtquam meas objectiones de arte Chymica ſolvere neſciebat, & in præſentia aliorum juvenum medicorum, ſibi familiarium, præ pudore erubeſcebat, hac rixoſa importunitate ſuæ authoritatis ſalutem vindicaturus: Tu inquit, ut ex ſermone tuo intelligo, prorſus ignarus es rerum Chymicarum, nec vel carbonem tetigiſti unquam. Ego verò, quia antea ex propria ipſius confeſſione, illum diu laborando ne tantillum quidem inde percepiſſe utilitatis noveram, ſimpliciter reſpondi: neque tot ego inutiles feci ſumptus, ut multi ſolent. Sed ſi miſer ille ſciviſſet, quàm parum veri Chymiæ indagatores, de mortuis illis carbonibus ſoliciti eſſent: quamque mihi tum temporis labia carbone vivo, ab altari philoſophico per angelicam vel potius divinam inſpirationem ad me perlato, tacta ac tincta fuiſſent: majori fortè verborum humanitate meam quæſiviſſet amicitiam: neque tam difficilem ſeſe erga me exhibuiſſet. Sed antiqua eſt illa inter homines calamitas: ut ſemper virtus & veritas, vim patiendo, premantur: vitium autem & mendacium inſtar ſpumæ in hac immunda mundi olla ebulliendo, ſemper ſumma petant. Quis igitur Philoſophorum erudiat aut arguat ejusmodi impios irriſores: niſi fortè ſibi ipſi injuriam facere, & maculam contrahere velit? Miſſis igitur ſycophantis iſtis, me nunc converto ad ſapientiæ filios, quibus ſolis occaſionem dabo: & addetur eis ſapientia: juſtoſque docebo, & feſtinabunt accipere. Sciant itaque ſapientiæ filii mixtiones noſtras elementorum non eſſe corporeas, ſed ſpirituales: neque manibus, ſed Archei Gnomorumque opera perfici. Hunc igitur Archeum cum ſuis miniſtris, ſive ſpiritibus diſce probè cognoſcere, & haud longè aberis à veritate, mihique gratiam habebis maximam.

HERMES.

SCito fili, quod terræ noſtræ ungventum eſt ſulphur, auripigmentum, ſiretz, & colcothar, quod eſt ſulphur, auripigmentum, ſulphura, & ſimilia, quorum quodlibet eſt vilius altero, in quibus diverſitas eſt. Ex quibus etiam eſt ungventum collæ, quod eſt pili, ungves, & ſulphur, de quibus etiam eſt oleum petrarũ, & cerebrum, quod eſt auripigmentum, de quibus etiam unguis felium, quod eſt ſiretz, de quibus etiam eſt ungventum alborum, & ungventum duorum argentivorum orientalium, quæ venantur ſulphura, & corpora continent.

SCHOLION.

TOt tam multiplicium nominum enumeratio non facit ad aliud, quàm ad cognitionem veræ materiæ lapidis: Non, quod

unum ex istis nominibus, quæ partim nota, partim ignota & peregrina sunt, materiam verè & sine sophismate detegat: sed quod ingenioſi tantum ſapientum filii, ex omnibus simul collectis, infallibilem tandem materiæ veritatem eruere queant.

Inter omnia autem imprimis argentum vivum videtur eligendum. Nam Riplæus Anglus, Philosophus acutissimus inquit: Philosophi vocant argentum vivum, & non vulgare, sine quo nullum existens esse potest. Si igitur nihil sub sole existit, in quo non reperiatur argentum vivum: non absurdè hinc illud omnium rerũ nominibus appellare voluit author: circa quod unicum subjectum multi quidem multos labores, vanos & inutiles insumunt, & diu quærentes, nihil inveniunt: sed magis magisque labyrinthæis sese implicant vinculis, adeò ut tandem omnem prorsus inde evadendi amittant commoditatem. Nimia enim, inquit Philosophus, festinatio ex parte à Diabolo est: & hæc quidē non parvam ipsis erroris præbet occasionem. Siquidem præcipiti quodā raptu, ab insatiabili habendi desiderio ac cupiditate concitato irruunt in artem: &, dum illotis manibus, sacra philosophiæ mysteria, quæ temerare aut polluere nefas est tractare, & re incognita, manum operi admovere conantur, ordine quodam inverso, sive, ut in scholis loquuntur, per ὕστερον πρότερον, in tantam confusionem illabuntur ut nunquam hinc aliquid laude dignum consequantur. Cum igitur maximoperè necessaria sit perfecta ac solida argenti vivi cognitio, antequam quid tentetur in hac arte: propinquior autem & facilior via ad ipsius notitiam perveniendi non detur, quàm quæ sumitur à virium & facultatum ejusdem contemplatione: omnibus hujus profundæ Philosophiæ discipulis hoc fidele communico consilium: ut omnium primò animo suo diligentissimè considerent, perpendant, ruminent, volvant ac revolvant quascunque illas argenti vivi sive Mercurij philosophici virtutes ac dotes, à Philosophis passim hinc inde in scripturis suis ipsi attributas: per has enim, tanquam per manuductionem, adjuvante simul divina clementia, absque ullo dubio pervenient in penitissimam ipsius cognitionem.

HERMES.

AMplius dico, quod sulphur tingit & figit, & continetur, & est per tincturarum conjunctiones. Vngventa autem tingunt & fugiunt, quæ corpore continentur, quod est fugientium conjunctio unciæ sulphuribus aluminaris, quaque fugientia continent.

SCHOLIUM.

DIstinguit hic author inter tincturam veram sive philosophicam, & inter fictitiam sive sophisticam. Vera fit ex sulphure fixo

fixo & incombuſtibili, ob quam cauſam corpora quoque reddun-tur fixa & incombuſtibilia. Omnis enim transmutatio ſequitur naturam transmutantis, & non transmutati. Neceſſe igitur eſt, ut ſulphur eligatur optimum ad hanc rem. Vulgare alienum eſt, quia inficit, denigrat, & corrumpit: habet præterea duplicem ſuper-fluitatem, inflammabilem videlicet ſubſtantiam, & terream fecu-lentiam. Ergo indagandum aliud erit, quod ignis ſit ſimplex & vi-vus, quodque corpora mortua revivificet, eaque in perfectionem ſummam, ultimamque maturitatem perficiat. Tale, inquit Avi-cenna, non alibi reperitur ſuper terram, quam in corporibus ſolis & lunæ: In Sole quidem perfectionis, quia magis & digeſtum & decoctum. Cum hoc igitur ſulphure ſi tinctura præparetur, deque infimo obſcuritatis gradu per medium catenatim proveha-tur in ſupremum usque dignitatis ſplendorem & ſpiritualitatem, quodlibet corpus, igne liquatum, tingit, & tam firmiter corpori-bus adhæret, ut in æternum non amplius ab illis ſeparetur: quia ſic tingens & tingendum una tinctura facta ſunt. Sophiſtica verò tinctura, quæ ex mediis mineralibus, ex ſulphure adurente, arſeni-cali, aluminari, & ſimilibus conficitur, neque corpora, ſuper quæ projicitur, neque ſuam propriam ſubſtantiam ab ignis violentia defendere poteſt, ſed ſimul cum corporibus fugit, & ab igne evo-lat in auras.

HERMES.

Filii inquiſita diſpoſitio à philoſophis una eſt, in ovo noſtro: hoc autem in ovo gallinæ minimè invenitur. Ne autem ex-tinguatur in ovo tantæ gallinæ ſapientia divina, ex 4. ele-mentis compoſitio coaptata & compoſita.

SCHOLIUM.

OVi philoſophici deſcriptio varia hinc inde habetur apud phi-loſophos: quorum alii ſubſtantiam ejus in quatuor partes di-vidunt, juxta numerum quatuor elementorum, ut hîc Hermes noſter: & ſic putamen eſt terra: albumen aqua: tenerior pelli-cula aër: & vitellus ignis. Alij in tres reſecant partes, in vitellum, quem ſulphuri comparant; in albumen, quod mercurio ſimile perhibent; & in putamen, quod ſalem ſignificare volunt. Sunt præterea adhûc alij, qui luteum ovi, tres rubeos planetas repræ-ſentare volunt: Martem videlicet, Solem & Venerem: album au-tem quatuor albos, Saturnum, Jovem, Mercurium, Lunam. Am-biens autem putamen eſſe tanquam cœlum octavum, terra ſive cinere incombuſtibili, tanquam ſtellis fixis ornatum. Hoc ulti-mum, quidam ajunt, gladio igneo percutiendum, & in duas partes dividendum eſſe: ita ut veriſſimè author ſentiat, ejusmodi ovum minimè eſſe gallinæ. Rectiùs aliquis galli, quàm gallinæ eſſe dixe-

rit. Si enim vera est historia, qua gallus decrepitus ætatis annum septimum vel nonum attingens, ovum parere perhibetur, ex quo nascitur basiliscus, serpens venenatissimus, qui solo aspectu hominem enecat: non sanè ovum hoc, tanquã materia prima basilisci, adeò multum distabit à veneno sapientum, & mortifero, sive aqua Draconis, fœtente & menstruosa. Utut sit, in effectu certè consensum deprehendimus manifestum, ita ut minus sit dubium de simili quoque eademque utriusque essentia.

Hic est sine dubio gallus ille, quem quidam Æsculapio se oblaturum vovit, si per annum à morbis liber maneret. Hanc itaque ovi cum lapide similitudinem & conspirationem cum viderent tàm veteres, quàm recentes quidam philosophi, haud ineptè ejus exemplum in describendo arcano Physico introduxerunt. Sunt autem præterea aliæ causæ, quibus approbatur ovi exemplum. Quemadmodum enim ovum optimi nutrimenti, bonum & laudabilem sangvinem generat, vires ac spiritus vitales impensè corroborat, & candidum præsertim ovi, faciem à solis adustione tuetur: Sic quoq; mercurius sapientum debito modo præparatus & exaltatus, si in parva quantitate sumitur, corpus humanum non tantùm alit & nutriçat, sed ab omnibus etiam præservat morbis: & præterea corpora metallica contrà omnem vim ignis tuetur: adeo ut eo tanquam familiari & amico pabulo delectentur, & in eo, liceat mihi cum philosophis loqui, meliorentur. Videmus porrò ovum vita prorsus destitutum, & corpus mortuum esse: à naturali verò gallinæ incubantis calore vitam recipere, & in certo & definito temporis spatio, pullum vivum, plumis, capite, alis, pedibus, & omnibus necessariis organis ornatum excludere: Non secus ac lapis noster, qui in crasso suo corpore nullum vitale documentum præstat, priusquam in propria aqua stygia solvatur, & in eadem tanquam in matrice sua, quæ idoneum ipsi & moderatum præbet calorem, ad justum tempus digeratur. Quo præterlapso, in vivificum & spiritualem vertitur homunculum, sive medicinam præstantissimam: quæ tot virtutum energiis excellit, ut miraculosè omnibus medeatur corporis infirmitatibus; lepram, quartanam, morbum caducum, apoplexiam, & omnes morbos, quos vulgus medicorum perperam judicat insanabiles, tollat atq; perfectè curet. An non hoc est mortuos resuscitare, & mox perituros è faucibus mortis eripere? sive enim ovum spectes vita orbatum, sive metalla imperfecta & quasi mortua, sivè ægrotos languentes & moribundos, ubiq; dicti veritatem agnosces. Sed confutandus hîc occurrit eorum error, qui speciem unam in aliam transmutari posse negant: ignorantes distinctionem illam inter species perfectas & imperfectas. Quicquid enim adhuc est in motu ad formam, ad quam ultimo ordinatur, dici debet imperfectum: cum

autem

autem fuerit in fine motus, dici debet perfectum. Ovum enim ratione pulli, dicitur imperfectum: cum verò in ovum introducta fuerit forma pulli, ad quem tendit natura in ovo tanquam ad ultimum ſuum terminum: tunc pullus perfectus erit: & ſpecies, quæ anteà in ovo erat incompleta ſive imperfecta, nunc dicetur in pullo perfecta.

Sic quoque aurum cum jam pervenerit ad finem motus, & ſic formatum ſecundùm primam & veram intentionem Naturæ, ipſum ſolum dicitur perfectum, & cùm reliqua metalla ſint in motu ad formam auri, dicentur imperfecta: quamvis formas ad invicem habeant diverſas, per quas permanent & terminantur, & ſint perfecta quodammodo in ſua ſpecie: attamen non ſunt in ultimo termino motus, in quo eſt ultima perfectio.

HERMES.

SCito fili, quod in gallinæ ovo maximum ſubſidium eſt, & in natura propinquitas: in eo namque eſt ſpiritualitas & elementorum collatio, ac terra natura aurum eſt.

SCHOLIUM.

UTitur hîc author rurſus ſimilitudine ab ovo ſumta: qua inferre vult, quod, ſicuti ovum gallinæ omnia ad pullum generandum neceſſaria in ſe continet: ſic quoque ovum Philoſophorum, ſive mercurius noſter in ſe habet quævis ſibi neceſſaria. In ovo, inquit, eſt ſpiritualitas & elementorum collatio, quæ duo appellat maximum ſubſidium & in natura propinquitatem. Per ſpiritualitatem autem intelligit facultatem formatricem, ſpiritum opificem, & primarium pulli gignendi authorem. Is enim ex coordinatione elementorum, quibus utitur tanquam inſtrumentis, omnia membra tam avis gallinaceæ, quàm Hermeticæ, naturali ſua & inſita ſcientia diſponit, & fœtum Philoſophicum perfectè elaboratum & omnibus numeris abſolutum, tandem in hanc lucem edit: quem author reſpectu elementarij artificij, terram eſſe dicit: Terram verò eſſe aurum, hoc eſt, opus completum. Præterea ſi literalem vocabuli (Ovum) anatomiam paulò accuratiùs examinabimus, inveniemus in eo omnia ad metallicam philoſophiam neceſſaria. Fiunt enim metalla ex geminis principiis: ex tribus nimirùm propinquis: qualia ſunt Sal, Mercurius & Sulphur: & ex quatuor remotis: quæ ſunt quatuor elementa, ut terra, aqua, aer, & ignis. Ut igitur de propinquis primùm philoſophemur, litera O, Philoſophorum ſal ſive Sol eſt: qui primùm fabricat corpus: quod artifex tractare, & in quamcunque formam ex naturæ præſcripto adaptare poteſt. Sine ſale enim in æternum non coagulabuntur reliqua duo principia, Mercurius nēpe & ſulphur; propter animam ipſorum ſpiritualitatem, qua prædita ſunt. Sal igitur hanc habet

habet proprietatem, ut ſubtilia reddat groſſa, incorporea, corporea: occulta manifeſta. Unde Philoſophus in Turba ait: facite corpora non corpora: & incorporea corpora: Item, ſumite occultum & honorabile arcanum, quod eſt magneſies alba, & quæ eſt cum vivo mixta, ſed non accipiatis eam, niſi puram & mundam, & ſuo imponite vaſi, & orate Deum, ut hunc maximum videre lapidem vobis concedat. Quod verò attinet ad duo iſta VV, eandem ambo habent ſignificationem: & per hanc X, ut vides poſitionem, in unam coeunt literam, videlicet in X, quæ litera apud latinos idem, quod denarius numerus, ſignificat, cujus aliàs character exprimitur per has duas notas IO: quaſi diceres, *unus circulus*, vel unica circuli revolutio I. enim unitatis manifeſtus eſt character: O. verò circuli: ita ut per hanc crucem X. ſive denarium numerum aliud nihil indicetur, quam ipſemet Philoſophorum Mercurius: de quo ſuprà in noſtris hieroglyphicis abundè ſatis tractatum fuit. M. autem, quia millenarium æquipollet numerum: in quo reliquorum numerorum ultima eſt perfectio, meritò ſulphuris obtinebit vicem. Eſt enim ſulphur ignis, eſſentia quinta, & ſpiritus, qui omnia vivificat & alterat, & omne germen germinat, & omne lumen accendit, & omnes fructus floi ere facit. Quia enim omnia in ſe poſſidet ac complectitur, omnes quoque has functiones, in naturali rerū œconomia adminiſtrat. Et hæc de tribus propinquis dicta ſufficiant. Addemus nunc pauca quædam de remotis, ubi videmus, OVVM ex quatuor literis eſſe compoſitum. Prima igitur litera O refert terram. Terra enim Philoſophica rotunda eſſe debet, & circularis, ut cœlum motu ſuo circa eam operari, & vim ſuam in illā mittere queat. Niſi enim rotunda eſſet terra, Sol & alij Planetæ circa ipſam operationes ſuas exercere non poſſent: ſed curſus illorū aut in circuitu impediretur, aut velociori motu præcipitaretur: ut Paracelſus docet in ſua aurora. Duæ verò ſequentes literæ VV, aquam repræſentant & aërem. Primùm verò V, quia conſonans eſt, litera obtuſior, imperfectiorem quoque, craſſiorem & obſcuriorem aquæ qualitatem denotat. Alterū verò V vocalis, hoc eſt, litera ſonantior ac clarior, perfectiorem, ſubtiliorem, & clariorem aeris ſignificat proprietatem. Eſt enim aër Philoſophorum oleum: quod tincturam imprimit conſtantem, fixam & ſtabilem. Aqua verò etiamſi madefaciendo quoque tingat, levi tamen momento iſta tinctura rurſus abſtergitur. Ultima denique litera M, ignem manifeſte nobis depingit. Ut enim M, millenarius numerus omnia continet: ita quoque ignis omnia tandem in ſe transmutat, adeoque cuncta ignea, h.e. ſpiritualia & cœleſtia reddit. Si igitur tria illa principia propinqua, ſal, mercurius, ſulphur; & quatuor hæc remota, Terra videlicet, Aqua, Aër, & Ignis, arte noſtra ſecreta in unum reducantur

cantur corpus: ſeptenarium metallorum numerum ſive verum illud Philoſophicum ſive magicum electrum conſpicuè nobis exhibebunt: in quo omnem naturam mineralem quieſcere & ſabbatizare, ſuprà luculenter ſatis oſtenſum fuit. Ex quibus omnibus palam convincitur: Ovum ſibi ipſi ad partum philoſophicum producendum ſufficere: nec opus habere aliena Alchymiſtarum, ſuffionum, & inſenſatorum hominum additione.

HERMES.

Filius ad Hermetem inquit: Sulphura noſtro operi convenientia quæ ſunt, cœleſtia, an terrena? Et ille: quædam ſunt cœleſtia, quædam verò terrena.

SCHOLIUM.

SEquitur hîc brevis Dialogus, in quo interlocutores ſunt filius & pater. Filius quæſtione propoſita ſcire cupit à patre: num ſulphura in opere noſtro ſint cœleſtia, an vero terrena. Ad quæ pater reſpondens ait: eſſe ea non uniuſmodi, ſive ejusdem generis: ſed quædam cœleſtia eſſe, quædam terrena: interim tamen in confeſſo manet: ambo eſſe ſulphura. Per cœleſtia ſulphura intelligo Solem: per terrena verò Lunam. Sol enim eſt corpus calidum, fixum, rubeum, & incremabile, qui Lunam fœminam ſuam frigidam, volatilem, candidam & combuſtibilem perficit, & in gloriæ ſuæ ſolium evehit & exaltat. Quod autem ut fiat, miſcendum eſt pugnans cum igne eis conveniente, præliantur, & amicitia fit conſtans: ut mox in ſequentibus pluribus dicetur.

HERMES.

Filius: Pater, puto cor in ſuperioribus eſſe cælum, in inferioribus terram. Pater. Non eſt ſic: verùm maſculus eſt cælum fœmina, & fœmina terra maſculi.

SCHOLIUM.

ALiam quæſtionem proponit filius, rogans num cœleſtia à cœleſtibus, & terrena ſive inferiora à terrenis gubernentur, foveantur, & vivificentur. Cor enim vitalis functionis principium in homine, hîc locum vitæ, hoc eſt, virtutum formalium in quælibet mundana diſtribuendarum obtinet. Sed reſpondet pater, quod res non opinioni filij conſentanea ſit, ſed aliter ſeſe habeat. Cœlum enim, inquit, eſt maſculus terræ: terra verò fœmina cœli. Unde optimè cum Hermete convenire arbitror Platonicos, qui cœlum intelligunt genitarum gignendarumque formarum omnium ſeminibus conſperſum: ejus verò animam ſeminales rationes comprehendere, quas una divina mens omnes ſuo quaſi ſinu gerit. Quicquid igitur mundi univerſitate comprehenditur, id Deus cœlo elementisque conſervandum, ortuque aſſiduo continuan-

tinuandum subjecit, ut jam nihil, vel ex semine gigni genitumque conservari sine cœlo possit, nisi quid Deus, iis quasi ministris omissis, ex se proximè miraculo efficiat. Quæcunque etiam sponte sua nullo semine prodeunt, ut stirpes pleræque & animantes, metalla omnia, omnesque lapides, ex uno cœlo formas proprietatesque sumunt, quod semper præsto est, & in omnem materiam idoneis præparationibus instructam, formam immittit, quam illa meretur. Hæc itaque cœlestis causa præstantissima & nobilissima omnium est formarum exemplar, cujus per omnia diffusa virtus quocunque penetrat: quam Plato mundi animam, alius quidam datorem formarum, Aristoteles universalem naturam appellavit. Terra verò est subjectum & receptaculum omnium radiorum influxuumque cœlestium: ipsa à cœlo fœcundata, omnium ex se ipsa est gignitiva: omniumque fœcunditatum receptiva, & veluti prima parens, etiam omnium pullulativa, centrum & fundamentum, & mater omnium.

HERMES.

Filius. Pater, quid istorum est dignius altero, an esse cœlum, vel terram? Respondit, uterq; altero indiget: mediocre enim propositum est præceptis. Ac si diceres: Sapiens imperat omnibus hominibus: Mediocris enim est melior eo, quod omnis natura cum sua adunatur socia. Invenimus in virtute sapientia, quod mediocre coadunatur. At ille, Pater, at quid illorum est mediocre. Respondit: unicuiq; naturæ tria sunt duorum. Primò utilis aqua: deinde unguentum: inferius verò fax manet.

SCHOLIUM.

SI igitur magico quodam matrimonio copulanda sunt cœlum & terra: quæritur, utrum præstantius in arte sit, cœlumne, an terra? Respondetur: Neutrum seorsim quicquam præstare, nisi simul ambo conjungantur. Cùm verò cœlum sit in substantia sua adeò simplex, purum, & omnis alterationis expers, ut & hanc ob causam ἀσύμβλητον ab Aristotele nuncupetur: dubium hîc multis oritur, quomodo possit ejus aliqua portio sive particula, huc ad nos demissa, commisceri cum terra nostra crassa, impura, & variis alterationibus obnoxia. Sed scrupulum istum ex animo tibi eximit Hermes his verbis: Mediocre enim, inquit, propositum est præceptis. Quid verò mediocre sit, explicat rursus in sequentibus, ubi dicit: Unicuique naturæ tria sunt duorum: primò utilis aqua, deinde unguentum: inferius verò fæx manet. Idem est ac si diceret: Cœlum & terra non possunt invicem conjungi sine medio: non secus, ac anima & corpus, ut alibi loquitur, non possunt in unum corpus uniri sine spiritu. Spiritus igitur mediator legitimus est

mus est omnis veri matrimonij tam naturalis, quàm supranaturalis. Cœlum enim ob naturam suam simplicissimam, ac summam perfectionem, est instar animæ. Ut igitur cœlum sive anima cum terra sive corpore naturali unionis thoro copuletur, necessariò spiritus, qui cum utroque participat, & propterea mediocris, hoc est, non simplex & purus nimis, neque nimis crassus & impurus ab Hermete vocatur, suo intercessionis jure & authoritate hanc copulationem firmam ratamque efficiat. De hoc spiritu ita loquitur Marsilius Ficinus libr. 3. de vita cœlitus comparanda, cap. 3. Spiritus iste, inquit, est corpus tenuissimum, quasi non corpus, & quasi jam anima: item quasi non anima, & quasi jam corpus. In ejus virtute minimum est naturæ terræ: plus autem aqueæ: plus item aëreæ: rursus igneæ stellarisque quàmplurimum. Hactenus ille.

Hîc quoque Hermes noster trium facit mentionem: Aquæ, unguenti, & fæcis. Solem autem aquam utilem pronunciat: fæcem autem ait in fundo tanquam inutilem residere: unguentum verò ad utrumque ambigens in medio relinquit. Est igitur unguentum spiritus ille, qui manet in medio: aqua verò sive anima in cœlo, & corpus sive terra in fundo

Iterum anima defæcata sola in cœlum ascendit, quia prius de cœlo descenderat, juxta illud Joh. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est de cœlo, mediator videlicet & salvator generis humani, Dominus noster JESUS CHRISTUS, qui spiritu suo salvifico, hominem in tenebroso hujus corporis ergastulo illuminat, & in vitam æternam tingit. Is enim est vera lux mundi, cujus unica guttula totius mundi tenebras in meram lucem, ipso Sole septies clariorem, convertit: & ut non minus verè, quàm eleganter pieque canit Poëta:

——— cujus de lumine lumen
Omne micat, sine quo tenebrescunt lucida, de quo
Lucescunt tenebræ, atque inamæna noctis imago.

Ex Solomon Rex lib. Sap. cap. 7. inquit: Is est candor lucis æternæ, & speculum sine macula DEI majestatis, qui omnia innovat, & per nationes in animas sanctas se transfert, amicos DEI & prophetas constituit: quique speciosior Sole, & super omnem dispositionem stellarum luci comparatus invenitur prior. Quemadmodum igitur Christus, almo suo ac divino lumine hominum corda accendit, illustrat, & salutari sacrosancti Spiritus igne purificat: Sic quoq; lumen Naturæ, omnia hæc inferiora, mundana & naturalia non tantum illuminat, fovet & conservat: sed accedente saltem elementorum separatione, miranda quoque præstat non tantum in metallis repurgandis, sed vim quoque habet maximam in lapidibus expoliendis & exaltandis, quos per multorum tempo-

temporum circumvolutionem, in cœlestem ac crystallinam clari-
tatem perfectè convertit.

HERMES.

DRaco autem in omnibus his habitat: Ejus autem domus sunt tenebræ & nigredo in eis, & per eam in aerem ascendit, qui est eorum cœlum ex suo oriente: dum autem fumus eis permanet, non sunt perpetua. Sed ex aqua fumum depone, & ex unguento nigredinem, & ex fæce mortem. Et habita dissolutione munere triumphali; quo scilicet possessores vivunt.

SCHOLIUM.

DIximus jam de cœlo & terra, deque eorum matrimonialis conjunctionis medio, aere videlicet sive aqua, quam spiritum appellavimus. Est enim aqua nihil aliud, quàm aër coagulatus: Aër verò est spiritus ille vitalis, cuncta permeans entia, omnibus vitam & consistentiam præbens, ligans, movens, & implens omnia. Unde senior Philosophus: Aër, inquit, est ex aqua, nec separatur ab ea, & ex ambobus consistit vita uniuscujusque rei. Videmus enim non tarò ex aquis stagnantibus fœtentibus, & putrescentibus statim infici aërem, qui ex tanta corruptione terram confinem omnem inficit, omnisque generis febres ardentes, pestilentes, aliosque similes horrendos affectus inducit, qui nullo remediorum genere à medicis curari possunt. Quod cum animadverterent nonnulli sagacioris ingenij medici, huic malo sola causæ ablatione succurrendum esse judicârunt. Aerem itaque venenatis & noxiis vaporibus contaminatum, magno lignorum incendio expiarunt, & tam exquisitè repurgarunt, ut sublatis prorsus pestilentibus istis & nocentissimis halitibus, serenam, claram, optimam & saluberrimam efficerent aeris substantiam. Idem usu venit cœlo Philosophico, quòd in resolutione sua prima sive putrefactione adeò horrendè inquinatur, ut tanquam venenatissimus Draco suo attactu omnia inficiat: Unde etiam dicitur in tenebrosa domo habitare: nigredinem, fumum, fæcem, & mortem ipsam in se possidere. Quamdiu igitur cœlum ita infectum manet, in pristinam naturam simplicem, puram, fixam, & perennem redire nequit.

Quamobrem author præcipit, ut Draco per nigredinem ascendat in aerem: quod vix continget, ob ejusdem crassam & ponderosam corporis molem: quæ non sursum tendet, priusquam ignis vi & potentia in vitro Philosophico resolvatur in aeream & vaporosam substantiam: & ita soluta, frequenti aeris ventilatione exactè perpurgabitur: & primævam cœli naturam recuperabit.

Quem

Quem finem si assecuti fuerint artifices, DEO imprimis hymnum canentes, cum lætitia piè exultabunt.

HERMES.

SCito fili, quòd unguentum mediocre, quod est ignis, est mediũ inter facem & aquam, & perscrutator aquæ, quia unguenta & sulphura dicta sunt, quia inter ignem, oleum & sulphur proxima propinquitas est, quia quemadmodum ignis accendit, sic & sulphur.

SCHOLIUM.

AUthor ipsemet jam explicat dubium, quod oriri possit ex vocabulo mediocris: & dicit esse ignem. Quanta autẽ sit vicinitas vel potius identitas inter ignem, oleum sive aerem, quem suprà spiritum esse diximus, & sulphura: (quæ omnia cum ignis natura participiant) quòd author probat ex omnium inflammatione, quam in momento, admoto igne, concipiunt tam apertis hîc ab ipsomet Hermete declaratur verbis, ut si pluribus in iis elucidandis immoraremur, vel ipsissimæ & evidenti veritatis luci, tenebras potius offunderemus.

Sedulò tamen advertendum interim est tàm hîc quàm alibi, quod ex sulphuribus, de quibus Philosophi loquuntur, ea tantum sint eligenda, quæ principijs suis sint propinquiora. Sicut enim, teste Hippocrate, calore naturali magis abundant infantes recens nati, & vix ab uberibus naturæ ablactati, quàm adultiores: ita inter sulphura rerum, quorum differentia longè lateque se extendit, nobiliora & præstantiora sunt ea tantum, quæ primitivæ sive mercuriali origini sunt viciniora, quàm quæ longiùs hinc recesserunt. Propinqua autem sunt, quæ extrahuntur ex ipso Mercurio, auro & argento: Remotiora, quæ ex reliquis metallis: Remotissima verò, quæ ex cæteris mineralibus, omnibusque animalibus & vegetabilibus educuntur.

HERMES.

SCito fili, quod omnes sapientiæ, quæ in mundo sunt, huic meæ sapientiæ subditæ sunt. His in mirabilibus occultis elementis, artes casuum sunt, quas finit & cõsecuta est. Oportet igitur illum, qui introduci vult in hanc nostram occultam sapientiam, arrogantiæ vitium à se expellere: & pium & probum, & profundæ rationis esse, hominibus propinquum, sereni vultus, salutare diligenter, & sibi patentium arcanorum esse observantem.

SCHOLIUM.

QUod hodiè apud nos Philosophiæ, id olim apud vetustissimos Philosophos sapientiæ studium appellatum fuit. Dicitur

autem Pythagoras primus fuisse, qui tam splendidum & magnificum sapientis titulum recusarit : & ex singulari quadam modestia maluerit sapientiæ amator sive Philosophus, quam sapiens salutari. Cui astipulatur Theodorus Zvingerus, magnum illud Germaniæ lumen, volumine. 3. Theatr. vit. hum. Sapiens, inquit, solus Deus. Hujus amator est, & imitator Philosophus, in intelligendo simul, & agendo. Amat, ut potiatur ; imitatur, ut exprimat. In hanc sententiam quoque canit stellatus sive renatus ille Poëta Marcellus Palingenius in his versibus :

---- *O demens, reperiri qui sapientem*
Posse putas quenquam in terris : sapere ille videtur,
Qui minus est aliis stultus, licet insipiens sit.
Convenit haud dubiè solis sapientia divis.

Hic igitur quando Hermes ait, omnes sapientias in mundo, suæ sapientiæ subditas esse, intelligendum id est, de omnis generis scientiis & artibus sive disciplinis, quas ut supra cap. 1. demonstravimus, sub se complectitur unica Philosophia Hermetica. Theophrastus Paracelsus, magnum illud Philosophorum & medicorum fulmen, ex eodem Hermeticæ Philosophiæ fundamento, doctrinam suam aliquot centum librorum commentariis comprehensam deduxit : & ex Philosophica libertate sæpenumero Chymiæ κατ' ἐξοχὴν tribuit Philosophiæ nomen. Hinc ἀταξίας & confusionis, in tradendis artibus iniquè à nonnullis accusatur. Sed si ejusmodi censores rectè assecuti fuissent Paracelsi consilium, procul dubio non tanta reprehensionis præcipitatione in eum surrexissent. Jacobus Zvingerus filius Theodori, vir aliàs doctissimus & in Philosophia tàm Hermetica quàm Peripatetica solerter admodum, & felici ingenio versatus, Paracelsum ait confusè & indistinctè nimis has tradidisse artes, easque ferè omnes sub una Chymia complexum fuisse : cum tamen diverso considerationis respectu singulæ considerandæ fuissent. Chymiæ enim dicit sua esse principia peculiaria ; item Physicæ, Astronomiæ, Theologiæ, cæterisque artibus, sua quoq; ab aliis diversa esse. Sed posito hoc, ita esse : quomodo verò poterit quæso aliquis Chymiæ ignarus, solidè perscrutari Physices principia, quæ juxta communem philosophantium opinionem, sunt tantum mera hominum somnia, utpote quæ omni certitudinis fundamento carent, nec quænam, aut qualia illa sint, verè aut perfectè sciri potest, nisi accedat Chymicus, qui ad oculum demonstret horum certitudinem. Astronomi quoque in prognosticis & divinationibus sæpenumero adeò à vero scopo aberrant, ut illorum fides nostro seculo valdè periclitari cœperit, idq; ob nullam aliam causam, quàm quod Chymiæ imperiti ex astrorum superiori tantùm firmamento affixorum, & longissimè hinc dissitorum viribus, situ, & constellatione, futura prædiccere co-

cere conantur: in quo tamen turpiter falluntur. Multò enim certior prognosticandi ratio sumitur ex illa Astronomia, quorū principia; Chymica demonstratione adeò sunt stabilita, ut non nisi insensatus & mente captus illa negare ausit. Astra enim Chymicus non longè hinc distantia, sed propè ante pedes jacentia contemplatur, imò non manibus tantum illa tractat, sed ascendentium quoque infortunatorum & malignorum cursum, huc illuc, prout vult, impellit, omneque malum in tempore præcavet, & arte ingeniosa depulsat. In Theologia verò si fortè incredulus quidam ac sacrarum literarum rudis & ignarus, quales olim fuêre gentiles plerique, DEUM negaret, divini numinis potestatem, majestatem, & gloriam tam perspicuè, & sine omni hæsitationis scrupulo demonstrabit Chymicus, ut quasi vi aliquis ire cogatur in confessionem DEI alicujus Opt. Max. cujus potestas & magnificentia sit infinita & immensa. Sic consequenter judicium esto de cæteris quoque omnibus propemodum disciplinarum generibus.

Quod cùm ita sit, maximam sane Chymiæ dignitatem & excellentiam esse nemo inficias ibit. Est enim illa fax & lumen, cujos splendore, artium & scientiarum veritas, quæ aliàs pseudodoctorum vitio in profundo & tenebroso mendaciorum pelago demersa jacet, eluctari & clare illucescere incipit: Et sicut nihil reperitur, quod teste Psalmista regio, se abscõdat à calore Solis; sic nulla est ars & scientia tam ambiguis & fallacibus fundata principiis, quæ non per Chymiæ scientiam, tanquam ad lapidem Lydium, probetur: & abstrusa ejus & abscondita veritas in lucem tandem revocetur. Meritò igitur reliquæ scientiæ, hanc tanquam suam dominam ac Reginam agnoscant, eique ut decet, ancillentur, ac ministrent. Mirantur multi, cur Chymici authores, artem suam tàm multiplici scribendi stylo prodiderint: terminos sive vocabula artis mutuantes modò à Physicis, modò ab Astronomis, Geometris, Arithmeticis, Medicis, Theologis, &c. Causam si nescis, dicam: Chymia per se simplex, perfecta, circularis, universalis, ampliſſima, magnificentissima, & regia, sola in supremo artium solio constituta cæterarum artium seu scientiarum operâ & ministerio, tanquam regina famulabus & pedissequis suis utitur: unde etiam ipsæ mirabili consensu & conspiratione in hujus unius dominæ suæ ministeria promptissimè undique concurrunt & confluunt. Sed qui crasso sunt & habeti ingenio, consensum hunc in artibus vix olfacient, nec quantumvis præmoniti, capere satagent: Unde etiam sibi non temperabunt à bonorum vituperiis. Quibus verò

E meliore luto finxit præcordia Titan:

Ita ut ab omni mentis vertigine liberi & immunes, artium & disciplinarum naturam penitus inspiciant, hi æquiori animo in Hermetem & Paracelsum erunt, & Chymiam artem nobilissimam

ſuæ eminentiæ & dignitatis laude non tantum non privabunt, ſed tantorum etiam virorum inſtitutum, tanquam laudabile, nec ſine gravi receptum ratione, comprobabunt.

Nullum planè dubium eſt, quin Zvingerus, vir aliàs acuto & perſpicaci ingenio, hanc veritatem jam dudum ſat perſpectam agnitamque teneat: interim tamen, dum in Peripateticorum placitis liberior verſatur, in iisque utcunque tutandis ſibi quoque partem aliquam vendicat, videtur in hoc D. Pauli exemplum imitari, qui, ut multos lucrefaceret, multis ſimilis factus eſt. Reliqui verò, qui ſine rei cognitione, de tam præclaris mundi luminibus, tanquam cæci de coloribus, perverſi judicij ſui venenum expuunt, ſimiles videntur canibus ad venationem ineptis, qui licet magnum quidem latrando excitent ſtrepitum, nihil tamen capientes, plus nocent quàm proſunt. Sed omiſſis his, nunc ea, quæ in textu ſequuntur, breviter perſtringenda aggrediemur. Enumerat autem quædam artificis requiſita: & primùm neceſſe eſſe, inquit, ut is, qui occultæ hujus ſapientiæ lumen intueri cupit, ſit ab omni ſuperbia & arrogantia alienus. Superbis enim reſiſtit Deus, & humilibus ſolis largitur ſuam gratiam.

Deinde pius ſit & probus. Nihil enim homini pietate ac probitate utilius, quibus & Deo & hominibus ſe commendat. Sit præterea acri & profundo ingenio præditus: ſine quo vix ſe extricare poterit ex perplexis illis & ſalebroſis Philoſophici labyrinthi caſſibus. Humanitatem etiam & comitatem erga homines, in alloquiis & ſalutationibus, frequenter exerceat: & denique ſibi concredita à Deo vel à præceptoribus arcana non temerè in vulgus diffundat, niſi Dei in ſe iram concitare, & in præſentiſſimum vitæ diſcrimen, ſe ipſum petulanter conjicere vult.

HERMES.

Et hoc ſcias fili, niſi ſciat mortificare, generationem inducere, ſpiritus vivificare, mundare, & lumen introducere, quouſque bellentur, incolorentur, & à maculis mundentur, velut à nigredine & tenebris, nihil ſcit, nec ei perficitur: ſi autem hoc ſciverit, magnæ dignitatis erit, adeò ut reges ipſam venerentur. Hæc arcana fili, oportet nos cuſtodire, & ab omnibus improbis & inſipientibus celare.

SCHOLIUM.

Mortificare Philoſophus ſignificat in partes ſuas diſſolvere ac putrefacere. Senior enim Philoſophus: Scias, inquit, quod non fit generatio abſque corruptione: unde ſtudeas in putrefactionem. Et alius Philoſophus in Turba: putrefactio, inquit, eſt maxima, & attrahit maximum arcanum. Magnetica hæc arcanorum attractio, in omni generatione naturali perſpicuè relucens,

& non

& non niſi Philoſophiæ myſtis & iniatiatis doctrinæ filiis cognita, multa ubique operatur admiranda in natura. Per hoc enim medium, tanquam per ſcalam Jacobi, in magno mundi alembico continuus elementorum aſcenſus & deſcenſus, & unius in alterum converſio: ita ut inferiora cum ſuperioribus arctiſſimo matrimonii fœdere invicem copulentur, & tandem illa per hæc perficiantur. Quod matrimonium rectè à Paracelſo, magno Philoſophorum antiſtite, Gamathæa dicitur. In principio itaque generationis, in putrefactione videlicet, ſpiritus vitales languidi adhuc ſunt & debiles, adeò ut prorſus mortui videantur: qui ex digeſtionis continuatione indies magis magisque corroborantur, & quaſi reviviſcunt, & ad ſummum repurgati novum recuperant perfectionis lumen: quod ſua claritatis efficacia, omnes maculas & nigredinem ſive tenebras in corporibus abſtergit ac delet, non ſecus ac Sol diſcutit & pellit nubes: ipſisque colorem inducit fulgentiſſimum & ſplendidiſſimum: quo inducto opus ſuum perfectum habebit artifex, & dignus erit, qui regijs afficiatur honoribus. Hunc autem ſcopum niſi aſſecutus fuerit, in vanum laboravit omnia.

Benè igitur operanti, bene erit, Regesque illi favebunt, maximisque ornabunt dignitatibus. Tandem concluſionis loco, in hoc paragrapho, addit author communem illam admonitionis formulam, de arcano ab improbis & indignis celando: quam ideo tam frequenter repetit, ne cœleſte ſophici ſilentij ſigillum fortè frangatur, & ſic ars noſtra ſacratiſſima in impiorum manus delapſa, nefariè profanetur.

HERMES.

ET ſcias fili, quod lapis noſter ex pluribus rebus, & variis coloribus, & ex quatuor coadunatus & compoſitus eſt elementis, quæ nos oportet dividere, & per membra ſcindere, & artus ſequeſtrare, partim mortificare in eo naturam, quæ in eo eſt, aquam & ignem in eo habitantem cuſtodire, qui ex quatuor elementis, & eorum aquis, ſua aqua continere, ſcilicet, quæ non eſt aqua, forma, ſed ignis, aquas aſcendens, & continens in vaſe ſyncero, & ne fugiant ſpiritus à corporibus: nam ſic tingentes fiunt & permanentes.

SCHOLIUM.

ELementorum diviſio & compoſitio, in lapidis & metallorum generatione, nulla poteſt ſimilitudine melius explicari, quàm per oleorum Chymicorum præparationem. Ut igitur rem penitus à capite ad calcem uſque oculis ſubjiciamus, exempli loco proponemus, olei baccarum juniperi confectionem: quam aliquis vix aggredietur, niſi primò omnium ex ſemine juniperi è terra naſci inſtituerit arbuſculam ſive juniperum, quæ in primo anno

sterilis, non nisi caudicem, ramusculos & folia profert, quæ omnia tanquam partes crassiores terræ vicem obtinent. Et hæc est prima lapidis operatio, quæ ejus dicitur putrefactio sive solutio in terrā. Anno sequenti secundo pergit Natura operari in arbusculam, & nulla accedente alia cultura, vel extraneo auxilio, nisi Solis tantummodò calore naturali, juniperus incipit ferre flores cineritios quasi & ad album colorem inclinantes, qui teneritudine & mollitie sua aquam repræsentant Philosophicam: vel lapidem in elementum aquæ resolutum. Sic anno tertio Naturæ robur magis magisque crescit & augescit in arbore juniperi, quæ in tertia revolutione annua (annus enim producit non ager) flores illas in bacculas albicantes commutat: juxta illud Philosophorum axioma: Corruptio unius est generatio alterius. Eiusmodi bacculæ jam continent quidem in se oleaginosam quandam pingvedinem, sed crudam adhuc, neq; satis decoctam. Unde aeri comparandæ veniunt Quarto & ultimo anno candentes illæ bacculæ vertuntur in baccas nigras, qui color consummatæ in illis, & perfectæ maturitatis signum est: ultra quem natura sine artis auxilio operari amplius nequit. Continuato enim hactenus digestionis tempore tam exquisitè à Naturæ igne sunt excoctæ & maturatæ, ut igneæ naturæ participes redditæ, totæ in ignem evaserint: adeò ut per se altiorem elementorum ordinem ascendere nequeant, nisi arte adjuventur. Quoniam autem admixta adhuc corporea crassities in his baccis, spiritualem & igneam medicinæ essentiam multū impedit, adeò ut tardius penetrando, vires suas in corpore ægri non liberè exerere possit: artis adminiculo adhibito, corporea ista & inutilis substantia inde separanda est: ita ut interior tantùm & purior Naturæ vis, quæ sola, juxta Hippocratem, morborum medicatrix, in oleo subtili, penetrante & juvante relinquatur. Quod oleum Chymico artificio ita præparatum, non amplius in se continet crassitiem ullam, nec igneam aut corrumpentem habet naturam, sed ætheream & cœlestem, purissimam & subtilissimam: sic enim tinget corpus humanum in sanitatem summam, & in eo statu diu cum eo permanebit. Quicunque igitur cupit elementorum divisionem & compositionem in magno Philosophorum opere exacte instituere: is sibi exemplum hoc de oleo juniperino ante oculos ponat: naturam sequatur, & cessante natura, artem sibi operis adjuvantem sociam adsciscat. Ars autem, teste Bernhardo comite Trevisano, Naturam solo igne adjuvat.

HERMES.

O Benedicta aquina forma pontica, quæ elementa dissolvis. Oportet autem nos cum hac aquina anima, ut formam sulphuream possideamus, aceto nostro eam miscere. Cum enim

enim aquæ potentia, compositumque solvatur, clavis restaurationis est. Tunc ab eis mors, & nigredo fugiunt, & sapientia procedit.

SCHOLIUM.

MAgna vis ac potestas inest aquæ Philosophicæ, adeò ut merito benedicta dicatur. Satis enim laudari, aut verborum encomiis deprædicari vix potest. Sicut enim aqua fontana sordes rerum abluit externas: ita hæc aqua elementa non tantum dissolvit, sed quoque internas corporum impuritates aufert, & juncta aceto Philosophico, elicit ex ipsis sulphur incombustibile, quod per projectionem imperfecta metalla tingit in aurum & argentum.

Hæc aqua est clavis artis, qua quo sæpius aperiuntur, hoc est, solvuntur corpora, eò magis coagulantur, eoque fiunt nobiliora, præstantiora & perfectiora: adeò ut nullum prorsus vestigium mortis, nigredinis & imperfectionis amplius in ipsis remaneat.

Hujus aquæ præparatio paucis cognita est, propter artificij ingeniosam subtilitatem: quam vulgares illi Alchymistæ in suis destillandis aquis minime adhibent.

Quicquid enim in hac arte absque Naturæ simul adjuvantis adminiculo præsumitur, opus vanum & irritum est. Aquarum enim fortium, regiarum, aliarumque similium ponticitatem, & solvendi vel atterendi potius facultatem habentium, & propterea aurifabris etiam usitatarum præparatio, tam aliena est à vera Chymia, ut major sit similitudo colorum in Æthiope & Dano, quàm in Sophistica illa & in vera præparatione. Rectam itaque veramque præparandi rationem non à magistris, sed ab ipsa natura discendam plane arbitramur. Videmus enim ipsam ex profundis montium abyssis ad nos mittere rivulos aquarum, præstantissimis omnis generis virtutibus ac donis, tam ad Chymiam, quàm medicinam præditarum: quarum præparationem ipsa sola absq; ullo consiliario absolvit. Hujus generis fons habetur in Ungaria, cujus aqua facultatem habet omne ferrum in cuprum transmutandi. Sunt præterea alij, in quibus si lignum ad tempus certum detinetur, indurescit & vertitur in lapidem. Similem ferè fluvium quendam in Thracia quoque inveniri, author est Ovidius his versibus:

Flumen habent cicones, quod potum saxea reddit
Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.

Præter thermas autem & acidulas infinitas, quæ passim in Gallia nostra & tota Europa occurrunt, nuper in superiori Germania, in Misnia videlicet, prope Schnebergam urbem, sicut à quodam Germano amico ad me perscriptum est, forte fortuna à quadam muliere ægrotante per somnij beneficium inventæ sunt acidulæ:

quarum effectus in multis morbis graviſſimis percurandis ſummopere prædicantur. Ad harum & ſimilium aquarum præparationem nullus unquam acceſſit Pharmacopæus, nullus deploratus Alchymiſta: & nihilominus tamen natura ſolers ac ſagax ſimplici ſua operatione, opus produxit multò artificioſius ac ingenioſius: quàm pompoſis & bulloſis ſuis receptis & proceſſibus, ut vocant, unquam præſtaret omnis ſeplaſiariorum & ſophiſtarum cohors. Philoſophi dicunt: ignis & azoth tibi ſufficiunt. Diſce igitur primùm à natura, azoth ſive aquæ iſtius Philoſophicæ præparationem. Hanc poſtea aquam præparatam, ſive artificialiter adjuvante natura productam, ſimplici operatione, ad imitationem ejusdem naturæ in igne ſolo coques, nec te tædeat: & ſic haud dubiè optatum finem conſequeris. Hæc quidem operatio ſive coctio ſimplex quidem eſt & linearis, ſed tamen non ruſtico planè modo ſive ingenio perficienda. Igitur antea dixi, ſimplicem illam quidem eſſe, ſed abſconditam & paucis cognitam, hoc eſt, ingenioſam. Qui igitur ingenio valet, in ea ſtudioſè & fideliter indaganda, ſpretis interim omnibus ſophiſticorum proceſſuum ambagibus, haud fruſtrabitur: ſed hac ipſa occaſione, in profundiſſima alia naturæ ſecreta & penetralia penitus introibit.

CAPITULUM TERTIUM.

HERMES.

Scito fili, quod Philoſophi nexibus ad pugnandum contra ignem vinculant roboratis, quia ſpiritus ablutis corporibus deſiderant ineſſe & ipſis gaudent. Habitis autem ipſis, ipſos vivificant, & in eis habitant, & corpora eos continent, nec ab eis unquam ſeparantur.

SCHOLIUM.

UT ſpiritus cum corporibus perfectè uniantur, & arctiſſimo confœderationis vinculo invicem cõjungantur, corpora priùs cum azoth & igne mundanda & abluenda ſunt. Eſt enim ablutio nigredinis terminatio, vel mundatio, donec album fiat perfectè album, & rubeum plenè rubeum. Mundatis hoc modo corporibus, ſpiritus ex naturali quadam propẽſione trahuntur in illorum amorem: quo ardenter inflammati, ſubitò cum corporibus commiſcentur, & ſic ambo tam indiſſolubili ſocietatis vinculo invicem colligantur, ut in æternum amplius non ſeparentur.

Sed noli exiſtimare, hanc copulationem eſſe fortuitam: ſed quia tanta inter corpora & ſpiritus intercedit affinitatis propinquitas: facilè ineunt hoc perenne invicẽ & indiſſolubile amicitiæ fœdus. Ab uno enim fonte & principio prodierunt ambo. Corpo-

ribus

ribus autem priores & hinc etiam nobiliores, & præstantiores sunt spiritus, qui corpora, sive, ut Marsilius Ficinus loquitur, escas sibi congruas, quibus allicerentur, effecerunt: & semper libenterque habitant in eisdem.

HERMES.

TVnc elementa mortua vivificantur: & corpora composita tingunt & alterantur, & mira opera permanentia operantur, ut inquit Philosophus.

SCHOLIUM.

DOmus, ut loquitur Paracelsus, per se semper mortua manet: soli verò inhabitantes vivunt. Sic corpora metallorum sunt domicilia suorum spirituum, qui, dum à corporibus recipiuntur, terrestrem illorum corpulentiam paulatim attenuant, corrigunt, & vi sua vivificandi, vitam in ipsis sopitam excitant. Vita enim in metallis latenter quiescit, nec vim suam ostentare potest, priusquam corpora exaltata, & in spiritum (spiritus enim solus vivificat) versa fuerint. In hanc dignitatis ordinem adducta, tùm demum perfectionem quoque reliquis imperfectis corporibus, ex ea, qua pollent, superabundanti tingendi virtute & facultate, communicabunt: & attactu suo omnia in fixam & permanentē transsubstantiabunt naturam. Hæc autem est proprietas medicinæ nostræ, in quam corpora redacta sunt, ut ejus una pars primùm tingat corporis imperfecti partes decem: deinde centum: tertiò mille: quartò decies mille, & sic fiat progressus in infinitum. Ex quo manifestè elucet summa verbi istius efficacia, quo Creator creaturam universam affatus, dixit: *Crescite & multiplicamini.* Quantò enim magis solvitur medicina, tantò magis crescit in virtute & potentia: quæ aliàs sine solutione in simplici suo perfectionis statu permaneret. Fontes igitur cœli & divinæ misericordiæ sunt aperti, qui nullo ingenio humano exhauriri possunt: nihilq; à nobis desideratur aliud, quàm ut vasa debita adhibeamus ad excipiendam tam salutarem ac divinam aquam, quæ ex istis promanat fontibus. Non enim deficient, quousque hoc mundi seculum durabit: hoc verò transeunte & cessante, DEus omnium fontium rivulos rursus in se contrahet: nec amplius ipsos emanare aut effluere permittet. Sic gratiæ fons inexhaustus erga genus humanum est Christus, ex quo quantò sæpius potamur in hoc seculo, tantò magis crescimus in spem, fidem & charitatem erga illum.

Debemus igitur sedulò operam dare, ut assiduo ferventique pietatis exercitio, sacroque pœnitentiæ igne corda nostra soluta quasi aperta, indies hauriant tam saluberrimam vivificamque hujus fontis aquam. Quicunque enim in hoc seculo gratiæ, cum virginibus prudentibus non sibi comparaverit hujus aquæ thesau-

rum & copiam sufficientem ad vitam æternam consequendam: is frustrà emptionem illius, cum fatuis istis virginibus in altero sperabit mundo.

HERMES.

O Aquina forma permanens, regalium creatrix elementorum, quæ tuis fratribus regimine mediocri tinctura habita & juncta quiescis.

SCHOLIUM.

QUod author hîc lapidis materiam non simpliciter aquam nominet, sed aquinam formam: in illorum gratiam factum est, qui aquæ nomen audientes, de aqua communi aut artificiosis, nescio quibus, gradualibus, tingentibus, solventibus, & similibus ipsum locutum, falsò sibi persuadere potuissent. Multi enim adhuc hodiè reperiuntur, qui aquas elicere conantur non tantùm ex metallis & mediis mineralibus, sed & ex lapidibus, silicibus, & sexcentis similibus rebus: quibus perperam utuntur ad sua magisteria sophistica. Author igitur dedita opera non simpliciter aquæ, sed aquinæ formæ mentionem facere voluit. Sed plurimus numerus est eorum, quin inter eos etiam, qui Philosophiæ titulum sibi solis hodiè in Academiis arrogant, qui hanc aquæ essentialem formam, de qua author loquitur, ne pertransennam quidem adhuc aspexerunt: ac per transennam quidem adhuc aspexerunt, utpote quam imperscrutabilem ferè omnes falso opinantur: sibique prorsus incognitam esse ultrò profitentur: Et nihilominus videri volunt Philosophi summi & excellentissimi. Ego vero contra, de illis sic statuendum æstimo: quòd quicunque substantialem formam ignorat, principia ut etiam scientiæ naturalis ignoret, necesse sit. Quanta igitur illorum in hac Philosophiæ parte scientia sit, aliis nunc judicandum relinquo.

In uno ambo peccant tam alchymistici, quàm Academici sophistæ. Cum enim inquirenda rei veritas erat ex essentiali Naturæ libro, tanquam quodam lumine certam ac veram ad naturalis scientiæ fontem viam monstrante: ipsi hac luce neglecta defecerunt ad inanes & frivolas gentilium & sophistarum opiniones, ex quibus nullam hactenus certitudinem haurire potuerunt, nec in posterum haurient unquam. Et sic dereliquerunt fontem sive venam aquarum viventium, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Jerem. cap. 2. Si nescis fontem, ex quo vivificum illud deorum nectar & Ambrosia, sive aquæ vivæ profluant: Ecce quæso, quid Esther cap. 10. in suo libro dicat: Parvus, inquit, fons est, qui crevit in fluvium & in lucem Solemque conversus est, & in aquas plurimas redundavit. Hîc arrige aures Chymiophyte. Sin verò minus capax es tantorum mysteriorum,

rum, quæ in enumeratis his verbis compendiosè comprehenduntur, audi Bernhardum Trevisanum, de hoc fonte fusiùs ita loquentem: Fons, inquit, est valdè mirabilis & terribilis virtutis, præ cæteris omnibus totius mundi fontibus. Pertinet autem ad regem solum hujus patriæ, quem fons optimè novit, & ipse fontem: Resolum lucet insuper fons iste clarus velut argentum, & cœlestis est colomaris. Hactenus ille. Est itaq; aqua ex hoc fonte scaturiens, permanens & creatrix regalium elementorum, hoc est, ut Bernhardus id explicat: Fons attrahit ad se regem, & post centum & triginta dies tandem emergit Rex splendidus, nitens, & diademate regio coronatur: quo postea fratres sive aulicos suos quoque ornabit: modò priùs benè in eodem mundati fuerint fonte, ita ut omnem deponant leprositatem, & internam corporis immunditiem. Hoc enim modo inter ipsos facta concordia & pace, regnum suum felici ac jugi possidebunt administratione.

HERMES.

Lapis noster pretiosissimus in stercore ejectus, est carissimus, vilis & vilissimus, quia oportet nos duo simul argenta viva mortificare, & venerare, & venerari, scilicet argentum vivũ auripigmenti, & orientale argentum vivum magnesia.

SCHOLION.

LApis dicitur pretiosus simul, & vilis, propter duplex argentum vivum, ex quo componitur. Est enim primùm argentum vivum, res vilis & abjecta, quæ omnibus in locis reperitur, in fimo, in viis publicis, in planitie, in montibus & vallibus: & homo vine horulæ unius momentum vivere potest sine eo: imò omnia viventia, tam animantia, quàm vegetabilia, ut herbæ, plantæ, arbores eo indigent: omnia enim protegit à corruptione, & ipsa etiam mineralia cuncta sine omni exceptione. Visnè scire quid sit? Non est aurum, non argentum, non gemma, nec lapis ullus pretiosus: hæc enim omnia magno constant pretio, nec numeranda veniunt inter ea, quæ sunt vilia & exilia. Ecce dicam: SAL est, non autem vulgaris ille, quo cibi culinarii condiuntur, quamvis ex una quoque qualitate, dissolvendi nimirum, cum eodem participet: sed est sal petræ: Petræ, inquam: quo Mercurius currens in optimum & perfectissimum metallum, & silex in durissimum adamantem transmutatur. Pauci (scio) verbis meis fidem adhibebunt: sed si æquè ac Philosophi, experientia edocti scirent, quomodo ejusmodi sal petræ in omnibus rebus reperiretur, & quomodo ex iisdem omnibus artificiosè posset extrahi: sibi ipsis tum, tanquam oculatis testibus, fidem sine dubio non derogarent, & tam pretiosum salem, qui ab ignorantibus tantùm vilipenditur, & propterea vilis à Philosophis dicitur, non tam leviter cum sordibus, quisquiliis, & fimo

simo abjicerent: sed majori reverentia & industria, illum ab omnibus potius mundi angulis colligerent. Neque hîc specto authoris consilium, qui ex justa quadam & honesta invidia, ne vulgò promiscuè innotesceret, auripigmentum vocavit. Non enim hîc authori, sed cupidis discendi studiosis gratificandum esse duxi: quos in æquis & bonis conatibus suis pro virili juvare consilium hactenus fuit, & posthac semper erit. Cur enim persuaderem discipulo rem quærere Romæ, Pragæ: hîc, illic, cum maximo sumptuum dispendio, quæ tamen ubique & in omnibus locis reperiri posset. Exemplo rem declarabo. Si ægrotus aliquis solo radiorum solarium aut lunarium aspectu possit curari: ego verò medicus in consilium vocatus, suaderem ægrotanti, ut proficisceretur in Italiam, Solem vel Lunam aspecturus, & eorundem ibi radios excepturus: annon stultum hoc esset consilium, cùm idem mihi Sol, eademque luna hic in Gallia æquè ac in Italia singulis diebus per totum oriantur annum. Sic multi pœnitentiam acturi, frustrà in Italiam & Hispaniam iter instituunt.

Minori enim pretio & labore illam domi emerent à sole justitiæ, unico Salvatore ac Domino nostro Jesu Christo, qui gratis per fidem solam nobis promisit peccatorum veniam. Sed tantum dixisse sufficiat de argento vivo vili & vilissimo: nunc pauca quædam annectemus de pretioso & carissimo: quod orientale argentum vivum magnesiæ author nuncupat, Sed non loquitur de argento vivo, quod videtur: neque de magnesia vulgò nota. Sed per argentum vivum intelligit humiditatem illius mixtionis, quæ est humiditas radicalis lapidis nostri. Et per magnesiam intelligit totam mixtionem, de qua extrahitur ista humiditas, quæ argentū vivum nostrum vocatur: quæ quidem humiditas currit in igne & in eodē totum compositū dissolvit, congelat, denigrat, dealbat. rubificat, & perficit, hoc est, omnia facit in omnibus. Unde pretiosissimus est thesaurus ei, qui eam novit, & possidet. Meritò autem dicitur magnesia. Magnesia enim est ejus vis & facultas, quæ instar magnetis universalis, omnia ad suum attrahit centrum, quæcunque in se universus tàm superioris quàm inferioris mundi ambitus complectitur: adeò ut per ejus beneficium in minimæ quantitatis corpusculo, vix aciculæ mucronem referente, liceat totum comprehendere mundum. Sed majus secretum latet, in hac pretiosa magnesia, quàm in argento vivo vili. Philosophi igitur miris illam modis occultarunt, nec nobis de illa plura dicere aut manifestare fas est.

HERMES.

HERMES.

O Natura maxima naturarum creatrix, qua continet & separat mediocria naturarum, cum lumine venit, & cum lumine genita est, & quam tenebrosa nebula peperit, quae omnium mater est.

SCHOLIUM.

UNa est natura universalis, quæ ab Aristotele definitur esse principium motus & quietis. Vel est, ut hic Hermes loquitur, creatrix omnium naturarum, hoc est, productrix rerum omnium. Et ob hanc causam, quia omnia procreat, ac gignit, omnium quoque nominibus à Philosophis appellatur. DEus enim supremus rerum opifex, & totius mundi architectus, Naturam hanc unam ac solam rebus naturalibus gubernandis præfecit, quas igneo suo ac perenni vigore, quem ipsi rerum conditor in prima creatione indidit, fovet ac conservat. Estque eadem Natura linea quædam viridis, quæ gyrat universum: Unde causa sola est, quòd singulis annorum revolutionibus, incunte scilicet vere, species rerum omniem revirescunt, & novam recipiant germinandi & prolificandi vim, per quam crescunt & multiplicantur: ne forte ipsæ species intereant, & sic vacuum in Natura, quod maximum esset flagitium, daretur: Unde rectè canit Virgilius.

Vere tument terræ, & genitalia semina pascunt:
Agia tunc resonant avibus virgulta canoris,
Et Venerem repetunt certis armenta diebus.

Item Ovidius:

Tunc blandi soles, ignotaque prodit hirundo,
Et nitidum celsa sub trabe fingit opus,
Herbaq; qua latuit cerealibus obruta sulcis,
Exerit è tepida molle cacumen humo.

Operatur autem natura in hæc inferiora, per Solis, Lunæ, & reliquarum stellarum radios, quos Hermes sub vocabulo luminis intelligit. Horum enim irradiatione sive illuminatione infunduntur rebus elementaribus varia virtutum dona, pro variis ac diversis rerum speciebus. Quæritur hinc, num Chymicus naturæ quoq; opera & auxilio indigeat in elaborandis suis arcanis & magisteriis? Sed facilis est responsio iis, qui norunt Chymiam, artem similem esse agriculturæ, in qua partem sibi vendicat Natura, partem agricola, tanquam operator & artifex externus. Ut enim solummodò hic principaliter occupatur in agro præparando & seminando: reliquum autem generationis perficiendæ & absolvendæ opus, unicæ committit naturæ: sic quoque Duce inprimis Natura, comite verò arte, opus suum Chymicum auspicatur omnis verus artista sive Chymista. Hermes præterea hîc mentionem facit

facit Naturæ, quam tenebrosa peperit nebula: per quam nihil aliud intelligit, quàm magnesiam Saturni. Saturnus enim Græcè χρόνος appellatus, hoc est, tempus non aliter universa generationi obnoxia, in hoc mundo generat ac producit, ac magnesia ipsa, quæ mater & genitrix dicitur omnium.

HERMES:

UBi autem regem coronatum filiæ nostræ rubeæ conjungemus, & in levi igne nondum nocentibus, concipiet & filium conjunctum & supereminentem; quo igniculo permanentem cibat illa, & vivit igne nostro.

SCHOLIUM.

REgina sive filia Philosophorum rubea, est Luna. Non autem mireris, quòd, quæ aliàs caput & splendor est albedinis nunc rubea dicitur. Est enim Luna metallica sive Philosophica etiam masculinæ naturæ: quæ Soli, regi coronato, desponsata, concipit gignitque filium, quem Philosophi suum vocant Mercurium. Hic ubique est mirabilis, cujus parentes, quos modò habuit altrices & nutrices, nunc ab ipso aluntur & nutricantur. Ut enim ingenio est versuto, & miris imbutus artibus, inter alia novit etiam epulas atque dapes omnis generis gratissimas præparare: nec vulgari coquendi modo: sed potius ad moderatissimum vivifici ac cœlestis ignis calorem ipsas coquit paratq;. Quibus paratis & in mensa Philosophorum rotunda, quæ ultrà decem aut ad summum duodecim personas non capit, appositis: pater, mater, & reliqui ejus agnati accumbunt, & convivium celebrant verè philosophicũ per integram septimanam. Alium autem cibum, præter Mercurialem, hoc est, quem filius ipsis offert, non admittunt: neque patiuntur quempiam ex peregrina familia, qui non proxima sanguinis necessitudine ipsis junctus sit, cum ipsis accumbere. Sin verò, ut non rarò fieri solet, cibi in mensa appositi fortè refrigescant, Rex ex solo intuitu oculorum suorum instar ignis rutilantissimi resplendentium, in momento efficit, ut recalescant, & ita calefacti gustu fiant suaves & delicati, quibus se reficiunt mirum in modum, & ad satietatem usque comedunt, ita ut ad multum tempus neque sitiant amplius, neque esuriant. De ejusmodi coquo, qualis est hic noster Mercurius, sibi prospicere debebant omnes reges ac Principes, propter summam ejusdem necessitatem. Non enim cibos parat tantummodò alimentarios, sed etiam medicamentosos, qui corpus ab omnibus morbis liberant, idque sanum ad ultimum usque vitæ terminum præservant ac custodiunt. Ubicunque igitur talis reperietur coquus, Pharmacopœo amplius non opus erit: una enim eademque operâ utriusque ille perfungetur officio.

HER-

HERMES.

CVm autem dimittis ignem ſuper folium ſulphuris, intret ſuper illum terminus cordium, abluatur eo, & ejus coinquinato extrahatur, tunc alteratur, & ejus tinctura ex igne remaneat rubea, ut carnes. Filius autem noſter rex genitus ſumit tincturam ex igne: illum verò mors & mare fugiunt & tenebræ.

SCHOLIUM.

OMne quod vivit, propter incluſum ignem vivit, ſulphur ergò in ſe abſconditum quoque continet ignem, qui per ignem externum excitetur, vita vivere manifeſta incipit: & ita, quod antea occultum in ſulphure erat, manifeſtatum nunc exiſtit. Ignis autem officium eſt, non ſolummodò vivificare, ſed etiam depurare, & heterogenea ſegregare tantisper, donec ſeparatis fecibus randem appareat tinctura puriſſima & rubicundiſſima, quæ colore repræſentat carnes, ſcilicet recens mactatas, & ſanguine adhuc conſperſas ſive cruentas. Hic eſt ſanguis iſte Leonis viridis, de quo paſſim mentio fit apud Philoſophos. Viridis autem dicitur, non propter colorem viridem externum, ſed propter vitæ viriditatem juxta hunc verſum:

Læta viror vita eſt, mœrori convenit ater
Color, &c.

Unde etiam iſta ſolummodò tinctura, quæ carnibus recentibus, rubeis, & ſanguine adhuc madentibus ſimilis eſt, perfectionis gradum attigiſſe dicitur. Ejusmodi enim carnes, quæ nihil aliud ſunt, quàm ſanguis modò coagulatus, perfecto adhuc & pleno ſpirituum vigore abundant: non ſecus ac ſanguis Leonis viridis, qui propter viriditatem ſuam totus circumfluit ſpirituum vitalium copia.

Multi hactenus verſati ſunt in eo errore, quod putarint, viriditatem indagandam eſſe in ſpiritu vini, vel vino, aliquot vicibus, ut vulgò ſolent deſtillato. Viderunt enim, vinum, antequam ex uvis exprimeretur, & in dolia reconderetur, in vitibus, quæ foliis, floribus, & uvis immaturis virides apparebant, creviſſe: unde ab hac externa viriditate Leonem philoſophorum viridem appellari opinati ſunt: ſed turpiter in eo decepti, à vero Leone viridi & rubeo cognoſcendo, longiſſimè aberrarunt.

Ut enim leo animal fortiſſimum, omnium cæterorum animalium robur in ſe ſolo complectitur, ita tinctura philoſophorum præſtantiſſima, omnium rerum tincturas in ſeſe continet, quæ in tam fragili vitis ligno, aut in eo, quod exinde provenit, minimè quærenda eſt. Quomodo enim poteſt ex re corruptibili & combuſtibili elici tinctura incorruptibilis, fixa & incombuſtibilis? Poſſuntne de ſpinis uvæ, aut de tribulis ficus colligi? Simile ſibi ſi-

mile generat procreatque. Unde, teste Horatio, fortes solùm creantur fortibus. Et cum secundùm Hermetem in lapide sivè tinctura nostra sit omnis fortitudinis fortitudo fortis; ex re nobiliori & perfectiori utique, quam ex ligno aut fructibus vitis, illam extrahendam esse, conjectare quilibet potest.

Quæ autem sit illa res, videtur author apertè indicare his verbis, ubi dicit: & ejus tinctura ex igne remaneat rubea: item, Filius noster rex genitus sumit tincturam ex igne. Unde palàm constat: ignem esse illam fortitudinem fortem, sive veram Leonis viriditatem. Quæcunque enim tinctura ab igne fugit: imperfecta & immatura censeri debet, & per consequens diutius in igne nutrienda, donec perficiatur. Sin vero in igne nutrita, antiquam pristinamque suam formam retineat, aut potius corrupta, in deterius vergat, ea, tanquã res ab opere philosophorum magno aliena, prorsus excludenda, & procul hinc ad Anticyras ableganda erit. Quẽadmodum enim inter homines, nonnulli reperiuntur, qui ex longo usu, & assuefactione, venenum corpori humano alias contrarium & inimicum, sine noxa assumere, & instar alimenti alicujus familiaris in ventriculo concoquere ac digerere possunt: Sic etiam lapis noster, in quo ab initio mors & tenebræ, hoc est, imperfectio & impuritas dominabantur, paulatim in igne coctus, indies magis magisque ignis naturæ assimilatur, & tandem in ignem totus vertitur: ac veluti salamandra in igne, tanquam proprio suo elemento sive matrice habitat, eoque unicè gaudet & delectatur: qui etiam temporis diuturnitate transit in essentiam quintam & tincturam Physicam, tàm ad metallica, quàm humana corpora.

HERMES.

Solis radios draco fugit, qui foramina observat, filiusque noster mortuus vivet, rex ab igne veniet, ac conjugio gaudebit, & occulta patebunt, & lac virginis dealbabitur. Filius jam vivificatus fit bellator ignis, & supereminens tincturis. Filius enim est beneficium & philosophiam habens.

SCHOLIUM.

DRaco significat terram, & est nigrum nigrius nigro. Serpentes autem & Dracones gaudent potius locis subterraneis, petrosis & obscuris speluncis, quàm luce solis sive diei propatulo. Lucente igitur sole fugiunt, & latibula sua repetunt, nè à tàm claro luminis splendore, quem ferre nequeunt, nimis torqueantur. In vas igitur probè munitum ac clausum, nec nisi unicum foramen, parvum ac rotundum, per quod solis radii intrare possunt, habens, Draco inclusus soli exponatur per mensem philosophicũ: quo temporis spatio, membris ejus penitus dissolutis, morietur: & fœtore suo lethali, accedentem quoque regis filium inficiet, & neci

neci tradet : Ambo igitur mortificati,& in vitrum aliud mundum inditi ponantur ad ſolem per alium menſem philoſophicum : vel ſi hyemis tempore, ſolis calor ſit remiſſior : ſimilem in hypocauſto. vel alio loco convenienti & idoneo excitabis. Et tum temporis filius calore ſolis percepto, paulatim à vitæ ſpiritu recreabitur & revivificabitur: draco verò ab eodem calore urgentiùs preſſus, penitus conſumetur,& redigetur in nihilum. Rex autem videns, imbecillum nimis eſſe calorem ſolis, pro filio ſuo à draconis veneno prorſus liberando balneum parare jubet pro ſe & filio: & extincto dracone, ipſe cum filio ſuo balneum calefactum ingredi tur, quem ex amore paterno continuis amplexibus fovet, & interim lac virginis ei ad membrorum refectionem in magna copia quotidiè præbendo, tamdiu hoc fomenti balneum continuat:donec filius, omnibus veneni pravitatibus abſumptis, priſtinum corporis robur & venuſtatem recuperet: & dignitate, virtute & ſplendore prorſus ſimilis evadat patri, adeò ut vix inter illos agnoſcas differentiam. Pater in æternum non deſerit filium, nec viciſſim filius patrem. Sicut enim umbra corpus, ſic filius partem continuò ſequitur : tàm perfecto enim & conſtanti amore invicem juncti manent, ut nulla vis elementorum externa, ſive ſit ignea, ſive aerea, ſive aquea, aut terrea, tàm firmum amicitiæ pactum diſſolvere amplius queat.

Præſertim filius, ut nihil nunc dicam de patre, qui in omnibus ſimiles eſt filio, in nova hac generatione dux eſt tam potens & fortis, ut per media incendia vicorum ſive domorum, absque ulla læſione tranſeat. Et ſicut ignis, nihil juris habet in aurum: ſic nullam quoque habet poteſtatem in aureum hunc heroem : qui meretur idcircò ſummo jure vocari aurei calcaris ſive auratus eques, magnificus,& inclytus : quiq; præterea tanta ſapientia præditus eſt, ut è longinquis regionibus ad eum, véluti Regina de Saba ad Salomonem, multi quotidiè confluant Philoſophi, & ſolidam ſibi Philoſophiæ cognitionem, ac ſcientiam (ex quo enim rerum intelligentia potius requirenda eſſet, quàm ex eo, qui eam ex lumine & flumine ipſius Naturæ, tanquam ex eo ipſo fonte ubertim haurit) ab eo comparent. Quam aſſecuti ſive adepti(hinc Philoſophi Adepti nominantur à Paracelſo:indeque nomen ſuum habet Philoſophia adepta) gratiarum actionem, prout decet, pro tantis beneficiis modeſtè referunt, & cum pace revertuntur in regionem ſuam.

HERMES.

VEnite filii ſapientum, & nunc gaudemus, & ſimul lætemur, quia mors conſummata eſt, & filius noſter regnat, & jam rubea togâ, & Chermes indutus eſt.

SCHOLIUM.

SIcut victor magnanimus è bello reverſus, publicè & ſolennite agit triumphum: & undique in publicis plateis acclamatio po puli, in lætitiæ & congratulationis ſignum exauditur: ſic quoqu Hermes exiſtimat, ſibi acclamantibus congratulantibusque ſi mul ſapientum filiis poſt partam in hoc Chymico bello victo riam, nunc triumphandum, & manibus pedibusque in lætitiæ ſi gnum plaudendum eſſe: ut qui tot monſtra horrenda deviceri tot terribiles dracones: tot venenatos ſerpentes, & malignos ſpi ritus profligarit, & mortem denique ipſam confectam ſuperâri Sed cui potius prima gloriæ palma debetur pro tanta victoria im petrata, quàm filio regis: qui tanquam alter Hercules, immen ſum & inſuperabilem laborem in tam atrocibus debellandis ho ſtibus, ſuſtinuit: Unde etiam regni philoſophici hæres legitimus & toga rubea ac purpurea indutus, ſummum dignitatis gradum obtinuit, & tanquam invictiſſimus mundi monarcha, ab omn hoſtium inſultu & impreſſione, regnum ſuum tuetur ac defen dit. O terque quaterque beatus, qui divina ope cœlitùs adjutus hujus reguli favorem & gratiam ſibi conciliabit, ipſique tanquam fidelis amicus, conſiliarius, & cubicularius vigilanter aſſiſtet: ſala rium enim, quod ſuis expendit fidelibus & familiaribus amicis ſuperat omnes omnium Cræſorum Craſſorumque, quotquot ho ſeculo vivunt, theſauros.

CAPITULUM QUARTUM.

HERMES.

INtelligite filii ſapientum, quòd hic lapis clamat, protego me, & protegam te, largire vis mihi meum, ut adjuvem te.

SCHOLIUM.

EXpandi manus meas, inquit Dominus exercituum apud Eſaiam 65. tota die, ad populum incredulum, qui graditur in via non bona poſt cogitationes ſuas. Quis quæſo ſimilior eſt huic popu lo, quàm Chymiſta erroneus & ignarus: qui neque lapidem cla mantem neque rectè philoſophantem audit: ſed in ſeductionum deviis continuò verſatur. Quomodo verò audiat lapidem, quem non agnoſcit: aut quomodo benignam præbeat aurem Philoſo pho, quem neque intelligit, neque intelligere cupit. Vana enim ſcientiæ perſuaſio, cum tamen nihil ſciat, adeò illum excæcat, ut

sæpenumerò de magno quodam mysterio apertè loquentem non capiat: sua tantùm sibi placent: experientiam rerum multam habet in Chymicis operationibus: non doceri, sed docere vult alios: unde etiam non absre doctoris vel alterius dignitatis titulum gerit: quem turpitudinis fortè infamia contaminaret, si doctiorem præ se agnosceret ullum. Hæc vana, inquàm, persuasio multis hactenus nocuit, & adhuc indies nocet, quò ad finem artis non perveniant. Temeritate enim quadam in altum plus justo volantes, & velut Icarus propiùs ad solem accedentes, cum eodem in profundum erroris pelagus præcipitantur, ex quo in posterum sine maximo labore vix evadunt. Lapidem & Philosophum uno quasi ore loquentes audit veritatis studiosus. Lapis quidem rem ipsam nudè sine verbis exhibet: Philosophus verò rei veritatem essentialem verbis exprimit: & ipso opere, si res postulat, demonstrat: ita ut, etiamsi unam eandemq; ambo doceant veritatē, philosophus tamen sit tanquam præceptor intermedius inter lapidē & discipulum. Præceptor igitur clamat, audi me discipule, & docebo te: Latgire mihi tempus auscultandi, & institutis te juvabo optimis, tibique & tuis salutaribus: Me enim si auscultando rectè perceperis: magnum naturæ lumen, de quo paulò post, videbis & ipsius quoque lapidis profundum agnosces secretum. Discipulus itaque disciplinæ subditus & obediens hujusmodi monita non spernit, sed fideliter sequitur, votique tandem sui compos redditur. Ignorantiam enim suam, quam habet, commutat cū magna scientia, saltem auscultando & meditando, adeò ut non tantùm præceptorem, sed ipsum etiam lapidem quem anteà surdus præ insciti non audiebat, nunc clamantem assequatur. Sed quam ampliùs utilitatem inde capiet discipulus? Voluntati magistri obtemperavit: naturale quoque lapidis desiderium explebit. Obsequio disciplinæ satisfecit magistro: artificio pyrotechniæ satisfaciet etiam naturæ & lapidi. A magistro impetravit scientiam & sapientiam: per lapidem inveniet sanitatem & opulentiam, & alia multa commoda, de quibus mox audiemus.

HERMES.

SOl meus & radij mei sunt in me intimi. Luna verò propriæ meum lumen est, omne lumen superans, & bona mea omnibus bonis meliora sunt: gaudium, lætitiam, gloriam, divitias, & delitias intelligentibus largior; & quod inquirunt, agnoscere & intelligere facio, ac divina possidere.

SCHOLIUM.

QUando Philosophi loquuntur de radiis solis, de lumine Lunæ, deque aliorum astrorum luminibus, non id accipiendum est de nudo splendore externo, qualis est lucernæ sive candelæ

accensæ : qui vicinum tantùm aeris complexum illuminando, reddit perspicuum & lucidum, sine aliâ quacunque vi & impressione vitali & animata. Umbram enim & superficiem ejusmodi mortuam, sive relollaceam, ut Paracelsus loquitur, haud curant Philosophi; sed veram tantummodò & intus latitantem quærunt rerum medullam, hancque solam singulari artificio venantur per radios suos essentiales & lumen philosophicum internum. Ut autem duplex horum radiorum differentia magis innotescat, clarioris doctrinæ causa exemplum fulminei radii hûc producemus; cujus scientia sive proprietas naturalis talis est, ut non promiscuè cum lumine feratur in quamvis aeris partem, nec aerem luce tantum externa illustret, sed vi quadam magnetica & innata pellatur ac rapiatur in locum certum, suæ naturæ magis consentaneum & familiarem, quem solùm cæteris omnibus illæsis tangit & ferit, vimque suam actuosam evidenti nota impressa, clarè demonstrat.

Hinc videmus sæpenumerò ensem sive ferrum in vagina à fulmine dissolvi, corio vaginæ integro adhuc & illæso: item hominis interdum cutem à fulmine aduri, vestibus externis intactis, aut vice versa: ut ejusmodi plura videre licet exempla in historiis naturalibus. Ex quibus palàm liquet, quòd Philosophi de radiis, qui absque vitalium energia, lumen tantùm præbent otiosum & sterile, minimè sunt solliciti, sed de illis tantùm, qui cum lumine, efficacem simul & vivam formarum sive virium essentialium œconomiam administrant: quorum effectum eximium explicat author in sequentibus verbis: Ubi ex ejusmodi luminum radiis, multa solerti indagatori bona evenire asserit, veluti gaudium, lætitiam, gloriam, divitias, & delitias: & tàm magnificè extollit hanc scientiam, ut malit illam divinam, à tam nobili & præstanti subjecto, quàm humanam appellare.

HERMES.

Ecce quod Philosophi de scientiis celaverant literis septem scribitur: duas enim sequitur alpha, yda, & librum similiter sequitur Sol, volens tamen dominare, artem custodire, jungere bubæ aquæ filium, qui est Iupiter, quod est occultum arcanum.

SCHOLIUM.

NOn certo constat de vocabulo isto septem literarum, in quo author totam scientiam occultari dicit. Impossibile enim est, omnia philosophorum ænigmata ad unguem eruere: in quibus sæpenumerò rimandis, citius sensum, quàm verba invenire licet. Quale enim istud vocabulum sit, ingenuè ut veritatem fatear, ignoro prorsus, ac quamvis aliquis divinando propiùs ad authoris

mentem

mentem accedere videretur, ſemper tamen de eo dubio relinqueretur: cum nemo, abſente authore, poſſit hunc hæſitantiæ ſcrupulum planè tollere. Ergò ſuſpenſa de verbis lite, operam tantùm dabimus, ut verum ſenſum & ipſam rei eſſentiam eliciamus. Opinio mea ſic fert, (alteri interim liberum relinquo opinari quicquid volet) quòd non procul à veritate aberrare videatur, qui dicat, vocabulum iſtud ſeptem literarum eſſe ſeptem corpora metallorum, quæ ſub unico verbo, nempè PLANETA, haud abſurdè comprehenduntur.

Saturnus enim eſt Planeta: Jupiter eſt Planeta: Mars eſt Planeta: Sol eſt Planeta: Luna eſt Planeta: Venus eſt Planeta: Mercurius eſt Planeta: ita ut omnibus ſeptem corporibus conveniat nomen Planetæ. Accedit & hoc, quod ſi Græcè ſcribatur, poſt primas duas literas ſequatur alpha, & paulò poſt yda. Confirmat præterea hanc noſtram opinionem Philoſophus lib. de conjugio ſolis & lunæ, his verbis: per Deum, inquit, ſi conſideraveris ſtellas, id eſt, Planetas erraticos, id eſt metallorũ corpora, non eſt inter nos, ſcilicet philoſophos, differentia, id eſt, diverſitas, in hoc, quod opinantur, id eſt, de arte opinantur, quia ex his metallis, & per hoc prę-parant ſapientes lapidem ſuum, in quibus eſt Mercurius & ſulphur fixum & incombuſtibile per naturam rectificatum: & propter hoc præparatio noſtra ſurgit per ſeras, & claves aperientes ſeraturas, id eſt, problemata obſcurata. Hactenus ille. Ut ut ſit, alium ſenſum ex authoris verbis vix extorquebis: quod vel ex conſequentibus verbis palam evincitur: Ubi dicit: Solem cum aquæ filio ſive Jove eſſe conjungendum, & hoc eſſe occultum arcanum. Per aquæ enim filium innuit Mercurium, & per ſolem ſulphur fixum & incombuſtibile: in quorum duorum conjunctione totum latet arcanum. Sed quia philoſophus ſuprà inquit, lapidem ſuum præparare ſapientes ex his metallis, & per hoc: nihil aliud intelligit per hoc, quàm aurum ſive ſolem. Ut enim Sol in firmamento tantam claritatem ſolus obtinet, ut ſolus cùm eſt exortus, obſcuratis omnibus aliis appareat: ità Sol Philoſophorum ſive metallicus ortus, ſive in vaſe philoſophico natus, occultè in ſe continet reliqua metallorum corpora, & cæteris occultatis ipſe ſolus apparet. Dictus enim eſt Sol, quaſi ſolus, quod unus ſit, & non plures: quique tanta ſit magnitudine, ut tanquam dux, & princeps & moderator luminum, cuncta ſua luce luſtret & compleat.

HERMES.

AVditores intelligite, & deinceps noſtris utamur opinionibus, & quæ ſcripſi ſubtiliſſima inveſtigatione, & contemplatione vobis demonſtravi, quoddam unum novi. Nam quis intelligit, quod ſincera inveſtigatione & ratione inquiritur?

Ex homine non fit, nisi quod ei simile est, & ex tauro idem: & si quod animal cum aliena specie cubat, nascitur, quod neutro simile est.

SCHOLIUM.

Qui facilè credit, facilè decipitur. Ut igitur suprà, ita & hic denuò monet author, ut dicta ejus recta rationis bilance expendantur: non autem crasso modo, prout nuda sonat litera, accipiantur. Et sicut res, quas proponit, non levi, quod ajunt, brachio tractat, nec quidquid illi in buccam venit, statim suo inserit libro; sed in illarum descriptione & demonstratione utitur subtilissima investigatione & profunda contemplatione: ita lectorem quoque decet esse sedulum, & diligentem in legendis & meditandis ejusdem scriptis. Qui enim oscitanter, & sine intellectu aliquid in hoc opere præsumit: is similis videtur claudicanti, qui fracto aut læso altero crure, cursus certamini se temerè immiscet. De sincera autem investigatione, per quam nihil aliud intelligit, quàm rationem rectam, veram & naturæ legibus consentaneam, suprà dictum est.

Deinde speciem per sui similem speciem propagandam docet. Frustra enim laborat, qui de spinis, ut suprà diximus, uvas colligere tentat. Ex homine enim non nascitur nisi homo, nec ex brutis nisi suum simile. Ordo enim specierum propagandarum, quem Deus in creatione instituit, manet inviolabilis. Deus igitur rebus omnibus, huic ordini subjectis, suam quoque addidit crescendi & multiplicandi benedictionē. Omnis autem generatio extra hunc ordinem instituta, maledictionis divinæ haud dubiè obnoxia est. Cujus rei exemplum habemus luculentissimum in mulis, qui ex commixtione equorum & asinarum, vel asinorum & equarū procreati, fœcundum semen pro suæ speciei multiplicatione & propagatione non obtinuerunt. Cum enim specierum ejusmodi confusio sub hoc divino creationis ordine non comprehendatur, meritò etiam istis non indita fuit per benedictionem divinam vis illa crescendi & multiplicandi. Loquor autem hic de speciebus completis ac perfectis, sive illas idæas Platonicas, sive certas & specificas seminum rationes, sive scintillulas igneas speciales, sive formas specificas, aliisve pluribus appellare velis nominibus: quas omnes in universum mundū diffusas, & pulcherrimo ordine invicē distinctas, Deus in creatione per solum verbum FIAT produxit. Contra sacrum autem & incontaminandum hunc ordinem maximè impingunt falsarii & spurii alchymistæ, qui ex temerario quodam ausu, & confusione plusquam Babylonica, specierum invicē mixtionem moliuntur. Conjungunt enim ea, quæ Deus disjunxit: quæ verò conjunxit, disjungere & separare ordine inverso impiè conan-

conantur. Non igitur mirum est, si proximo illos pede comitetur maledictio divina: idq; ob causam modò relatam. Quicquid tandem agis, hoc tibi firma mente persuasum habeto: Deum omnib. actionib. quas homo proponit, tā in verbo suo scripto, quā in natura, sive creaturis, sua virtute infallibiliter quoq; adesse: Quomodo enim possit vis ac potestas omnipræsentis DEI infinita, quæ essentialiter rebus universis inest, rursus ab illis tam levi momento separari. Sed actionibus justis, cum lege & ordinatione divina cōgruentibus, præsto est ut æquus, benignus, bonus & misericos pater: Perversis autem & ordini divino repugnantibus, tanquam severus omnis iniquitatis, perversitatis & confusionis ultor, & justus vindex. Cum sancto enim, inquit regius Propheta Ps. 18. sanctus erit, & cum viro innocente innocens eris: Et cum electo, electus erit, & cum perverso pervertetur. Discant igitur hinc alchymistæ in posterum sapere, ne falsis & sinistris suis opinionibus & deliramentis, quæ tam divinis quàm naturalibus adversantur legibus, plus justo tribuendo, & frustra contra stimulum calcitrando, in gravissimas pœnas DEO & Naturæ persolvendas, incurrant.

HERMES.

JAm Venus ait: Ego genero lumen, nec tenebræ meæ naturæ sunt, & nisi meum esset metallum siccum, omnia corpora mei indigerent, quia ea liquefacio, & eorum rubiginem deleo, & substantiam extraho: me igitur & fratre meo junctis, nihil melius ac Generabilius.

SCHOLIUM.

VEnus inter septem mundi dominos sive Planetas relata, dicitur mater amoris & pulchritudinis, cujus stella Solem antecedens dicitur Lucifer, quasi lucem ferens, vel, ut author loquitur, lumen generans: Ubi verò lumen, ibi quoque vita: vehiculum enim vitæ est lumen, quod nullam partem corporis Physici, à suorum radiorum contagione immunem relinquit. Ergò taceant imposterum, quicunq; vitam derogant metallis. Nihil enim existit in rerum natura, quod non mediante hoc Veneris lumine, hoc est, per generationem naturalem productum sit. Metalla verò naturaliter in mineris suis procreata quis negabit? Non igitur vita sua carebunt: licet hæc in iis manifestè, ut in animantibus & vegetabilibus non sese prodat, priusquam à corporea sua mole, quæ vitæ actiones in ipsis obtundit & reprimit, liberentur, idque per ejusdem luminis beneficium: cujus officium est, tenebras mortis fugare, & illarum loco inducere vitam.

Non autem hoc lumen indagandum erit in corporibus metallicis, propter niniam ipsorum siccitatem, hoc est, terrestrem crassitiem. Nisi enim siccum esset meum metallum, inquit author, omnia

omnia cotpora mei indigerent. Neque cuprum aut æs, ſed Venus, Planeta & ſydus cœleſte ait; Ego genero lumen. Per Venerem igitur eſſentiam intelligo aſtralem, lucidam & ſplendentem: quæ ignea ſua vi non ſecus ac carbonum ignis corpora liquefaciat: non autem liquefaciat ſimpliciter, ſed liquefaciendo etiam ſimul rubiginem deleat, & ſubſtantiam, hoc eſt, occultam tincturam extrahat. Quod tum fiet, ſi Venus & ejus frater invicem copulati, & Vulcani fallaciis, catena inviſibili tamdiu ligati teneantur: donec Venus in proprio thoro imprægnata, poſt 9 menſium revolutionem, ſobolem pariat ipſis parentibus præſtantiorem & nobiliorem.

HERMES.

REx autem dominator, ſuis fratribus teſtantibus ait: Ego coronor & diademate ornor, & regia veſte induor, & cordibus lætitiam ingero, & ego vinctus ulnis, & pectoris mea matris & ſubſtantiæ ejus, continere & quieſcere meam ſubſtantiam facio, & inviſibile ex viſibili compono, tunc occultum apparebit, & omne, quod philoſophi occultaverunt, ex nobis generabitur.

SCHOLIUM.

REx eſt aurum: Ejus autem fratres ſunt cætera inferiora metalla. Regnum omnes poſſident commune, in quo tamen ſupremum imperandi faſtigium aſſequitur ſolus Rex ſive ſol: qui propriis virtutum inſignijs, cæteris longè antecellit. Ignem enim ſolus ſuſtinet ſine noxa, in quo diutiſſimè detentus nihil deperdit: nec vinci aut deſtrui poteſt, niſi à matre, quæ eſt fons ſive mercurius metallorum. Accidit autem aliquando, ut rex animi gratia fontem ingreſſus lavaret: ſed reverſus à fonte incidit in ſummam corporis imbecillitatem, quam ſibi inter lavandum contraxerat. Convocatis itaque fratribus in unũ, de rege reſtituendo deliberatum fuit. Jubetur Mercurius Deorum nuncius colligere ſuffragia, à quovis fratrum vel conſiliariorum: qui promptus in exequendo munere alloquitur primò Saturnum: Tu, inquit, pater Deorum, & arcanæ contemplationis author, nobis quæſo exponе tuam ſcientiam, & liberè eloquere, quid tibi videatur de noſtro Rege, quem vides hîc ad ſummas imbecillitatis anguſtias redactũ, nigrum, tenebroſum, & omni lumine privatum: dic, inquam, qua ratione in priſtinum fortitudinis & claritatis locum rurſus evehi poſſit. Tunc exorſus Falciger ita reſpondit: Me, inquit, vocant dominum temporis, omnia deſtruentem & conſervantem; authorem mortis & vitæ. Ne igitur mentiri videar, ultrò nunc veritatem fatear, vobisque palàm dico, me authorem eſſe primarium tantæ ruinæ, in quam rex noſter incidit.

Cùm

Cum enim in fonte ipsum lavare viderem, statim sumptis meis armis hæreditariis, ad eum clam in balneum intravi, & dormientem spirituali falcis meæ veneno, subitò citra hominum opinionem sauciavi: ex quo vulnere expergefactus rex, multum profudit sangvinis. Hinc tantæ imbecillitatis causa. Hæc tamen infirmitas non ipsi est ad mortem æternam: sed proderit nobis in salutem nostram, qui fratres ejus sumus, & proximi consangvinei. Ut igitur cum ipso regni quoque participes fiamus, profuso sangvine proprio, nos emundabit ab originali impuritatum illuvie. Quamvis ergò naturam adeò in ipso labefactatam cernatis, ut morti non absimilis videatur: vitæ tamen spiraculum prorsus extinctum non est: sed occulto temporis fomento, interim à me conservatur, donec tandem, assistentibus mihi cæteris meis fratribus, coronâ quoque regiâ potitus cum eodem fuero. His dictis tacuit. Conversus igitur Cyllenius heros ad Jovem, signum dedit, ut diceret sententiam: qui mox in hanc se effundit orationem: Juvans, inquit, ergo pater dicor, omnes excellens in bonitate, & dominus sum divitiarum & sapientiæ. Ne igitur inani & vano nomine stultè superbire videar, in Rege nostro juvando nullum non movebo lapidem: imprimis autem ipsum exornabo sapientia & divitiis, omnesque mundi thesauros ipsius potestati subjiciam. Præterea singulari bonitate & clementia erga omnes, præsertim autem erga nos fratres ipsius præditus, pauperibus erit refugium, miseris afflictis solatium, & mœrore confectis gaudium & refrigerium.

His finitis Luna compellata à Mercurio, in hoc argumentum fari incipit: Ego, inquit, soror Regis uterina, meritò habeo, quod de trifti hoc fratris casu lugeam: sed unum est, quod me solatur, ne prorsus abjecto animo desperem: nempe hoc quod communi ditur proverbio: *Post nubila Phœbus*: Experientia enim me subinde edocuit hujus dicti veritatem. Quoties enim vidi fratrem, densissimis obscuratum nubibus, qui nihilominus tamen igneo suo ac radioso splendore illas penitus discussit, & tandem eluctatus, rursus auream nobis & fulgentem capitis comam benignus ostendit? Sed sicut in ipsius ministerium se ultrò offerunt fratres & cognati mei omnes, ita etiam meis officiis ipsi nequaquam decero: & quia me appellant vulgò aquarum dominatricem, ipsum quoque aqua mea perenni & clara è fonte vivo scaturiente potabo: omniaque corporis membra in eo ita reficiam, ut nihil remaneat prorsus infirmi, langvidi aut vitiosi: sed fortis evadat, robustus, pulcher, formosus, & regali decore præ cæteris omnibus maximè conspicuus.

Absoluto candidæ Dianæ sermone, confestim surgit Venus, quæ blando placidoque vultu subridens, fratrum turbam ita allo-

quitur. Quid quæso frattes amici, rei est, inquit, quod in rege ac domino nostro refocillando, tam longam nectatis moram? An nescitis neminem nostrum à se ipso vivere? Nisi enim vita nobis ab hoc unico vitæ lucisque creatore gratis impertiretur, jamdudum actum esset de salute nostra. Cum igitur omnia, quæ possidemus, bona, ipsi soli accepta ferenda sint: utpote qui ex lumine & splendore suo nobis lumen & splendorem tribuat: merito quoque hunc cœli regem, & mundi principem veneremur, ipsique subditi & devincti maneamus in æternum. Exigua sanè hæc est opella vestra, qua ipsum fovere & restituere conanimi. Nisi enim hæc antea vobis cœlitus concessa essent munera, minima certè aut prorsus nulla foret in vobis ministrandi ac juvandi vis & potentia. Festinate igitur, & unusquisque vestrûm, quod acceptum tenet, ei quoque lubens meritoque rursus offerat. En, quod accepi, nunc reddo, illique tribuo multipotentiam, fœcunditatem, candorem, amorem, misericordiam, & comitatem. His cunctis & multis adhuc aliis præstantioribus virtutibus hunc Regem nostrum ditandum & exornandum volo. Hactenus continuatum orationis filum, abrupit Venus, & silentio facto, statim Deorum nuncius invitat Martem: qui voce gravi & impetuosa in hæc subitò prorumpit verba: Magnificum, inquit, & geminatum mihi olim inditum est nomen: nec sine causa. Mars enim vocor, quòd armipotente & magnanima virtute mea, maribus in bello præsum. Mavors autem nuncupor, quod magna verto, videlicet imperia & regna. Sed quicquid armata & bellicosa manu edomare nequeo: id ego & filius Vulcanus junctis viribus per maxima ignium incendia, & per fumum in cœlicas mittimus regiones. Igneæ namque calefactionis dominus sum, nullique ego cederem unquam, nisi lux Apollinea, claritate & ardore suo nimio me vinceret, urgeret, pelleret, inque fugam verteret. Utut sit, tantum tamen virium contribuo magno regi nostro, ut se & regnum nostrum à quacunque vi illata defendere possit. Habet enim ex me gladium flammeum & versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ: ut nihil jam dicam de fortitudine, magnanimitate, generositate & potestate summa ad quamvis injuriam aliam propulsandam: adeò ut jam sit perfectissimus, nihilque amplius ipsi desit ad regni sui splendorem amplificandum. His finitis, arbiter Deorum Mercurius annuit, & vota omnium collecta, tanquam æqua & pia comprobat, laudat, prædicat. Rex igitur hactenus occultatus in umbra mortis, gloria & honore pristino recuperatis, sine mora prodit in lucem, & viribus longè majoribus auctus distribuit varia in fratres dona, & beneficiorũ memor, quibus ab ipsis multipliciter fuit affectus, æquè ipsos regiis honoribus ornandos serio mandat, vult, jubet, imperat.

Quibus

Quibus peractis omnibus, invisibile factum fuit visibile, & occultum manifestum.

HERMES.

HÆc verba auditores intelligite, custodite, meditamini, & nihil aliud inquirite. Homo autem principio Naturæ generatur, cujus viscera carnea sunt, & non ex alio. In hac litera meditamini: superflua verò respuite.

SCHOLIUM.

FIdeliter hîc author præmonitos cupit suos discipulos, & bis repetit hanc tanquam omninò necessariam, maximique momenti admonitionem: nihilque aliud inquirendum esse vult, quàm principiũ Naturæ, à quo generetur homo. Idem enim principium, quod causa est hominis procreandi, lapidis quoque generationem promovet. Hoc autem principium est Natura, quam Philosophi ubiq; suis discipulis indagandam, probeq; cognoscẽdam suadent. Tàm enim necessaria est ipsius cognitio, ut absque eadem quilibet artifex oleum & operam, quod ajunt, perdat. Natura enim sola natura lætatur: & natura naturam vincit, & superat: & natura naturam continet: & tamen non sunt diversæ naturæ, nec plures: verùm una tantum. De hac natura loquitur Rosariùs in hæc verba: ô Natura benedicta, & benedicta est tua operatio, quia ab imperfecto facis perfectum cum vera putrefactione quæ est nigra & obscura. Postea facis germinare novas res & diversas, cum tua viriditate facis diversos colores apparere. Multi agnoscunt quidem Naturam, sed virtutem ejus ignorant: quam si scirent, non utique vilipenderent. Peripatetici nostri hanc quidem optimè scire sibi videntur, & interrogati, quid sit Natura, promptè admodum, vel sine libro memoriterq; recitant Aristotelis definitionem: Natura est principium motus & quietis. Si verò quæras, num Natura per seipsam existat ab æterno: an verò ab aliquo priori principio sit progressa? DEus bone, quantam hîc videas illorum in respondendo oscitantiam, quantam timiditatem & inconstantiam. Quocunq; enim se vertunt, nullam prorsus elabendi viam occasionemque inveniunt. Si enim nihil ipsa prius fuisse dicerent, impietátis maximam incurrerent notam.

Propria enim conscientia victi, rem aliter se habere nôrunt. Sin verò Deum authorem Naturæ, ut & cæterarum rerum omnium faterentur: totum subitò corrueret ipsorum Philosophiæ ædificium: Super hoc enim Naturæ & æternitatis mundi fundamentum, illud superstructum est, quo diruto, omnia simul collabi necessum est.

Si enim Natura est ab æterno, & principium motus & quietis: nihil illa differet ab ipso DEo. Solus enim Deus est ab æterno, &

rerum

rerum omnium principium. Sed ut huic ſtrumæ dibaphum prætenderent, mundana ſua ſtultitia (ſapientia volebam dicere) hanc diſtinctionem excogitârunt: ubi principii conſiderationem duplicem adducentes, aliud creationis, aliud verò generationis eſſe aſſerunt: & ſic duplicia rerum principia contra omnem rationis ſenſum, & ipſam veritatem Theologicam, haud ſine impietatis maculâ perperam ſtatuunt. Nunquam enim vel ſubtiliſſimis acutiſſimisque rationum momentis, ullam demonſtrare poterunt horum principiorum differentiam. Sive enim utriuſque originem, ſive naturam, aut eſſentiam, cæterasque ſingulas proprietates quis ſpectârit, ne latum quidem ungvem, unum ab altero differet. Idem enim verbum, quod principium erat creationis, principium quoque fuit generationis. Ab uno enim Deo tàm verbum *Creſcite & multiplicamini*, quod verum principium eſt generationis: quàm verbum *Fiat*, quod eſt principium creationis, promanavit.

Valdè demiror imprudentiam, vel extremam potius dementiam veſtram, ô Academici, quod aliàs eruditione & literarum cognitione conſpicui, & claves regni Philoſophici tenentes, non tandem hunc puerilem veſtrum errorem recognoſcatis, & veritati ſubſcribentes, ab hoc erroris labyrintho, & vos, & veſtros reducatis diſcipulos. Sed, cum proh dolor minus anxii aut ſoliciti ſitis de vera & eſſentiali rerum cognitione, ſola litera mortua ſive rerum umbra vobis ad pompam mundanam, & divitias conquirendas ſufficit. Ego verò particeps minimè ero præmii, quod inde reportaturi ſitis aliquando. Quoniam enim in agricultura Philoſophica, non coadjutores eſtis Dei & veritatis, ſed Ariſtotelis & mendaciorum: vereor quidem, & nimis vereor, ne opus veſtrum, quod tam debili & ruinoſo fundamento ſuperædificatum eſt, in die olim judicij, ſicut fœnum & ſtipula exarſurum ſit.

HERMES.

UNde dicit Philoſophus: Botri ſit ex citrino, quod extrahitur ex nodo rubeo, & non ex alio, quod ſi ſit citrinum, tua erit ſapientia, non ſit tibi curæ, ſi de rubeo extrahere non ſtudeas. Ecce non circumſcripſi, ſi intelligitis, paulò minus patefeci.

SCHOLIUM.

DUo ſunt lapides: albus & citrinus ſive ruber: hunc vocat botri, quem ex nodo rubeo, hoc eſt, ex ſulphure Naturæ extrahere jubet. Sed paulò poſt inquit, quod ſi citrinum fuerit, non curandum ſit, licet de rubeo amplius non extrahas. Cauſa eſt, quod uterque tam albus, quàm rubeus ab una eademque radice prognatus ſit: juxta axiomata Philoſophica illa: Quod me albificat, id ipſum

id ipſum me rubificat: & quod me mortificat, id ipſum me vivificat: Qui mecum moritur, mecum oritur. Errare igitur hinc conſpiciuntur illi, quicunque dicunt, ſe ſcientiam habere tincturæ Phyſicæ, ſive lapidis Philoſophici ad albedinis uſque gradum perducendi: ulterius autem ad rubedinem progrediendi viam ſe ignorare. Crede enim mihi, ſi rectam ad albedinem perveniendi viam ſemel cognoviſſent, non tàm ἀσόφως & ineptè loquerentur. Si enim ruſticus uvarum in vitibus immaturarum adhuc & albarum generandarum modum ſe ſcire: rubicundæ verò quomodo provenirent, ſe ignorare, diceret: nonne ſe ridendum explodendumque exponeret omnibus. Eadem enim vitis per eundem Solis calorem externum, benignamque aëris tempeſtatisque clementiam, tàm in principio quàm in fine, hoc eſt, tàm immaturitatis, quàm maturitatis tempore uvas producit. Alij rurſus dicunt, ſe præparationem quidem tincturæ albæ, quam vocant corpus, & rubeæ, quam animam nominant, optimè cognitam habere: ſed conjungendi modum ipſos latere: ubi & hi evidenter ſatis produnt craſſam ſuam in rerum naturalium generatione ignorantiam, quam ſi in iiſdem diligentius obſervarent, facilè animadverterent, quænam ſit conjunctio artifici neceſſaria. Natura enim unica & ſola conjungit & ſeparat: neque patitur, ut Sophiſta ſuis conjunctionibus & ſeparationibus, ipſius operationes ſubtiles & ſpirituales interturbet. Si verò coacta fortè vim patiatur: mox ab opere deſiſtit: & omnia, culpâ erronei artificis, corrumpi permittit: Eſt enim proverbium antiquum: Coqui diverſi rarò præparant bonos & utiles cibos. Quod namque unus ædificat alter rurſus deſtruit. Quamobrem ſi quis in hac arte ſapere volet ſupra Naturam, is certius certo, maximum & irreparabile in fine damnum experietur.

HERMES.

Filii ſapientum comburite corpus æris nimio igne, & imbuet vos gratia, quam quæritis. Et facite, quod fugiens non volet à non fugiente. Et quod ſuper ignem quieſcat, licet ſit ignis æſtuans, & quod calore ignis æſtuantis corrumpitur, eſt cambar.

SCHOLIUM.

PEr corpus æris, per fugiens, per cambar quod corrumpitur, aliud nihil intelligitur quàm Mercurius volatilis, qui per ſulphur fixum & incombuſtibile in igne figendus eſt: ita ut in igne quieſcat, & licet ignis ſit vehementiſſimus, & quarti gradus, ſive fuſorius & reverberatorius: nihil tamen corruptionis aut detrimenti ab ipſo prorſus ſentiat: ſed conſtans & fixus in ipſo permaneat. Cùm verò nihil ſit in mundo, quod non obnoxium ſit corruptioni, præ-

ni, præter cœlum sive corpora cœlestia omnia: Philosophus autem suum Mercurium in tantam perfectionem adducat, ut corpotum cœlestium perfectioni, vel, ut Aristoteles loquitur, elemento stellarum respondeat: facilè hinc colligi potest: hujus Mercurij fixi & incorruptibilis naturam totam cœlestem ac astralem esse. Si verò quis causam tantæ perfectionis, in ipsis corporibus cœlestibus penitùs scrutari cupiat: is per dicti Mercurij Philosophici artificium, quo ipsi summa ista & perfecta in igne constantia conciliatur, hanc quoque absque magno labore inveniet. Ut enim ignis omnia impura & heterogenea in Mercurio separat, ipsumque tandem in tam fixam & permanentem vertit naturam, ut nulli amplius cedat igni, sed liberè potius in illo jubilet: ita per eundem quoque ignem in principio mundi, separata sunt elementa corruptibilia ab incorruptibilibus: Corruptibilia autem tanquam fæces crassæ & graves deorsum vergentes, constituerunt triplicem elementorum globum; terrestrem, aqueum & aëreum. Incorruptibilia totidem in cœlo produxerunt: ita ut omnia corpora cœlestia vel sint terrestria, vel aquea, vel aërea. Sed ut illa inferiora elementaria sunt crassa, fæculenta, & impura: sic econtra hæc cœlestia sunt ab omni crassitie & fæculentia segregata, sunt pura, pellucida, clara & perfecta. Ignis autem locum suum occupans in medio horum sex globorum: partim participat cum cœlestibus, partim cum elementaribus. Si igitur quæris, cur inferiora elementaria corpora non etiam perficiantur per eundem ignem, cùm non minori propinquitati ipsi juncta sint, quàm ipsamet corpora cœlestia? Respondendum est: causam hanc totam pendere ab ignis vi & actione, qui natura sua semper sursum agit, nunquam autem deorsum: hinc fit, quod nihil in cœlum ingrediatur, nisi id prius per ignem purificatum fuerit: adeoque in cœlo omnia pura & perfecta permaneant per hunc eundem ignem.

Si enim ignis tanta vi ageret in hæc inferiora, ac in superiora, omnis statim auferretur impuritas & imperfectio ab inferioribus, hæcque prorsus cœlestibus fierent similia. Sed Deus hanc magnam & universalem separationem sibi soli usque ad extremum judicij diem reservavit. Interim verò suis quoque fidelibus & electis in Christo membris, largitus est particularia ignis magisteria, per quæ corporum horum inferiorum impuritatem separant, eaque adeò perficiunt, ut eandem cum cœlestibus corporibus naturam & perfectionem nanscisçantur. Hinc rectè à Paracelso pronunciatum intelligimus: totum transmutationis arcanum consistere in igne. In hac igitur ignis arte, sive pyrotechnia, nisi quis probè exercitatus fuerit, vix aliquid effatu laudeque dignum in Chymia præstabit unquam.

HER-

HERMES.

ET scitote, quod hujus aquæ permanentis ars est as: ejusque tinctura & nigredinis coloratio, tunc in verum vertitur rubeum.

SCHOLIUM.

HIc differentiam ponit author, inter æs, quod aquam permanentem appellat, & inter corpus æris, quod supra comburendum præcepit. Hæc est autem aqua illa permanens, quæ omnium colorum tincturas in se continet: sublata autem nigredine, quæ imperfectionis signum est, permanens sola aqua retinenda est: hæc enim sola Mercurius vertitur in verum rubeum, hoc est, in tincturam Solis. Nihil enim perenne sub Sole, ut Sapiens testatur Ecclesiast. 2. Et omnia vanitati sunt subjecta, hoc est, corpora quævis metallorum, excepto solo auro, sive Sole, sunt adhuc imperfecta & immunditie plena, ita ut corruptioni adhuc sint obnoxia. Ut igitur ab illis tollatur omnis corruptio, in auri naturam fixam & perennem sunt reducenda, idque per solum aurum, non per rem corruptibilem aut peregrinam, veluti solent facere erronei Alchymistæ suis supplicationibus, qui ex rebus imperfectis & adhuc vanitati subjectis, suis nempe aquis gradualibus, cementis, stratificationibus, albificationibus, rubificationibus, & similibus ineptiis, perfecta educere volunt corpora. Sed vanum est, quærere rem perfectam in imperfectis, & vivos inter mortuos. Sicut enim duplex est homo, vetus & novus: sic etiam dupliciter considerandа sunt metallorum corpora, ita ut alia sint vetera, alia verò nova. Vetera autem sunt corporea & mortua: nova autem spiritualia & viva. Mortua verò in impuritatum sepulchro sepulta, resuscitanda sunt virtute vivorum. Christus enim Salvator noster, qui teste Paulo factus est à DEO maledictum pro nobis, corpus suum ex sepulchro resuscitavit, non virtute veteris Adami, sed novi hominis, qui erat DEus & homo in una persona.

Frustra igitur sollicitis se fatigāt curis curiosæ illæ mulierculæ, quæ una Sabbatorum valde mane veniunt ad monumentum, orto jam Sole, ut ungerent Jesum. Ungvento enim alio longè præstantissimo, spiritu nimirum sancto, à patre ab æterno invisibiliter, & rursus in baptismo suo, visibiliter unctus erat Christus: cujus unctionis vi, tanquam propria potestate, seipsum & omnes secum mortuos resuscitare, & ab omni æternæ mortis corruptione præservare poterat: ita ut ejusmodi ungventis, ex aromatibus, myrrha & aloë, tanquam rebus corruptibilibus, concinnatis, neutiquam indigeret. Præterea supervacaneum est earundem mulierculārum, quamvis ex pio zelo institutum, consilium de lapide revolvendo ab ostio monumenti Hic enim lapis nihil aliud est,

quam

ni, præter cœlum sive corpora cœlestia omnia: Philosophus autem suum Mercurium in tantam perfectionem adducat, ut corporum cœlestium perfectioni, vel, ut Aristoteles loquitur, elemento stellarum respondeat: facilè hinc colligi potest: hujus Mercurij fixi & incorruptibilis naturam totam cœlestem ac astralem esse. Si verò quis causam tantæ perfectionis, in ipsis corporibus cœlestibus penitùs scrutari cupiat: is per dicti Mercurij Philosophici artificium, quo ipsi summa ista & perfecta in igne constantia conciliatur, hanc quoque absque magno labore inveniet. Ut enim ignis omnia impura & heterogenea in Mercurio separat, ipsumque tandem in tam fixam & permanentem vertit naturam, ut nulli amplius cedat igni, sed liberè potius in illo jubilet: ita per eundem quoque ignem in principio mundi, separata sunt elementa corruptibilia ab incorruptibilibus: Corruptibilia autem tanquam fæces crassæ & graves deorsum vergentes, constituerunt triplicem elementorum globum; terrestrem, aqueum & aëreum. Incorruptibilia totidem in cœlo produxerunt: ita ut omnia corpora cœlestia vel sint terrestria, vel aquea, vel aërea. Sed ut illa inferiora elementaria sunt crassa, fæculenta, & impura: sic econtra hæc cœlestia sunt ab omni crassitie & fæculentia segregata, sunt pura, pellucida, clara & perfecta. Ignis autem locum suum occupans in medio horum sex globorum: partim participat cum cœlestibus, partim cum elementaribus. Si igitur quæris, cur inferiora elementaria corpora non etiam perficiantur per eundem ignem, cùm non minori propinquitati ipsi juncta sint, quàm ipsamet corpora cœlestia? Respondendum est: causam hanc totam pendere ab ignis vi & actione, qui natura sua semper sursum agit, nunquam autem deorsum: hinc fit, quod nihil in cœlum ingrediatur, nisi id prius per ignem purificatum fuerit: adeoque in cœlo omnia pura & perfecta permaneant per hunc eundem ignem.

Si enim ignis tanta vi ageret in hæc inferiora, ac in superiora, omnis statim auferretur impuritas & imperfectio ab inferioribus, hæcque prorsus cœlestibus fierent similia. Sed Deus hanc magnam & universalem separationem sibi soli usque ad extremum judicij diem reservavit. Interim verò suis quoque fidelibus & electis in Christo membris, largitus est particularia ignis magisteria, per quæ corporum horum inferiorum impuritatem separant, eaque adeò perficiunt, ut eandem cum cœlestibus corporibus naturam & perfectionem nanscisçantur. Hinc rectè à Paracelso pronunciatum intelligimus: totum transmutationis arcanum consistere in igne. In hac igitur ignis arte, sive pyrotechnia, nisi quis probè exercitatus fuerit, vix aliquid effatu laudeque dignum in Chymia præstabit unquam.

HER-

HERMES.

ET scitote, quod hujus aquæ permanentis ars est as: ejusque tinctura & nigredinis coloratio, tunc in verum vertitur rubeum.

SCHOLIUM.

HIc differentiam ponit author, inter æs, quod aquam permanentem appellat, & inter corpus æris, quod supra comburendum præcepit. Hæc est autem aqua illa permanens, quæ omnium colorum tincturas in se continet: sublata autem nigredine, quæ imperfectionis signum est, permanens sola aqua retinenda est: hæc enim sola Mercurius vertitur in verum rubeum, hoc est, in tincturam Solis. Nihil enim perenne sub Sole, ut Sapiens testatur Eccles. 2. Et omnia vanitati sunt subjecta, hoc est, corpora quævis metallorum, excepto solo auro, sive Sole, sunt adhuc imperfecta & immunditie plena, ita ut corruptioni adhuc sint obnoxia. Ut igitur ab illis tollatur omnis corruptio, in auri naturam fixam & perennem sunt reducenda, idque per solum aurum, non per rem corruptibilem aut peregrinam, veluti solent facere erronei Alchymistæ suis supplicationibus, qui ex rebus imperfectis & adhuc vanitati subjectis, suis nempe aquis gradualibus, cementis, stratificationibus, albificationibus, rubificationibus, & similibus ineptiis, perfecta educere volunt corpora. Sed vanum est, quærere rem perfectam in imperfectis, & vivos inter mortuos. Sicut enim duplex est homo, vetus & novus: sic etiam dupliciter considerandа sunt metallorum corpora, ita ut alia sint vetera, alia verò nova. Vetera autem sunt corporea & mortua: nova autem spiritualia & viva. Mortua verò in impuritatum sepulchro sepulta, resuscitanda sunt virtute vivorum. Christus enim Salvator noster, qui teste Paulo factus est à DEO maledictum pro nobis, corpus suum ex sepulchro resuscitavit, non virtute veteris Adami, sed novi hominis, qui erat DEus & homo in una persona.

Frustra igitur sollicitis se fatigāt curis curiosæ illæ mulierculæ, quæ una Sabbatorum valde mane veniunt ad monumentum, orto jam Sole, ut ungerent Jesum. Ungvento enim alio longè præstantissimo, spiritu nimirum sancto, à patre ab æterno invisibiliter, & rursus in baptismo suo, visibiliter unctus erat Christus: cujus unctionis vi, tanquam propria potestate, seipsum & omnes secum mortuos resuscitare, & ab omni æternæ mortis corruptione præservare poterat: ita ut ejusmodi ungventis, ex aromatibus, myrrha & aloë, tanquam rebus corruptibilibus, concinnatis, neutiquam indigeret. Præterea supervacaneum est earundem mulierculārum, quamvis ex pio zelo institutum, consilium de lapide revolvendo ab ostio monumenti Hic enim lapis nihil aliud est,

quam

quàm cor hominis, peccatorum mole, instar lapidis induratum. Hæc igitur lapidea peccatorum moles, ut à cordibus nostris auferatur, & blanda mitisque novi hominis mollities inseratur, necesse est, ut angelus de cœlo, hoc est, spiritus regenerationis in corda nostra descendat, & Adamicum peccatorum lapidem à cordium nostrorum monumentis revolvat: & tunc orietur in nobis Christus, quo victore solo mundum cum concupiscentiis suis mortuis & c. lucis superabimus, & in cœlestis & immarcessibilis gloriæ suæ regno, cum ipso in æternum vivemus ac triumphabimus. Eodem planè modo regeneratio quoque metallorum intelligenda est, quæ non fit per tincturas corruptibiles, sed per fixas & perennes: neque per peregrinas aut alienas, sed per virtutem propriam ipsorum eorundem metallorum, non mortuorum imperfectorum, sed spiritualium perfectorum. Ex spiritualibus enim solis fit verum oleum Philosophorum, ad metallorum corpora imperfecta in perfecta ungenda & tingenda: non secus ac ipse Christus est verum salutis vitæque recuperandæ oleum: quo non tantum in agone mortis, sed singulis etiam vitæ diebus, imò horis atque momentis, corpora nostra per pias preces, meditationes & actiones perungenda & revivificanda sunt: ita ut Papistarum olea, chrysmata, aqua, panis, sal, cinis, ignis S. Johannis, candelæ, faces, cruces, & similia plura, ab ipsis quidem benedicta vocata, sed citra expressum Dei mandatum per superstitionem introducta, prorsus sint vana & inania hominum inventa: & inter Alchymistarum sophications, tanquam opera frivola & corruptibilia annumeranda. Sola enim opera, quæ fecit Deus, perseverant in perpetuum. Eccles. 3.

HERMES.

PEr Deum confiteor, me non dixisse nisi veritatem, quod devastantia sunt emendantia, & inde corruptio videtur in emendato, & inde emendatio apparebit, & utrumque est signum artis.

SCHOLIUM.

JUramento confirmat author, se veritatem dixisse de Mercurio: in quo reperitur utraque natura, destruens & emendans, hoc est, solvens & coagulans: unus enim ideinq; Mercurius corrumpit & destruit corpora, rursusque ea exaltat, perficit & fixat: & ita damnum, quod induxit, recompensat duplo. Emendat enim & restituit maximo cum emolumento, quod in putrefactione tanquam operis principio exinanierat. Argumentum veræ artis certius haberi non potest, quàm quod ex materia una eademque, ubique tàm in principio quàm in fine sumitur. Nihilque ab arte magis alienum est, quàm quod ex rebus pluribus & diversis ortum est.

Natura

Natura enim non emendatur, nisi in suâ naturâ. Unde liquidò constat, artis principium non esse nisi unum, & in idem quoq; eandem finiri. Quale illud sit principium, ostendit Alanus his verbis, inquiens: Ars nostra incipitur cum Mercurio, & finitur cum eodem Mercurio. Mirabilis enim est natura Mercurij, utpote

Cui datur in varias se transformare figuras.

Et est tanquam alter Protheus, qui super terram repens, mox assumit serpentis figuram: mox aquis immersus piscem repræsentat: mox verò alitis instar plumatus pennatusque supremum pervolitat ætheris orbem: & interim tamen non sunt plures Mercurij, sed unus tantum idemque semper & ubique manet Mercurius. Ab aurea enim, ac simplici unitate, quam Pythagorici Apollinem nuncupârunt, primum ortus, omnem rerum multitudinem prorsus aversatur. Hinc vel totus manet in igne, vel totus ab eo avolat. Necesse igitur erit, ut quælibet materia, ex qua noster componi debet Mercurius, ante omnia exuat multitudinem, & se recolligat ad primum unitatis humerum, qui, cùm rerum omnium sit principium & finis, etiam res omnes in se continet. Circa hunc unicum Mercurium hæreat artifex, & cum illo instituat quoslvis labores in hoc opere necessarios. Aptus enim est & idoneus ad omnia, ad putrefaciendum, destillandum, coagulandum, mortificandum, vivificandum, sublimandum & tingendum. Absque hoc frustrà laborant Sophistæ in omnibus operationibus suis. Non enim vident hunc simplicem unitatis Mercurium: sed cæci versantur in infelici dyadis sive dualitatis numero, qui litis & confusionis author dicitur. Quemadmodum autẽ omnes, qui æternæ salutis, insecutura vita participes esse volunt, à variis & diversis curis mundanis animum abstrahunt, & cum Lazari sorore Maria potius, (quàm cum Martha altera sorore, cui Dominus dicit, Martha, Martha, tu multum sollicita es,) meliorem partem eligentes, unico & soli Salvatori ac Domino nostro Jesu Christo continuè assident, à quo assiduis suspiriis & votis petunt aquam istam vivam, quæ in eis fiat fons aquæ salientis in vitam æternam. Sic veri Philosophi non quærunt nisi hunc unicum & verum unitatis Mercurium, qui agnitus, fit illis in fontem vivum, ex quo hauriunt aquam istam Philosophicam, perennem, ad corpora sua abluenda, & ab omnibus sordibus mundanda: ita ut in tali simplici unitatis perfectione, pura & immaculata in æternum permaneant.

CAPITULUM QUINTUM.

HERMES.

Filii, quod ex corvo nascitur, hujus artis est principium. Ecce circumscribendo dictum vobis obscuravi, & lumine privavi, & hoc dissolutum, hoc junctum, hoc proximum longissimum nuncupavi.

SCHOLIUM.

LEgimus in 1. cap, Genes. quod in principio, quando DEUS creavit cœlum & terram, terra fuerit inanis & vacua, & quod tenebræ fuerint super faciem abyssi: quodque DEUS dixerit, FIAT Lux. Unde colligendū, tenebras priores fuisse luce. Eundem planè ordinem, quem Deus in ceratione tenuit, videntur hodie omnes omnium rerum generationes adhuc æmulari, sancteque observare. Nihil enim generatur, aut in lucem editur, quod non principium suum sumat ex tenebris, sive ex nocte Orphei, h e. ex principiis invisibilibus. Et quamvis vulgi hactenus opinione semina illa visibilia, pro veris rerum seminibus sive principiis fuerint habita: vera tamen principia aut semina non sunt: sed verorum seminum tantummodò rudimenta quædam & domicilia corporea: quamvis nec ipse spiritus in seminibus corporeis latitans, verum per se semen nuncupari possit: quia corpore suo, quod mortuum est, retentus, simul in mortis œconomiam conspirat, nec per se sine tertio spirituali, vivo, & vero semine, quod prorsus invisibile, & ab omni corporeo vinculo liberum est quicquam agere aut producere potest. Ex quo palam fit, seminis considerationem esse triplicem: aut enim semen est corpus: aut spiritus mixtus & corporeus: aut spiritus immixtus & incorporeus. Ex hoc tertio immixto, sive incorporeo & invisibili, tanquam ex corvo, in noctis nigredine & obscuritate delitescente, quod propriè semen dicitur, inquit Hermes, sumitur hujus artis principium. Sunt autem præcipuè tres ejusmodi aves, quarum Hermes ac reliqui Philosophi hinc inde in scriptis suis mentionem faciunt. Vocantur autem à nomine Hermetis, aves Hermeticæ, quæ noctu volant sine alis. Prima est corvus, quæ à nigredine sua dicitur principium artis: & elementi terræ refert naturam. Propè terram enim in campis, pratis, agris, & locis humilibus, aut super arbores in sylvis plerumque habitare solet corvus. Altera est cygnus, & hæc dicitur ab albedine medium, eò quod aqueum elementum, circa quod cygni plerunque versantur, repræsentat. Tertia est aquila, qua notatur aer sive oleum Philosophorum. Nulla enim reperitur avis, quæ altius volet

in aerem,

in aerem, & propius Solem accedat, quàm aquila. De his autem avibus alibi copiosius dictum est: ita ut hoc loco superfluum sit de iis plura addere. Obiter tantum coronidis loco addo: ne quis nominibus his deceptus forte ducatur in errorem: aves has spirituũ potius, quàm avium habere naturam. Tanta enim pernicitate ac celeritate moventur de loco in locum, ut omnium volatum, quantumvis velocissimum, longissimo post se intervallo relinquant. Tandem author tacitè hortatur discipulos artis ad mentis sagacitatem & prudentiam: ubi dicit, se non perspicuâ docendi methodo, sed obscurâ circumlocutione, & confuso ac distorto sermonis genere usum fuisse.

HERMES.

Assate ergo ea, deinde coquite in eo, quod procedit à ventre equorum per septem dies, vel 14. vel 21. Tunc fit Draco suas alas comedens, & seipsum mortificans: hoc peracto ponite in petia panni, & in igne furni, & ne exeat à vase, diligentius custodite. Et scitote, quod tempora terræ sunt in aqua, & fit quousque ipsum ei superponas.

SCHOLIUM.

IN præcedentibus tractavit author plurima ex parte, quæ ad theoriam spectant: nunc autem transit ad opus practicum, & jubet materiam, quam suprà variis modis demonstravit, assare & coquere in eo, quod procedit ex ventre equorum, hoc est, in fimo equino, vel calore simili, qui videlicet respondeat calori ventris equini: idque per dies 7 vel 14. vel 21. Non dubium est, quin hæc septenarii multiplicatio clam aliquid includat arcani: sed quia particula illa dubitativa sive disjunctiva VEL, toties repetitur: non satis perspicio, quid de temporis certitudine inde augurandum sit. Interim tamen paulò post temporis mensura manifestius ac clarius detegitur: Ubi author dicit, tempora terræ esse in aqua, & fieri quousque ipsum ei superponas. Quod hunc in sensum accipi potest: Materiæ cognitio universa ad opus necessaria simul complectitur. Hanc si noveris, de modo agendi quoque certus eris: ita ut materia vera & tempus conjunctionis sint inter se reciproca & conversiva. Nisi enim perfectum ac completum conjunctionis tempus exploratum habeas, de materia perfecta non potes certi quid asseverare: & vicissim materiæ perfectæ cognitionem vix habebis, nisi totum cum toto conjungere rectè sciveris His duobus igitur, materiâ videlicet, & debito digestionis tempore, probè cognitis, prima decoctio sive assatio fiat igni debili, qualis est calor ventris equini, hoc est, qui sufficiens sit ad primum digestionis gradum. Quo peracto, draco comedit suas alas, & seipsum mortificat, hoc est, materia incipit in terra Philosophica dissolvi & corrumpi.

corrumpi. Postea verò solutionis tempore completo & absoluto, calor ignis paulatim augendus, & materia in furno sine athanore Philosophorum continuis coquenda est ignibus. Vas autem, quod materiam continet, accuratissimè sigillandum est, ne spiritus minerales, qui insignem penetrandi vim obtinent, transpirent, & relicta cavea, hoc est, corpore mortuo, evolent. Opus igitur erit luto sapientiæ, cujus præparatio est, ut sequitur:

℞. *Collæ ustæ unc.* 1.
Farinæ hordei unc. 2.
Cineris de ligno viridi
Salis
Calcis vivæ
Arenæ
Scoriæ ana unc. 1.

Omnibus in pulverem subtilissimum contritis, incorporentur cum succo plantaginis & albumine ovorum, ad justam luti consistentiam. Si hoc luto vasis orificium illinatur, & probè claudatur: nulla timenda erit amplius spirituum evaporatio.

HERMES.

EO igitur liquefacto & combusto, accipite cerebrum ejus, & acerrimo terite aceto, vel urina puerorum, donec obscuretur. Hoc peracto vivit in putrefactione, fuscæ nubes, quæ in ipso erant antequam moreretur in suo corpore, convertentur. Reiteratus autem, prout descripsi, iterum moritur, &, ut dixi, inde vivit.

SCHOLIUM.

LApis in se latenter continet omnes mundi colores, qui tamen non manifestantur, priusquam is liquefiat. Quoties enim liquefit in igne, toties ex eo oritur novus color, donec tandem consummata omnium colorum serie totus in cinerem comburatur. Hic enim cinis est Phœnix ille occultatus à Philosophis, qui senio confectus seipsum in igne comburit & consumit, ex cujus cinere resurgit vermiculus, qui successu temporis per se reformatur in avem: ita ut Phœnix, mediante Pyrotechnia, cum juventute suam commutet senectam, & denuò quasi rejuvenescat.

Post mortem quoque hominis, similis remanet vermiculus, qui non cum reliqua corporis substantia corrumpitur, aut in nihilum redigitur: sed reservatur in spirituali mortuorum mundo, usque ad resurrectionem generalem: in qua omnes homines indutis novis incorruptibilibus corporibus rejuvenescent. Hic autem est ille vermis conscientiæ, sive bonæ sive malæ, qui non moritur: de quo legitur apud Prophetam. Certius ex natura argumentum pro stabilienda mortuorum resurrectione non datur,

quàm

quàm hoc ipſum: quod ſi mundicolæ noſtri, quorum cor totum adhæret caducis tantum, vanis, & corruptibilibus mundi theſauris, id penitiùs ac diligentiùs ſcrutarentur: majorem fortè curam ſuſciperent de æternis, ſtabilibus, & in perpetuum duraturis bonis conciliandis, quàm proh dolor ſolent. Sed pergit author & vocat hunc cinerem cerebrum, propter ſpiritum ſubtiliſſimum, qui in eo latet. Sicut enim cerebrum ſedes eſt & domicilium ſpiritus animalis, puriſſimi & ſubtiliſſimi in toto copore humano, ſive microcoſmico: ita hic cinis quoque eſt habitaculum nobiliſſimi & pretioſiſſimi ſpiritus totius mundi majoris, ſive macrocoſmi. Aceto igitur acerrimo ſeu urina puerorum, hoc eſt, Planetarum metallicorum, teritur, hic cinis, id eſt, ſolvitur tamdiu, donec putreſcat, & appareat primus operis color, ſive nigredo. De tribus autem primariis operis coloribus ſæpè hactenus dictum eſt. Sed ſciendum nunc eſt, quemlibet ex iſtis bis apparere in lapide. Fit enim lapis bis niger: bis albus, & bis rubeus. Hæc igitur cauſa una eſt, cur author hîc repetat putrefactionem, de qua etiam paulò antè egerat. Sed & ipſe manifeſtè declarat rei cauſam, ubi dicit: Reiteratus iterum moritur, hoc eſt, ſemel corruptus & putrefactus, ſecunda quoque vice putrefiet. Per cerebrum autem, ut dixi, intelligitur ſpiritus ſive ſubſtantia mineralis ſubtiliſſima in aceto Philoſophorum radicato ſolvenda.

Si aceti hujus radicati rectificatio ſive præparatio innotuiſſet Philoſophiæ ſtudioſis, aliud Philoſophorum ſolvens non eſſet inveſtigandum: neque alia aqua vitæ metallica & mercurialis, neque alia lapidis aqua, quia aceti radicati præparatio hæc omnia in ſe continet.

HERMES.

IN ejus autem vita & in morte ſpiritibus utimur. Sicut enim moritur, ſpiritibus ablatis, ſic reſtitutis vivificatur, & ipſis lætatur. Ad hoc autem pervenientes, id quod quæritis affirmatione videbitis. Narro etiam vobis lætificationis ſigna, & quod ſuum corpus figit.

SCHOLIUM.

QUando Philoſophi locuti ſunt de ſpiritibus, aut lapidem ſuum opera ſpirituum confici dixerunt, multi ſiniſtrè ſpiritus vocabulum interpretati, ſibi opinionem, neſcio quam, finxerunt de ſpiritibus malignis ſive cacodæmoniis conjurandis, & in operis ſui miniſterium accerſendis, aut convocandis. Sed qualem inde vitæ exitum experti ſint plerique, qui à magia hac naturali, ſcientia omnium nobiliſſima & divina, ad nigromanticam illam & diabolicam temerè deſciverunt, ſat abundè teſtātur hiſtoriæ, ita ut nemo ſit vir pius, quin ex illarū relatione, horrore maximo concu-

tiatur. Hinc multi quoque reperiuntur, qui rudes veræ magiæ sive Philosophiæ, traducunt magnum illum & insignem Philosophum Theophrastum Paracelsum: quem, licet summo jure Theophrastus, h.e. ex Deo, non ex proprio cerebro aut cacodæmone loquens, appellatus fuerit, præter suum meritum tamen, cacodæmonum opera quoque usum fuisse impudentissimè mentiuntur. Magus fuit, fateor, h.e. Philosophus. Igitur & magicam secutus est loquendi formulam sive rationem. Spretis enim mortuorum corporum cadaveribus, de sola spirituum naturalium investigatione, prout verum decet magum, sollicitus fuit. Ex his spiritibus nonnulli sunt boni & benigni, utpote qui arte exaltati, & in arcanum sunt redacti: Aliqui verò pravi & maligni, quorum videlicet substantia adhuc circumfluit fæce corporea, malignaque, ac venenata qualitate. Sed quam diversis utrique præditi sint facultatibus, notum ac manifestum fit in iis, qui vel bona vel adversa utuntur valetudine. Sani qui vivunt, hoc beneficium & donum maximum solis spiritibus bonis, tanquam veris sanitatis authoribus, acceptum ferunt. Quod sanè beneficium non exiguum est, sed tanti æstimandum, ut cætera omnia felicitatis genera facilè huic uni cedant. Unde rectè dicimus proverbio Gallico: *La santre surpasse rout*: id est, Nihil bona valetudine optabilius aut præstantius. Homines enim in perpetua sanitate degentes in hoc mundano Paradiso, hac in parte similes fiunt angelis in cœlesti Paradiso, qui soli à morborum contagio immunes & securi vivunt. Econtrà verò qui crebra, vel etiam continua morborum tyrannide divexantur, hujus rei causam, non nisi malignis spiritibus ascribere possunt: à quibus sæpenumero tam magnis & intolerabilibus afficiuntur cruciatibus, ut vix majus supplicii genus excogitari possit: & sic omnes, qui in tanta miseria ac calamitate vitam transigunt, similem ferè sortem cum damnatis & maledictis cacodæmonibus in hoc seculo experiamur. Hi verò spiritus tàm boni, quàm mali, hoc est, salubres & insalubres, in omnibus corporibus naturalibus mixti reperiuntur: præsertim autem in chao nostro Physico, ex quo elicimus medicinam nostram catholicam sive universalem.

Unde Hermes vitam & mortem ab iisdem quoque spiritibus induci affirmat: ablatis scilicet bonis mortem: reparatis verò iisdem vitam. In quo omninò consentire videtur cum ipso Paracelso, ita ut planè stupido sint cerebro, quicunque non advertant Paracelsum de naturalibus tantum loqui spiritibus, quos interdum à tam horrendis morborum ac symptomatum effectis, malignos sive dæmoniacos per similitudinem vocat. Qui verò alium sensum Paracelso affingunt, hi illum vel non intelligunt, vel ex singulari malitia depravant. Sed redeamus ad authoris textum,

in quo

in quo clarè oſtenditur: vitæ & mortis cauſam in ſpiritibus eſſe indagandam: in ſpiritibus nimirum naturalibus: qui in tria genera dividuntur, in animales, vegetales, & minerales. Qui noverit minerales tanquam mortuos revivificare, & ſic præparando deputare, ut vegeti & animati in corpus humanum vires ſuas exerant: ad maximum pervenit arcanum.

Et hoc eſt illud, quod quærunt omnes: quod ſi adepti fuerint, gaudio maximo perfuſi, DEO maximo optimo meritò gratias agent infinitas. Medicinam enim non modò ſummam ad corpus humanum habebunt, ſed poterunt quoque quælibet corpora perfecta & impura figere, & in ſummam argenti aurique perfectionem tingere.

HERMES.

HAc autem figuratione priores veſtri, quemadmodum ad propoſitum perveenerunt, ecce mortui ſunt. Iam vobis metam demonſtravi, & peritis librum aperui, occultas res celavi, ſequeſtrata continere feci, diverſas figuras conjunxi, & ſpiritus ſociavi. A Deo hoc munus accipite.

SCHOLIUM.

INdicat author, artis ſcientiam antiquos Philoſophos adumbraſſe figuratis locutionibus & ſimilitudinibus. Sed quia non amplius in vivis ſuperſint, illorum loco jam authorem artis ſcopum, ad quem omnes ſapientes collimare debent, demonſtraſſe: ita tamen, ut non niſi periti, hoc eſt, genuini & legitimi artis diſcipuli, inde veritatis ſaporem ſint guſtaturi.

Celavit enim res occultas, juxta illud: quod occultum vis, nemini dixeris: Rerum ſeparationem abſolvit. Res diverſas, hoc eſt, ſuperius & inferius conjunxit: & inter ſpiritus mortiferos & vivificos pacem fecit, ita ut nunc ambo in perpetuam concordiæ ſocietatem conſpirent.

Qui igitur non poterunt ex his, quæ dicta ſunt hactenus ſecretum artis capere, hi divinam majeſtatem precibus inceſſanter ſollicitent, ut ſpiritum intelligentiæ ac veritatis ipſis largitur.

CAPITULUM SEXTUM.

HERMES.

OPortet vos Deo gratias agere, qui omni ſapienti ipſam largitur, quæ de miſeria & paupertate liberat nos, omnibus ejus ſubſtantiis probabilibus miraculis ſum tentaturus, & Deum ſuppliciter deprecaturus, ut, dum vivimus, ad eum perveniamus.

SCHOLIUM.

INchoat author hoc capitulum ab exhortatione seriâ ad gratiarum actionem & pietatem erga Deum. Cùm enim verissimum sit, omne donum perfectum desuper descendere à patre luminum, qui largitur bona sua, & imprimis hanc scientiam, cui vult: meritò nos gratos præbeamus erga tàm benignum & misericordem patrem ac dominum nostrum. Misertus enim miseriæ & inopiæ nostræ, manum suam aperit, & ingentem sanitatis & divitiarum ad nos è cœlo mittit thesaurum: quo nostrum hujus vitæ defectum sublevat / O pium! O propitium! O clementem dominum, qui tàm cœlesti, tàm angelico & divino planè munere nos indignos dignatur vermiculos.

Ecquis est inter mortales, cujus animus omni adamante magis induratus sit, qui ex recordatione tantorum beneficiorum non emollescat? aut quis est, qui non pro tantis donis, noctes diesque coram Deo flectat genua, ipsum adoret, & laudibus hymnisque infinitis celebret. Modò unica saltem guttula vel scintilla superstit pietatis in homine, dubium non est, quin, dum in memoriam sibi revocat infinita illa & innumera divinæ misericordiæ ac benignitatis ergà genus humanum argumenta, guttula ista pietatis residua in ampliſſimum mare, & scintillula in maximum incendium excrescat. Si igitur Deus tantis nos cumulat donariis in hoc mundo immundo, dum adhuc in corpore mortis, peccatis obnoxio, habitamus: quantis putas maximis & inenarrabilibus æternæ vitæ bonis nos ornabit in secutura vita: Ubi ab omni peccatorum immunditie liberati, erimus illi, qui venimus de tribulatione magnâ, & lavimus stolas nostras, & dealbavimus eas in sanguine agni: ideò erimus ante thronum Dei, & serviemus ei die & nocte in templo ejus: & qui sedet in throno, habitabit supra nos: non esuriemus, non sitiemus amplius, non cadet super nos sol, neque ullus æstus: quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget nos, & deducet nos, ad vitæ fontes aquarum: & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis nostris, Apocalyps. 7.

HERMES.

EXinde filii Philosophorum ungventa, quæ retrahimus ex ungvibus, pilis, viridi æris, tragacantho, & ossibus in antiquorum libris sunt scripta.

SCHOLIUM.

PEr ungventa intellige omnis generis sulphura arte Vulcanica è rebus naturalibus educta: ex quibus omnibus unum tantum reperitur fixum & incombustibile. Hoc verò investigandum erit in subjecto omnis mirabilitatis, ut Corn. Agrippa loquitur, & est

res, quæ

res, quæ in terris & in cœlis est: ipsa est actu animalis, vegetabilis & mineralis, ubique reperta, à pauciſſimis cognita, à nullis ſuo proprio nomine expreſſa: ſed innumeris figuris & ænigmatibus velata, ſine qua neque Alchemia, neque naturalis magia ſuum completum poſſunt attingere finem. Per ſulphur autem illud fixum cujus ſæpenumero apud philoſophos fit mentio, nihil aliud intelligitur, quàm verum Naturæ balſamum, quo corpora metallorum mortua peruncta, à corruptione perpetua conſervantur. Vitæ enim diuturnioris longiorisque cauſa eſt ſolum hoc balſamū, quo res naturales ſi magis abundant, diutius etiam ab interitu præſervantur. Ex rebus igitur, ejusmodi balſamo abundantibus, noſtra medicina univerſalis elicienda, ut eò fiat efficacior ad corpora humana in ſanitatis ſtatu conſervanda, & ad morbos ſive ex mala victus ratione, ſive hæreditaria propagatione, aut quavis alia occaſione ſubortos, abigendos & radicitus extirpandos.

Noli igitur exiſtimare, tale ſulphur reperiri in unguibus, pilis, viridi æris, tragacantho, oſſibus & ſimilibus rebus momentaneis & citò perituris: ſed hæc ſunt tantum nomina externa, quibus author ex libertate philoſophica utitur ad internam rerum eſſentiam ab indignis & impiis occultandam.

HERMES.

AMplius unguenti, quod tincturas continet, fugientia coagulat, & ſulphura decorat, diſpoſitionem oportet nos exponere, & omnibus aliis unguentis figura, quod eſt unguentum occultum & ſepultum, cujus nulla videtur diſpoſitione, & habitat in corpore ſuo, ſicut ignis in arboribus & lapidibus, quod ſubtiliſſima arte & ingenio oportet nos extrahere abſque combuſtione.

SCHOLION.

UNguenti ſive ſulphuris veri philoſophici conditionem, nunc author pluribus explicat verbis: & primùm id tincturas continere ait: Tincturarum enim magna eſt latitudo. Quicquid enim tingendo colorem aut proprietatem corporibus naturalibus imprimit, id tincturæ nomen meretur: ita ut omnis medicina, quæ corpora in bona & naturali conſervat conſtitutione, & aufert morbos, rectè appelletur tinctura ſanitatis: & ſic econtrà res deſtruentes, ac ægritudines corruptionesq; corporibus inducentes, nuncupentur tincturæ morborum & mortis. Quot igitur in mundo res inveniuntur, ſanitatis & morborum cauſæ, tot etiam tincturæ ſtatuendæ: quas in univerſum omnes in ſe complectitur unicum iſtud philoſophorum unguentum. Habet deinde idem unguentum facultatem fugientia coagulandi, & ſulphura decoran-

di, hoc est, volatilia figendi, & obscura illustrandi. Ejusmodi autem volatilia nihil aliud sunt, quàm omnia inferiora & imperfecta metalla, quæ per hoc unguentum transmutantur in optimum aurum & argentum. Tandem unguentum hoc absconditum latere dicit in corporibus, non secus ac ignis sive calor naturalis (non autem hic sermo est de igne vulgari, aliàs mechanicus dictus, omnia comburens & destruens) tempore veris in arboribus succum sive viriditatem generat, & temporis progressu producit gemmas, folia, & flores, tandemque completam fructuum seminumque maturitatem absolvit. Vel sicut idem calor in montibus & intimis terræ visceribus (linea namque viridis gyrat universum) simplicissima rerum corpora sive elementa primùm miscet, & lapides, inde diversis proprietatum differentiis insignitos fabricat: sic sulphur naturæ sive philosophorum tincturas veras, quas in se continet, per varias temporum revolutiones explicat: immatura perficit: inconstantia figit: immunda abluit: ignobilia & vilia nobilitat. Propter varias ejusmodi & eximias dotes, quibus præditum est, longe lateque antefertur cæteris sulphuribus, adeo ut propterea non immeritò divinum ab authore appelletur. Vas est hoc in loco materia ipsa, quæ continet essentiam pretiosam, cœlestem, astralem, & vitalium spirituum copia imprægnatam. Hi spiritus, qui instar Mercurii volatilis, fugitivam habent naturam, ingeniosa & mira arte extrahuntur, & per sublimationem magis magisque exaltantur, tandemque figuntur. Sed industria summa præcavendum, ne in gradibus ignis peccetur. Calor enim nimius materiam nostram, quæ, ut diximus, cælestis sive astralis istius essentiæ vas est sive domicilium, comburet, & sic fracto carcere, captivus aufugiet.

HERMES.

ET scitote, quòd mediocriter cœlum cum terra jungitur. Mediocre autem est figura cum cœlo & cum terra, quod est aqua. Omnium autem primò est aqua, quæ exit de hoc lapide: secundum verò aurum: tertium autem ferè & mediocre aurum, quod aqua & fece nobilius.

SCHOLIUM.

HIc agitur de tribus lapidis partibus. 1. de aqua 2. de cœlo, sive mediocri auro. 3. de auro sic fæce terrestri. Noli verò mirari, quod aurum hîc fæcis vicem gerat, & aqua cœloque vilius æstimetur. Loquitur enim hîc author de auro non vulgari, sed de philosophico, quod in uno tanquam sacco continet omnia corpora, tam perfecta, quàm imperfecta, pretiosa & vilia: pura & impura: gemmas & silices, aurum & plumbū: ita ut plumbum philosopho nil aliud sit, quàm aurum leprosum & imperfectum: aurum autem

vicissim

viciſſim ſit plumbū fixum & perfectū. Præſtantius autem plumbo & auro, dicitur cœlum mediocre, vel ferè aurum. Mediocre autē ideo dicitur, quod auri quidem pondus, colorem, & cæteras proprietates habeat, ſed multo ſit ſpiritualius, excellentius & potentius: utpote cujus virtutes exuperant vulgare aurum.

Unde etiam vulgare, per projectionem tingitur à mediocri, & plusquam perficitur: eſtque hoc aurum mediocre, verè lapis ille pretioſus, in cujus comparatione omne aurum, arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur argentum reſpectu illius. Sap. 7.

HERMES.

IN his autem tribus ſunt fumus, nigredo & mors. Oportet ergo nos ab aqua fumum ſuperexiſtentem, ab unguento nigredinem, & à fæce mortem depellere, & hoc diſſolutione. Quo pacto, maximam habemus philoſophiam, & omnium ſecretorum ſecretum.

SCHOLIUM.

IN his tribus, hoc eſt, in unico ſubjecto, ex tribus compoſito, quod notū eſt in capitulis, latent hæc tria, fumus, nigredo, mors; quæ non niſi unum ſunt: caput nimirum mortuum: quod depuratur & revivificatur per ſolam diſſolutionem. Niſi enim corpus ſolvatur, nulla fit ſpirituum coagulatio. Solutione enim corporis impuri & fumoſi, ſpiritus puriores & nobiliores, tanquam ſuccenturiati, novas indies & præſtantiores vires atque proprietates inducunt: & nigredine ablata, albos & rubicundos philoſophorum flores proferunt: morteque expulſa vitalibus & aſtralibus tincturis omnia perfundunt atque replent. Et hæc eſt philoſophia conſummata, & omnium ſecretorum ſecretum. Sed quid ſit philoſophia conſummata, in ſuperioribus fusè explicatum eſt. At quamvis Hermes hîc tantummodò loqui videatur de transmutatoria philoſophia: alibi tamen diſertè fatetur, omnes ſapientias ſuæ ſapientiæ ſubditas eſſe. Cum autem Chriſtus Salvator noſter, unica & ſola vera ſit ſapientia ab æterno, non exiſtimo, aliquem veræ ſapientiæ participem fieri poſſe, niſi is & ſpiritū Chriſti ſimul habeat. Per hunc enim ſpiritum ſolum, acceſſum habemus liberum ad abſcondita tam divinarum, quàm naturalium rerum myſteria pervenienda. Is enim eſt, qui teſte Paulo, ſcrutatur omnia, etiam profunda Dei. Nemo enim cognoſcit, quæ Dei ſunt, niſi idem, quem accepimus, ſpiritus Dei. Hujus ſola virtute ſimiles efficimur in hac vita Enocho & Eliæ. Sicuti enim hi, teſte ſcriptura, vivi fuerunt aſſumpti in cœlum: ita & nos per Chriſti ſpiritum, in his terris adhuc ambulantes, tanquam vivi in cœlum extollimur. Cum enim per cœlum nihil aliud intelligatur quàm vita æterna: Chriſtus autem ſit ipſamet vita: de ſe ipſo enim loquens, inquit:

Ego

Ego ſum via, veritas & vita: neceſſariò inde ſequitur, quod qui in Chriſto manent, & Chriſtus in illis, non amplius in mundo, ſed in cœlis, ubi Chriſtus eſt, verſentur, hoc eſt, non amplius terreni ac mundani idololatræ, rebus caducis, ſed ſpirituales & immortales Chriſto ſoli adhærent. Non igitur expectandus eſt alius Enoch, aut alius Elias, qui ante adventum Chriſti in mundum veniat. Sicut enim Antichriſtus non habitat in uno ſolummodo individuo, ſed in toto Antichriſtiano corpore, quod ex pluribus conſtat membris, diffuſus regnat: ita Enochi & Eliæ ſpiritum non accepit ſola quædam ſingularis perſona: ſed omnes veri Chriſtiani & pii præſertim philoſophi, qui in eodem ambulantes ſpiritu in vaſis ſuis fictilibus, ut cum Paulo loquamur, habent theſaurum immortalem & incorruptibilem, nempe Jeſum Chriſtum: à quo Elias olim, tanquam de ſpirituali petra bibens, ſpiritum quoque eundem acceperat, ita ut ſpiritus Eliæ, non alterius ſed ipſius quoque Chriſti fuerit, qui ſolus eſt verus Elias artiſta, nos deducens in omnium artium veritatem: quin imò ſolus is eſt conſummata philoſophia, & omnium ſecretorum ſecretum.

CAPITULUM SEPTIMUM.

HERMES.

O Filij philoſophorum, corpora ſunt ſeptem, quorum primum eſt aurum eorum perfectiſſimum, rex & caput, quod nec terra corrumpit, nec res comburentes devaſtant, neque aqua alterat, quia ejus complexio eſt temperata, & natura directa, in caliditate, frigiditate, & humiditate, nec ſuperfluum quicquam in eo eſt. Ideò philoſophi ipſum prætulerunt, & magnificaverunt, dicentes, aurum ſic haberi in corporibus, ſicut Sol in ſtellis lumine ſuo eſt ſplendidior: eo enim Dei nutu, omne vegetabile, omnis terræ fructus perficitur: ſic aurum omne corpus continet, vivificat, quod ſit fermentum eſt, ſine quo nequaquam perficitur.

SCHOLIUM.

SEptem corpora, ſunt ſeptem metalla, aurum, argentum, ſtannum, æs ſive cuprum, ferrum, plumbum, & argentum vivum, inter hæc præſtantiſſimum eſt aurum. Unde etiam reliquorum rex & caput ab authore vocatur. Sed erras, ſi hoc dictum putas de auro vulgari, cujus uſus eſt in officinis monetariorum & aurifabrorum. Aurum enim noſtrum, inquiunt philoſophi, non eſt aurum vulgi, ſed eſt æs, ſive electrum minerale, cujus compoſitio in ſe, complectitur omnia metalla: juxta illud: Omne aurum eſt æs,

ſed

sed non omne æs est aurum. Hoc verò æs sive aurum rectè comparatur Soli, qui, teste Hermete, post Deum gubernat mundum, & illuminat omnia mundana, sive animata sive inanimata: & est gubernator vitalium, vel totius vivacitatis frequentator & dispensator: de quo Palingenius ita canit:

——————— O Sol, qui tempora mutas,
Et cum temporibus, quicquid generatur in orbe.

Hujusmodi virtus generativa & seminaria, cujus vi crescunt & propagantur omnia, inest quoque in viriditate æris nostri: de qua Philosophus loquitur: Totum illud, inquit, quod est perfectum in ære, est illa sola viriditas: quæ in ipso est: quia illa sola viriditas per nostrum magisterium vertitur citò in verissimum aurum nostrum. O benedicta viriditas, quæ cunctas res generas: quod vel inde constat, quòd nullum vegetabile atque fructus nullus appareret germinando, quin sit ibi viridis color. Ex quo manifestè colligitur, aurum hoc philosophorum sive æs habere longè alias proprietates atque vires, quam vulgare illud: quod, teste Mirandula, parvo pulvere insperso in igni fugit: ac potest resolvi in calcem & aquam limpidam: imo hydrargyrus id penitus destruit: ita ut longè differat hoc vulgare à vero philosophorum auro: quod præter commemoratas virtutes etiam perfectissimum est, & incorruptibile: quodque naturam habet Elyxiris sive fermenti. Est autem Elixir, ut Rosarius, inquit, medicina completa, magisque depurata & digesta, quàm aurum & argentum, eò quod ipsum Elixir habet vim convertendi omnia imperfecta corpora in aurum & argentum, quod ipsa per se minimè perficere possunt: quia si de perfectione sua alteri darent: ipsa imperfecta existerent: eò quod non possunt tingere, nisi quantum se extendunt. Hinc constat, aurum philosophicum esse quid præstantius, nobilius ac pretiosius ipso auro & argento, cæterisque omnibus metallis vulgaribus. Quæsiverunt multi hanc auri sive æris viriditatem in vitriolo, & cupro sive ære vulgari: sed errore decepti à vero scopo longè aberrarunt. Causa erroris fuit ipsorum crassa ignorantia, qua secuti sunt literalem in scriptis philosophorum sensum, cùm tamen philosophia Chymica non contempletur metalla, quatenus sint corpora, sed quatenus redacta sint in substantiam subtilissimam, spiritualem ac cœlestem. Est ergo aurum nostrum non corporeum: sed summè depuratum, & ad astralem naturam adductum. De quo hæc dixisse sufficiat.

HERMES.

Sicut enim pasta sinè fermento fermentari non potest; sic cùm corpus sublimaveris, mundaveris, & turpitudinem à face separaveris, eum conjungere & simul miscere volueris,

pone

pone in eis fermentum, & aqua terram confice: donec Ixsir fermentum, & ut pasta fiat fermentum. Meditamini & videte utrum ei fermentum fiat de alio, quàm de sua natura. Inspicite ergò, quomodo fermentum non est, nisi de pasta ipsa.

SCHOLIUM.

PAulò superius mentionem fecit author fermenti, idque aurum esse apertis & manifestis verbis indicavit. Pergit igitur nunc pluribus demonstrare necessitatem fermentationis: & aliquas ordine operationes ponit: quales sunt sublimatio, mundatio, fæcum separatio, conjunctio & mixtio, quæ singulæ necessariò requirunt fermentationem. Est enim fermentum quasi anima, quæ pastam eadem proprietate, qua ipsa est insignita, fermentat. Ne verò dubites, id verum artis esse fermentum, ab authore suprà propositum: considera solummodo finem intentionis tuæ, & mox fateberis aliud non esse, quàm hoc ipsum. Aurum vis producere: Ergò aurum tuum quoque erit fermentum. Quemadmodum fermentum pastæ ex eadem materia constat, ex qua ipsa pasta: utriusque enim materia est farina: sic fermentum lapidis aurifici est aurum: argentifici argentum. Vide saltem, ut fermentum, quo uti voles, semper sit re fermentanda efficacius, purius, & astralius, magisque digestum, & non errabis. Expurgate vetus fermentum, inquid D. Paulus, ut sitis nova conspersio. Ad regenerationem enim novi hominis, requiritur novum fermentum, quod veteri isto longè sit efficacius, purius, nobilius, cœlestius, spiritualius. Tale autem novitatis, puritatis, sinceritatis & veritatis fermentum est ipse Christus, quo in baptismo per ipsius mortem omnes verè credentes fermentantur. Unde Matth. 13. simile dicitur esse regnũ cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.

Quale igitur hoc novum est fermentum, talis quoque debet fieri pasta inde fermentata. Nisi enim pasta eandem cum fermento virtutem & proprietatem acceperit, verè & debito modo fermentata dici non poterit. Hinc elucet evidens discrimen inter Christianos veros & falsos. Veri virtute novi fermenti operantur juxta novum hominem veritatem & vitam: falsi autem secundum veterem hominem mendacium & mortem. Hæc autem postrema tenebrarum opera, regenerato homini omninò devitanda & fugienda sunt. Modicum enim fermentum, scilicet veteris hominis, ut Paulus docet, Gal. 5. corrumpit totam massam. Quicunque igitur massam suam, tam theologicè quàm Chymicè, rectè fermentare volet: vetera impuritatis & corruptionis corpora relinquat, nihil enim stabile aut laudabile in illis unquam inveniet. Est autem in utraque scientia fermentatio necessaria. Qui enim in

Theolo-

Theologia ignorat Christum, ab eodem quoque ignorabitur. Nosse autem Christum realiter, est credere ipsius verbo,& servare ipsius mandata. Sic enim cum ipso erimus una massa, & à proprio ipsius verbo in essentialem & perpetuam amicitiam ejus fermentati. Jamque non amplius nos dicet servos, sed amicos. Amici enim, inquit ad discipulos, mei estis, si feceritis, quæ præcipio vobis. In Chymia quoque necessariam fermentationem esse palàm fit ex eo, quod si non misces fermentum cum Elixire, non coloretur corpus, sicut debet,quoniam sine fermento non exibit neque Sol, neque Luna. Est enim fermentum anima, quæ corpori imperfecto, mediante aqua, vitam tribuit, quàm prius non habebat, & in meliorem formam reducit.

HERMES.

ET nota, quod fermentum confectionem dealbat, combustionem tetat, tincturam, ne fugiat, continet, & corpora latificat, & invicem conjungi & ingredi facit. Et hæc est clavis Philosophorum, & finis operum, & hac scientia corpora emendantur, & eorum opus, Deo annuente, peragitur.

SCHOLIUM.

DUbium maximum hîc de fermento oriri videtur, quod antea aurum esse diximus: nunc autem fermentum confectionem quoq: dealbare author confirmet: sed facilè id solvitur per philosophum, qui dicit: non est aurum, nisi prius fuerit argentum: Item aurum nostrum, est tinctura sive anima sive fomentum operis, sine quo nequaquam peragitur, sed quando dealbatum fuerit aurum,hoc est,corpus album:neq; fit argentum,nisi priùs fueritMercurius. Unde Sol fingitur à philosophis tres habere facies in cœlo, nigram,candidam,& rubicundam: ita ut facilè credendum sit, fermentū hoc non tantùm dealbare confectionem, sed etiam ut author paulò post docet, à combustione & fuga custodire tincturā, eique in projectione conciliare ingressionem. Sed quia fermentū non potest ingredi corpus mortuum, nisi mediante aqua, quæ facit matrimonium & copulam inter fermentum & terram albam: id in omni fermentatione notari debet pondus uniuscujusq:. Si igitur terram foliatam albam ad album Elixir volueris fermentare, ut stabit in complemento tincturæ super corpora à perfectione diminuta, tunc recipe terræ dealbatæ seu foliatæ corporis mortui partes tres,& de aqua vitæ reservata partes duas, & fermenti partem alteram dimidiā. Fermentum autem sit præparatum, ut fiat calx alba fixa & subtilis, si ad album tua procedit intentio: si verò ad rubeū,tunc sit calx citrinissima auri præparata, & non erit aliud fermentum. Tanta igitur est fermentationis præstantia, ut author

cam

eam non dubitet appellare clavem philoſophorum, hoc eſt, principium & finem operum, videlicet albi & rubei: utpote cujus beneficio corpora emendantur, hoc eſt, in ſuperiorem perfectionis ſtatum exaltantur: ſicque tandem opus rubeum ultimumque divina aſpirante gratiâ, perficitur, & ad finem perducitur.

HERMES.

NEgligentia verò & mala de eo opinione, opera corrumpuntur, ut fermentum maſſa, & coagulum lacti ad caſeum & moſcus in aromatibus.

SCHOLIUM.

NE fortè quis erret in ſecreto fermentationis, & falsâ quadam opinione de eadem conceptâ opus potiùs per ipſam corrumpi, quàm corrigi & emendari exiſtimet: author tria proponit exempla, quæ tacitè ſpectanda eſſe præcipit. Ut enim fermentum maſſam, coagulum lac, & moſcus aromata non corrumpit in deterius, ſed ut ex maſſa fiat panis: ex lacte caſeus: & aromata grato moſci odore à corruptione & carie conſerventur: Ita etiam fermentum philoſophorum materiam noſtram primò corrumpit quidem, & in nigredinem ipſam convertit: non tamen, ut eo redactum opus ita in nigredinis morte relinquatur: ſed potius tota confectionis maſſa, per omnes colorũ mutationes fermentetur ac tingatur. Calor namque agens in humido primo efficit nigredinem: & calor in ſicco cauſat albedinem: nec non in albo citrinitatem & nimiam rubedinem. Quæ varietas colorum ſoli fermento adſcribenda eſt: & ſic corruptio unius, eſt generatio alterius: eſtque fermentum, fermenti fermentum: veluti philoſophus inquit: Qui non guſtaverit ſaporem ſalium, nunquam perveniet ad optatum fermentum fermenti: fermentat enim finitum per excellentiam. Appropria ergò fermentum, quod eſt anima ante fermentationem, ut ſit pulvis calcinatus, ſolutus, & induratus: quoniam ſi benè non præparas fermentum, nil valet tuum magiſterium. Et ſcias, quod non eſt fermentum, niſi Sol & Lũna, hoc eſt, aurũ & argentũ, iſtis Planetis appropriata. Ideo quia Sol & Luna aliis Planetis dominantur, & ipſa ad ſuam naturam convertunt: ideo à plurimis fermentum dicuntur. Oportet ergo fermentum in corporibus introduci: quia eſt eorum anima. Hæcque anima vitam inducit corporibus mortuis, & imperfectis: ut ſimul cum vivis & perfectis vivificentur & perficiantur. Sic enim verbum Chriſti verum eſt fermentum ſive anima vivificans in Lazaro mortuo, & quatriduum jam ſepulto ac fœtente. Quamprimùm enim Chriſtus dicit: Exi Foras Lazare, ecce ſtatim mortuus reſurgit, & prodit de ſepulcro. Tam efficax enim eſt verbum Chriſti, ut illicò in effectum producatur id, quodcunque per illud pronuncietur.

Quod

Quod infinitis propemodū exemplis, tàm ab ipso Christo, quàm à suis discipulis, aliisq; sanctis viris atq; Prophetis præstitis, passim in sacris comprobatur literis. Et hoc est integrum ac verum verbum Dei ex perfecta & vera fide profectū. Ideo etiā essentialiter statim per id efficiunt omnes sancti, quicquid volunt. Multi equidem hodiè gloriantur in hoc verbo, sed dum putant se integrum ac verum habere, vix ac ne vix quidem dimidiū sunt adepti. Nam ab ipsorū effectis sive fructibus manifestè cognoscimus, ipsos non habere nisi nudam literam, & mortuam umbram verbi, nequaquam verò ipsum verbum verum, essentiale & efficax: adeò ut meram paleā vacuam, granisque carentem triturare videantur. Si enim verum haberent, etiam per illud demonstrarent effectus similes effectis verbi, ab ipso Christo, ab apostolis & aliis viris sanctis prolati. Lumen enim, quod non lucet, nec aerem finitimum collustrat, nō est lumen, sed luminis tantùm inane & sterile nomen. Lumen autem lucem simul ac splendorem rebus afferens, hoc verò luminis verum & essentiale nomen meretur. Quamobrem sicut hodiè infinitus est numerus eorum, qui hoc inani & sterili verbo utuntur ad lucrandum tantummodò panem pro corpore suo alendo: paucissimi autem sunt, imò vix unus atque alter, qui hoc verbum efficaciter & essentialiter adhibeat tam pro sua quàm aliorum animarum salute: ita etiam ingens est alchymistarum deploratorum multitudo, qui artem Chymicam exercentes solummodò inhærent rebus sive fermentis mortuis, & particularibus quibusdam sophisticationibus: pauci verò reperiuntur, qui vivam & efficacem Naturæ essentiam, & universalem omnium corporum medicinam, legitimo modo inquirunt atque scrutantur.

HERMES.

CErtus aurei color ad rubedinem, & natura non est dulcedo, ideo de eo sericum constituimus, quod est Ixsir: & de eo constituimus encaustum, quod scripsimus, & sigillo regis lutum tingimus, & in eo colorem cæli posuimus, qui se videntibus visum augmentat.

SCHOLIUM.

QUamvis non satis constet, quid author velit per dulcedinem & sericum: inferius tamen sese explicat, adeò ut facilè conjectari liceat, id esse fermentum aureum ad rubedinem: cujus descriptionem vel adumbrationem potius per encaustum, hoc est, figuras, similitudines, & tropicos loquendi modos, hactenus in his capitulis tradidit. Notandum autem hic est, sigillum regis, hoc est, auri sive Solis, quod lutum, hoc est, massam mercurialem tingit, esse unum ex secretis sapientum. Unde etiam à quibusdam dici-

tur ſigillum ſapientum, vel ſigillum Hermetis ſive Mercurii. In quo inquirendo multi hactenus, ſed plerique in vanum laborarunt. Non enim id eſt cera Hiſpanica, neque ſuber, neque colla ſive gluten, neque luti quoddam genus, quo vaſa vitrea, terrea, aut alia hujus generis perlutantur, vel obturantur: ſed eſt quædã naturæ diſpoſitio certa: ad cujus legem infallibilem res in vaſe philoſophico incluſæ, ſuis obſignantur proprietatibus ac coloribus, usque dum omnium facta fuit apparitio, & tandem etiam prodeat exoptatiſſimus ille color Cyaneus ſive cœleſtis, qui ſalutari ſplendoris ſui efficacia, viſum intuentis non obſcurat aut obtundit, veluti fieri videmus ab externo Solis ſplendore: ſed acuit potius eum, ac roborat: neque hominem ſuo viſu enecat, ut Baſiliſcus: ſed potius morti jam proximos, perfuſo proprio ſanguine revocat, & priſtinam vitæ incolumitatem ipſis reſtituit, ut Pelecanus. Dicitur enim Pelecanus roſtro ſuo in gyrum flexo, proprium odere pectus, & ſanguine inde effluente, pullos ſuos mortuos irrigare, & ſic vitæ reſtituere. Unde Chymici inſtrumentũ quoddam habent deſtillatorium, quod hujuscemodi Pelecanici gyri circulivè formam refert. Sed admonendi hîc ſunt veri artis indagatores de hoc Pelecano, magnum arduumque ſecretum in illo à philoſophis occultatum eſſe. Sicut enim Pelecanus avis eſt viva, non mortua, ita etiam philoſophi ad magiſterium ſuum poſtulant corpora non mortua, ſed viventia, hoc eſt, ſpiritualia, & ſumma vitalium facultatum fœcunditate prædita. Sicut etiam ſanguis effluens è pectore mortuis pullis reddit vitam: ita viriditas noſtri Leonis rubei, vitam in mortuis & obſcuris metallorum corporibus conſopitam reſuſcitat, eaque priſtino ſplendori & claritati reſtituit. Et ſicut tandem ſanguis ille non elicitur, niſi facto prius ab ipſo Pelecano gyro ſive circulo: dum enim roſtrum applicat pectori, totum collum cum roſtro flectitur in circularem formam: ſic artifex verum & tingentem Leonis ſanguinem evocare non poterit, niſi prius ſpirituũ circulatio ſive deſtillatio circularis fiat: hoc eſt, exterius intrò, interius foras: item inferius ſurſum, & ſuperius deorſum pellatur: ita ut exterius & interius: inferius & ſuperius ſimul in uno circulo conveniant, neque amplius cognoſcas, quid vel exterius, vel interius, inferius vel ſuperius fuerit: ſed omnia ſint unum in uno circulo ſive vaſe. Hoc enim vas eſt Pelecanus verus philoſophicus, nec alius eſt in toto mundo quærendus: ac ſine hoc fruſtrà laborat omnis falſarius alchymiſta. Sed ut melius intelligantur ea, quæ modò dicta ſunt, hanc placuit ſequentem ſubſcribere figuram.



A est interius, & tanquam principium & fons, à quo reliquæ literæ defluunt: & simul etiam finis ultimus, in quem cæteræ omnes, tanquam fluvii in Oceanum sive mare magnum refluunt. B. C. D. E. Hæ quatuor significant exterius. C.F. Superius. E.G. Inferius. Quæ literæ in universum omnes. A. B. C. D. E. F. G. septenarium Magicum occultum, manifestè exhibent: de quo aliàs copiosè satis à nobis tractatum fuit, ita ut supervacaneum sit, nunc plura de eo addere.

HERMES.

AVrum ergo pretiosissimus est lapis, carens maculis, temperatus quoq;, nec ignis, nec aër, nec aqua, nec terra corrumpere potest fermentum universale, cuncta rectificans temperata compositione, quod flavi sive veri citrini coloris est,

SCHOLIUM.

JAm apertè fatetur author, aurum philosophorum esse lapidem pretiosissimum, longeque plures dotes, & munera ipsi tribuit, quàm vulgare possidet aurum. Et ut de cæteris nihil dicamus; manifestum hîc apparet discrimen inter aurum philosophorum & vulgare: quod vulgare lapidis pretiosissimi nomine, nullo jure appellari possit: siquidem simplici perfectione tantum ornatum, à corporea illa coagulatione nondum sit liberatum: Et quamvis sit purum, temperatum, vel ab ignis, aeris, aquæ & terræ injuriis tutum & immune: non tamen ut fermentum universale, cuncta ad temperatam naturam reducere potest: sicut flavus, verusque ille citrinus color, hoc est, auri essentia quinta syderea & cœlestis, à corpore suo crasso, impuro, ac terrestri segregata:

Si sapis, umbrarum fuge mortua corpora.

Namque.

Constans est solus SPIRITUS: *umbra fugit.*

Universalitas enim sive Catholicismus nõ consistit in corpore, sed in spiritu. Spiritus enim solus penetrat omnia, quantumvis solidissima corpora. Sic Catholicismus religionis, seu veræ Ecclesiæ;

non consistit in visibili quodam & corporeo hominum cœtu: sed in invisibili & spirituali, piorum ac verè credentium in unicum Jesum Christum, consensu ac conspiratione. Qui enim extra hunc Regem omnium regum, verè catholicum, in quo & per quem sunt omnia, quique solus est & unicus spiritualis veræ Ecclesiæ pastor, præsul, & episcopus summus, subscribit particulari cuidam Ecclesiæ, is jam est sectarius, schismaticus & hæreticus. Regnum enim Dei non venit cum observatione, sed est intra nos, inquit Salvator noster ipse Luc. 17. Itē ibidem quoq, hortatur suos discipulos, ut ab ejusmodi sectariorum seductionibus sibi caveant: ubi inquit: Venient dies, quando desideretis videre unum diem filii hominis, & non videbitis: & dicent vobis: Ecce hîc, ecce illîc: Nolite ire, Neque Sectemini. Ex quibus palàm convincitur, quod certæ externæ sectæ non sit subscribendum: quemadmodum hodiè fieri videmus: ubi plurimi hominum, ex nimia simplicitate seducti, huic vel illi sectæ nomen suum dant, falsò sibi persuadentes, se sub numero certorum sectariorum, horum vel illorum, comprehensos, errare amplius non posse, sed certiùs certo inde animæ beatitudinem & vitam æternam reportaturos, cùm neque Ecclesia, quam unusquisque suam solummodò veram esse perperam opinatur, erret. Unde tot dissensiones & controversiæ in religione repullulant, in quibus singula pars suam opinionem mordicùs propugnat: magis autem plerique illorum occupari videntur in particularibus sive propriis verborum phrasiumque deliriis, quàm in universali scriptura sacra & verbo Dei seriò piequè excutiendo. Si enim hujus virtutem cognoscerent, infinitas quæstiones stultas, inutiles, & vanas, quæ non nisi contentiones & lites generant, intermitterent: & hominem hęreticum post unam & secundam correptionē devitarent, scientes, quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus. Tit. 3. Sed quęres, ubinam sint illi veri Christiani ab omni sectariorum contagione liberi? Ut tibi respondeam ad hanc quæstionem, velim scias, illos non esse quærendos in monte Samariæ, non Jerosolymis, nō Romæ in Italia, non Genevæ in Gallia, non Lipsiæ in Germania, non Cracovii in Polonia, non Pragæ in Bohemia, non Olsmutzii in Moravia: sed ubique per totum dispersos mundum, in Turcia, in Persia, Italia, Gallia, Germania, Polonia, Bohemia, Moravia, Anglia, in America, etiam ad extremos Indos.

Ex omni enim natione, Deus sibi colliget Ecclesiam. Vera autem verorum Christianorum nota hæc erit propria, quod, teste ipsa veritate Christo, Joan. 4. neque in monte hoc, videlicet Samariæ, neque Jerosolymis, neque alibi adorabunt patrem: Sed venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in Spiritu & Veritate: Nam & pater tales quærit,

rit, qui adorent illum. Spiritus est Deus: & eos, qui adorent eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Ex his igitur cognitis perspectisque unicuique nunc judicandum relinquo, quinam sint illi, qui sunt sub vera Ecclesia nec ne? & ubinam locorum in hoc mundo, verus Christianismus, veraque colatur & exerceatur religio. Facta itaque comparatione, idem esto judicium de Chymia vera & falsa: sive de universali & particulari deque veris & spuriis ejusdem indagatoribus.

HERMES.

AVrum sapientum coctum & benè digestum ignea aqua Ixsir conficit. Aurum enim sapientum est pendentius plumbo: quod est temperata compositione fermentū Ixsir: & è contrario distemperatum distemperata compositione.

SCHOLION.

AUrum & aqua ignea, quantumvis exquisitissimè per artem cocta & digesta, nullibi tamen perfectiora, meliora & præstantiora reperiuntur, quàm in mineris & radicibus suis: ubi nullum adhuc ignem sunt experta. Sicut in auro videre est, modo è terra sua extracto, quod planè crudum adhuc exiſtit, & à superfluitate sua nondum sejunctum aut sepatatum. Unde quoque ejusmodi aurum magis aptum est, & idoneum ad generationis opus. Siquidem spiritus ejus adhuc sunt liberrimi, nullaque forti corporum coagulatione detenti.

Hinc promptius agunt, velociusque tincturæ præparationem accelerant, quàm si auri corpus prout vulgò habetur, accipiatur. Omnia namque corpora, sicut & suprà mentionem fecimus, principiis suis viciniora, præstant iis, quæ per diuturnam coagulationem à primitiva sua spiritualitate & fœcunditate longiùs recesserunt. Non mirandum ergo est, quod patres primi in seculo aureo, quod creationi proximum & à benedictis & fœcundis creatoris uberibus quasi nondum ablactatum, tanto virium virtutumque vigore hoc ferreum nostrum longè superabat, in tam multos longævitatis annos suam produxerint vitam. Hominum enim corpora, tum temporis nondum tam fœdè corrupta erant à teterrima illa luxuriæ bestia: quæ sensim per propagationem adeò increvit, ut in hoc ferè ultimo seculo nihil ab ea sanum appareat. Huic corruptelæ mox succeſſit vitæ brevitas. Unde jam

Nascendo morimur pendetque ab origine finis.

Eidem calamitatis jugo quoque sunt metallorum corpora obnoxia, quæ vix è mineris suis eruta, statim corporeo rigidoque mortis carcere includuntur, ex quo nulla speranda liberatio, nisi relicta nobis esset aurea illa vitæ clavis, qua sola omnes portas clausas in mortis isto carcere reseramus, & captivos inde spiritus

in pristinum vitæ theatrũ producimus. Per hanc autem vitæ clavem intelligo vitales mineralium radices, in quas si corpora reducantur, fiunt novæ regenerationi apta, ita ut veram ex illis tincturam tùm habere possis. Accedit insuper aqua ignea, quæ nihil aliud est, quàm Mercurius Philosophorum ex iisdem minerarum radicibus eductus Hæc aqua est mater, quæ aurum in ventre suo conceptum solvit, eique inter digerendum, debitum præbet nutrimentum, donec 40. septimanis elapsis, terminoque gestationis philosophici fœtus absoluto, pariendi tandem sive nativitatis hora adveniat. In fine igitur digestionis, quando nimirum instat dicta hora nativitatis, demùm oritur anima: non autem priùs neque citiùs. In hoc igitur puncto: totum est periculum. Transacto autem hoc puncto nullum amplius est periculum. Aurea igitur proles nostra in lucem producta, quamvis respectu Saturni senionis, sive plumbi, ob ætatis imbecillitatem inferior videatur, longè tamen lateque illum superat pondere, colore, viribus, constantia, cæterisque virtutum donis. Frigidis enim qualitatibus nimis corruptus Saturnus propter intemperiem suam, neque ignis, neq; aeris, neque cæterorum elementorum injuriis resistere potest, Infans autem noster fortissimæ & temperatissimæ est compositionis: ita ut non solum repellat à se omnem vim externam, sed propter fœcundam virtutum affluentiam & copiam, qua abundat, propriorum parentum infirmitates sanat, & quemvis corporum Mercurium in summam auri perfectionem tingit.

HERMES.

PRimum enim opus ex vegetabili fit, secundum ex animali in gallinæ ovo, maximum est subsidium, & elementorum constantia, ac terra nostra aurum est, de quo omne sericum constituimus, quod est fermentum Ifir.

SCHOLIUM.

DIstinguit hîc author opus magnum sive generale in duo specialia, nempe in vegetabile, & in animale, quod ultimum in gallinæ ovo perfici ait. Sed quamvis plura & infinita hujuscemodi opera fingantur à Philosophis: tamen non est nisi unum verũ, quod ab elementorum æquali & temperata permistione solum constans, firmum & fixum est: ob quam causam maximum quoque sanitatis est subsidium, nec minus inopiæ. Fundatur autem in terra auri, quæ meritò Ifir, sive Elixir, sive fermentum Philosophorum appellatur. Hoc autem fermentum duplex esse, paulò suprà monuimus: Solis videlicet & Lunæ. Per fermentum Solis intelligitur sperma viri: & per fermentum Lunæ sperma fœminæ; ex illis fit primò conjunctio, postea generatio vera & casta: fermentum auri, aurum est: sicut fermentum panis, panis est. Et

sicut

ſicut in operatione panis modicum fermenti levat & fermentat magnam copiam paſtæ: ita etiam illud modicum terræ, quod continet iſte lapis, ſufficit ad nutrimentum totius lapidis. Unde Avicenna inquit: Fermentum reducit ſibi appoſitum ad ſui naturam, colorem, & ſaporem ad omnem modum, videlicet de potentia in actum. Nàm confectionem dealbat, ſeu multiplicat, ſpiritualitatem corroborat, combuſtionem annihilat, tincturam cõtinet, ne fugiat, corpora leviat, & ſe invicem facit ingredi, & conjungi, quod finis eſt operis, ſine quo Elixir non peragitur, quemadmodum paſta ſine fermento non fermentatur: quod dicitur fermentum fermenti, & coagulum coaguli. Non enim fermentat tantùm corpora inferiora & imperfecta, ſed ipſum quoque aurum reddit de perfecto corpore plusquamperfectum: eſtque fœcundiſſima mater, quæ quò ſæpiùs imprægnatur, tantò pluries concipit ac parit: & in infinitum ſuæ ſpeciei prolem propagat. Ipſa ſola eſt clavicula, quæ claudit & aperit:, & iterum claudit, & nemo aperit, ſine qua clavicula nemo in hoc ſeculo poteſt pervenire ad perfectionem hujus ſcientiæ.

CONCLVSIO TOTIVS TRACTATVS

HÆc ſunt, Vir Nobiliſſime ac magnifice, fautor & Mecœnas obſervande, quæ de ſeptem hujus tractatus capitulis, in tui gratiam cõmentari viſum fuit. Utinam quid in me eſſet, quo grati erga te animi ſignificationẽ quantulamcunque ponere poſſem: me haberes utique ad omnia paratiſſimum. In Galliam enim quoties te adveniſſe audiebam, toties ſummo perfusus gaudio ac lætitia, mihi unicè gratulabar. Ut enim de cæteris tuis meritis jam nihil dicam, quibus me multis tibi modis obſtrinxiſti: ex ſola tua converſatione & colloquio quotidiano, à quo me diſcendi avidum non tantum non repellebas, ſed amicè potius invitabas, & humaniſſimè inſuper rogabas, in curſu meo philoſophico tantum hauſi utilitatis, ut cum Alexandro Magno verè mihi nunc liceat dicere: vivendi me principium à patre, bene vivendi autem à te accepiſſe: ita ut generatus quidem à parentibus, nunc vero per te ab Eliano quodã vel divino potius ſpiritu regeneratus planè videar. Hanc autem laudem quamvis tibi imprimis tribuam, nolo tamen inficiari, me quoque aliorum plurium adhuc virorum doctiſſimorum colloquiis interfuiſſe, tam in Galliis, quàm in Germania, quæ ubertate quidem & fertilitate maximorum & præſtantiſſimorum ingeniorum, alias regiones in abſtruſis ejusmodi artibus indagandis quodammodò languidam, ne dicam pigram, & omnino torpeſcentem, longo poſt ſe inter-

vallo relinquit. Optandum sanè esset, ut alii, honesta quadam æmulatione perciti, hac in parte Germanorum industriam & solertiam summā imitarentur. Non enim honori & laudi tantùm, sed maximo quoq; emolumento id futurum esset cōmuni patriæ. Cū igitur, ut dixi, tibi imprimis acceptum feram omnem studiorum meorum fructum; æquum esse duxi, tibi eorundem quoque primitias, pro debita gratiarum actione consecratas atque dicatas offerre. Quicquid autem hoc tandem sit, rogo ne patiaris in alienas incidere manus: antequam pro tuo, quo polles, ingenii acumine, & solida rerum experientia probè examinaveris, & limis tuis politissimis & exquisitissimis splendidius & magis exornatum reddideris. Sin vero accidat, ut ad aliorum quoque manus perveniat, & aliquis existimet, non omnino sibi satisfactum in quibusdam vocabulis obscurioribus, barbaris, & exoticis explicandis: velim ne tàm severo id judicio malè vertat: sed culpam potius transferat in eum, qui scriptum hoc ex nativo sermone non latinius puriusve traduxerit. Interim tamen operam pro ingenii nostra tenuitate sedulam navimus, ut Philosophiæ studiosis, veritatis fontem, si non in minutissimis syllabarum & dictionum apicibus, tamen in generali totius operis explicatione satis apertè commonstraremus. Sin verò quis dilucidiorem rei demonstrationem postulat, iniquum hoc Philosophis videbitur postulatum. Secretissima enim est nostra scientia, nec nisi secretorum initiatis & Philosophiæ mystis propriè convenit. Ex his si unus fuerit per electionem divinæ providentiæ vocatus, nihil amplius morabitur qualescunque locutiones, quantumvis maximè ambiguas & obscuras: sed in mediis his fallaciarum tenebris, illucescens solum veritatis lumen observabit, quo duce omnia ipsi succedent in bonum & exoptatum eventū. Viam ad hoc lumen unica parat pietas. Finge te tanquam ferrum cupidū esse, per attractationem magnetis alicujus divini, in profundam hujus secretissimi mysterii scientiam descendendi: sed viam præ vitiorum multitudine, quæ tanquam corpus densum, inter DEUM, verum piorum magnetem, & te, interponuntur occultam esse; quid hinc aliud agendum censes, nisi ut vitiosum peccatorum corpus tollas, quo sublato radii hujus divini magnetis statim te splendidissimo collustrabunt fulgore, mentemque tuam nebulosam ab omnibus obscuritatibus, & errorum tenebris penitùs vindicabunt. Ego enim, inquit Christus, Salvator noster, lux in mundum veni, ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. Ambula igitur in luce, dum lucē habes, ut filius lucis sis, nec te tenebræ comprehendant. Joan. 12. Credere autem in Christū, non est tantum ore fateri, *Credo*, quod potius temeraria quædā cōfidentia, quàm vera fides appellari meretur. Nisi enim cor simul cū ore, & opera cum confessione con-

spirent,

ſpirent, fides hæc mortua & inſtar lucernæ, cujus lumen extinctum, inutilis & vana habetur. Quemadmodum enim è diametro inter ſe pugnant, lucere, & non lucere, ſive lux & tenebræ: ita fides vera diſtat ab orali ſine operibus. Ex quibus differentia ſpectatur maxima inter Chymiæ ſtudioſos veros & ſpurios. Qui enim ambulant in veritate, veritatem conſequuntur: qui verò luce hac relicta, externam tantum ſplendoris umbram ſectantur, ad veritatis lumen nunquam perveniunt. Quoniam igitur maximam hominum partem videmus, umbra potiùs, quàm rei eſſentia delectari, hoc eſt, deliciis hujus mundi caducis plures eſſe deditos, quàm proprietatis ſtudio: non mirum eſt, quin maxima ſit raritas eorum, qui voti ſui compotes fiant. Multi enim ſunt vocati: pauci verò electi. Et ſicut terra magnam copiam luti ſuppeditat, unde fit fictile; parvum autem pulverem, unde aurum fit: ſic etiam eſt conditio præſentis ſeculi: Multi enim creati ſunt, pauci verò ſalvabuntur. Eſdra 4 cap. 8. Quamobrem ſicuti ab initio hujus tractatus exemplum Hermetis hujus diſciplinæ ſtudioſis imitandum propoſuimus: ita nunc in fine idem propoſitum alterius Philoſophi, nempe Alani teſtimonio confirmatum volumus: qui in libelli ſui, de lapide Philoſophico, principio, ita artis alloquitur diſcipulos: Ad DEUM, inquit, mi fili, & cor, & mentem convertito, quàm ad artem magis: ipſa enim donum DEI ſummum eſt, cuique beneplacitum fuerit, eam largitur. DEUM igitur ex toto corde totaque anima tua diligito, atque in eo ſolo & ſpem & fiduciam omnem locato, ſic procul omni dubio hac arte nobiliſſima cum gaudio perfruêre.

NOBILISSIMO, CLARISSIMO AC AMPLISSIMA DIGNITATE CONſpicuo Viro, Domino HEROALDO, Valgrinoſæ Domino, Chriſtianiſſimi Galliæ & Navarræ Regis Conſiliario, & Archiatro digniſſimo εὖ πράτειν.

COGITANTI *mihi ſæpenumero attentiusque animo ac memoria revolventi, Vir ampliſſime, quo tandem ſenſu* Fernelius *lib. 2. de Abditis rerum cauſsis cap. 18. Auri ſemen erui poſſe aſſerat, ejuſq; eruendi viam ac methodum ibidem edoceat (cum plantas quidem, frutices, & arbores, nec non univerſum animalium genus fœcunda ac ſemine turgida paſsim videre ſit:*

re ſit: quo autem in loco vel quibus receſſibus proliferum illud Mineralium ſemen deliteſcat, ne Lyncei quidem vel oculatiſſimi oculis perſpici quoquo modo queat) ſuccurrere illico non unus modò aut alter in eam ſententiam Arnaldi, Lulliive locus, ſed variæ & infinitæ plurimorum aliorum graviſſimorum Philoſophorum illud ipſum uno ore affirmantiũ aſſertiones: ita tamen primitùs inter ſe diſcrepantes ac diſſidentes, ut quod ab hoc dictum, ab illo negatum, quod hîc conſtructum, iſthîc deſtructum videretur. Conquiſitos igitur ac undiquaque corraſos, quotquot hac de re ſcripſerant, tàm editos quam manuſcriptos, blattis & tineis etiamnum exeſos, veteres, inquam, & neotericos auctores qua potui diligentia & aſſiduitate perlectos nocturna diuturnaq; manu per viginti duos annos verſavi, notavi, annotavi, annotata exſcripſi, exſcripta in ordinem a nullo hactenus obſervatum digeſſi, idq; eo animo, ut mihi iſtud Compendium in tam vago illo tot diſcrepantium, ut quidem videtur, opinionum pelago, inſtar Cynoſuræ foret, quo poſt exantlatos multos ac infinitos labores, ad optatum veræ ſcientiæ portum tutò citò & jucundè pervenire valerem. Hanc ſanè Harmoniam mihi ſoli meisque Muſis adaptatam & concinnatam in vulgus edi non erat animus. Evicêre tamen, extorſereque vel invito frequentes, hortatus dicam an ſollicitæ efflagitationes amicorum, quibus deeſſe hortantibus inhoneſtum, & non obſequi rogantibus impium. Ancipitem adhuc hærentemq; perpulit commiſeratio eorum, qui cum hæc ſtudia tractare haud noverint, nec genuinum Philoſophorum ſenſum ritè & methodicè rimari didicerint, variis erroribus circumacti, tandem in ignorantiæ ſalebris, tanquam ad Sirenos ſcopulos conſeneſcere coguntur. Si enim, ut inquit ſummus ille eloquentiæ parens, è portu ſolventibus qui jam in portum ex alto invehuntur præcipere ſummo ſtudio ſolent, & tempeſtatum rationem, & prædonum & locorum: quod natura affert, ut eis faveamus, qui eadem pericula quibus nos perfuncti

functi sumus, ingrediantur) quo tandem animo nos esse oportet, prope jam ex magna jactatione terram videntes, in eos quibus videmus maximas tempestates esse subeundas? Vt igitur infinitis curiosis suæ illius φενεχηΐας, & κενοσπουδίας cursum illico sisterem, sua dilapidandi ansam præriperem, infinitarumq; formularum (receptas *vulgo dicunt*) *myriades ex ipsorum manibus evellerem & excuterem: hanc Harmoniam seu communem omnium verè philosophantium concentum ac consensum in lucem emittendam operæ pretium duxi, quam quidem sub amplissimi tui nominis auspiciis, Vir clarissime, idcirco exire volui; Primo quod tua domus non modò sit oraculum totius nostræ civitatis, ubi ex suarum rerum incertis certos compotesq; consilii dimittis, sed etiam παυλοδοπῆς Σοφίας παιδοχεῖον, καὶ πάσης ἀρετῆς σεμνεῖον verè existat, adeò ut solus dignus sis habitus, cujus ceu alterius Chironis curæ, vigilantiæ, industriæ ac singulari probitati noster Achilles fuerit commissus ac commendatus. Deinde ut infinitorum à te in me collatorum beneficiorum memoriam sempiternam hoc pacto testari valeam. Demum ut ab iis qui dente Theonino hæc arrodere contederent, sartus tectusq; sub alis tuis tanquam in asylo manere queam. Exiguum sanè munus & levidense, non tamen, si animum dantis remq; ipsam spectes, prorsus aspernandum. Cœnosa turbidaq; aqua à gregario etiam milite oblata Cyrus ille Persarum rex professus est se nihil unquam bibisse suavius: Augustus oblatos à rustico calamos non renuit, & marcidum etiamnum raphanum à rustico accepit Ludovicus XI. byssoq; pretioso obvolutum suis ὡς τιμίον τι asservandum dedit. Nostram igitur Harmoniam pro fausto hujus novi anni omine oblatam æquo gratoque animo accipe, & me tui studiosissimum semper amare perge.*

Lutetiæ è Musæo nostro Kalend. Ian. anni reparatæ salutis
M. DC. XI.

Tibi tuisque obsequentissimus
DAVID LAGNEUS.

CAN-

CANDIDO LECTORI S.

EX *abstrusioribus Naturæ secretis, Philosophorumq; penetralibus Harmonia hæc in lucem progredietur, benevole Lector, tum ut à densis ignorantiæ tenebris clariùs (ut sibi imaginantur) hac in arte videntes extrahat, tùm, ut locis in salebrosis, imò etiam planis claudicantes à lapsu vindicet: prioribus Ariadnes filum, posterioribus senis fulcrum suppeditans.* Hoc *modo quæ vestra sunt vobis servabitis, cucurbitas, aludelia, matratia, & cætera id genus instrumenta vitrariis, furnellos figulis amandabitis.* Hæc, *inquam, est* Harmonia, *quæ omnes eos ignorantiæ arguet, quicunque veteres illos priscæ ætatis* Philosophos *nullum unquam inter se consensum habuisse mussitant.* Hæc *eadem est* Harmonia, *quæ exactis assiduo labore sedulaq; vigilantia duobus annis supra viginti, tandem victrix emergit, oculis tactuq; propediem exhibitura, quod vos tam anxiè ac tanta cum difficultate anquiritis.* Deniq; *hic est* Philosophorũ *omnium concentus consensusque, à multis quidem susceptus, sed à nullo perfectus & absolutus: quia absq; ulla pecuniarum profusione, absque præceptionibus seu receptarum formulis, exiguo labore paucisq; expensis vobis ultrò offert, quod nec Cræsi divitiæ quantumvis immensæ, nec omnes Agyrtarum vulgares receptæ, laboresve plus quàm Herculei vix ac ne vix quidem assequi unquam potuerunt. Inibi deteguntur & denodantur difficultates, ignota nota redduntur: quin & ingenii mei sinceritas, ac animi mei candor vobis etiam sponte largaq; manu, quod non sine magno labore, multisq; vigiliis conquisivi, offert, dat, dicatque. Omissis itaq; vanis vanorum hominum promissis, extractionibus omnibus, calcinationibus, solutionibus, resolutionibus, dissolventibus neutiquam philosophicis, sed corrosivis & huic præstanti materiæ penitus contrariis, εἰς κόρακας valere jussis, eam demum materiam sese offerentem ambabus ulnis amplectimini, quæ lugubri veste induta, odore etiam fœtida, tactu mollis & homogenea, à*

nea, à multis incognita, ab omnibus perquisita, & à paucis detecta, aliquantulum aquæ suæ, suæ, inquam, ut sitim expleat, avidè expetit: non sua quidem de causa, sed ut satiata, & viribus resumptis refocillata, vobis vestrisq; subveniat. Scriptura sacra est quæ Scripturam sacram, Philosophia Philosophiam, Medicina Medicinam, lex legem, & Chemia Chemiã interpretatur & enodat. Non aliud quidquam ab auctoribus hoc in opere alienum expectate: Ipsissima siquidem sunt illorum verba: nihil prorsus de meo addidi, solus labor in disquirendo, vigiliæ in compilando, & studium in digerendo disponendoq; mea sunt. Hæc quidem in mei utilitatem, facilioremq; usum collegeram, eorum tamen qui sublimem ejusmodi materiam quærunt commiseratione permotus, quandoquidem

Dextrum Scylla latus, lævum teneat alta Charybdis,

ne per avia abrepti præcipites ruerent, in lucem lubens edidi. Antiquorum multa tecta & obscura reseraſſem, si occasioni favissent & tempus & commoditas. Hoc itaq; meo frui labore vobis liceat. Sed priusquam vos operi accingatis (si fert ita corde voluntas) novies, deciesque, imò pluries super hac re vos non tantùm cogitare, sed exactè ratiocinari velim. Nam sit ita sanè, quod minimi sint sumptus, quodque paululum pulveris (cui multa induntur nomina) modicum aquæ ad illius alimoniam, exiguum vas continens, minor furnellus eundem recludens, &, ut ipsius calor foveatur, ignis invisibilis exigantur; nihilominus, quoniam longiori opus est tempore, saltem duorum annorum spatio, nimia activitas ac promptitudo finem versus, rerum omnium jacturam vobis inferre posset. Cujus rei obex erit prudens solidaq; animadversio, & Harmoniæ hujus introductio, quæ unicam ad hanc rem viam, materiamq; unam esse docet: Notis itaque nominibus, binis corporibus, & dissolvente ex illis sulphur extrahente, perspectaq; illius nutritione, dealbatione, citrinatione, rubificatione, fixatione & ceratione; liberè vel minimo labore praxim aggredi nullus vestrum timeat:

timeat: & hac ratione illorum imperitiam & impudentiam advertetis, qui nihil certi aut veri apud Philosophos Chemicos reperiri satis protervè dixerunt, ut ille carboniperda sua in Apologia, quam mirum in modum commendat, & quæ potius accusatio dici meretur. Vale, ex musæo nostro Parisiensi, Cal. Ian. 1611.

Nobilissimo & Præstantissimo viro D.D.

JOHANNI HEROVARDO, D. DE VAULGRINEUSE, REGIS CONSILIARIO, & Archiatro dignissimo.

IOAN. HEROVARDUS.

ANAGRAMMATISMI.

Vade virens honoras.
Ævi es honor durans.
Vena es honoris dura.
E vena honoris duras.
Ah dono vires vernas.
Honos virens ad vera.
Advernas vis honore.
Vive heros adornans.

Ardua res honos, veni.
Honori vera suadens.
A Jesu durans honore.
Sanus in heroë ô dura.
Dives honorans vera.
Via ruens ad honores.
Heroës nardo juvans.
Sidera novans vehor.

Diversa servans honore.

OMnia luminibus Phœbeia culmina lustrans,
Lustrans Phœbeos mente animoq; choros:
Arte Machaonia nil te sublimius esse,
Pæoniis videò teque præesse choris.
Quid mirum, reliquè tua si fastigia montes
Suspiciunt, tibi si, quæ sibi chara ferunt?
Si sua, seque tibi tradunt, qui stare, valere,
Præsidio credunt seque vigere tuo?
Vitimus accurram? Superi prohibete, volabo,
Et collis montes infimus usque sequar.
LAGNEUS *ipse suam quæ multis clausa reclusit,*
Harmoniam secum dedicat ecce tibi.
Addunt currenti calcar, pennasq; volanti,
Nam tua transpositis nomina literalis.

Hæc

Hæc mihi dant veris divina oracula verbis
Delphica templa mihi, sunt q3 Sibylla mihi.
Aurea dicta canunt, ad veri culmen honoris
Quæ via sit, vivax unde paretur honos.
Quam sis eximius, qui Gallica sidera serves,
Quos q3 soli, cæli vult Deus, esse deos.
Tam multis non Hybla rosis, tot floribus Enna,
Tot rutilant puro sydera clara polo:
Quot decora altarum referunt tua nomina laudum,
Pauca ex innumeris hæc tibi, teque fero.
Vade virens, *alios nam dives honoris* honoras
Ardua res *fer*, honos *ardua vinco*, veni.
Ævi es honor durans & honori vera suadens
Suadæ *vernus* honor *perpetuoque* virens.
Vena es honoris *amica, per aurea secula*, dura,
A Iesu durans *semper* honore *tui*,
E vena duras, *sed* honoris, *laude perenni*
Florens, virtutis quam tibi palma dedit.
Sanus in heroë, ô dura, *qui sceptra gubernat*
Gallica, dic Regi secula multa tuo.
Ah dono vires vernas *tibi* dives honorans
Vera, ad vera virens *munere Regis* honos.
Mirificè claros ad honores *munere divûm*,
Directaque ruens, *legitimaque* via.
Ad vis *eximii*, *via* vernas *floris* honore,
Heroës nardo *nobiliore* juvans.
Inclyte vive heros, *Musas constanter* adornans,
Dic, Vehor *æternum* sidera *ab arte* novans.
Sidera quæ nostro radiant nitidissima cælo,
Sidera, Francorum quæ diadema gerunt.
Diva *diu* servans *per quæ servamur* honore,
Quo nemo Pæon major in orbe viget.

Tibi ad omnia paratissimus,
URBANUS.

AD

AD CLARISSIMUM DOCTISSIMUMQUE VIRUM D. LAGNEUM, in Harmoniam ipsius.

DAVID LAGNEVS.

ANAGRAMMATISMI.

Vade laus digni. Vas laude digni.
Diu digna salva. Vis laude digna.
Valde digna vis.

VIS nocte multa res latentes promere,
Arcana mundi & vis palam proponere,
Vis clausa multis plurimis recludere,
Vis mira mundi & vitis miracula,
Simulque summi & vindicis potentiam
Probare miram, qui supremus infimis
Tantam Creator & vim creatis indidit,
Vt arrogantem homunculi & vesaniam
Premat, negatis posse regem Olympicum
Fecisse quicquid numini suo placet.
Vis orbe nostro & vellus ut sit aureum,
Micansque mali fulgor adsit aurei.
Vis Gryphos acer Celticis à montibus
Fugasse, gryphos explicans ænigmatum,
Solvensque nodos arctiores Gordiis.
Vis indicare quanta & vis sit ingeni,
Et quantum acumen, candido & vis pectore
Prodesse cunctis, ac obesse nemini.
Vis, ut libelli cujus auctor esse & vis,
Sit ipse fautor, arte qui viget sua,
Fideque servat Celticæ sceptrum plagæ.
Vir clare & vive DAVID Ô LAIGNEE
Vas laude digni, *Harmonia*, vade *digna* laus
Digni, *per ora & vive præcellentium*
Volitans & virûm. Diuque digna salve *nam*
Vis laude digna, *quando* valde digna vis.

Tantum tuus quantum meus,
BVETVS,

CATA-

CATALOGUS AUCTORUM IN HAC HARMONIA citatorum.

A.

ÆGIDIVS de Vadis.
Alanus Philosophus.
Albertus Magnus.
Alphidius.
Andreas Laurentius.
Andreas Libavius.
Aristeus.
Aristoteles.
Arnaldus de Villa-nova.
Augurellus, *vide* Ioannes.
Avicenna.
Aureola.
Aurora consurgens, seu Aurea hora.

B.

Bellaripa.
Benedictus.
Bernardus de Grana, seu de Ganna.
Bernardus Trevirensis, seu Trevisanæ Marchiæ Comes.

C.

Calid, filius Iazichi.
Clangor buccinæ.
Correctio fatuorum, seu Correctorium Richardi Anglici.

D.

Dastinus. *vide* Ioannes.
David.
Daustricus.
Desiderabile, seu, Rosarium Philosophorum compilatum

pilatum à Toletano philoſopho, incipiens *Deſide-*
rabile deſiderium,&c.
Dionyſius Zacharius.
Dominus vobiſcum.
Dorneus, *vide* Gerardus.

E.

Efferarius Monachus.
Evalerandus, ſeu Valerandus.
Euualdus, ſeu Euoaldus Vogelius Belga.
Exemplum ſcientiæ *Incertus auctor, ſic incipiens.*
Exercitatio in Turbam.

F.

Fernelius, *vide* Ioannes.
Flamellus, *vide* Nicolaus.
Flos florum Arnaldi.

G.

Garlandius *vide* Ioannes.
Geber Arabs.
Gerardus de Vivariis.
Gerardus Dorneus.
Georgius Ripleus Anglus.
Georgius Venetus.
Greverius, *vide* Iodocus.

H.

Haly.
Hermes Triſmegiſtus.

I.

Iacobus de Sancto Saturnino.
Incerti auctores plurimi.
Ioannes Aurelius Augurellus.
Ioannnes Daſtinus.
Ioannes de Rupeſciſſa.
Ioannes Duns Scotus.
Ioannes Fernelius.

Ioannes Franciſcus Picus Mirandulanus, Concordiæ Comes.
Ioannes Garlandius Anglus.
Ioannes Iſaacus Hollandus.
Ioannes Pontanus.
Iodocus Greverus, ſeu Greverius Presbyter.
Iſaacus Hollandus, *vide* Ioannes.

L.

Laurentius Ventura Venetus.
Libavius, *vide* Andreas.
Lilium.
Liber duorum verborum.
Liber trium verborum.
Ludus puerorum, ſeu Opus mulierum.
Lullius, *vide* Raymundus.
Lumen novum Chymicum.

M.

Manuſcripti varii.
Margarita novella.
Michaël Scotus.
Mirandulanus, *vide* Ioannes.
Monachus, *vide* Efferarius.
Morienus Romanus, Eremita Hieroſolymitanus.
Mulieres Græciæ.

N.

Nicolaus Flamellus.

O.

Odomarus.
Omnium recte, *Intertus auctor, ſic incipiens.*
Opus mulierum, ſeu Ludus puerorum.

P.

Petrus Valentiæ.
Picus Mirandulanus, *vide* Ioannes.
Phœnix.
Pontanus, *vide* Ioannes.

R.

Rachaidibus.
Raymundus Lullus vel Lullius.
Rhasis.
Richardus Anglicus.
Ripleus, *vide* Georgius.
Robertus Vallensis.
Rogerius Bacho seu Baconitanus.
Rosarium Philosophorum.
Rosarium abbreviatum.
Rosarius minor.
Rosinus.

S.

Saturninus.
Scala Philosophorum.
Scotus.
Secretum secretorum.
Semita semitæ Arnaldi.

T.

Tauladan.
Tersin.
Theobaldus de Hoghelande Mittelburgensis.
Thomas Aquinas.
Turba Philosophorum.

V.

Valerandus, seu Evalerandus.
Valescus de Taranta.
Vallensis, *vide* Robertus.
Vincentius Bellovacensis.
Vogelius, *vide* Euraldus.

Z.

Zacharius, *vide* Dionysius.
Zininus.

NEceſſe eſt ad opiniones fortiter inhærentes multa argumenta adducere, ſi quis velit auditorem à priore ſententia abducere, ac convertere ut ſuis verbis fidem habeat. Hæc enim ne produxiſſem quidem ad ſermonis mei confirmationem, niſi multi adeo homines eſſent, qui meæ opinioni adverſarentur. Hippocrates lib. 4. de morbis, ſect. 15.

Omnis res quæ magno emitur pretio, mendax eſt. Morienes in Aurora Conſ. pag 217.

Expenſæ noſtræ Artis non excedunt pretiũ duorum aureorum in prima ſui emptione. Anonymus apud Theob.

Id firmiter teneas, quod omnium capitulorum hujus pretioſiſſimæ artis, non excedit pretium ipſarum medicinarum expenſione quinquaginta argenteos, ex prima operatione computando. Arnaldus, Roſarii lib. 2. cap. 7.

Quicquid excedit valorem unius unciæ auri, non eſt de intentione majoris ordinis. Propoſitiones Artis Chemicæ, Propoſ. 12.

DAVIDIS LAGNEI D. MEDICI HARMONIA SEU CONSENSUS Philosophorum Chemicorum, magno cum studio & labore in ordinem digestus, & à nemine alio hac methodo distributus.

De *Materiæ physicæ nominibus.*

CAPUT I.

Isaacus Holl.

SApientes Lapidi multa nomina indidêre. Postquam materiam Lapidis recluſiſſent ac ſpiritualem effeciſſent, dixere materiam eſſe *rem vilem*. Cumque ipſam ſublimaſſent, *ſerpentem* vocarunt, ac *beſtiam venenatam*. Cumque eandem calcinaſſent, dixere eſſe *ſal*, & hujusmodi. Cum ſolviſſent, vocarunt *aquam*, ac *in omnibus locis reperiri* dixere. Cumque ad oleum perduxiſſent materiam, *rem viſcoſam* dixere ac *paſſim venalem*. Cum vero congelaſſent, *terram* nuncupaverunt, ac *eam tam pauperes quam divites habere* dixere. Cumque ei albedinem exuiſſent, *lac virgineum* ac *album quid* dixere. Ac cum rubedinem ejus ſurſum ſublimaſſent, *ignem* dixere ac *rubrum quid*. Atque hoc pacto prout materia Lapidis converſa erat in peculiarem naturam, nomen illi indidere, donec ad finem perductus eſſet. Joann. Iſaacus Hollandus, lib. Operum mineralium 1. c. 126.

Greverius.

Poſtquam materiæ amalgamatæ ſunt, hoc amalgama, ut celaretur indignis, ſolet vocari à Philoſophis *as noſtrum*, *aurum noſtrum*, *terra magneſia*, *totum compoſitum*. Jodocus Greverius, pag. 21.

Scito, fili mi, ſemen noſtrum eſſe veram *Salamandram*, quæ igne concipitur, igne nutritur, igne quoque perficitur. Idem, pag. 36.

Alanus.

Nigredo iſta millia nominum ſortitur, nuncupatur enim *ignis*, *anima*, *nubes*, *caput corvi*: & nigredo hæc animam corpori conjungit. Alanus, p. 56.

Fontanus.

Lapis Philoſophorum unus eſt, ſed multipliciter nominatur. Eſt enim *aqueus*, *aereus*, *igneus*, *terreus*, *phlegmaticus*, *cholericus*, *melancholicus*: eſt *ſulphureus*, & eſt ſimiliter *argentum vivum*; & habet multas ſuperfluitates, quæ per Deum vivum convertuntur in veram eſſentiam mediante igne noſtro. Et qui aliquid à ſubjecto ſeparat, putans id neceſſarium eſſe, is profectò in Philoſophia nihil novit: quia ſuperfluum, immundum, turpe, fæculentum, & tota denique ſubſtantia ſubjecti perficitur in corpus

ſpirituale

ſpirituale fixum, mediante igne noſtro. Et hoc Sapientes nunquam revelârunt, propterea pauci ad artem pervenerunt, putantes aliquid tale ſuperfluum, & immundum. Pontanus, pag. 74.

Lapis noſter vocatur etiam *granum frumenti*, quod niſi mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Garlandius, cap 13. *Garlandius.*

Iſta compoſitio ex tribus, vocatur *Lapis benedictus*, *mineralis*, *animalis*, & *vegetabilis*, eò quod non habet nomen proprium. *Arnaldus.* *Mineralis*, quia componitur ex mineralibus. *Vegetabilis*, quia vivit & creſcit. *Animalis*, eò quod animam habet, ſpiritum & corpus ſicut animalia. Alio nomine dicitur *nigrum fœtens*: quia habet ventrem nigrum. Dicitur etiam *chaos* vel *origo mundi*, vel *maſſa confuſa*: nos autem eam *terram* vocamus. Et aqua noſtra nominatur nomine omnium foliorum, arborum & viriditatum, ut ſtultos decipiant. Dicitur etiam *aqua benedicta*, *temperantia ſapientum*, *acetum acerrimum*, *corpus quod ſolvitur*, *gummа Philoſophorum*, *vile*, *carum*, *corpus durũ & opacum*, *molle & clarum*, *exaltatio aquæ*, *angulus operis*. Et nota, quod *pater & mater Lapidis Sol & Luna* vocantur cõpoſitione Elixir, quæ poſtea in operatione Lapidis *terra* vel *nutrix* appellantur. Arnaldus Villavovanus in Hortulanum, p. 25. & 35.

Materia noſtra, qua egemus ad opus, & in quam reſolvenda *Ripleus.* ſunt Sol & Luna, non eſt *hyle* nec *chaos*, ſed *materia prima propinqua*, in animalibus *ſperma*, in vegetabilibus *ſemina* dicuntur, in mineralibus *ſulphur*, & *argentum vivum philoſophorum* ſupple. Georgius Ripleus cap. 3. pag. 6. cura Penoti.

Lapis noſter habet nomina propemodum infinita, nam ab unaquaque re quæ nigra eſt, denominatur. Cum lucidus fit tunc habet nomina jucunditatis, ſecundum res albas, ſimiliter & rubeas: & tandem eſt una res. Idem, pag. 74.

Æs dum primo coquitur, fit *aqua*, & quanto magis coquitur, magis inſpiſſatur, quouſque lapis fit omni metallo ſupereminens: unde nomen *Lapidis philoſophorum*. Si *aquam* dixeris, verum dicis: ſi *aquam* neges, non falſo negas. Ne ergo pluralitate nominum decipiaris. Idem pag. 139.

Cum prudenter coquuntur, fiunt unum, & nominantur plurimorum nominum. Cum *rubrum* fit, *auri flos*, *auri fermentum*, *colla auri*, *ſulphur rubrum & auripigmentum*: dum autem *crudum* permanet, *plumbum aris*, *virga metalli & lamina* dicitur. Æs vocant *nummum*: *nigredo* autem *philoſopherum* *plumbum* vocatur. Idem, pag. 142.

Sol ſive aurum per excellentiam quandam *corpus metallicum* *Vegelius.* vocatur: quia reliqua omnia metalla nondum perfectionem illam adepta ſunt, ad quam tamen per naturam pervenire poſſunt. Evvaldus Vogelius cap. 1. pag. 7.

Oleum nihil aliud est quam limositas omnium metallorum natans super menstruum per dissolutionem ipsorum, & congregatur super suam aquam, ita quod si ipsum aquæ nostræ miscueris, natabit superius, & congelabitur ad modum tenuissimæ pelliculæ diversorum colorum. Dicitur etiam *aqua, fermentum.* Idem, pag. 8 9.10.11.

Oleum, tinctura, aurum, anima, philosophorum unguentum quo totum perficitur magisterium, sulphur, lumen, alumen, gummi, sanguis, fermentum, terra nostra, aer ablutus. Tinctura: quia colorat & tingit terram mundatam & puram ab omnibus sordibus. *Oleum*, quia post tincturam ipsa remanet super corpus, sicut oleum super pannum. *Anima*, quia sicut per animam animalia & vegetabilia omnia vivunt, crescunt, vegetantur, multiplicanturque: ita lapis physicus cum post ortum ipsius anima illi affunditur, fulgore metallico illustratur, condecoratur, nutritur, crescit. *Fermentum*, quia sicut fermentum totam pastam ad sui naturam convertit: ita hoc oleum totum lapidem vertit in suam naturam. *Aurum*, non vulgi; quia videlicet non amplius corpus solidum est, ut prius, sed attenuatum & spirituale factum: quod & de argento intelligendum. *Unguentum*, quia sicut pingvedines omnes & ungventa emolliunt & lubrica reddunt ea quibus adhibentur: similiter oleum hoc partes duras lapidis emollit, asperas lenit, & fluere facit. *Sulphur*, quia agit in materiam instar sulphuris coagulando & figendo. *Lumen*, respectu animæ, quæ corpus mortuum illuminat. *Alumen*, similitudine desumpta à tinctoribus, qui plerumque addunt alumen in pannis suis tingendis. Idem, eodem cap. pag 33.

Materia simplex corpus est solutum, ad differentiam corporis solidi & duri. Elementa Chemistarum dicuntur composita, quia non quærunt simplicia, ex quibus nulla fieret generatio, sed elementa composita, quorum singula reliqua etiam tria annexa & adjuncta habeant, prædominante tamen uno præ reliquis tribus. Ita *aquam* vocant, in aqua aquæ vincunt qualitates, frigidum videlicet & humidum. Idem, cap. 2. p. 71.

Terram foliatam vocant philosophi sulphur perfectè mundatum & purificatum & dealbatum. Idem Vogelius c. 4. p. 151. Manuscriptus etiam pag. 80.46.

Arnald.

Aqua nostra vocatur *aqua vita, aqua serena, aqua perpetua*, & multis aliis nominibus. *Aqua* ergo *vita* vocatur, quia dat vitam corporibus mortuis, & illuminat rem sordidam. *Aqua perpetua* vocatur, quia perpetuat corpora quæ tangit, & ducit ad perfectionem Adrop. Arnaldus in speculo Alchimiæ, pag. 11. & 27.

Desiderabile.

Dum opus est crudum, vocatur argētum vivum nostrum *aqua*

perma-

permanens, plumbum, ſputum Lunæ & ſtannum. Cum eſt coctum, dicitur *argentum, magneſia, ſulphur album.* Cum fuerit rubrum, dicitur *auripigmentum, corallus, aurum, fermentum, lapis, aqua lucida cæleſtis coloris. Vbique invenitur*, propter elementorum participationem; *omnibus nominibus nominatur*, propter ſuæ naturæ abſconſionem. *Viliſſimus*, per putrefactionem, & per virtutem *cariſſimus*. De nominibus non curant Philoſophi, ſed tantum per nomina res dant intelligere. Deſiderabile, pag. 22.

Dum lapis eſt abſolutè dealbatus, dicitur *ſulphur non urens*, quo fit argentum. Et quia in albedine eſt rubedo, coque albedinem donec rubedo exeat. Idem, p. 26. 40.

Dicitur lapis noſter *naturalis*, quia naturaliter invenitur, & habet quatuor qualitates elementorum. Eſt *frigidus & humidus* propter Lunam & Mercurium: & propter Solem eſt *calidus & ſiccus*. Dicitur *animalis*, quia rubeus inſtar ſanguinis, non quod fiat ex ſangvine. *Herbalis*, quia habet animam vitalem ſeu multiplicabilem, & dicitur *ſervus rubicundus*. Idem, p. 36.

Ratione diverſorum graduum diverſis nominibus vocatur Mercurius. Nam dum eſt frigidus & humidus, *anima* vocatur: dum eſt ſiccus, *ſpiritus*: dum magis decoctus & fixus, *corpus*, fixatur & non fixatur niſi per magnam decoctionem. Philoſophi vocant Solem fratrem Mercurij, & Lunam ejus ſororem. Idem, p. 50.

Mater mea, inquit Lapis phyſicus, *eſt argentum vivum*: juxta illud, *Portavit eum ventus in ventre ſuo* id eſt, argentum vivum aëroſum, quod etiam dicitur *acetum fortiſſimum, aqua fortis, venenum tingens, lac virginis, fons vitæ, ignis comburens.* Idem, pag. 66.

Argentum vivum dicitur *pater in generatione metallorum, vera vitis, Leo, Phœnix, Pelicanus, Tantalus, Dædalus, ſerpens, fons, puteus, oſtium, argentum vivum Philoſophorum, coagulum, lac, fermentum, ſervus fugitivus*, & aliis pluribus nominibus. Idem, pag. 71.

Lapis dicitur *Saturnus*; quia ſicut Saturnus eſt altior Planetarum, ita aliorum lapidum lapis noſter eſt pretioſior & altior. Idem, pag. 89.

Quatuor ſunt colores in aqua principales, *niger*, ſicut carbo; *citrinus*, ſicut pes avis dicti Emerillon: *rubeus*, ſicut rubinus: *albus*, ſicut flos lilij. Citrinus vocatur *aqua*, nigredo *aer*, albedo *terra*, rubedo *ignis*. Idem, pag. 100.

In lapide *argentum vivum* eſt materia, & *ſulphur* eſt forma. Idem, pag. 103.

Compoſitum philoſophi appellarunt *terram albam*, quando eſt

do est album, & *terram rubram*, quando est rubrum. Idem, pag. 114.

Bernardus ad Thomam Bonon.

Terram philosophi vocarunt *corpus* & *ossa ejus*: quia ipsa est restringens compositum, & prohibens fluida elementa à sua fluxibilitate cruda, habens secum ignē symbolicè in siccitate *Aquam* autem & *aerem Spiritum* dixerunt, quia ipsa sunt humectantia elementa & terram dissolventia. *Aërem* autem & *ignem Animam* vocaverunt, quia ipsa sunt maturantia, digerentia & perficientia totum compositum. Nota, quod qui dicit *animam*, non dicit nisi metaphoricè: nec *spiritus* ut vegetatio, nec *corpus* ut forma formabilis, prout in homine & cæteris sensitivis reperitur. Bernard, Trevir. ad Thom. Bon. pag. 166. 167.

Manuscriptus.

Accipe aëris nitidi, ignis colorati, & aquæ radiantis, misce. *Firmus* noster est argentum vivum, sic vocatur, quia sua humiditas naturalis ratione suæ pingvedinis diutius in putrefactione à calore proprio conservatur. At Philosophi multa nomina materiæ dedere propter diversos gradus coctionis: Nam Mercurius dum est frigidus & humidus vocatur *anima*: quando per coctionem sua humiditas consumpta est, & quod Mercurius est siccus, vocatur *spiritus*: & ulterius quando per majorem decoctionem est fixus, vocatur *corpus*. Sic *tribus* diversis nominibus *una* res vocatur. Vetus manusc. codex.

Correctio fatuorum.

Solutio corporum duplex est, in *Mercurium*, per Mercurium, & in *aquam mercurialem*. Prima est ad particularia, secunda ad universalia. Prima, nihil aliud est quàm *resolutio*: secunda per *putrefactionem* corporis & spiritus in humido. *Putrefactio* autem est solutio omnium naturarum ad invicem ligatarum, & separatio. Correctio fatuorum, pag. 15.

Clangor.

Laton est corpus compositum ex Sole & Luna, aut *æs* cum Mercurio. Clangor, pag. 47.

Sulphur est corpus imperfectum cum quo conjungitur fermentum, ut generet sibi simile, & fiat Elixir. *Fermentum* dicitur corpus. Idem, pag. 51.

Mercurius vulgi dicitur *spiritus*: Mercurius corporis dicitur *anima*. Et spiritus non conjungitur corpori nisi mediante anima: & è converso, anima non conjungitur corpori, nisi mediante spiritu. Idem, pag. 52.

In regimine primo cum Lapis est *niger*, vocatur *terra* & *Saturnus*, & nominibus omnium nigrorum & terrestrium corporum. Deinde cum *dealbatur*, dicitur *aqua vita*, & nominibus omnium aquarum & salium, aluminum & rerum habentium albedinem. Postquam autem *incerinatur* & *sublimatur* & *subtiliatur*, tunc vocatur *aër*, *oleum citrinum*, & nominibus omnium spiritualium & volatilium. Deinde cum *rubescit*, vocatur

cælum,

cœlum, *sulphur rubeum*, *aurum*, *carbunculus*, & nominibus omnium rubrorum pretiosorum pulchritudinem habentium, tam in lapidibus, quàm in animalibus & plantis. Idem, pag 158.

Magnesia est tota illa mixtio de qua extrahitur nostra humiditas. quæ arg vivum vocatur. Ludus puer, pag. 136_137. *Ludus puerorum.*

Non cures multum de verbis philosophorum modernorum & antiquorum in hac scientia loquentium: quoniam in capacitate intellectus, & in demonstratione experimentali tota ars Alchemica sedem sibi constituit. Philosophi vero celare volentes scientiæ veritatem, quasi omnia figurativè loquuti sunt. Thomas Aquinas ad fratrem Reinaldum, cap. 1. *Aquinas.*

Draco est sulphur quod extrahitur de corporibus per magisterium. Nic. Flamellus in Annot. pag. 133. *Flamellus.*

Magnesia dealbata non sinit corpora frangi, nec umbram Veneris induci. Quæ Magnesia, nisi totum compositum? Idem, pag 180.

Corpus illustratum, id est à nigredine privatum, vocatur *anima*, Idem, pag. 189.

Quantumcunque diversificantur nomina ejus, tamen semper una sola res est, & de eadem re. Non enim introducitur in Naturam quod in ea non est de sua natura. Quare oportet esse necessarium, ut agens & patiens sint in genere res una & eadem: in specie autem altera & diversa, secundum Mercurium quo diversificatur mulier à viro, quia licet in uno genere conveniant, tamen inter se habent differentiam distinctam, ut differunt materia & forma. Rosarium Philos. pag. 170. *Rosarium.*

Succus Lunaria, aqua vita, quinta essentia, vinum ardens, Mercurius vegetabilis, omnia idem sunt. Succus Lunatiæ fit ex vino nostro, quod paucis filiis nostris notum est, & cum illo fit solutio nostra, & fit aurum potabile nostrum, mediante illo, & sine illo nequaquam. Idem, pag. 173.

Prima materia corporum non est *Mercurius vulgi*, sed est *vapor unctuosus & humidus*. Nam ex humido fit lapis mineralis, & ex unctuoso fit corpus metallicum. In talem namque vaporem unctuosum oportet ut corpora convertantur: & in conversione corpora interimuntur, & granum corporis in mortem prosternitur, & totaliter mortificatur. Et hoc fit mediante nostra aqua alba & rubea. Et talis *vapor* dicitur *Lapis* in capitulis librorum notus, & *principium materiæ nostræ operationis*, & *sulphur unctuosum*, ex quo in complemento extrahitur *quinta essentia*, Mercurius tingens omne corpus in Solem vel Lunam, secundum quod lapis fuit finaliter præparatus. Idem, pag. 180.

Lapis

Lapis noſter componitur ex *corpore, ſpiritu* & *anima*. Nam corpus imperfectum vocatur *corpus*, fermentum *anima*, & aqua *ſpiritus*. *Corpus* imperfectum per ſe, eſt corpus grave, & infirmum, & mortuum. *Aqua* eſt ſpiritus corpus purgans, ſubtilians & dealbans. *Fermentum* eſt anima quæ corpori imperfecto vitam tribuit, quam prius non habebat, & in formam meliorem producit. *Corpus* eſt Venus & fœmina, *Spiritus* eſt Mercurius & maſculus: *Anima* eſt Sol & Luna. Idem, pag.187.

Draco eſt argentum vivum extractum à corporibus, habens in ſe corpus, animam & ſpiritum. Super quo dicit Philoſophus: *Draco non moritur niſi cum fratre ſuo & ſorore ſua*, id eſt Sole & Luna: id eſt, ſulphure extracto habente in ſe naturam humiditatis & frigiditatis ratione Lunæ. Cum illis Draco moritur: id eſt, argentum vivum ab eisdem corporibus extractum à primordio, quæ eſt aqua permanens philoſophorum, quæ fit poſt putrefactionem & poſt ſeparationem elementorum. Et aqua illa alio nomine dicitur *aqua fœtida*. Idem, pag.188.

Sol eſt *animalis*, quia recipit tria, conſtrictionem, albedinem & rubedinem, & vocatur *animal magnum*: & *ſal armoniacus* fit ex eo. Et *Luna* vocatur *planta*, & *ſal alkali* fit ex ea. *Mercurius* verò vocatur *Lapis mineralis*, & fit *ſal commune* de eo. Res hujus artis diſſoluta dicitur *ſal armoniacus*: Putrefacta dicitur *res vilis*, *inventa in ſterquiliniis*. Converſa in aquam, dicitur quod *pauperes & divites habent*, & invenitur omni in loco, in quolibet tempore, & apud omnem rem. Dealbata, dicitur *arſenicum*, & nomine omnis rei albæ, & *lac virginis*. Rubea, dicitur *ſulphur, hyacinthus, ſanguis*, & nomine omnis rei rubræ. Idem, pag.199.184.204.

Aqua permanens ſive *perennis*, ſive *vinum ardens*, dicitur *aqua corporis*: id eſt, quando corpus eſt redactum in Mercurium. Dicitur etiam *aqua vitæ*. *Aqua* philoſophorum vocatur *vas Hermetis*: de qua philoſophi ſic ſcripſerunt. *In aqua noſtra fiunt omnes modi, ſcilicet ſublimatio, diſtillatio, ſolutio, calcinatio, fixio*: in dicta aqua fiunt tanquam in vaſe artificiali: quod eſt maximum ſecretum. Idem, pag.193.

Calculos, vel animal marinum, vel æs, vel cerebrum accto acerrimo vel urina puerorum terite, quousque obſcuretur. Idem pag.195 197.200.

Nigredo nuncupatur terra, quæ fit leni decoctione, toties reiterata, donec nigredo ſuperemineat. Idem, pag.204.

Cinis qui eſt ab illis tribus, appellatur à philoſophis *corpus immundum*: quia oportet decoqui & calcinari usque ad albedinem. Idem, pag.204.

Philoſophi Lapidem diverſis nominibus nominarunt, ut Sapi-

entibus

entibus esset manifestus, & insipientibus occultus. Sed quocunque nomine nominatur, semper tamen est unus & idem & de eodem. Idem, pag. 256.

Non curetis de nominum diversitate, nec regiminum diversitate, quia si Solem facere volumus, Solem apponimus, si Lunam Lunam pro fermento. *Ignis* est *terra nigra*, Dastinus pag. 30. *Dastinus.*

Quod ascendit superius; *aer* & *oleum* dicitur: quod inferius est, *ignis purus*; quia *terra* nostra *ignis* dicitur, & *aqua* nostra *oleum* dicitur, quia non comburitur cum ignis siccitate. Idem, pag. 31.

Lapis dicitur *aer*, qui cum terra sua miscetur. *Salamandra* dicitur noster Lapis, quia solo igne nutritur. Flos florum, pag. 35. 37. *Flos florum.*

Quando materia nigra nostra est dealbata, dicitur *terra foliata, cinis cinerum, fermentum fermenti*, & *sulphur album patiens ignem*: tamen sine fermento non exibit Sol, neque Luna, sed aliud quod non valet. Liber duorum verborum, pag. 47. *Liber duorum verb.*

Acetum philosophorum est *denigratio* nostra, quæ est lignum dissolutionis veræ. Lib. trium verb. pag. 48.

Quot sunt colores, tot sunt nomina. Idem, pag. 49.

Magnesia est materia generalis continens quatuor elementa. *Mercurius coctus*, sic quod virtus ignea ab eo non separatur, est corpus perfectum sine aliqua volatilitate: & ratione diversorum graduum diversis nominibus vocatur Mercurius. Nam dum est frigidus & humidus, *anima* vocatur: dum est siccus, *spiritus*: dum est magis decoctus & fixus, *corpus*: & non fixatur nisi per magnam decoctionem. Et est manifestum, quod citius Mercurius veniat ad perfectionem cum adjunctione corporum, quàm per se. Et hoc philosophi firmant dicendo, vocantes, Solem fratrem Mercurii, & Lunam ejus sororem. & *Qui ligat me cum fratre vel sorore meis, quotcunque millia hominum velit perpetuo nutriet*: & fiet, si facias femellam à masculo imprægnari. Dominus vobiscum, pag. 50. *Dominus vobiscum.*

A principio Lapis noster *aqua* dicitur: soluto corpore dicitur *aer*: dum tendit ad consolidationem vocatur *terra*: dum est perfecta & fixa vocatur *ignis*. Idem, pag. 54. *Incertus auctor.*

Argentum vivum dicitur *Ventus*, id est, argentum vivum aerosum, *acetum fortissimum*, *aqua fortis*, *venenum tingens*, *lac virginis*, *fons vita*, *ignis comburens*. Incertus auctor, pag. 66.

Putrefactio in fundo vasis fit, & generatio in capite alembici, & dicitur *argentum vivum pater in generatione metallorum*, *vera vita*, *Leo*, *Phœnix*, *Pelicanus*, *Tantalus*, *Dadalus*, *serpens*, *fons*, *puteus*, *ostium*, *argentum vivum Philosophorum*, *coagulum* *Saturninus.*

coagulum lactis, fermentum, servus fugitivus: & aliis pluribus nominibus ipsum lapidem nominant. Saturnitius, pag. 71.

Lapis dicitur *Adrop*, id est, *Saturnus*: quia sicut Saturnus est altior planetarum: ita aliorum lapidum noster lapis est pretiosior & altior. Idem, pag. 89.

Ioan. Duns Scotus.

Compositum nostrum appellatur à Philosophis *terra alba*, quando est album, & *terra rubra*, quando est rubrum. Ioannes Duns Scotus, pag. 154.

Ripleus.

Totum compositum vocamus *nostrum plumbum*, qualitas splendoris à sole & luna provenit. Tolle eis præfatum splendorem, & tunc terra erit parvi momenti. Ripleus, pag. 70.

Morienus.

In una dispositione mutantur omnes colores. Sed quantò magis ejus colores innovat, tantò plura nomina sibi imponunt. Morienus, pag 38.

Calid.

Lutum quando albificatur, nominamus ipsum *Yharit*, id est, *argentum*: & quando rubificatur nominamus ipsum *Temeynchum*, id est, *aurum*. Et albedo est quæ tingit cuprum, & facit illum Yharit: & illa rubedo est quæ tingit *Yharit*, id est, *argentum*, & facit eum *Temeynchum*, id est, *aurum*. Calid pag. 280.

Margarita Novella.

Hermes ait: Fili, *extrahe à radio suam umbram*. radius enim est humiditas & fœmina: umbra vero est siccitas in humiditate occulta, & est masculus, cujus generatio fuit à natura antequam generatio fœminæ. Masculus autem est rubeus persequens fœminam fugientem, & ipsam capiens & retinens invalidam: Fœmina autem est alba fugere volens, sed valde leviter permittit se à masculo capi. Propterea dixerunt, quod *fœmina habet alas, masculus verò non*. Lapis est *senex* propter albedinem, *juvenis* propter rubedinem, *Ægyptiacus* propter humiditatem, *Persicus* propter siccitatem. Unde Ægyptii, terræ Persarum egent subsidio, id est, humiditas Lapidis debet siccari. Ideo putrefactio non valet alibi quàm in Ægypto: ipsius autem finis non nisi in Persia. *Mulier prægnans* etiam dicitur: quia albedo habet intra se rubedinem, quæ in fine decoctionis extrahitur. Margarita novella, pag. 123. 124.

Scotus.

Materia dicitur *Lapis elementalis*, quia ex ipso quatuor elementa sunt extracta: *Lapis mineralis*, quia ex solis mineralibus fit: *Lapis vegetabilis*, quia nutritur & augetur, quæ sunt potentiæ animæ vegetativæ: *Lapis animalis*, quia odore reficitur & fœtore corrumpitur: *Lapis rationalis*, quia permanet naturæ consonans, cum est aliud determinatum. Scotus, pag. 199.

Arnald.

Lapis noster vocatur *Adrop*, id est, *Saturnus*; & apud Trojanos *Draco*, vel *Tapum*, id est, *Venenum*. Speculum Arnaldi. pag. 36:

Azoc apud Indos est *aurum*, apud Hermianos argentum, s

pu

pud Alexandrinos & Macedonenſes *ferrum*, apud Græcos *Mercurius*, apud Hebraicos *ſtannum*, apud Tartaros *æs*, apud Arabicos *Saturnus*, apud Latinos & maxime apud Romanos *Ognividor* Idem, pag. 28. 29.

Spirituale, corporale, cœleſte, terrenum, cælum, terra, æſtas, autumnus, hyems, ver, maſculinitas, fœminitas, cor brutorum, fel, ſuccus herbarum, homo, capilli, ſanguis, menſtruum, ſecundina, arbor, planta, herba, lapis, arſenicum, homo galeatus & altus, rex, regina, vir, mulier, aqua, ignis, corpus, ſpiritus, anima, ſenex, juvenis, puer lactens, frater, ſoror, patruus, avunculus, ſocer, gener, fratres uterini, ſocii, ſervus rubicundus, virgo, puella, vir indutus pulcherrimis indumentis, rex diademate rubeo coronatus, kenkel, leo, gryphus, camelus, equus, canis, vitulus, gallus, gallina, corvus, aquila, quelles, ſcarabeus, fel piſcis, urina vituli, piſciculus rotundus oſſibus & cruribus carens, cor, hepar, ſtomachus, caput, cerebrum, oculus, venter, mammæ, nervus, vena, bilis, ſanguis, pituita, melancholia, ſemen, lac, unguis, ſtercus, urina, ſudor, ovum, venenum, baſiliſcus, draco, vipera, ſalamandra, ſerpens, lacerta, bufo, theriaca, antidotus, medicina, medicamentum, frutex, radix, flos vitis, roſa alba, rubea, lunaria, mercurialis, portulaca marina, chelidonia, geldum, viriditas, gumma, gummi, folium, cortex, lignum, plumbum, ſtannum, ferrum, as, lato, argentum, aurum, nummus, pecunia, magneſia, auripigmentum, arſenicum, ſulphur, marchaſita, tuthia, terra fœtida, antimoniũ, terra nigra oculoſa, alumen, atramentum, aqua fortis, pix, carbo, corvus, caput corvi, as uſtum, ebur uſtum, talcum, marmor, ebur, flos ſalis, oſſa, cryſtallus, lumen cryſtallinum, margarita, nix, grando, cinis clavellatus, terra alba, lapis candidus, pulvis albus ſtellatus, ſplendidus, lapis rubeus, crocus, cinabrium, minium, hæmatites, ſanguis humanus combuſtus, vitellus ovi, alumen calcinatum, corallus, &, ut uno verbo dicam, vocatur nomine omnium rerum, quæ in mundo ſunt. Theobald. de Hoghelande, pag. 62. 63. & ſequentib. *Theobaldus de Hoghelande.*

Corſufle eſt caput hujus operis non initium: verum poſt complexum ritè ita vocatur. Quapropter *Corſufle* eſt totum compoſitum, quod oportet ſepties aſſari, & tunc omne corpus tingit & vocatur *nummus*, *æris flos* vel *auri*, aut *ferri flos*, etiam *plumbum*, *ſtannum*, & mille nominibus. Turba Phil. ſent. 33. *Turba Phil.*

Rubigo, fictum nomen eſt non verum. Dico tamen vobis, quod *rubigo* ſit opus ſecundum quod ex ſolo auro fit: atque ob id *hirudinem* vocaverunt, quia in ſulphureo auro celatur, quemadmodum hirudo in aqua. Eſt ergo *rubigo* rubefactio in ſecundo

opere

opere. In primo enim *rubiginem facere*, est opus dealbare: in quo philosophi jusserunt poni auri florem & aurum æqualiter. Eadem Turb. sent. 50.

Cambar, ethelia, auripigmentum, Zendrio, Ebsemech, magnesia, Chubul, sunt nomina argenti vivi ex Cambar sublimati. Cum albū est factum, vocatur *Plumbum ex Ebmich, Magnesia, Martech & æs album*. Sent. 54.

Coquite *æs* donec exeat *nigredo*, quam *nummum* vocant, & res artis nostræ bene miscete, & invenietis *nigredinem* statim, quæ est *plumbum* Sapientum, de quo Sapientes in libris suis multa tractaverunt. Sent. 70.

Exercitatio in Turbam.

Mercurius vocatur in initio operis, *aqua:* deinde apparente nigredine, *terra:* deinde & sublimatus, *aer:* deinde rubificatus (debet autem aer per se coqui donec rubeat) *ignis*: deinde sublimatus cum corpore aliquo luminari, *fermentum*: deinde solus additus toti & compositæ materiæ, *spiritus*. Et sic terra cum aqua, aere & igne, corpus est; fermentum, anima, ultima irrigatio, solius Mercurii spiritus. Exercitatio 9. in Turbam.

Aurora consurgens.

Qui desiderat multa nomina, & causas illorum scire, videat & legat librum cui titulus est, *Aurora consurgens*.

Rosinus.

Terra foliata vel *foliorum*, id est, *vestium*, folia enim sunt cooperimentum arborum, & aqua nostra est vestis terræ aquæ nostræ. Rosinus, pag. 297.

Ut homo ex quatuor elementis est compositus, ita & lapis: & ita est ex homine, & tu es ejus minera, scilicet per operationem: & de te extrahitur, scilicet per divisionem: & in te inseparabiliter manet, scilicet per sapientiam. Idem, pag. 312.

Tauladan.

Anima, fermentum & *forma*, quæ idem sunt, solutis Sole & Luna fit. Et hæc solutio sic nuncupatur, sicut cetera metalla, nempe Saturnus, Jupiter, Mars & Venus *pasta* dicuntur. Tauladan, pag. 288. 289. 290,

Aurum & argentum, an sint philosophorum metaphoricæ locutiones, vide apud eundem, pag. 301. ubi videbis minime esse.

Georg. Venetus.

Aurum Hebraïcè dicitur *Or*, id est, *Lux*, & *Paz*, & à Latinis *Obrizum*, id est, *forte & purissimum*, quia ab igne nunquam consumitur, sed magis ac magis depuratur. Georg. Venetus in Harmonia mundi, lib. 8. cap. 1. pag. 735.

Libavius.

Mercurius, quem Natura per se in minera generavit, vocatur *Gesser struthionis in terra natus*. convenit hic cum aqua non madefaciente manus, seu cum fluxo: crudusque vocatur, quia calore matricis ad maturitatem fixitatemque nondum est perductus. Unde & opponitur Mercurio coagulato, qui non est aliud quam aurum. Libavius, pag. 56.

Metalla omnia cum ab arte præparata sunt, tunc vocantur *Sol*,

Luna,

Luna, Mercurius, &c. Ante enim erant duntaxat *Aurum*, *argentum*, *hydrargyrus*. Idem, p. 57.

Materia lapidis est una & eadem res vilis pretii, quæ ubique reperitur, & est aqua viscosa quæ dicitur *Mercurius*. Et quoniam dicunt quod reperitur in vilibus locis, multi brutalium hominum, qui non intelligunt secundum intentionem Philosophorum istum lapidem quæsiverunt in stercoribus, Joan. de Rupescissa, cap. 2. *Ioan. de Rupescissa.*

Philosophi multis nominibus lapidem nominarunt ut scientia magis fuisset obscura: quia quando lapis noster positus est in vase physico, quanto magis colores innovat, tanto etiam plura nomina imposuerunt. Lapis noster post putrefactionem vocatur *Magnesia*, & in putrefactione dicitur *Saturnus*. Specul. Arnald. pag. 18.

Vsfur Arabum est *cinnabaris* Philosophorum. Vogelius pag. 88. *Vogelius.*

Granum incombustibile metallorum, est radicale eorum humidum, & quasi semen quoddam solis & lunæ, quod Natura iis insevit, ut data occasione in solem & lunam excoquerentur per Naturam longo tempore, vel per Artem brevi. Idem pag. 22.

Amalgama, id est, *mollificatio*: eo quod durum auri vel argenti semen in terra mollificatur. Grever. pag. 20. *Greverius.*

Azot est quinta essentia aut corpus per se subsistens, differens ab omnibus elementis & elementatis tam in materia quam forma, tam in natura quàm virtute, nihil in se habens corruptibilis: diciturque *quinta essentia*, quia extrahitur ab omnibus elementis, nullumq; habet in se motum elementalem, ut cætera corpora elementaria, tingens & purificans corpora metallica suo ipso colore, arcensque & præservans à corruptione cætera corpora sibi juncta. Incertus auctor. *Incertus.*

Terra alba, sulphur album, fumus albus, auripigmentum & *Magnesia* & *Ethel*, idem in arte significant. Turba vetustiss. manuscr. pag. 68. *Turba.*

Istud corpus habet plura nomina. Vocatur enim *ferrũ*, *Mars*, *tarmot*, *almaga*, *vitriolum*, *sanguis*; *oleum rubrum*, *urina rubra*, *juventus*, *meridies*, *æstas*, *masculus*, & plura alia, quæ quidem omnia ei attributa sunt secundum diversas rationes & proprietates. Ibid. pag. 71. 72.

An Lapidis physici conficiendi plures sint viæ.

CAPUT II.

UNa via, una re, una dispositione, uno actu totum magisterium terminatur. Lilium. *Lilium.*

Alphidius. Non indiges nisi una re, scilicet *aqua*, una decoctione, scilicet *coquere:* & non est nisi unum vas ad album & rubrum simul faciendum. Alphid.

Unum vas in albo & rubro, unus ignis, unum tempus terminatur in albo & rubro. Mahomet.

Morienus. Licet Sapientes sua nomina & dicta mutarent, tamen semper intelligere voluerunt, *rem unam, dispositionem unam, & viam unam.* Sapientes hanc rem cognoverunt, & eam rem esse unam sæpius probaverunt. Morienus.

In rerum multiplicitate Ars nostra non perficitur. Est enim *Lapis noster unus, medicina una,* in qua totum magisterium consistit: cui non addimus rem extraneam aliquam, nec minuimus, nisi quia in præparatione removemus superflua. Idem.

Rhasis. Album item & rubeum ex radice una nullo alterius generis interveniente pullulat. Nam seipsum dissolvit & copulat, albescit & rubore decorat, croceum facit & nigrum, seipsum desponsat & concipit, quousque operis finem acceleret. Rhasis.

David. Nemo habet in sulphure nisi unum iter. David.

Haly. Scias, frater, quod hoc officium est unus lapis, super quem nõ intrat *garip*, id est, *aliquid aliud:* & cum eo operantur Sapientes, & de eo exit quod quærunt: & non commiscetur cum eo aliquid, nec in ejus parte nec in toto, & vocatur *origo mundi*, & oritur sicut germinantia. Haly.

Turba. Sciatis, quod si aliud quàm æs nostrum acceperitis, & aqua nostra eum rexeritis, nihil efficietis. Contra autem si æs nostrum aqua rexeritis nostra, omnia prædicta invenietis. Turba Philos. sent. 30.

Omnem pluralitatem dimittite. Natura enim una re est contenta, & qui eam ignorat, peribit. sent. 39.

Nolite pluralitatem dispositionum curare, nec ea quæ fallentes in suis narraverunt figuris. Una enim veritatis natura, quam naturales *Vnum* nominaverunt, in cujus ventre occultũ inest: quod quidem occultum non videtur nisi à Sapiente: bene igitur facit Magister, quod uno orditus est & uno finivit. sent. 75.

Aurora. Non est via rectificandi corpora in natura integrè & completè absque tinctura nostra, quæ est semen mundum, multam habens benedictionem. Aurora consurg. cap. 21.

Arnald. Illam solam perfectam invenimus, quæ postquam per nostrum magisterium est ad veram fusionem deducta, omnia quæ tangit, ducit ad verissimum complementum. Speculum Arnaldi, pag. 8.

De numero rerum Lapidem physicum componentium.

CAPUT III.

MERCURIUS solus ille est qui perficit opus nostrum, & in illo invenimus omnia quibus indigemus, cui nihil extraneum debet adjungi. *Sol* & *Luna* non sunt sibi extranea, quoniam ipsa rediguntur in operis inceptione, in suam primam naturam (id est, *Mercurium*) quare ab illo sumpserunt originem. Aquinas, cap. 3. *Aquinas.*

Quidam malè intelligunt Philosophos, quia credunt ex solo *Mercurio* sine *sorore* vel *compari* ejus opus perficere. Ego autem tibi dico securè, quod cum Mercurio nihil extranei addas; & scias quod aurum & argentum non sunt extranea Mercurio, imò vicinius participant suam naturam quam alia quævis corpora. Ideo reduc ea in suam primam naturam, dicunturque sorores, & compares Mercurii, ex sua fixione & compositione lac virginis emanabit: & si cum Mercurio nulla re extranea addita operatus fueris, consequeris optatum. Idem, cap. 4.

Tenebis nunc, mi fili, te *impurum corpus* tibi præparasse, id est, *Saturnum*, & *animam*, id est, *Lunam*, quam ei infundes, aut indes, & *Lapidem*, qui *spiritus* est, qui *animam* & *corpus* continet, ut nullo unquam tempore separentur. Quique hoc medium non intelligit, is nullo unquam tempore in arte nostra quicquam proferet. Joan. Isaacus, lib. 1. cap, 7.

Fili mi, prudenter vide ut ignem tuum ita modereris, ne *spiritum*, *animam*, & *corpus* à se invicem fuges igne vehementiori, sed semper exiguum ignem strue, ut conjuncta maneant, & ut anima & corpus utraque una esse possint. Idem, ibidem, cap. 9.

Sume *Solem* & *Lunam* ana, contere ac probè inter se misce cum aqua communi destillata, donec iis pingi possit, tunc sicca ad ignem pusillum. Ibid. cap. 58.

Lapis ex *Sole* & *Luna* est educendus: ex utrisque *rubicundus vir* adsit oportet ac *fœmella candida*, si alioqui vera conjunctio & vera mixtio sit futura. Calidus enim rubeus vir operari debet in frigidam candidam mulierem, si inde fructus nasceretur, aut perfecta temperatura fieret, Ibid. cap. 61.

Philosophi ut naturam generationemque ejus sequerentur, *Solem* & *Lunam* sumpsêre, ut Lapidem suum ex iis educerent; utraque matura deliberatione, quia *Sol* tam perfectus, tam purus tam subtilis erat, ut metuerent ne clam evolaret, cum ipsum in opere adhiberent: & *Lunam*, cujus partes nonnihil crassæ & terreæ sunt, ita ut multum terræ habeat, ac quia sese invicem amant ac amica sunt ut maritus & uxor, ac quia alter calidus, al-

tera frigida est, ut sese invicem temperarent in subtilitate & crassitudine, in volubilitate & terrestreitate, ac ut alterum contineret alterum, utraque sumpsêre simul æquali pondere. Ibidem, pag.109.

Potes ex Sole & Luna perfectam medicinam facere absque elementorum separatione, ac sine labore ullo aut metu, & sine periculo: egentque longo tempore, sed tuta sunt. Idem, lib.2. cap. 5.

Majores nostri circa amalgamationes *Solis* & *Lunæ* laboraverunt, quod est opus perfectissimum: quamvis longum sit, tamen est tutissimum, & minimè in eo cura. Ibidem, capitulo sexto.

Libavius. Mercurius extractus ex corporibus metallicis per mineralia media, & postea adhibitus ad solutionem Solis & Lunæ, inutilis & irritus est. Libavius de lapide Philosophorum. pag.67.

Lullius. Lapis noster est conjunctio *Solis* & *Lunæ*, donec Sol traxerit substantiam Lunæ ad suam naturam & colorem. Hoc verò fit cum igne *Lapidis*. Lullius ex Codicillo, pag,71.

Cognoscite per perfecta imperfecta emendare. *Sol* est pater omnium metallorum, & *Luna* mater, quamvis Luna claritatem recipiat à Sole: ex istis duobus totum pendet magisterium. Reducantur ergo in *argentum vivum non vulgare*, id est, non volatile, sed fixum: vulgare verò est volatile, & plenum frigiditate phlegmatica, & propterea indiget reduci per argentum vivum fixum, magis calidum & siccum, in contrariis qualitatibus ac argentum vivum vulgare. Quare vobis consulo, ô amici mei, quod non operemini nisi circa *Solem* & *Lunam*, reducendo eos in primam materiam, *sulphur* & *argentum vivum nostrum*. Idcirco, filii, habeatis uti hac materia venerabili. Et vobis juro & promitto, quod nisi sumpseritis *argentum vivum* istorum duorum, vos tenditis ad practicam tanquam cæci sine oculis & sensu. Idem, in Claviculæ præfatione.

Greverius. Quemadmodum ex homine homo, ex asino asinus, ex ovo gallinæ gallina, ex frumento frumentum generatur & provenit: ita ex omni simili fit suum simile, ex *auro* quidem *aurum*, ex *argento argentum*. Hinc igitur, quam tu materiam accipere & tractare in hoc opere debeas, intelligis. Greverius, pag.8.

Philosophi antequam opus incipiant, acceptum in manibus *aurum* & *argentum vulgi* dijudicare debent, num sanum sit vel ægrum. Ac si ægrum esse compererint, ad sanitatem debitam conveniente medicina reducant, quæ est ipsa præparatio. Hoc *aurum* ita medicatum, sanum & purificatum, *Sol Philosophorum* est: atque idem quoque de *Luna* sentiendum. Jam satis apparet, quod etsi Philosophus accipiat *aurum*, *argentum* & *Mercurium*

curium Vulgi, tamen in hoc opus non immittet ea, antequam ab humo vulgari, ad gradum philosophicum extollat. Idem, pag. 10.

Aurum pro opere elige novum, quod non in multis laboribus aurificum fuit, sed recens de minera venit, nec multum ignis expertum est, coloris optimi, ad carattos viginti quatuor vel juxta. Atque in hoc genere optimum est, quod suapte natura rude in frustulis reperitur in ipsa terra. Quod si tale habere potes, nulla alia præparatione pro hoc opere indiges, quam quod in laminas subtilissimas malleando diducas, atque idem de *argento* dictum existimes. Si tale habere non possis, purga aurum per antimonium, vel per cementum regale, fundendo unciam unam Solis cum unciis 5. antimonii. Si in Apothecis vel apud pictores inveneris *aurum finum foliatum* in sufficienti quantitate; poteris illud pro auro puro usurpare, nulla alia præparatione adhibita. Idem de *argento foliato* intellige, si illud purum apud eosdem inveneris: sin minus, purifica Saturno in copella, ponendo pro uncia una Lunæ, uncias tres plumbi. Idem, pag. 13. &c.

Argentum vivum elige, quod non ex plumbo vel aliquo metallo confectum sit per artificium; sed quod ex sua propria minera venit, illud aptum est in quem *Sol* & *Luna* seminentur. Idem, pag. 17.

Compone *ovum* tuum ex *vitello* & *albumine*, & obducas membrana, coërceque superinducto cortice. Subjice illi carbones accensos: & cum eos deficere animadverteris, appone novos. Idem, pag. 35.

Aqua nostra est pura & transparens, in qua *Solis* & *Lunæ* cor- *Alanus.*
pus solvitur. Alanus, pag. 51.

Pater ejus est *Sol*, mater verò *Luna*: portavit illud *ventus* in *Hermes.*
ventre suo. Hermes.

Istorum duorum corporum (scilicet *Solis* & *Lunæ* cum *vento*) *Garlandius.*
est necessaria in hac arte ad album & ad rubeum conjunctio. Garlandius, cap. 5.

Ex fine cujusque intentionis resultat principium ejus. Ideo qui *Ægidius.*
Solem & *Lunam* producere intendit, ab iisdem erit principium sumendum: quia impossibile erit aurum & argentum generare, sine auro & argento: eo quod omne simile producit sui simile. Ægidius, pag. 3.

Junge *animam* cum suo *corpore*, suo *spiritu* mediante, quia anima nullo alio modo coassummet suum corpus, nisi per proprium spiritum. Idem. pag. 63.

Nihil hîc est præter *sororem* & *fratrem*, id est, agens & patiens: *Sulphur* & *Mercurius* coëssentialia generantur. Idem, pag 74.

Veteres opus ex *duobus* esse dixëre: & hæc duo juncta non-

nulli vocârunt *compositum*, eo quod illa duo quatuor sunt, ineſt eis ſiccitas & humiditas, ſpiritus & vapor. Idem, pag. 140.

Vogelius. Corpus *Solis* totum eſſentiale eſt, reſpectu *argenti*. *Aurum* enim non eſt niſi mera argenti vivi puri, fixi, & incombuſtibilis ſubſtantia, æqualiter temperata & proportionata cum ſuo ſulphure interno: qualem deſiderant Philoſophi ad elixiris ſui facilem fuſionem & tincturam. Vogelius. cap. 1. p. 12.

Vnum conjungit, *duo* componunt medicinam. Idem, p. 41.

In hoc maximus Philoſophorum conſenſus invenitur, præcipientium *Solem* & *Lunam* diſſolvi, & in *primam materiam* redigi. Idem, pag. 45. 46.

Qui medicinam quærit metalla convertentem, relictis animalibus, vegetabilibus, mineralibus, & quæcunque ex iis fiunt; capiat metalla, atque in iis metallorum principia inquirat, *argentum vivum*, ſcilicet, & *ſulphur*, cum in iis ſit per naturam, & metalla ex eis generata ſint. Meminerint tamen auri argentique formam nihil dare poſſe, quod non prius eam habuerit: proinde nec imperfecta metalla, nec argentum vivum, nec ſulphur formam & fixionem Elixiri neceſſariam adipiſci poſſe, niſi auri argentique forma prius informentur & figantur. Idem, pag. 121.

Arnaldus. *Argentum vivum* noſtrum eſt *aqua clariſſima*, & *arſenicũ* noſtrum eſt *argentum purum*, & *ſulphur* noſtrum eſt *aurum purum*, & in iſtis tribus conſiſtit tota perfectio. Ut facilius intelligatur, dicimus, quod tota ſcientia philoſophica ex *Sole*, *Luna*, & *Mercurio* conſiſtit. Per *Solem* intelligimus aurum: per *Lunam* argentum. Qui ergo novit Mercurium cum Sole & Luna tingere, venit ad arcanum quod dicitur *ſulphur album*: & cum rubeum efficitur, erit *ſulphur ad aurum*. Arnaldus in Speculo, pag. 41. 44. 47.

Cum illis corporibus, ſcilicet *Sole* & *Luna* miſcetur *Mercurius*, figitur per ipſa maximo ingenio, quod minimè pervenit ad artificem duræ cervicis. Idem in Roſario, lib. 1. cap. 5.

Qui argentum vivum cum *Sole* & *Luna* tingere novit, venit ad arcanum quod dicitur *ſulphur album*, optimum ad argentum; quod cum rubeum efficitur, erit *ſulphur* optimum ad *aurum*. Ab illis corporibus extrahitur *ſulphur noſtrum album & rubeum*. Ibid. cap. 7.

Indiges tu qui vis operari, quod in ſolutione & ſublimatione *duorum luminarium* primo labores, quia primus gradus operationis eſt, ut fiat *Mercurius* ex ipſis. Ibidem, cap. 9.

Sol, Luna & Azoth ſunt lapides noſtri mortui ſuper terram, qui nihil operantur niſi per hominis induſtriam. *Azoth* eſt indiviſibilis, quia inviſibiliter recedit, & ideo *ſervus fugitivus* dicitur, & eſt incombuſtibilis. Idem de Secretis Naturæ, p. 36.

Totum

Totum beneficium artificis in *Mercurio*, *Sole* & *Luna* consi- *Desiderabile.*
ſtit. Quæ ſeminaveris, hæc metes. Deſiderabile, pag.21.

Differentia eſt inter *ſolarem* & *lunarem* medicinam: eo quod ſolaris continet ſulphur ſolare, lunaris lunare. Lunaris enim indiget mundiſſimo ſulphure albo, & ſolaris mundiſſimo ſulphure rubro. Idem, pag.25.

Ex *Sole Vulgi*, & ex *Luna Vulgi* ſolutis, fit *Mercurii Vulgi* præparatio. Ex iſtis autem tribus ſine aliqua ſpecie aliena generatur *Lapis phyſicus*, & ex nullis aliis poteſt generari per ingenium phyſicum. Idem, pag.114.

Rebis eſt prima pars operis; *Elixir* ſecunda; *Tinctura* tertia; & *Medicina* quarta. Patet igitur quod ad Azoth requiritur Elixir: quia Elixir in hoc opere præcedit Azoth. Nam ex Elixiri elicitur & extrahitur Azoth. *Azoth* verò eſt illud quod à corporibus diſſolutis per ipſum Mercurium extrahitur: quod utique maturius eſſe approbatur. Idem, pag.169.170.193.

Elixir non eſt aliud niſi corpus in aquam mercurialem reſolutum, poſt cujus reſolutionem *Azoth* ex eo extrahitur, id eſt, ſpiritus animatus. Idem, pag.194.

Unum ſolum metallum, ſcilicet *aurum*, eſt pro Lapidis Philoſophorum compoſitione totum neceſſarium. Corpus enim ruberum & album ſunt unum, licet Philoſophi nominarint ea eſſe duo corpora ſeu opera. Idem, pag.202.

Qui ſine his duobus corporibus, ſcilicet *Sole* & *Luna* tincturam efficere credit, cæcus procedit ad practicam. Idem, pag. 274.

Qui cum *Sole* & *ejus umbra Venenum*, id eſt, *Mercurium* tingunt, Lapidem noſtrum perficiunt, qui dicitur gumma perfecta & magna. Idem, p.275.

Semina *aurum & argentum*, & afferent tibi fructum milleſimum cum labore tuo, mediante Natura, quia ipſa ſolum habent quod quæris, & nulla alia res mundi: cum alia omnia ut fœtida, & naturæ cedunt per ignis aſſiduitatem & examen, Correctio fatuorum, pag.9. & Richard. cap.10 13. *Correctio fatuorum.*

Unus eſt Lapis: hoc tamen *unum* non eſt unum in numero, ſed genere: ſicut mas & fœmina ſunt ſufficientes ad prolem procreandam ſine aliquo alio additamento. Et ſic Lapis Philoſophorum ex *duobus* compoſitus ſufficit ad medicinam intentam, ſcilicet *ſpiritus* & *anima*, quæ ſunt *Sol* & *Luna*; & dicunt quidam, quod his duobus addatur *tertium*, videlicet *corpus metallicum*. Numerus tamen duorum non multiplicatur, nec nominato quod corpus metallicum ex his duobus eſt compoſitum. Scala Philoſoph. pag.106. *Scala.*

Ludus puer: In noſtro Lapide ſive compoſito ſunt *Sol* & *Luna* in virtute & potentia, & *Mercurius* in natura. Quia ſi hoc non eſſet in noſtro Lapide & compoſito, non facerent nec Solem nec Lunam. Ludus puer: pag.137.

Ariſtoteles. Accipe *filium* tuum chariſſimum, & *ſorori* ſuæ albæ æqualiter junge: propina illi *poculum amoris* donec inebrientur, & in partes minimas dividantur. Verum tamen memoriter teneas, quod omnia munda conveniunt mundis: alioquin ſibi filios generant diſſimiles. Ariſtoteles, pag.163.

Roſarium. Conſulo ut nemo ſe arti huic intromittat ad inveniendum, niſi principium veræ naturæ, & ejus regimen agnoſcat: quibus cognitis, plutibus non indiget rebus, niſi *una*, nec magnas requirit expenſas: quoniam unus eſt lapis, una medicina, unum vas, unum regimen, unaque diſpoſitio. Roſarium, pag.170.

Draco non moritur, niſi cum *fratre* & *ſorore ſua*. Idem, pag. 179.

Tres ſpecies ſufficiunt ad totum magiſterium, ſc. *fumus albus, aqua cæleſtis*, & *leo viridis*, id eſt, æs Hermetis, & aqua fœtida, quæ mater eſt omnium metallorum, cum qua à principio uſque ad finem præparatur Elixir. Idem, pag.184.

Tres partes habet Philoſophia, ſcilicet, *Solem*, *Lunam*, *Mercurium*. Ex illis conjunctis pater Hermes ſcivit conficere tincturam. Idem, ibid.

Ibi fit conjunctio *duorum* corporum, & eſt neceſſaria in noſtro magiſterio. Et ſi unum iſtorum duorum corporum tantum eſſet in noſtro lapide, nunquam aliquo modo tincturam daret. idem, pag.186.

Conjunge *Gabricum* cum *Beya*, nec aſſumas ipſam Naturam, niſi puram, mundam, crudam, amœnam, terream & rectam. Si verò ſecus feceris, non proderit quicquam. Vide quod nihil contrarium intret cum Lapide noſtro: niſi ipſum ſolum pone. Idem, pag. 191.

Artis auri arcanum fit ex *mare* & *fœmina*: quia fœmina maſculi vim recipiens lætatur, eo quod fœmina maſculo roboratur. Accipe *canem* coætaneum, & *catulam* Armeniæ: junge ſimul, & hi duo parient tibi *filium* canem coloris cœli, & iſte ſervabit te in domo tua ab initio, in hoc mundo & in alio. Idem, pag. 192.

Materia Philoſophorum eſt *aqua*. Et intelligitur de aqua illorum *trium*: nec debent eſſe plura, nec pauciora. *Sol* eſt mas, *Luna* fœmina, *Mercurius* ſperma. Sed ut fiat generatio & conceptio, oportet ut mas jungatur fœminæ, & ultra hoc requiritur ſemen, & ſic ante fermentationē debet fieri conceptio & imprægnatio: & cū multiplicatur materia, dicitur quod infans creſcit in utero matris;

matris: & cum fermentatur, quod infunditur anima corpori, & nascitur Rex coronatus. *Solvite corpora & imbibite spiritum.* Dicunt *corpora* in plurali; quoniam oportet quod ad minus sint *duo*. Et dicunt *spiritum* in singulari: & sic oportet quod sit *unus*. Et nullum est sperma sine materia corporum, nisi Mercurius. Et cum dicitur, *Imbibe spiritum*; intelligitur operatio ea, quæ fixat Mercurium, & multiplicatur Lapis. *Multiplicatur*, id est, *reiteratur*. Idem, pag. 204.

Sed nunquid solo *auro* & non alio corpore indigemus? Audi Hermetem. *Pater ejus*, id est, primæ compositionis, *est Sol, mater ejus Luna*. Pater est calidus & siccus, Tincturam generans; mater ejus est frigida & humida, genitum nutriens. Igitur si in Lapide nostro esset tantum alterum ipsorum, nunquam facilè flueret medicina, neque tincturam daret; & si daret, non tingeret, nisi quantum esset in reliquum, & Mercurius in fumum evolaret: quia non esset in eo receptaculum tincturæ: sed nostrum finale secretum, est habere Medicinam quæ fluat ante fugam Mercurii. Istorum ergo *duorum* conjunctio necessaria est in opere nostro. Idem, pag. 227.

Cum patientia, lentissimo igne, usque ad album inclusivè in uno vase, colore continuo, pondere debito & mixtura. In una re in specie, & *duobus* individuis consistit & perficitur ad album primo, & ad rubeum finaliter, fortificando ignem. Petrus Valentiæ, pag. 4. *Petrus Valentia.*

Mineralia debent eligi quæ ex *vivo Mercurio* & *sulphure* fiunt: ex quibus operare suaviter & non festinanter. Dastinus, pag. 30. *Dastinus.*

Lapis consistit in *uno* libro, qui est ex *argento* desuper, folia *auri* habens. Benedictus, pag. 55. *Benedictus.*

In primo regimine ponantur *elementa cruda* & *pura* super levem ignem, & commiscеantur, & jungantur, & regantur donec desiccentur, & fiat *nigrum*: in qua nigredine est occulta albedo quæ inde extrahitur, & post rubedo per hujusmodi decoctionem. Et cum est in albedine, est in pulvere impalbabili. Zininus, pag. 68. *Zininus.*

Ex *Sole* & *Luna* vulgi solutis, fit *Mercurij* vulgi præparatio. Ab istis autem tribus sine aliqua specie aliena generatur Lapis physicus, & ex nullis aliis potest generari per ingenium physicum. Joan. Duns. pag. 114. *Joan. Duns.*

Generatio metallorum & Lapidis Philosophorum, est conjungere propria principia: videlicet *marem* cum *fœmina*, *activum* cum *passivo*, & *sulphur* cum *argento vivo*, ut ex his fiat generatio & corruptio. Et argentum vivum est Lapis recipiens formam, & Aurum est lapis Philosophorum. Saturninus, pag. 71. *Saturninus.*

...sim. Totum opus consistit in *Sole*, *Luna*, & *Mercurio*. Tersim, pag. 103.

Ripleus. Nullum corpus immundum, excepto uno, quod vulgò à Philosophis vocatur *Leo Viridis*, quod est medium conjungendi tincturas inter *Solem* & *Lunam*, cum perfectione intrat magisterium nostrum. Ambo principia materialia debent solvi & formalia, alioquin parvi essent momenti. Ripleus, pag. 70.

Libavius. *Aurum*, *argentum*, & *Mercurius* sunt materia Lapidis physici, posteaquam præparata fuerint ut decet. Libavius, libr. 1. Paraphras. Arnaldi, cap. 6, pag. 463.

In Mercurio Philosophico concurrunt *Anima*, *Corpus*, & *Spiritus*. Lapis animalis, vegetalis, mineralis: omnia perfecta modo suo. Lapis vegetalis est Luna; animalis, Sol; mineralis, aqua seu spiritus & argentum vivum. Idem, de Mercurio Philos. p. 56. 63.

Margarita novell. Ex iisdem quibus generamur, nutrimur, perficimur & complemur, & non ex extraneis. ergo ex eisdem *aurum* debet generari, nutriri & perfici ac compleri, & non ex extraneis. Cum igitur aurum sit generatum, nutritum, perfectum à Natura ex solo *vivo argento*, ab extrinseco sulphure digesto, & ultimo ab eo expoliato; ergo & Lapis Philosophorum ex eisdem debet generari, nutriri, perfici & compleri, scilicet ex quibus est aurum, & non ex extraneis. quia sicut cognitio rei sumitur ab essentia & natura rei & suis principiis, sic & operatio. Margarita novell. p. 128.

Turba. Ex homine homo, & ex brutis suum fit simile. Conjungite ergo *masculum servi rubei* suæ *odorifera uxori*, & juncti artem gignent: quibus nolite introducere alienum, nec pulverem, nec aliam rem. Sufficiat vobis conceptio, & verus *filius* nascetur. Turba Phil. Sent. 31.

Oportet nos *duo* conjungere, (quam commixtionem Philosophi comparârunt conjugibus) ex quorum amplexu resultat *aqua aurea*. Sed hoc de secundo opere. De primo dicam pauca: Irritate bellum inter *æs* & *argentum vivum*, donec ad interitum veniant & corrumpantur, tunc æs concipiens argentum vivum, coagulat ipsum: argentum verò vivum concipiens æs, congelatur in terram. Ergo pugnam irritate, ærisque corpus diruite, donec pulvis fiat. Eadem, Sent. 46.

Prima compositio, scilicet corpus Magnesiæ ex pluribus fit rebus: quamvis unum quid factæ sint, & *Vnum* ab antiquis, scilicet *Albar æris* nuncupatur. Cùm autem regitur, decem nominibus nominatur à coloribus Naturæ desumptis, qui in regimine corporis Magnesiæ apparent. Oportet igitur ut plumbum in nigredinem convertatur, & tunc decem prædicta in auri fermento apparebunt cum Sericon, quod est compositio quæ decem nominibus nuncupatur. Eadem, Sent. 77.

Us

Ut *Mercurius* est principium omnium metallorum, ita & *Sol* est finis & ultimum metallorum: & omnia metalla munda & immunda sunt in *Sole*, *Luna* & *Mercurio*; sed unus est verus Sol qui abstrahitur ab illis. Ut maritus procreat ex uxore sua prolem, quæ nutritur sangvine menstruo: sic similiter in generatione artificiali metallorum fit, quod ex Mercurio masculino & Mercurio fœminino simul mixtis, & in agrum Naturæ projectis, & per Mercurium menstrualem vegetatis, generatur proles similis parentibus. Non quod totum corpus metallicum aliquo artificio convertatur in Mercurium masculinum & fœmininum, & postea conjungatur, & fermentetur, & procreetur corpus solare vel lunare. Sed aliter est. Nam ex corpore metallico masculino, elicitur Mercurius masculinus, & ex corpore metallico fœminino elicitur Mercurius fœmineus. Ex quibus duobus Mercuriis, simul secundum debitam proportionem conjunctis & cum Mercurio menstruali etiam secundum proportionem debitam copulatis, & in agrum Naturæ positis; tunc ex virtute duorum illorum spermatum, cum vegetatione Mercurij menstrualis, debito & temperato calore rectis, infans secundum naturam parentum generatur, masculinus aut fœmininus. Exercitatio 3. in Turbam. *Exerc*

Nihil convenit rei, nisi quod propinquius est ei in sua natura, & generatur in illa re proles similis. Hoc est, si quæris medicinam metalla curantem, de metallis erit ejus origo, cum species à suo genere tingatur. Aurora, cap. 3. *Aurora.*

Non generant res nisi similia, nec fructificant res nisi fructus suos. *Aqua* Philosophorum est fermentum corporum, & corpora sunt *terra* eorum, etiam postquam denigrantur ista per præparationem ignis. Vocant ipsum nomine *ignis nigri*, sicut in denigratione secunda, *Carbonem montis & picem, antimonium, alkali, & salem alkali, & marcasitam, magnesiam, argentum vivum extractum de Cambar, & cinerem suum, & calcem, & vitrum, & aquam mundam*, quæ mundata est à tenebris, & à materia nigredinis. Rosinus in fine primi libr. ad Euthiciam. *Rosinus.*

Cum *aurum* & *argentum* creare voluerimus, necessarium est eadem accipere. Ex homine generatur homo, ex arbore arbor. Idem, pag. 580. 606. 607. &c.

Ars nisi formam *auri* effectricem ab auro, & *argenteam* ab argento mutuetur, & reliquis eam metallis adhibeat; nunquam ignobilia metalla, quantumvis abluat & decoquat, nobilitare poterit. Tauladan, pag. 246. *Tauladan.*

Aurum & *Luna* sunt illa metalla, ex quibus aureum & argenteum Elixir est conficiendum. Idem, pag. 284.

Aurum solum est fermentum Elixiris rubri, *argentum* verò albi. His enim duobus solis Natura radios splendoris contulit, quibus

quibus illustrare possent reliqua metalla decore aureo & argenteo. Reliqua omnia metalla pro pasta, seu materia lapidis, sunt habenda, nec unquam formæ aut fermenti rationem subire poterunt, nisi prius nobilitentur, quamdiu chrysopœia aut argyropœia finis erit Chymiæ. At si sideropœia esset finis Chymiæ propositus, tunc Elixiris illius formam seu fermentum oporteret esse Martem. Nam quemadmodum auri fermentum *aurum* est, argenti *argentum*, ita ferri fermentum est *ferrum*, stanni *stannum*, cupri *cuprum*, & plumbi *plumbum*. Omne enim agens agit juxta formam suam, Idem pag. 296. 297.

Aurum & argentum metaphoricè non dicuntur. Idem, pag. 301. 302. 303. 304 305. & sequent.

Omnium Philosophorum testimonio tres sunt Elixiris partes, scilicet, *anima*, *corpus*, & *spiritus*. *Anima* nihil aliud est quàm fermentum vel forma Elixiris. *Corpus*, est pasta seu materia, quæ duæ partes ex solis metallis depromendæ sunt: utpote *forma* ex *Sole* & *Luna*: *materia* ex *Saturno*, *Iove*, *Venere* & *Marte*. Tertia verò pars Lapidis est *spiritus*: qui cum sit sedes & vehiculum animæ, animam corpori infundit, & hæc duo extrema indissolubili confœderationis vinculo componit & copulat: quo mediatore sublato, anima cum corpore nunquam fœdus inire posset. Hic spiritus nihil aliud est, quàm liquor ille formam & materiam Lapidis attenuans, & in spiritualem naturam revocans: qui spiritus interdum à Philosophis *cœlum*, *Mercurius solutivus*, *menstruum*, *azoth*, *quinta essentia*, & innumeris aliis nominibus nuncupatur. Idem, pag. 338. 339.

Argentum vivum est alterum Lapidis extremum, & illud à quo fit motus. Idem, pag. 349.

Ubi Natura desinit, ibi Ars incipit. Desinit autem in metallis perfectis, & maximè in Sole, quia perfectius est, & à Natura non potest recipere altiorem gradum. Igitur Ars à *Sole* & *Luna*, tanquam à medio, per viam corruptionis exordiatur. Sed quorsum tot rationes huc afferantur, cùm hæc adeò clara sint & manifesta, ut qui negare hæc ausit, merito cæcutire, in meridie palpare, nec minus sensu egere censendus sit, quàm Philosophus ille, qui nivem negabat esse candidam. Idem, pag. 309. 354. & 355.

Vis ignobilium metallorum ad perfectionem promovendorum, ex *duobus* tantummodo, scilicet, *Sole* & *Luna*, non autem ex imperfectis elicienda est, cum eis à Natura denegata sit. Idem, pag. 226.

Geber. Res autem quæ perficit in metallis, est substantia *argenti vivi* & *sulphuris* proportionaliter mista, per longam & temperatam decoctionem, in visceribus terræ mundæ inspissata & fixa, cum suæ humiditatis radicalis conservatione non corrumpentis, sed ad sub-

ad ſubſtantiam ſolidam cum debita ignitione fuſibilem, & ſub malleo extenſibilem producta. Geber de inveſtig. cap. 2.

Tinge cum *auro* & *argento*: quia aurum aureum; & argentum argenteum tribuit colorem & naturam. Quare omnia alia deſpicias: cum ipſis nullus fructus ſit, ſed ſolum rerum perditio, nec non temporis & laboris. Richardus, pag. 13. *Richardus.*

Elixir debet fieri ex rebus quæ homogeneæ & uniformis ſunt ſubſtantiæ. Incertus. *Incertus.*

Accipe *marem vivum* & *fœminam vivam*: hos conjunge ſimul, ut inter ſe imaginentur ſperma ad procreandũ ſuæ naturæ fructum. Primam enim materiam nemo mortalium credat ſe facere poſſe. Lumen novum chymicum, pag. 31. *Lumen novum chym.*

Aqua noſtra, aqua eſt cœleſtis, non madefaciens manus, vulgi, ſed ferè pluvialis. *Corpus* eſt *aurum*, quod ſemen dat: *Luna* noſtra eſt (non argentum vulgi) quæ recipit ſemen auri. Regitur poſtea igne noſtro continuo per menſes ſeptem, & interdum decem, donec aqua noſtra conſumat tres & relinquat unum, & hoc in duplo. Poſtea nutritur lacte terræ, vel pingvedine terræ, vel pingvedine ejus quæ in uberibus terræ naſcitur & regitur vel conſervatur à putrefactione, ſale Naturæ: & ſic generatur ille infans ſecundæ generationis. Idem; pag. 53.

Seni noſtro *aurum* & *argentum* da ad deglutiendum, ut ipſe conſumat illa, & tandem ille etiam moriturus comburatur. Cineres ejus in aquam ſpargantur. Coquito ea donec ſatis eſt, & habes Medicinam curandi lepram. Idem, pag. 64.

Qui cognoſcunt *argentum vivum*, atque *ſulphur Philoſophorum*: illa ſciunt fieri ex *auro* puriſſimo, ex *Luna* fineſſima, & *argento vivo*, quæ quotidie videntur, ex quibus noſtrum *argentum vivum* elicitur. Bernardus de Grana, pag. 1. manuſc. vetuſtiſs. *Bernardus de Grana.*

Primò dicimus Medicinam noſtram fieri ex *corporibus* & *ſpiritu*. *Corpora* ſunt *aurum* & *argentum*: quia ſi ea non eſſent, non fieret nec aurum nec argentum. Et *ſpiritus* eſt *Mercurius* ſeu argentum vivum, qui figurativè multis nominibus nominatur. Manuſcr. vetus, dictus Secretum Secretorum, pag. 88. *Secretum Secretorum.*

Quid ſumendum in Lapide phyſico, & qualiter.

CAPUT IV.

MEDIUS *ſpiritus* eſt ſumendus, aut materia quæ ſemper medio reperitur: eſtque is ſpiritus quem quærimus, qui eſt inter fixum & non fixum. Iſaacus, lib. 1. cap. 5. *Iſaacus.*

Si me audies, ſeparationem elementorum devitabis, ſive in Mercurio operis mineralis aut vegetabilis, aut in Lapide, quem nobis Deus gratis donat. Ubicunque de ea re fit ſermo, ac dicitur ele-

tur elementa esse separanda, vita omnia ea opera ob incertitudinem. Ante omnia in opere magno labora, in eo enim nulla cura, nec destillatio, nec congelatio, nec mundificatio, nec corpora peregrina, nec res peregrinæ, nec immundæ, fæces habentes. Nec calcinas, nihil enim opus: non separas elementa, munda quippe sunt: nulla re opus habet: *Vnum* est *genus*, *res una*, *& as unum*, *fornax una*, ac *unum opus* ad album ac rubrum, ac nullum periculum in opus potest incidere. Opus enim magnum semetipsum solvit, semetipsum sublimat, semetipsum fixat, liquat & perficit. Idem, libr. 2. cap. 3.

Alanus. Qui extrahere non novit *animam* è corpore *Solis* & *Lunæ*, atque eandem *corpori* in projectione *restituere*, is tota se sciat aberrare via. Extrahitur verò *medio spiritu* Mercurii. Nostra enim *aqua physica Solis & Lunæ* solvit corpora. Alanus, p. 31.

Extractio animæ per *Mercurii spiritum* non una vice semel & simul accidit, sed vicibus pluribus, quoquo tempore & diebus, nec non singulis quibusque horis & momentis paululum quid, quoad opus ad perfectionem deductum fuerit. *Anima* à *corpore* una non simul exit vice, sed pluribus elicitur, neque in vase continente solutionem, seu in quo corpus solvitur, unicâ in eo vice solvitur: sed quotidie in eo paululum quid, atque rursus aliàs tantillum, secundum operantis & Naturæ regimen.

Non igitur cogites, *una vice* corporis solutionem fieri, sed *successu temporis* ac *paulatim*, prout superius Philosophorum dicta dilucidè attestantur.

Ne credas Tincturam una solaque vice elici vel extrahi, sed assiduè paululum, & rursus aliàs parum quid, una nempe quotidie nigredo, tantisper dum successu temporis compleatur opus. Idem, p. 54. 55. 56.

Garlandius. Si vis ex hoc (*Sole*, *Luna*, *Mercurio*,) facere Lapidem Philosophorum, fac ita: *Separa spiritus*, & quàm diligentius potes: quia tam subtilius hoc facere non poteris, quin in se retineat aliquid substantiæ venti phlegmatis. Ille *spiritus* vocatur *aqua ardens*, & est sicut *pix*. Garlandius.

Ventura. Hoc est oleum Philosophorum, ex conjunctione animæ & corporis confectum, à quo corpore *anima* fuit *extracta* per *ipsum subtilem*, qui est *aqua & vapor aereus*: qui spiritus corpori non conjungitur iterum, nisi mediante *anima*. Et ideo oportet prius animam extractam cum spiritu uniri, ut postea ambo simul cum corpore conjungantur, & vivificent ipsum corpus, & occultam naturam manifestent. Ventura, cap. 21. p. 118.

Ægidius. Illud non est capiendum ex quibus metalla sunt, sed *quod ex ipsis metallis* est. Sulphur & argentum vivum, unde metalla generantur, non sunt illa ex quibus Lapis fit, quod combustibilia

sunt;

sunt; sed *illud quod ex ipsis metallis* est, quod est non urens. Ægidius, pag. 16.

Hic Lapis est *vapor potentialis* metalli. Hunc quo pacto acquiras, oportet te esse cautum. Idem, p. 71.

Cape calcem sive terram cujusque corporis imperfecti præparatam & ablutam, & ei superfunde Mercurii similiter purgati tantum, ut supernatet digitis duobus aut tribus in vase longi & stticti colli, deinde subde ignem lentissimum, ne Mercurius ascendat, quousque videris *oleum* instar pelliculæ diversorum colorum super Mercurium elevari, quod *separa* & *repone*. Hinc iterum clauso vase ignem accende per aliquot dies, donec totum oleum extraxeris, & nihil amplius videris ascendere. Tunc Mercurium tuum separa à calce, & eundem alteri quantitati calcis cujuslibet corporis purgatæ affunde, & fac ut prius, lentum ignem cõtinuando, quousque traxeris ab ea etiam *vivificativum humorem omnem*. Istam operationem reiterare poteris quotiescunque volueris, juxta quantitatem olei quam desideras, addendo alium Mercurium, si diminutus fuerit. Tandem *omne oleum* collectum in cucurbita pone, & adde Mercurij ejus, quo oleum extraxisti, partes sex ad singulas olei. Et si quantitas magna fuerit, poteris eam dividere per plures cucurbitas. Simul digere per mensem, tandem Mercurium lento igne separa, ne cum eo ascendat *oleum*. Cum verò nihil amplius evaporaverit, eo gradu ignis (quod deprehendis superposita vasis ori lamina ærea aut ferrea) scito in fundo residere *oleum pretiosum sulphuris*, quod duodecim vel quindecim distillationibus subtiliandum erit per se, ut fæces terreas, si aliquas fortè continet, deponat, & fluat tenuissimè instar olei communis calefacti. Vogelius, cap. 1 p. 14. & 15. *Vogelius.*

Indiges quod in *solutione* Lapidis labores, & suas partes *puriores ab impuris* & gravioribus separes: & opus cum levioribus, abjectis partibus gravioribus, perficies: unde soluta primâ corporum forma in *Mercurium nostrum*, immediatè *nova forma* introducitur, corrupta ipsorum forma: quæ quidem forma est primò in colore *nigra*, in odore *fœtida*, & in tactu *subtilis* & *discontinuata*. Arnaldus in Speculo, p. 55. *Arnald.*

Collige tamen ad partem *supereminens nigrum*, quoniam illud est oleum & verum dissolutionis signum: quia quod est solutum, pervenit ad sublimitatis finem. Unde separatur ab inferioribus ascendens sursum, & petens altiora loca, ut corpus aureum. Custodi autem ipsum cautè, ne avolet in fumum. Idem, in Rosario, lib 2. cap 3.

Necesse est ut Lapis, antequam fiat elixir, *extrahatur* de natura *duorum corporum*. Monachus, p. 15. *Monachus.*

Debet

Debet esse levis ignis, quousque *spiritus* à corpore sit *separatus*, in *nebulas nigras* super corpus ascendens. Idem, p. 35.

Per spiritum crudum *spiritus* digestus extrahitur de corpore soluto, Idem, pag. 167.

Richard. Si corpus non resolveris in *Mercurium* per Mercurium, *occultam virtutem* ex eo habere non potes; puta *sulphur* digestum & decoctum per opus Naturæ in minera. Richardus, cap. 11.

Scala. Qui quærit *sulphur irradians* nostrum, faciat pacem inter *Solem* & ejus *uxorem*, ita quod non separentur ab invicem, sed misceantur inseparabiliter. Et hoc fiet, quando *ipsum extraxeris* partim à natura sua, & similiter uxorem suam partim à natura sua. Hoc facto interficiantur, & cum interfecti fuerint, resuscitentur nova resurrectione incorruptibili, ita quod postea sint immortales. Scala. pag. 100.

Libavius. Natus *noster infans*, seu *putrefactio* absoluta, seu *caput corvi*, debet esse *ater instar fuliginis*: unde & *nigrum nigrius nigro* nuncupatur. Si digitis contrectes; ita adhæret subtiliter, ut non nisi lotione tollatur. Si aquæ inspergas, subsidet, ubi prius cum ea mistus exactè denigraverit. Dicitur etiam hæc *nigredo*, *initium veræ tinctura*, *verum semen*, *cinis non vilipendendus*, *terra nigra* quæ principio stat super aquam, *lac virginis*, *Mercurius duplicatus*, constans ex Mercurio corporum & crudo; *sulphur*, *anima auri*. Libavius, libr. 4. p. 112.

Correctio fatuorum. Sulphur philosophorum, est *simplex ignis vivus*, alia corpora mortua vivificans, & ea maturans: ita quod Naturæ defectum supplet, cum ipsum sit superfluæ maturitatis, secundum quod in natura sua sit perfectum, ac per artificium magis ac magis depuratum. Unde quidam: *Tale sulphur non reperitur super terram; nisi inquantum existit in istis corporibus, Sole & Luna, & adhuc, quod est illud quod nulli dicitur, nisi ex parte Dei sibi revelatur. In Sole autem perfectius: quia magis est digestum & decoctum.* Correctio fatuorum, cap. 6. p. 7.

Medicina ex aqua Mercuriali est producta, in qua Sol & Luna prius sunt soluta. Si corpus non *resolveris in Mercurium* cum Mercurio, occultam virtutem ex eo habere non potes, scilicet sulphur digestum & decoctum per opus Naturæ in minera. Eadem, cap. 8. pag. 10.

Aristoteles. In Mercurio mundo mitte munda corpora: cumque videris *nigredinem* in aquæ superficie apparentem, *collige* eam cautè, & repone ad partem, sciens pro certo lapidem tuum in parte jam dissolutum esse. Hæc *nigredo* est *origo Artis*, *caput corvi*, corpusque dissolvitur, & in primam sui materiam redigitur. Aristot. pag. 163.

Rosarium. *Sulphur nostrum & Sapientum* non reperitur super terram,

nisi

nisi quod ex *illis corporibus extrahitur*. Ideo corpora illa subtiliter præparentur, ut *sulphur* habeamus super terram. Nam corpus perfectum per nostrum magisterium juvat & perficit imperfectum, sine mixtione alicujus rei extrancæ. Rosarium, pag. 181.

Tinctura solum existit ex *duobus perfectis corporibus*, ex quibus sulphura illa elici possunt. Idem, pag. 184.

Necesse est quod lapis noster *extrahatur de natura duorum corporum*, antequam de eo fiat *Elixir completum*. Quoniam est necessarium quod elixir magis sit depuratum, quam aurum & argentum. Mercurius noster non habetur nisi *ex corporibus liquefactis* liquefactione non vulgari, sed ea tantum quæ durat, donec conjuges vero matrimonio socientur & uniantur, & hoc est usque ad albedinem. Idem, pag. 186. 187.

Quod fit spirituale, in vase sursum ascendit: quod vero spissum & grossum, in vase remanet deorsum. Et nisi corpus ita denigraveris & destruxeris, donec aqua non vult misceri ei, vel recipi à terra; nihil consequeris; nam quando fit *pulvis spiritualis*, in vase manet deorsum. Ideo nisi omnia verras in *pulverem spiritualem*, nondum eam contrivisti. Cinis iste caret fusione. Idem, pag. 188. 189.

Lapis noster nominatur apud philosophos *Mercurius*; qui non est natus, ut multi putant, sed *de corpore extractus*. Idem, p. 194.

Combure æs nostrum igne levi, sicut ovorum nuttix, donec corpus constituatur, ac *Tinctura* extrahatur. Non autem extrahas eam totam simul, sed perparum, & parum egrediatur omni die, donec in longo tempore compleatur. Idem, p. 197.

Fac de masculo & fœmina *circulum rotundum*, & de eo extrahe *quadrangulum*, & de quadrangulo *triangulum*: fac *circulum rotundum*, & habebis *Lapidem physicum*. Idem, p. 198.

Lapis est vilis, niger, fœtens, non emptus pretio, & sine aliquo non existit, levis in pondere. Et vocant eum *origo mundi*, quia oritur sicut germinantia. Et hæc est ejus revelatio atque apparitio inquirenti. Calid. cap. 9. *Calid.*

Anima à suo *corpore* extrahitur per *spiritum*: & hæc dicitur *clavis Artis*, & fit materia *nigra*, quæ dicitur *caput corvi*. Benedictus, pag. 56. *Benedictus.*

Denigra terram, *separando ejus animam*: post verte aquam super terram, dealbando totum, & habebis magisterium ut in rubedinem vertatur. Idem, p. 59.

Secundum regimen est ut recipiatur operatum, ponendo in urinali super cribratos cineres, diebus quatuor continuando. Nam fiet quædam *nigredo* superveniens: quam collige servando ad partem diligenter: sic continuando opus igne uniformi, donec totum extraxeris *nigrum*, medio remanente claro. Et istud est *Gerardus de Vivariis.*

secundum opus, seu lapis philosophorum. Deinde tertium opus est, ut capias ipsam *nigredinem*, & ponas in urinali, igne lento, super cineres, superponendo de *medio claro mundo*, tantum quod supernatet digitis quatuor: continuando sic, ac non festines decoctiones, donec *magnum* fiat *album*. Gerardus de Vivariis.

Iacobus de S. Saturnino. Mercurius noster extrahitur à calce metallorum per *putrefactionem*, usque quo compositum exuit naturam, & aliam induit. Et sic hujusmodi operationibus fit *Mercurius philosophorum*. Jacobus de Sancto Saturnino, p. 72.

Semita Semita. Aquam pone in vase vitreo, & decoque super ignem lentum, quousque videas in superficie ejus *nigredinem* apparere: quam remove subtiliter quotidie colligendo, & toties, quoties melius potes: & iterum coquendo & nigredinem tollendo, quousque nihil appareat nigredinis. Deinde accipe totam terram istam, id est, *nigredinem* quam collegisti, & pone ipsam in vase vitreo, & superfunde de *aqua*, & coque igne levi per decem dies. Iterum impone *aquam*, coque: reitera, donec *terra* fiat *alba* & *clara*. Semita Semitæ, p. 72.

Turba philos. Ni corpus teratis, diruatis, imbuatis, ac diligenter regatis, donec suam *pingedinem* extrahatis, & faciatis *tenuem spiritum impalpabilem*; in vanum laboratis. Atque ob id dixerunt Sapientes: *Nisi corpora Gertatis in non corpora, & incorporea faciatis corporea; nondum operis hujus inveniistis principium.* Fiunt autem corpora incorporea, cum *Ethelia* teritur, quousque fiat *pulGis*: & hic pulvis non fit nisi fortissima decoctione & contritione continua, & fit *igne*, non *manibus*, cum imbibitione, putrefactione & Ethelia. Et Sapientes cum in hac Arte dixerunt, quod *Natura est Gilis, & parGo Genditur*, fecere vulgus errare. Dixere Philosophi, *spiritum humidum esse nigrum, coinquinatione carentem*: & sicuti in homine est humiditas & siccitas, sic in opere nostro nihil aliud est quam *Gapor* & *aqua*. Turba Phil. Sent. 37.

Dixerunt philosophi: *Scirote, quod nisi omnia in pulGerem Gertatis, nondum contriGistis. Coquite ergo quousque conteratur, & pulGis fiat.* Eadem, Sent. 38.

Cum aqua *pulGis* fit, diligenter æs contritum est. Eadem, Sent. 39.

Non potest abstrahi illa occulta anima, nisi per *Ethelian*, quæ corpora facit non corpora coquendi continuitate, & Ethelizæ sublimatione. Eadem, Sent. 47.

Incognitus. Accipe *lapidem suspensum supra mare*, nomen ejus Gictor: cum eo perimie viva, & vivifica perempta, & ei sunt mors & vita. Incognitus, qui incipit, *Exemplum scientiæ*, p. 389.

Incertus. Ars divina *semen* è corpore perfectiori docet eximere, quod

terræ

terræ philoſophicæ per artem præparatæ immiſſum, & calore temperato in *pulverem album* aut *rubeum* jugiter decoctum, inferiora corpora ad naturam ſuperiorum traditur convertiſſe. Incertus auctor, incipiens, *Omnium recte.*

Corpora *nigra* facta ut carbo, ſunt ſecretum noſtræ veræ diſ- *Lullius.*
ſolutionis Lullius in Clavicula, cap. 1.

Accipe quod deſcendit, ad fundum vaſis, & illud eſt fex: & ablue ipſam cum *igne calido*, quouſque auferatur ejus *nigredo*, & recedat ejus *ſpiſſitudo:* & albifica ipſam albificatione bona, & fac ab ea evolare additiones humiditatum, & tunc convertetur, & deveniet *calx alba*, in qua non erit obſcuritas tenebroſa, nec immunditia, nec contrarium, Calid. c. 9.

Artifex hic nil facit, niſi ut ſciat *ſeparare ſubtile à ſpiſſo*, & in *Novum lumen Chym.*
vas imponere debitum. Novum Lumen Chym, p. 38.

De remotione ſuperflui in lapide phyſico.

CAP. V.

VIRTUTE ignis *Sol* tuus *depuratur:* quæ quidem *depura-* *Ægidius.*
tio à Philoſophis pro *exaltatione* intelligitur. Et quia in Ariete Sol incipit aſcendere ad augem, id eſt ad ſuum faſtigium, quod ulterius aſcendere non poſſit: ſimili modo Sol tuus ſemper exaltatur uſque ad finem operis. Ægidius de vadis, cap. 8. pag. 22. 23.

Accipe illam terram & nigredinem quam collegiſti, & pone in *Arnald.*
vaſe vitreo, & ſuperaffunde de aqua prædicta, quouſque ſuper eam natet, & coque lento igne per quatuor dies: tunc aquam pone & coque, & deinceps ſic, quouſque *terra alba* fiat & *clara.* Et hoc eſt quod philoſophi dixerunt: *Hæc aqua cum terra putreſcit & mundificatur; quia cum mundificata fuerit, Dei auxilio totum magiſterium dirigetur.* Qua mundata & clarificata ſeu dealbata, aqua mediante, &c. apud Arnaldum in flore Florum.

Seminum, terræque delectionem & culturam appellant Geber *Greverius.*
& artifices hujus divini *operis præparationem*, ſine qua neq; Sol, neque Luna, neque terra philoſophorum haberi poſſunt, neque ullus ad penetralia tantæ Artis aditus patet. Nam aurum vulgi impurum eſt, contaminatum, ægrum, morbidum, & ob id etiam ſterile: argentum ſimiliter, terraque vulgaris inculta inarataque eſt. At *terra philoſophorum*, tauris ignem ſpirantibus *exculta* eſt. Quanquam philoſophus accipiat aurum, argentum & Mercurium vulgi, tamen in hoc opus non immittit ea, antequã ab *humo vulgari* ad *gradum phyſicum extollat.* Nihil itaque immundum ægrum, incultumque, opus noſtrum ingreditur, licet ante opus immunda, ægra & inculta capiamus. Greverius, pag. 9.

Rosarium. Res nostra habet in se omnia quæ quærimus, cui nihil addimus vel diminuïmus, sed in sola *præparatione superflua removemus*. Removemus, inquam, *humiditatem physicam*, quæ apta est pro opere, quæ erit tam clara sicut lacrymæ, in qua habitat *quinta essentia metallica*: & illa est *metallum placabile*: & in ea est medium conjungendi tincturas, quia habet naturam sulphuris & argenti vivi. Rosarium, pag. 208.

Geber. In præparatione corporum *nihil superfluum* ex *profundo* ipsius removendum, sed ex *manifesto* potius. Geber de perf. magist. lib. 2. cap. 68.

Diminutum in illis est paucitas Mercurij, & non recta spissatio ejusdem. Ergo complementum erit in illis *argenti vivi multiplicatio*, & *spissatio bona*, & *fixio permanens*. Idem, ibid. cap. 69.

De operationibus Artis philosophorum.

CAPUT VI.

Libavius. PUrgationes omnes Mercurij per *sublimationem* à salsugine sis, sunt vanæ & impertinentes, imò nocivæ ad opus nostrum perficiendum. Ideo malè illi intelligunt, qui Mercurium septies ex sale & vitriolo sublimandum esse, & postea reducendum aqua calida, aut per tartarum fatui credunt: quia legunt, *Latonem esse lavandum*, sed decipiuntur. Libavius, pag. 91 92. 93.

Aquinas. Lapis noster cum fuerit in suam primam naturam, scilicet in primam aquam, vel lac virginis, vel caudam draconis semel solutus; tunc ipse lapis *seipsum calcinat, sublimat, distillat, reducit, lavat, congelat*, & virtute ignis proportionati seipsum *perficit* in unico vase, sine alterius manuali operatione. Thomas Aquinas ad Fr. Reynald. cap. 3

Greverius. *Amalgama*, quod est primum opus, fit cum *uncia una Solis* & *unciis quatuor Mercurij*, sicut faciunt aurifabri. Et hoc principium operis tui, philosophi multis nominibus appellarunt, ut *as nostrum*, *aurum nostrum*, *terram magnesiæ*, *totum compositum*, & quia indignis celare voluerunt. Greverius, pag. 20. 21.

In prima *decoctione*, id est, dum *nigras*, ascendet ex terra tua quædam *humiditas* argenti vivi *instar nubis*, & adhærebit superiori parti vacui tui ovi ad latera ejus, quam tu intactam dimitte. Idem, pag. 25.

Has *nubes* in *pluviam converte*, cum animadverteris nullas amplius è terra tua *exhalare*, & eas quæ jam ascenderunt non multiplicari amplius, illæque agrum tuum irrigabunt, ut fructum suum ferat in tempore suo. Idem, pag. 31.

Hæc reductio nubium in pluviam, à quibusdam dicitur *cauda draconis*, *augmentatio*, *multiplicatio*: & alij dicunt, quod addendus est novus Mercurius. Idem, pag. 32.

Decoctio

Tabula Op
unqu

I

Operationes omnes necessariæ lapidi physico hoc ordine fiunt, & sunt

Commix
complexa
circunda
composita
amalgan
Et tunc n
gnesia.

Qui aures
test,

Decoctio ſemen putrificando mollit, germen protrudit, ſurculos calamosque exaltat, flores expandit, ſemina format, ipſaque denique formata ad expectatam dirigit maturitatem, in *uno eodemq; vaſe, unicaq; artificis operatione*, quæ in carbonum adminiſtratione conſiſtit. Idem, pag. 35.

Non eſt quod tibi perſuadeas, nos dum mentionem *ſublimationis* facimus, vel etiam *ſublimamus:* ſeparare eam partem quæ ſuperius eſt, ab ea quæ eſt inferius. In noſtra enim *ſublimatione* partes *fixæ* non elevantur, ſed partes *non fixæ*. Alanus, pag. 49. *Alanus.*

Decoctio, commixtio, ſublimatio, contritio, deſiccatio, aquatio, ignitio, dealbatio & *rubificatio*, & quotcumque aliis nominibus dici poſſit, non eſt tamen niſi unum regimen, quod *contritio* & *decoctio* recte appellari poſſit. Idem, p. 55.

Initium noſtrum, corpore & ſpiritu jam conjunctis dum conjungitur in opere, *calcinatio* dicitur, Idem, p. 56.

Omnis res per quam creſcit cauſam, per eandem etiam deſtruitur: neque quicquam Naturæ magis conſentaneum eſt, quam ut quæque res vinculis, quibus vincta eſt, ſolvatur ac liberetur, ejus *rei medio*, à qua ſumpſit originem. Idem, p. 59.

Quicunque aurum vel argentum *deſtruere* norit, ut poſtmodum in aurum vel argentum *reduci non poſſint*, is ad magiſterium pervenit. Difficilius enim eſt corpora *deſtruere*, quam *conſtruere*. Idem, p. 61.

Terra alba & rubra *mundata & affinata*, venales inveniuntur. Arnaldus in Hortul. p. 31. *Arnaldus.*

Septem ſunt diſpoſitiones hujus magiſterii. Primo vocatur *ſublimatio*, ſecundo *Calcinatio*, tertio *Solutio*, quarto *Ablutio*, quinto *Ceratio*, ſexto *Coagulatio*, ſeptimo *Fixio*. Idem, in Speculo, p. 26.

Scias quod omnes operationes, nempe, *putrefactio, ſolutio, coagulatio, ablutio, fixio* ſunt in ſola *ſublmatione*, & fiunt in *uno vaſe* & non in pluribus vaſis, in *uno furno*, & non in pluribus conficitur: quoniam in *ſola ſublimatione* ſunt *ſeptem operationes*, & propter hoc nos ponimus ſeptem diſpoſitiones in noſtro libro, per quas ſicut ſapiens ac etiam intelligens venire poteſt ad veram perfectionem. Idem, p. 39. 42.

Solvere, calcinare, ſublimare, tingere, abluere, coquere, infrigidare, rigare, extrahere, coagulare, humectare, imbibere, fixare, terere, ſiccare, diſtillare, unum ſunt, ſcilicet, *animam* vel *ſpiritum extrahere* à *corpore* denotant, & appoſitionem veris ſignificant, id eſt, quod ignis ſit ſuavis. Idem, pag. 65.

Deſtillatio fit per venas vitri abſque ſeparatione materialium, *Lullius.*

imò cum conjunctione, in *furno noſtro ſecreto*, & eſt *noſtra ſublimatio*. Lullius in Codicillo, p. 69.

Ægidius. Verba edi non poſſunt & imprimi: at manualis operationis induſtria in cujusque experientia ſita eſt, neque typis imprimi poteſt, imò vix oretenus tradi, niſi per manus. Ægidius in Præfatione.

Actus activorum ſunt in patiente diſpoſito: id eſt, forma agit ſecundum materiæ diſpoſitionem. Idem p. 2.

Conſidera naturam mineralis corporis, unde cepit ſuam originem, & *reduc* eam ad *ſuam materiam*. Idem, p. 5.

Cum homines & mulieres coeunt, tunc reducuntur ad primam materiam: quia de eorum corporibus cruda ſpermata generantur, ex quibus ipſi primo prodierunt. nec tamen eorum corpora deſtruuntur, quemadmodum fieret, ſi ad primam materiam remotam reducerentur. Quare oportet quod *ſic facias in opere* tuo, h.e. *ſub ſpecie conſervationis*. quod quidem notare debes peroptime. Nota tamen quod non eſt capiendum illud *ex quo metalla* ſunt, ſed *quod ex ipſis* metallis eſt. Idem, p. 6. 7.

In *uno vaſe* vitreo debent omnia fieri ovo ſimili in forma, & bene clauſo. Idem p. 75.

Scias quod philoſophi multa capita fecerunt de *Lapide*, & *ſublimatione, diſtillatione, ſeparatione, putrefactione, inceratione, calcinatione*: quæ omnia ſunt *una & eadem operatio*, in *uno vaſe*. Idem, p. 106.

Vogelius. Corpora primum *ſubtilianda* erunt per *diſſolutionem* quæ primus eſt operis gradus *Diſſolutio* autem hæc nihil aliud eſt, quam ut corpora revertantur in *Mercurium* & *ſulphur*, unde originem habuerunt. *Reſolvi* autem in *Mercurium* aliud corpus non poteſt, quam *metallicum* Mercurio & ſulphure conſtans. Vogelius, p. 45.

Niſi omnia in *pulverem* verſa fuerint, nondum ea *contrivi-ſti*. Propterea *coquite* & *terite* quousque convertantur, & natura *pulvis* fiat. Idem, p. 62.

Noſtrum *ſublimare* non eſt ſuperius aſcendere vel elevare: ſed *ſublimare phyſicum*, eſt de re vili pretioſam facere, & de re infima & minima, altam facere, & magnam, & puram. Cum igitur dicimus *corpora ſublimata*, intellige *ſubtiliata*, & in altam, puram, mundam & nobiliſſimam naturam converſa. Idem, p. 83.

Modus *agendi*, *digerendi* & *informandi* Artis diverſus eſt à naturali, & ſimiliter organum ſive locus & tempus, quamvis æquipolleant ad eundem ultimum finem. Idem, p. 103.

Monachus. Quando materia aſcendit per ventum, id eſt per fumum, hoc philoſophi appellarunt *ſublimationem*: & quando materia fuit verſa in fundum vaſis, & in aquam converſa, nominarunt *ſolutionem* ſeu

nem ſeu *diſtillationem*: quando terra fuit inſpiſſata, nominarunt *corruptionem*: quando materia incipit mutare colorem nigrum, nominarunt *ablutionem*. Et conſiſtit magiſterium quando *extrahitur aqua ex terra*, & fit *aqua ſupra terram* dimiſſio, donec terra *putreſcat* & mundificetur. Et quando philoſophi viderunt *aquam minui*, & *terram augeri*, dixerunt eſſe *cerationem*: & quando *totum* fit *terra* dicunt eſſe *congelationem*: quando *materia* fit *alba*, dicitur *calcinatio*. Monachus, ex Mſ. p. 21.

Contere igne, non *manibus*. Nam primo aqua conatur ſolvere terram, ut ad modum ſui ſubtilem habeat naturam. Secundo terra *coagulat* aquam, ut ſecum ignem ſuſtineat. Et hæc eſt *ſolutio corporis*, & *coagulatio ſpiritus*. Deſiderabile, p. 23. *Deſiderabile.*

Solutio corporum eſt fundamentum Artis, & eſt *in aquam reductio*: & ex *aquæ reductione* fit inde *reductio in terram*, nihil extraneum apponendo, ſed tantum ſuperflua removendo. Idem, pag. 87.

Per ſpiritum *crudum* ſpiritus *digeſtus* exhrahitur ex corporibus. Idem, pag. 264.

Diſſolutio parit nigredinem, *reductio* albedinem, *fixio* citrinitatem. *inceratio* rubedinem. *Nigredo* eſt terra, *albedo* eſt aqua, citrinitas aër, & *rubedo* ignis. Idem, pag 269.

Ars imitatur Naturam non quod novam ædificet, ſed quod illius Naturæ virtutem *ſubtiliet*. Ad hæc incipit Ars proficere, ubi Natura deficit, ſubtilem naturam in re incluſam detegere, & ipſam manifeſtare. Richard. cap. 1. *Richardus.*

Mercurius crudus *diſſolvit* corpora, & *reducit* ea in *primam materiam*: ſed Mercurius corporum hoc facere non poteſt. Idem, cap. 1. pag. 242. 243.

Quæ ex partibus ſunt *diſſimilibus*, ſemen ſuum in ſe poſſident, unde multiplicantur & creſcunt, ut videtur in omnibus animatis & arbuſtis: quæ vero ſunt ex partibus *conſimilibus*, non multiplicantur, niſi ad *ſuam primam materiam reducantur*. Dauſtricus, pag 2. *Dauſtricus.*

Philoſophi multa artificia poſuere ad artis ſuæ venerationem, occultationem & modificationem, ne ſordidum quid intromittatur vel immundum, ut *commiſcere*, *coquere*, *ſublimare*, *aſſare*, *cerere*, *coagulare*, *putrefacere*, *dealbare*, *rubificare*, *&c.* quorum regimen eſt *unum* tantum, ſcilicet, *decoquere*. Idem, p. 12.

Solvere nihil aliud eſt quam quædam compoſitio, complexio, vel conjunctio, ſive ligatio primarum virtutum ad unam concordiam, ſcilicet agentium & patientium, Dominus vobiſcum. *Dominus vobiſcum.*

Nota quod *ingreſſio*, *ſubmerſio*, *conjunctio*, *complexio*, *compoſitio*, & *mixtio*, idem ſignificant in hac Arte. Avicenna, cap. 3. pag. 81. *Avicenna.*

Metallorum ſpiritus eſt pars altera noſtri lapidis, quam oportet à corporibus metallorum *evacuare:* nempe, à duobus perfectis per *putrefactionem*, elementorum *diviſionem*, & eorum *fixationem*. Lullius in Compendio animæ tranſ. pag. 95.

Scal. phil. Quatuor ſunt principalia lapidis noſtri regimina, ſcilicet, *ſolvere, abluere, conjungere* & *figere*. *Solvere*, eſt corpora dividere & materiam facere. *Abluere* eſt inhumare, diſtillare, aſcendere, deſcendere. *Conjungere*, eſt imprægnare, dealbare & rubificare. *Figere* vero, eſt fermentare & deſponſare. *Solutio* convertit Lapidem in primam ſuam naturam, id eſt, ſuam aquam: *Ablutio* in aërem: *Conjunctio* in ignem: *fixio* in terram ſpiritualem & tingentem. Scala Philoſ. p. 103.

Ludus puer. Scias pro vero, quod nunquam Philoſophi intellexerunt, quod lapis noſter *divideretur* in quatuor elementa ſeparatim, ut faciunt ſtulti Alchimiſtæ. Ludus, p. 142.

Commiſcere, coquere, ſublimare, aſſare, calcinare, dealbare, terere, aquare, tingere, &c. plura ſunt nomina, tamen unum regimen tantum eſt, quod in *uno ſolo vaſe* vi ignis fit. Alphidius enim ait: *Cum ſolvimus, ſine temporis intervallo calcinamus, ſublimamus, ſeparamus & componimus: & inter Solutionem & Compoſitionem corporis & ſpiritus, non intervenit ſpatium temporis*, cap. 19.

Roſarium. *Conceptio* & *deſponſatio* fit in putredine in fundo vaſis; *Putrefactio* fit igne lentiſſimo fimi calidi & humidi, & nequaquam alio, ita quod nihil aſcendat. Quia ſi aliquid aſcenderet, fieret *ſeparatio rerum*, quæ fieri non debet donec maſculus & fœmina ſint perfectè conjuncti, & unum recipit aliud: cujus ſignum eſt, in ſuperficie perfecta *ſolutio* ſeu *denigratio*, quæ eſt *tinctura*, & ideo ſervanda eſt. Roſarium, p. 198.

Combure in aqua: *lava* in igne: totum opus ſtat in *ſolutione*, cum facta eſt *ſolutio* Lapidis, tunc dicitur *unum* elementum, nempe *aqua*. Cum corpus eſt *immundum*, dicitur *ſecundum* elementum, nempe *terra*. Cum *terra* eſt *calcinata*, dicitur *ignis*; & cum *ſolutus ignis*, dicitur *aër*. Idem, p. 203.

Tingere non eſt aliud quam tingendo tinctum in naturam ſuam transformare, & ſecum ſine ulla transformatione permanere, & docens natura naturam contra ignem pugnare, nam tingentis & tincti natura concordant. Idem, p. 226.

Quæritur, an opus rubrum & album unum ſint? Reſpondetur, quod lapis lunaris & ſolaris ſunt idem in eſſentia, quia ex ſuo Mercurio perficitur uterque. Eſt etiam una via in modo agendi: quia per eaſdem operationes & eodem modo & ordine operatur. Eſt igitur una medicina ſecundum omnes philoſophos, differunt tamen fermentatione. Idem, p. 250.

Hi modi

Hi modi operationis lapidis noſtri ſunt, 1. *Sublimatio*, 2. *Deſcenſio*, 3 *Diſtillatio*, 4. *Calcinatio*, 5. *Solutio*, 6. *Congelatio*, 7. *Fixio*, 8. *iteratio*, id eſt, *Sublimatio*, 9. *ceratio*. Idem, p. 256.

Convertere elementa eſt humidum facere ſiccum, fugiens fixum, forte, pugnans contra ignem: nam calidum cum frigido fit mixtum temperatum, & humidum cum ſicco fit mixtum, & ſic miſcetur quadraginta diebus, & fit *conceptio* in fundo vaſis, & hoc à parvo igne, qui *ignis lentus* eſt humiditatis conſervativus & fuſionis perfectivus: & *ignis fortis*, eſt humiditatis conſumptivus, & fuſionis turbativus, & non *ſolvitur* niſi cum congelatione ſpiritus, nec *congelatur* ſpiritus, niſi cum ſolutione corporis. Nam cum ſimul conjunguntur, agit uterque in alterum, & non *ſubtiliatur* terra niſi ab aqua., nec aqua *inſpiſſatur* niſi à terra: anima fugit ignem, & terra patitur. Daſtinus, pag. 31 32. *Daſtinus.*

Calcinatio eſt privatio humidatum, *diſſolutio* eſt Artis principium, *præparatio* eſt ademptio ſuperfluorum ac retentio neceſſariorum, & *ſublimatio* eſt rei ſiccæ cum vaſis adhærentia ſurſum medio ignis elevatio, & ex his fiet corpus ſpiritus, & è contra, & fixum volatile, & durum molle, & è contrà: & ſic corporeum fit incorporeum, & è contra. Nam terra in aquam vertitur & aqua in terram, & aër in ignem, & non fiunt ſine calore & humiditate. Turba, pag. 44. *Turba.*

Dividitur lapis in ſeptem partes, quæ ſunt *Conjunctio*, *Diſſolutio*, *Putrefactio*, *Diſtillatio*, *Congelatio*, *Fixio*, *Projectio*. Liber trium verb. pag. 48. *Lib. 3. verb.*

Opus dividitur in ſeptem partes, *Solutionem*, *Diſtillationem*, *Coagulationem*, *Sublimationem*, *Calcinationem*, *Dealbificationē* & *Rubificationem:* quæ prima pars fit, videlicet *ſolutio*, in calido & humido propter debilitatem, ut ſic ex hoc fiat *reſolutio*, quæ dicitur *diſſolutio*, *putrefactio* & *digeſtio*, & ſic multum ignem temperabis, ut anima per ſpiritum poſſit trahi à ſuo corpore, medio hujus digeſtionis, & hæc dicitur *clavis artis*. Et fit materia *nigra* quæ dicitur *caput corvi*, & fit *commixtio* terræ cum aqua, & è contra, per minima, donec unum fiant cum hujusmodi igne temperato. Et ideo in *ſolutione* fit *ignis lenis*, in ſublimatione *mediocris*, in congelatione *temperatus*, in dealbatione *continuus*, in rubificatione *fortis*. Adverte, quod licet plures modos operandi Philoſophi poſuerint, tamen illud fecerunt ad excæcandos animos ignorantium: quia non eſt niſi *una medicina*, *unum vas*, *unum regimen*, *una diſpoſitio ad album & rubeum* ſucceſſive faciendum. *Album* tribus completur, in quibus non eſt ignis: ſed rubeum ex quatuor, quibus fit vera tinctura. Benedictus, p. 56. 57. 58. 59. *Benedictus.*

Quatuor ſunt regimina lapidis, *Solvere*, *Coagulare*, *Cõſolidare* & *Fixare*. Scotus, p. 61. 62. *Scotus.*

Sublimatio noſtra non intelligitur ut vulgares intelligunt, ſed eſt de re baſſa & corrupta rem altam facere. Idem, p. 63,

Ripleus. *Calcinatio* eſt purgatio noſtri lapidis, eum reſtaurans proprio ſuo naturali calore inducens *ſolutionem* noſtro lapidi imprimis neceſſariam. Ripleus, p. 72.

Saturninus. Ignis *ſolutionis* & *putrefactionis* debet eſſe tam debilis, ut nihil aſcendat de natura ſublimanda, & ſic prodeſt ignis *levis*, qui Mercurio dat ingreſſum in corpus mundum, & ex *fortí* igne perditur totum. *Secundus* ignis lapidem temperat & nutrit ſuaviter. *Tertius* ignis facit alterationem lapidis, & facit apparere & exire colores, & dicitur *ignis deſiccationis* & *calcinationis*. *Quartus* ignis imponit finem operi, fixando ſpiritum cum corpore, ſic ut totum ſit rubeum. Color primus eſt *niger*, & generatur ex primo igne. Et poſt nigredinem *variĕ* patent *colores*, & ſæpe deſiccatur, & ſæpe liqueſcit ante ſui perfectionem: quæ perfectio ex igne & Mercurio procedit cum multa patientia. Saturninus, pag. 71.

Evalerandus. *Inhumatio, Putrefactio, Diſtillatio, Decoctio, Digeſtio, Deſcenſio, Sublimatio, Elementorum ſeparatio, Diſſolutio, Congelatio, Ceratio, Fixatio, Dealbatio, Rubificatio, Calcinatio, Mortificatio*; hæc omnia opera facere eſt unum opus, ſcilicet *coquere Lapidem*: & in eodem vaſe hæc omnia opera fiunt, & in eodem igne & furno. Evalerandus, p. 113.

Aureola. Non eſt laborandum in diaphanitate Mercurii, hoc eſt, ipſum reducere in aquam claram transparentem, ut multi coqui faciunt. Quia ſi Mercurius fuerit reductus in hanc aquam, operi noſtro inreſtrinctibilis erit, nec fixabitur, nec congelabitur. Aureola ſeptima, pag. 196.

Marg. nov. Quicquid dixerint Philoſophi in libris ſuis, *Decoque, aſſa, funde, deſcende, reitera*, &c. non eſt niſi *una operatio* in igne. Pythagoras in Marg. novell. p. 38.

Richard. Ars incipit ubi Natura deficit, ſubtilem naturam in re incluſam detegendo, & ipſam manifeſtando. Unde dicunt Philoſophi: *Natura generat metalla, tincturas generare nequit: quamvis bene tincturam in ſe plenam occultè contineat.* Natura continet in ſe quibus indiget, & non perficitur niſi moveatur arte & operatione. Richardus, cap. 1.

Bella ripa. *Sublimate* corpora non ſublimatione vulgari, quam intendunt ignorantes, credentes quod ſublimare ſit corpus aſcendere ſuperius. Sed *ſublimare Philoſophorum* eſt de re baſſa & corrupta altam facere & magnam: id eſt, terram nigram transmutare in albam, & tunc corpora ſunt ſublimata, id eſt ſubtiliata, & in alteram naturam converſa; id eſt, de nigredine in albedinem, Bella ripa.

Noſtra

Noſtra *ſublimatio* non eſt aliud niſi ſubtiliatio, eo quod in ſublimatione iſius lapidis ſuperfluitates removentur, partes verò nõ fixæ elevantur per fumum & ventum à partibus fixis: ſed volumus quod hæc duo fixentur & præſtent facilem fuſionem. Ideo qui perfecte ſublimat, ſubtiliat, totumque opus perficit. Idem.

Si Sol & Luna eſſent plus quam perfecta, vel in duplo, vel in quadruplo, centuplo, vel ultra; perficerent imperfecta. Roger. Bacho. *Rogerius Bacho.*
Bacho, pa. 53.

Soluti o & *congulatio* ſunt in una operatione, & unum factum meruerunt, & hoc ante compoſitionem: ſed poſt compoſitionem ipſarum, opus erit diverſum. Sed hæc *ſolutio* & *congelatio* quas nominavi, ſunt ſolutio corporis & congelatio ſpiritus, & ſunt duo, & habent unam operationem, quia ſpiritus non congelatur, niſi cum ſolutione corporis: & ſimiliter corpus non ſolvitur, niſi cum congelatione ſpiritus, & corpus & anima quando conjunguntur ſimul, agit uterque eorum in ſuum ſocium factum ſibi ſimilem. Calid. cap. 1. *Calid.*

Niſi converteris corpora in ſubtilitatem ut ſint ſubtilia & tactu impalpabilia, non dirigetur vobis quod qnæritis: & ſi *trita* non fuerint, revertimini ad operationem quousque terantur & fiant *ſubtilia*. Quod ſi hoc feceritis, vobis quod cupitis dirigetur. Idem.

Compoſitio nominatur à multis poſt ſolutionem & congelationem. Idem.

De nutritione lapidis phyſici.

CAPUT VII.

HUmecta mundum infimum *rore Majali*, donec ferat albos, luteos ac rubros flores: aut nutri Regem *ſuo ipſius lacte*, donec adoleverit, aut, perfundatur terra clara ac munda aqua Paradiſi atque ea aqua rurſus aſcendet in cœlum, atque iterum deſcendet, terram irrorabit & fertilis fiet. Iſaacus Holl. lib. 1. cap. 13. *Iſaacus.*

Corpora non nutriuntur, ſed ſolummodo *germen* ipſorum in ſe ipſis cum decoctione ignis varie recto. Nam & corpora non ſunt niſi eorum ipſorum germinis pabula, quoniam hoc certum eſt, quod corpora mutantur, alterantur & reducuntur ad naturam germinis ſpermaticalis: ipſum *germen* augmentatur coagulando, & nutritur ſeipſum dilatando ſicut puer in lacte matris, ita quoque corpora tanquã fercula ejus reſolvuntur, & in ipſum convertuntur; ſicut quoq; *diſſolutio* corporum tunc fit cum corpora diſſolvuntur. *Coagulatio* unius naturæ non fit absque *diſſolutione* alterius, nec è converſo, & forma advenientis non poteſt fieri absque corruptione formæ præexiſtentis. Forma quidem corporum propter formam ſpirituum advenientẽ, & tota ſubſtantia corporum *Lullius.*

porum cedit in alimentum & formam ſubſtantialem: ſicque omnis *ſolutio mortificatio* eſt, ſicut omnis *congelatio vivificatio* eſt, & cauſa vitæ propinquiſſima. Lullius in Codicillo, p.69.

Cum *nigrũ* imbibitur cum *aqua* poſt ſeparationem per filtrũ, albeſcit materia nigra ſuper prophyde: ſed ſtatim cũ materia conteritur, albedo occultatur in materia, & ſic facit donec virtus aquæ vincat virtutem terræ. Attamen antequam ad terminum ejus verum in colore terræ pervenerit, multi & quaſi infiniti *colores* apparebunt, de quibus certiſſimè neſciret aliquis dare intelligentiam. Facit enim in decoctione ſua multas *glandulоſitates* ſive *gibboſitates*, ad modum ampullarum, in quibus apparent omnes colores mundi, ita reſplendentes, quod raro quis crederet, niſi qui videt vel expertus eſt. Idem, in ſummaria concluſione teſtam: pag. 66. 67.

Argentum vivum noſtrum ingreditur & commiſcetur actualiter alteri vulgari, deſiccando ſuam humiditatem phlegmaticam, & tollendo frigiditatem ex corpore, denigans tanquam carbonem, quod poſtea in *pulverem* convertit. Idem in Clavicula, cap. 1.

Ripleus. *Cibatio* vocatur nutritio noſtræ materiæ ſiccæ, lacte & cibo datis utrisque moderatè, donec reducatur ad *tertium ordinem*. Ripleus, p.82.

Deſiderabile. *Nutrias in igne* ſicut puer nutritur in ventre matris; nam ibi ſunt quatuor elementa, videlicet duo ſicca, *ignis* & *terra*; & duo mollia, *aer* & *aqua*, & ut ad ignem ſe compatiantur ſuaviter eſt procedendum. Et aqua Mercurii cocta ſic, dicitur *oleum*, id eſt, ungventum, quo noſtrum completur perfectè magiſterium. Et *aqua* dicitur quando abluit, & poſtea *oleum* quando tingit, & *aqua* dicitur *ſpiritus*, & *anima* dicitur *tinctura*, quæ in ſpiritu eſt: & ideo ſeminatur anima in terram * foliatam, quæ retinebit eam. Pulvis niger ſuam ingreditur aquam. Deſiderabile, pag. 23. 25.

* *Vogelius p. 151. Mſ. p. 80. Arnald. Roſ. c. 16. 12. Ariſt. p. 167. Roſ. 230. volunt eſſe materiam dealbatam, vel rubificatam.*

Lapis ſolo *igne* nutritur. Idem, p.37. *Ignis* eſt *Mercurius* apud omnes Philoſophos.

Cape *unciam unam ſulphuris noſtri*, impone cum *unciis quatuor Mercurij purgati* cum ſale & aceto in vaſe vitreo hermeticè claſuſo: demum in furno ſecreto colloca, & ignis ponatur, ac coque jugiter cum patientia & ſine feſtinatione, donec *cinis* fiat, quia unum cum altero coagulatur, videlicet terra cum aqua, & cave ne ignis violentia ſpiritus fugiant. Unde totum hoc magiſterium non eſt aliud quam *ſolvere* perfectè lapidem & illum *coagulare*: & fuge in iis feſtinationem, ita quod fiat hoc exaſſuefactione ſui ignis. Idem, p. 68.

Aqua & *ignis* ſufficiunt in dealbatione. Idem, p. 69

Nigredo

Nigredo abluitur mediante *albo fugiente*, qui coagulatur cum non fugiente, & fit unum bibendo septies *aquam* suam. Idem, pag.74.

In *aqua* totum consistit ad *terram* irrigandam ne arida maneat. Accipe lapidem, & tere cum *lacte*, & erit albificatus. Multiplicatur, (id est, *nutritur*) si pars aliqua *roris Madij* ponatur cum ea in vase nutrimenti. Idem, pag.78.79.90.

Aqua nostra abluit sordes de *terra nostra*. Idem, p.93.

Lapis noster non vegetat, nec vegetabiliter nutritur, sed potius contingit in eo *multiplicatio* per *appositionem similis naturæ sibi*. Simile enim assumit sibi simile appositivè: & quanto magis assumit de eo & multiplicatur, tanto quantitate ponderosior, & in qualitate activior & perfectior inde fit & consurgit. Idem, p.158.159.

In hoc opere in prima ejus compositione nihil extraneum suæ naturæ intrat: sic nec ipsum multiplicat quod non est de ejus dispositione prima. Ex multo fœmineo semine, scilicet *Mercurio* unitivè ac sensibiliter compositivè sibi apposito nutritur hic lapis, mediante tamen *digestione*. Simile enim assumit sibi simile compositivè & non vegetabiliter multiplicandum. Nihil enim præfatum lapidem nutrit & multiplicat sub generatione formæ ejusdem, nisi *semen* quod nutrit ipsum ex commistione. Idem, pag 192.193. & Aureola quinta, pag.193.

Maxima industria est de *corpore* facere *spiritum*, & è converso. Sed verum est, quod si *summa Volatilis* superet *summam fixi*, finaliter in corpus spirituale vel album vel rubrum revertetur. Rosarius minor, cap.8. *Rosarius minor.*

Verte *aquam* super *terram suam* quousque congeletur desum, tunc citius à natura in naturam convertitur, & in unoquoq; gradu suarum operationum novam assumit naturam: reddatur *cineri* secundum ternariam *aqua sua*, & *tere* & *coque*, nec te tædeat hoc reiterare. Nam terra non germinat absque frequenti irrigatione, nec suscipit irrigationem absque præmissa desiccatione. Ergo omni vice post desiccationem *superfundatur aqua* temperate, nec multum, nec parum. Quod si multum fuerit, fiet *pelagus conturbationis*: si vero parum, *comburetur in favillam*. Tantum igitur assando decoquas, quantum dissolutio adjecit: & imbibendo dissolvas, quantum assando deficit. Semper autem cavendum est, ne ignis asperitas *adustionem* generet: nec ab opere cessandum, donec totum ad ima lapidis formam assumat. Ideo si calorem bene mensuraveris, *aqua* & *ignis* tibi sufficiunt: nam corpus abluunt, mundant & nutriunt, & ejus obscuritatem auferunt. Dausticus, pag.25. *Dausticus.*

Mortificatur Mercurius per vaporem *sulphuris* sublimati & *Correctio fautorum.*

præpa

præparati, & coagulatur ad duritiem & formam metallinam. Correctio fat. cap. 18 p. 19.

Clangor. *Terra* dicitur mater elementorum, quia portat filium in ventre suo: hoc est dicere, quod oportet eum nutrire ex *pura prima substantia*: & filius dicitur *corpus*, aut *terra foliata*, id est, spiritus & corpus mortuum. Clangor, p. 36.

Accipe *terram nigram tritam*, & imbibe ipsam cum *Mercurio*, & pone in cineres calidos ad exsiccandum: & hoc fac secundo, scilicet imbibendo & exsiccando, & tertio & quarto, donec terra ipsa sit satis *albæ* & *fixæ albedine*. Idem, p. 45.

Azoth, id est aqua Mercurialis, & *ignis* Latonem abluunt & mundificant: id est, terram nigram, & ejus obscuritatem auferunt. Præparatio enim *terræ* semper est cum *aqua*. Ideo qualis erit limpitudo aquæ, talis erit limpitudo terræ, & hoc fiat in dealbatione terræ, & ejus ablutione. Idem, ibidem.

In impositione imbibitionis *terræ nigræ* cum *Mercurio*, debet præcaveri de fractione vitri, & hoc fit super cineres calidos: tempusque cujuslibet imbibitionis ad exsiccandum, est viginti vel triginta dies naturales. Idem, p. 46.

Terræ exsiccatæ pone de *Mercurio* sextam vel septimam ejus partem in vitro sigillato, & super lento calore in cineribus exsicca & congela, & *quater* ad minus reitera, & quantumcunque pluries hæc terra soluta fuerit & congelata, erit penetrabilior & subtilior in natura sua. Idem, p. 48.

Aqua est spiritus, corpus purgans, subtilians & dealbans. Idē, pag. 51.

Funde ergo *aquam* super *terram suam*, & permisce conterendo statim, paulatim imbibendo, hebdomadatim decoquendo, & postea leniter calcinando, quousq; terra bibat de sua *aqua quinquagesimam sui partem*. Scias quod terram oporteat nutriri, primò modicè *aqua sua*, & postea *majori*, sicut est videre de infantis educatione. Idcirco multoties contere terram, & paulatim *imbibe eam* de octo in octo diebus: decoque, & postea mediocriter calcina in igne. Ne tædeat te opus multoties reiterare: quia terra fructum non gerit absque frequenti *irrigatione*. Unde cū aridum fit & multum sitiens, bibit suum humidum & aqueum: & *trituratio* non est bona, donec terra & aqua fiant unum & idem corpus. Ergo non suspendas manum tuam à *trituratione* & *assatione*, donec terra sit *sicca* & *alba*: quæ albedo generatur ex tali frequenti & sicca trituratione & assatione. Caveas tamen ne imbibas terram nisi paulatim, & cum longa contritione, post siccationem terræ: tantum decoque assando, quantum dissolutio exposcit imbibendo. Avicenna, cap. 5. p. 83. 84.

A corpore

A corpore mortem expelle frequenti *irrigatione*, sed quantum in humido solveris, tantum assando desicces. Scala philos. pag. 125. *Scala.*

Aqua est purgativum, & causa efficiens claritatem totius corporis & medicinæ. Duo operatur in terra, nam *lavat* eam & *tingit*. In quantum lavat, dicitur *aqua*: in quantum tingit, *aer*. Ludus pueror. p. 141. *Ludus puer.*

Putrefactio nostra non est sordida nec immunda, sed est commixtio *aquæ* cum *terra*, & terræ cum aqua per minima, donec totum corpus fiat unum. Nisi enim aqua desiccaretur cum terra, non apparerent colores. Idem, p. 143.

Reductio est tertius gradus nostri lapidis & operis: fit per *terræ contritionem*, & *aquæ* super ipsam *inceration*em. *Inceratio* autem aquæ, est partes terræ per calcinationem privatas humiditate, in humiditatem reducere, & ad modum terræ facere. Nam corpus siccum & mundum, est congruum ad potandum: quoniã omne siccum appetit suum humidum. Liga ergo mulieri ablactanti manus post tergum, ut non possit affligere filium: appone super manus ejus bufonem, ut ablactet eam donec moriatur, & fuerit mulier mortua in igne, erit *bufo* grossus de *lacte*. Pone ergo in vase suo terram superius calcinatam, & superfunde aquam rectificatam: coque lento igne per hebdomadam, & postea suaviter calcina decoctam materiam. Huic superfunde aliam aquam, ut prius, leviter coque per hebdomadam, leviter calcina, iterum repone cum nova aqua ad coquendum. Sic jugiter facito, donec terra exhauserit *decuplum* sui *de aqua*. Terra enim fructum non gerit sine frequenti *irrigatione*. Multoties *irrigare*, *assare*, *inhumare*, hujus negotii effectum summum constituit. Oportet autem terram nutriri primo *parvo lacte*, postea *majori*: & ideo abluc terrã, contere & coque eam, donec de sua biberit aqua quantum bibere possit, vel donec ipsa terra fuerit sicut *pasta* adhærens cum aqua. Ad hoc autem faciendum *Ignis* & *AZot* tibi sufficiunt. Coquito siccum terræ nigræ cum humido aquæ suæ, donec siccum habeat humidum; & totum habebis magisterium, quia cum aqua fuerit inspissata & coagulata, erit terra fœtu imprægnata, & ad pariendum prompta. Aristoteles, pag 165. 166. *Aristoteles.*

Sume corpus primi operis nostri, cum *cauda draconis*, id est, *lacte virginis*, additis Mercurii novi septem partibus super materiam remanentem, secundum pondus pulverum. Aquinas, cap. 7. *Aquinas.*

Compositum per divinam aquam irrigatum non sinit frangi corpora: quin potius umbram eis adimit argenti spuma Magnesiæ immixta, corpusque dealbat, cæteraque generis ejusdem. Nicol. Flamel. pag. 180 181. *Nic. Flamel.*

Quem-

Quemadmodum infans lacte, sic *aquis* Ars nutritur. Videte quomodo irrigetis terras vestras, & quomodo nutriatis semina vestra, ut maturum fructum colligatis. Idem, p. 186. 187.

Rosarium.

Diversæ naturæ lapidem nostrum non emendant: nec intrat in eum quod non sit ortum ex eo. Quoniam si aliquid extranei sibi apponatur, statim corrumpitur, & non fit ex eo quod quæritur. Hoc magisterium nihil aliud est quàm *coquere Mercurium & sulphur*, donec unum fiat argentum vivum, quod defendit sulphur à combustione, si fuerit vas benè clausum, ita quod Mercurius non possit evanescere, nec sulphur possit comburi. Rosarium, pag. 173.

Aqua est illâ res quæ dealbat & rubere facit, aqua est quæ occidit & vivificat, aqua est quæ dissolvit & congelat, aqua est quæ putrescit, & postea facit germinare novas & diversas res. Totum ergo intentum tuum sit in *decoctione aquæ*; & ne tædeat te; si vis habere fructum; & non cures de aliis rebus vanis; nisi de sola *aqua*. Coque ipsam paulatim putrefaciendo, donec mutetur de colore ad colorem perfectum. Natura facit suam operationem paulatim, tu quoque sic facito. Idem, pag. 174.

Cum *aqua* putrificatur seu purificatur à sua nigredine, abluitur, & album reddit ipsum, postea rubrum. Idem, pag. 177. 178.

Terra nigra solvitur in *aquam* in colore olei, & tunc vocatur *oleum Philosophorum*: natus est draco in nigredine, & pascitur Mercurio suo, & interficit seipsum, & submergitur in eo: itaque aliquantulum dealbatur, & istud est elixir. *Aqua mundatur* totaliter à *nigredine*, & remanet in colore *lactis*, & multi colores apparent in nigredine. Idem, pag. 182.

Hæc terra cum *aqua* sua putrescit & mundificatur, quæ cum mundificata fuerit, auxilio Dei totum opus dirigitur. Idem, pag. 195. 207.

Aqua cum miscetur æri ipsum interius dealbat: Hæc dealbatio dicitur à quibusdam *impregnatio*, quia terra dealbatur. Dominante namque *aqua* terra crescit, & multiplicatur, & augmentatio novæ prolis inde generatur. Recipe quod ad fundum vasis descendit, & ablue istud cum igne calido, quousque auferatur ejus nigredo, & recedat ejusdem spissitudo, & fac ab eo evolare additiones humiditatum, donec deveniat calx nimis alba, in qua non erit macula. Tunc enim terra ad recipiendam animam est habilis & parata. Jungite siccum humido, id est, *terram nigram* cum *aqua sua*, & coquite donec dealbetur. Illa albedo dicitur *aer*. Idem, p. 206. 207.

Terra sicca non multum fructum facit, nisi *aqua pluvialis* desursum

desursum humectetur sæpius, & sine *aqua* vix aut nunquam. Idem, pag. 209.

Infunde primo *aquam* per vices conterendo, & post leviter calcinando, quousque ipsa terra biberit de *sua aqua quinquagesimam partem sui*: sciens quod oportet primo Terram nutriri *modica aqua*, & post *majori*, sicut est videre in infantis educatione. Idcirco multum *conterè terram*, patulatim imbibendo *cum aqua*, de *octo* in *octo* diebus: quia terram facit albam. Caveas tamen ne imbibas terram nisi paulatim & paulatim, cum longa trituratione, *supple*, post exsiccationem terræ. Deinde est pondus in hoc ubique notandum, ne scilicet nimia siccitas aut humor superfluus administrando corrumpant: ut videlicet tantum assando decoquas, quantum dissolutio adjecit: & imbibendo dissolvas, quantum assando defecit. Ideo omni vice post calcinationem terræ, superfunde aquam temperatè, neque multum, neque parum. Quia si multum fuerit, fiet *pelagus conturbationis*: si verò parum, *comburitur in favillam*; quare suaviter & non festinè de octo in octo diebus terram irrigabis, decoques in fimo, & calcinabis donec aquæ biberit *quinquagesimam* sui partem. Et nota quod post imbibitionem debet *inhumari per septem* dies. Itera ergo opus multis vicibus, quanquam sit longum. Quoniam non videbis tincturam, neque proficuum perfectum, donec sit completum. Idcirco si terra non fuerit alba, tere eam cum aqua, & postea calcina iterato: quoniam *Azoth* & *Ignis* Latonem abluunt, & obscuritatē ab eo auferunt; nam præparatio semper fit cum *aqua*. Ideo qualis limpida aqua, talis limpida terra: & quanto magis fuerit abluta, tanto magis alba. Idem, p. 238. 239.

Ignis & *aqua* Latonem abluunt, & ejus nigredinem abstergunt. Idem, p. 248.

Terra cum *aqua* sua commiscetur, & aqua paulatim propter temperatam decoctionem diminuitur; & terra crescit: tunc dicitur *cerasio perfecta*. quia terra cum aqua ceratur, imbibitur, & temperata decoctione solis, id est, caloris, desiccatur & in terram vertitur tota natura. Idem, p. 257,

Nisi subtiliaveris corpus quousque fiat totum *aqua*, non rubiginabitur, nec putrefiet, & non poterit congelare animas fugaces; cum tetigerit eas ignis: quia ignis est qui eas congelat cum auxilio ipsius ad ipsas: & similiter præceperunt Philosophi solvere corpora, & solvimus ut adhæreat caliditas eorum profunditatibus. Postea reddimus ad solvendum ipsa corpora, & ad congelandum post ejus solutionem, cum re quæ ei appropinquavit, quousque conjungamus omnia commixta bona & idonea commixtione, quæ est quantitas temperata. Calid. cap. 5. *Calid.*

Accipe canem masculum Corascenen, & canieulam Armeniæ & junge simul, & parient canem coloris cœli, & imbibe ipsum una siti ex *aqua maris*: quia ipse custodiet tuum amicum. Scias, quod hoc officium est unus lapis, super quem non intrat Garib, id est, *aliquid aliud*. Idem, cap,8. 9.

Accipe Lapidem honoratum,& pone eum in cucurbita,& cooperi cum alembico,& claude eum benè cum luto sapientiæ, & dimitte exsiccari: quod sic facies, quotiescunque claudes cum luto sapientiæ. Postea pone in stercore calidissimo, donec exiccabitur *humiditas*, & poteris *siccitas* super eum. Idem,cap.15.

Monachus. Fac ignem levem, donec facta sit patientia inter *aquam & ignem*, donecque spiritus & corpus unum fiant. Monachus, pagin.14.

Draco natus in nigredine, suo *Mercurio* pascitur, & in eo submergitur, & ab eo aliquantulum dealbatur. Idem, p.15.

Continua ignem levem, ut corpus solutum in pulverem nigrũ *suam* ingrediatur aquam. Idem, p.17.

Desiderabile. Adverte ut *aquam* temperatè ponas: quod si abundet, fiet *pelagus*, & si desit, fiet *combustio*. Desiderab. p.26.

Arnald. Accipe Lapidem, & tere cum *lacte albo*, & erit album: vel vile cum caro, & erit albificatum. Arnald. de secret. Naturæ. pag. 36.

Dastinus. *Ignis* est *terra nigra* in fundo cucurbitæ, qui ignis cum suam biberit *aquam* adurentem, denigratus manet quadraginta noctibus. Dastinus, pag.30.

Dominus vobiscum. *Ignis & Azoc*] *Azoc* idem est quod *Mercurius*. *Ignis* est instrumentum decoquens *Mercurium*, & intrat per cavernas terræ in sulphure,quod sulphur coquit Mercurium. Dominus vobiscum, p. 50.

Benedictus. Commixtio *aquæ* cum *terra* fit, & contra,per minima,donec unum fiat, cum igne temperato. Benedictus,p.56.

Saturnin. Adverte quod in *coagulatione* calor non potest esse nimis levis: & consulo ut semper levem ignem habeas, licet tardet perfectionem, & quod sit continuus. Saturninus, pag.73.

Trevisanus. Sicut in hoc opere in prima ejus compositione nihil extraneum suæ naturæ intrat: sic nec ipsum aliquid multiplicat quod non est de ejus prima dispositione:nec comedit hoc opus,eo quod non vegetat. Et licet in præfato Lapide Philosophorum, sit corpus & anima seu spiritus; non tamen est vegetabiliter animatus, sicut sunt arbores & plantæ, nec vegetabiliter nutritur: sed potius contingit in eum *multiplicatio per appositionem similis naturæ sibi*, & non per *vegetationem*. Simile enim assumit sibi simile appositivè: & quantò sibi magis assumit de eo & multiplicatur, tantò quantitate ponderosior, & qualitate activior & perfectior

fectior inde fit & consurgit. Unde nec hunc nostrum Lapidem flamma ignis multiplicat, tanquam debitum sibi nutrimentum: quoniam non est de prima compositione ejus, sed extrinsecè accidenti, calefaciens ipsum. Qui igitur sic eum, scilicet *Lapidem*, nutriet & multiplicabit, non errabit; quoniam id quod multiplicat ipsum, in eandemmet speciem convertitur. Trevisanus ad Thomam, pag. 157.158.159.

Cum esuris & vides cibaria, ignoras quantum ex eis tibi sufficiat: comedendo, illico sentis virtute tui *stomachi* quantum tibi convenit. Fac ergo similiter in tuo magisterio. Ægidius, pag. 27. *Ægidius.*

Crede mihi, omnis perit tuus labor, nisi terra tua revivificetur *aqua, congelationem* veram nunquam videbis. Idem, pagin 81.

Qui studiosus es Artis, consectarium hoc habe: Oportere te primum conjungere argentum vivum Mercurio. Hæc cum perveniunt ad *coctionis* gradum, materia fiunt quæ aurum solvit, quod non simpliciter cum eis amalgamatur, ut aurifabris notum est, quę amalgamatio parum prodest Arti. Secundò verò junges aurum vel Lunam, & coques simili arte. Libavius in defensione Alchymiæ, pag. 508. *Libavius.*

Ad dealbationem cooperatur *aqua*, quæ cum ipsa terra continuè imbibitur & calore exhalat; imò potius cum terra incorporatur & desiccatur. Ideo sæpè tere eam cum aqua sua, & itetatò calcina, quousque *aqua* & *ignis lotione* obscuritas penitùs recedat. Ventura, pag. 153. *Ventura.*

Sicut *aqua* non subitò, sed paulatim à *terra* ascendit, & secum animam trahit: ita etiam non subitò, sed paulatim super terram reducitur: quia non semel *rota* cum terra sua coagulatur & desiccatur, sed *per partes*, ita quod aquæ qualitas magis magisque per tempora diminuatur, quousque tota desiccatur, ut in pulverem convertatur, & hoc fit igne lento. Idem, p. 157.

Reduc *aquam* super *terram* paulatim coquendo, donec terra fiat alba. Idem, p. 159.

Magisterium Philosophorum commixtione alicujus non eget extranei, sed ex *proprio semine metallico* terræ philosophicæ per artem præparatæ immisso, producit Lapidem multiplicabilem & infinitum, si suo *proprio menstruo* & *humore connaturali alatur*, & calore solis Philosophorum, de potentia ad actum excitetur. Theobald. p. 92. *Theobaldus.*

Jubeo ne *simul aquam* fundatis, ne Ysir submergatur: sed *paulatim* infundite, terite, desiccate: & hoc sæpius facite, donec fiat aqua, Turba. Sent. 42. *Turba.*

Intentio Philosophorum invariabilis uno ex ore resonat, vim

consistere totalem *humectatione* in alternata, cum terreitate subsequenda, & sic finis. Eadem, Ænigm. 7.

Exercitatio. Nutrias tale animatum corpus *lacte suo*, id est, aqua sua, ex qua concreatum est opus, sive inceptum à principio: Exercitatio 6. in Turbam.

Philosophi volunt nutrire *granum ex humore* connaturali, donec vegetetur, & fructum afferat talem, qualem ipsum intrinsecus habet, & volunt vivificare illud quod mortuum est à forma metallina, quousque præstet fusionem metallicam perfectam. Et talem vivificationem sive nutrimentum aliqui Philosophorum vocant *ingressum*. Aurora, cap. 20. pag. 231.

Rosinus. *Ablutio* corporis, est reductio *aquæ* super illud tamdiu, quod non remaneat aliquid in eo de anima, quæ est tinctura, quod non ascendat cum spiritu. Rosinus de Divinis interpr. pag. 292.

Bellaripa. Accipe *terram nigram*, & ponatur super laminam vitri, & desuper infunde modicum de *aqua vitæ*, ita quod sit ad modum pastæ. Ponatur in vase vitri super furnum superque cineres, & des sibi ignem primum, & per diem & noctem calidum, quòd non bulliat. Et quando fuerit desiccata, itetum irrora dictam terram *aqua* prædicta *Mercurialis*; deinde desicca & reitera donec terra alba fiat & imprægnata. Bellaripa.

Arisleus. Postquam separasti spiritum & animam à suo corpore, (id est, intelligas essentias aereas) tunc redde *radici* suæ *formam quantitativam* per modum unionis: & certè corpus statim animam suscipit suam, sicut natura naturam. Tunc procede ad regimen ipsius, quousque terra quasi quinta essentia confluxerit, & imbibatur *aqua sua* in tempore suo, donec aquam bibat, & jubeas terram imprægnari. Arisleus.

Calid. Accipe ejus quantitatem, & scias ejus pondus, & adde ei de *humiditate* quantum posset bibere, cujus humiditatis non habemus hîc *pondus* determinatum. Calid cap. 1.

De igne proprio Lapidis physico.

CAP. VIII.

Isaacus. CUm Lapis noster fixabitur, sive cum fermento, sive cum aliquo corpore; tam *pusillum* ei *ignis* adhibendus erit, ut nihil porrsus sursum sublimetur: alioquin fixum non fiet cum fermento aut corpore. Isaacus, lib. 1. cap. 5.

Per pusillum ignem addet, paulò calidiorem quàm Sol æstate media. Idem, cap. 6.

Quicquid agas, nunquam *ignem* augeas, quin prius aliquid eximas ponderis, ac laminæ argenteæ imponas, uti prius dictum est, & quin videas quem calorem ferre possit antequam ascendat.

Ita

Ita facilè in *igni* errare non poteris, eſtque hoc ſecretum majus totius Artis. Idem ibidem, cap. 9.

Et paulò poſt: Quicquid agas, potius *minorem* quàm *majorem ignem* adhibeas, ita falli non poteris. Ac tametſi multo longiori tempore opus erit antequam fixetur: tamen multo eſt certius. *Ignis* negligentia multa opera perduntur. Eo enim orationis Dominicæ ſpatio neglecto, rurſus ſæpius opus incipiendum eſt.

Quoties Lapis colorem mutat, *ignem* paulatim *augebis*, donec omne infra maneat, & ſimul omne fixum ſit. Cave tamen, ne *magnum ignem* ſtruas, donec omne fixum ſit & ad album colorem perductum. Idem, ibid. cap. 35.

Materiam ſemper *igni puſillo* ſublimabis & fixabis, quamvis tempus illud longum ſit. Nam cum *igni puſillo* laboratur, materia melius ſuam humiditatem retinet. Ibid. cap. 43.

Debes admodum *igne puſillo* ſublimare, ut ſubtilis ſpiritus volatilis primum ex fecibus volare poſſit uſque in ſuperiorem partem vaſis, antequam ſpiritus medius ex fecibus exire incipiat. Ibid. cap. 113.

Vas admodum ſolido luto obtura, quo ſiccato, fornaci fixatorię impone, ac *ignem admodum tepidum* adde, ut *Sol* in *Marte* ſplendet: ac die nocteq; in hoc calore retine, donec materiam tuam nigreſcere videas inſtar picis, etiamnum magis. Tum *ignem* tuum exiguum gradum *auge*; ac tam *multum*, ita ut paulò calidior eſſe quàm ante percipiatur. Ac retine ignem in eo calore, donec videbis alium colorem, qui ſubrufe cineritius eſt, quaſi eſſent cineres. Tum *ignem* tuum etiamnum *paululum auge*, ac non *nimium*, ita ut *Sol* in *Aprili* ſplendet, atque ignem in eo calore retine, donec ſubviridem colorem cernes, qualis eſt color plumæ pſittaci. Tum adhuc *ignem paululum auge*, donec videbis colorem, qualis eſt cauda pavonis, quæ centum colores habet. Tum *ignem* tuum *auge* eo calore, qualis eſt *Sol* in *Junio*, nec majore, & ignem iſtum non augebis, donec perfectam albedinem videris, ac lapidem album perfectū eſſe. Tum adde *ignē*, donec videbis materiam colorem cineritium adipiſci. Tum *ignē auge* paululum, tantum *gradulum unum*, donec cernes colorem heluum, perinde ac ſi eſſet coagulum quo alutarii coria ſua præparant. Tum *ignem* tuum etiamnum *gradulum unum* auge, ac illud regimen ignis ſerva, donec colorem cernes perinde ac ſi eſſet contritus later, inter rubrum & ruffum. Tum *ignem* tuum auge etiamnum *exiguum gradulum*, donec rurſus videas colorem cineritium, quaſi glauci cineres forent. Ac tum *ignem auge* etiamnum *exiguum gradulum*. Color verò cineritius eſt poſtremus colorum omnium reliquorum ſeſe oſtendens. Ac jam

ignem tuum *non amplius augebis*, priusquam Lapis perfectus sit. Primus color quem post hunc colorem cineritium cernes, erit rubicundus color, quasi esset rosa, ac paulatim color interdum altior fiet, aut paulatim magis magisque rubebit: adeo ut materia tam rubra ac tam alti coloris sit evasura, ut nunquam talis rubedo ullis oculis humanis conspecta fuerit. Tum cum Philosophis exulta: Lapis perfectus est. Idem, p.131.

Libavius. In aludele vase tota materia ista spargatur in ipsius fundo: deinde *ignis augeatur*, donec ipsius pars albissimam nivem praecellens sua albedine, quasi mortua spondilibus vasis adhæreat. Libavius de Azotho, p.92.

Thomas. Crede mihi, quod totum magisterium nostrum fit solum in *regimine ignis* ex capacitate industriæ. Nos enim nihil operamur, sed virtus *ignis bene recti* Lapidem nostrum operatur modico labore, & paucis expensis: puta quod Lapis noster, cum fuerit in suam primam naturam, scilicet in primam aquam vel lac virginis, vel caudam draconis semel solutus, tunc ipse lapis seipsum calcinat, sublimat, destillat, reducit, lavat, congelat, & virtute *ignis proportionati* seipsum perficit in unico vase, sine alterius manuali operatione. Thomas Aquinas ad Fratr. Reynaldum, cap 3.

Greverius. Quoties res requirere videbitur, & infrigida & calefac, & humecta & desiccato terram tuam, nullo planè in hoc errore commisso, etiamsi *ignis* tuus aliquot *diebus* aut *septimanis* non esset *continuus*. Id duntaxat caveas, ne cum semel ignem extinxeris, perpetuò extinctum relinquas. Nam & quoties vasa franguntur, toties materiam tuam infrigidare oportet, ac tandem in aliud vas priori consimile reponere, moxque ad *ignem suum* referre. Greverius, pag. 39.

Alanus. *Ignes* duo reperiuntur tantum in libris Philosophorum, *siccus* unus, alter *humidus*. *Siccus* est ille elementalis; *humidus* est Mercurius. Unde Turba: *Argentum vivum nostrum est ignis, quod corpora comburendi ac occidendi majorem alio quovis igne, vel elementali etiam ipso, vim obtineat.* Mercurius dicitur etiam *fimus equinus*. Alanus, p.58.

Pontanus. *Ignis* noster *mineralis* est, *aqualis* est, *continuus* est, non vaporat, nisi nimium excitetur, de sulphure participat, aliunde sumitur quàm à materia, omnia dirui, solvit, congelat & calcinat: & ille *ignis* cum *remisso igne* totum opus perficit, simulque omnes debitas sublimationes facit. Pontanus, p.75.

Ripleus. *Ignis contra naturam* debet excruciare corpora: ipse est Draco violenter comburens, ut ignis Inferni. Ripleus, p.78.

Daustricus. In solutione, *ignis* semper erit *lenis*, in sublimatione *mediocris*, in coagulatione *temperatus*, in dealbatione *continuus*, & in rubificatione *fortis*. Daustricus, p.12.

Ignis

Ignis sit lentus usque ad albedinem. Idem, p.26.

Ignis primi gradus seu *regiminis* debet esse sicut gallinæ cubantis super ova sua ad pullos procreandos, aut sicut calor naturalis digerens cibum & nutriens corpus, aut ut calor fimi, aut *Sole* in *Ariete*. Ideo dixerunt quidam, quod debemus incipere *Sole* existente in *Ariete*, & *Luna* in *Tauro* commorante. Iste gradus durabit ad albedinem usque, qua apparente *augeatur ignis gradum* usque ad perfectam Lapidis exsiccationem seu incinerationem: & iste calor assimilatur calori *Solis* in *Tauro* ad *Geminos*. Desiccato verò Lapide & incinerato, iterum *fortificatur ignis*, donec Lapis perfectissimè rubeat, & regali veste induatur ab igne: & iste calor assimilatur calori *Solis* in *Leone*. Scala Philosoph. pag. 107. *Scala.*

Ignis sit *blandus* & *æqualis*, ita quod nec invalescat, nec debilitetur. Ventura, cap.20. *Ventura.*

Mercurius est *ignis*. Unde Philosophus, *Scitote ergo quod Mercurius est ignis corpora comburens magis quam ignis*, Rosarium, pag.172. *Rosarium.*

Jubeo omnes investigatores hujus artis, in principio facere *ignem levem*, donec facta sit patientia iter aquam & ignem; & postquam videris aquam fixam sine ascensione aliqua, non cures qualis sit *ignis*, sed bonum est regere cum patientia, donec spiritus, & corpus unum fiant, ita quod corpora fiant incorporea, & incorporea corporea. Idem, pag.174.

Ignis vocatur omne illud quod non fugit ignem, & quod in igne non marcescit nec consumitur. Idem. pag.179.

Solus *calor temperatus* est humiditatis inspissativus, & mixtionis perfectivus, & non superexcedens. Nam generationes & procreationes rerum naturalium habent solùm fieri per *temperatissimum calorem* & *æqualem*, uti est fimus equinus, humidus & calidus. Idem, p.181.

In solutione, *ignis* erit semper *levis*, in sublimatione *mediocris*, in coagulatione *temperatus*, in dealbatione *continuus*, in rubificatione *fortis*. Si verò istis nescienter erraveris, casum sæpissimè & laborem deflebis. Idem, p.186.

Sit mensura *ignis* caliditas *Solis Julij*, quatenus ex suavi & longa decoctione inspissetur aqua, & fiat terra nigra. Idem, p.201.

Esto longanimis in opere & continuus: quia generatio & corruptio non fit nisi per motum continuum, aerem excluſum, & *calorem temperatum*, sicut ovorum nutrix, donec album sit; & contere *igne*, non manibus. Desiderabile, p.23. *Desiderabile.*

Ignis continuetur in *calore febrili*: quia si *magnus* calor daretur Mercurio, à principio fugeret, propter sui magnam frigiditatem. Et ita oportet coquere Mercurium in tam *lenio calore*, quo- *ominus vobiscum.*

usque ejus frigiditas recedet, *augendus* est *ignis*. Dominus vobiscum, p. 51.60 61. Scoti.

Benedictus. Omni tempore oportet *ignem* esse *levem*, donec aquæ fiat congelatio. Benedictus, p. 57.

Scotus. *Igne temperato* modica quantitas sicca humidum desiccat, & hoc paulatim & non subitò. Et quantò plus Lapis *abluitur*, tantò intentioris fit albedinis. Scotus, p.62

Saturnin. *Ignis primi gradus*, id est, solutionis & putrefactionis, debet esse *debilis*, ut nihil abscendat de natura sublimanda, & sic prodest *ignus levis*, qui argento vivo dat ingressum in corpus mundum, & ex *forti igne* perditur totum. Saturninus, pag 71 Vide caput de *Operationibus*.

Vincentius. *Ignis vehemens* propriè hic dicitur, qui ad modum vehiculi, id est, quadrigæ cursum suum æqualiter continuat, quod facere non potest *ignis flammæ*: sed talis est furni calefacti & clausi præter carbonum extractionem: est enim ibi *calor continuus sine combustione*, & isto igne egemus. Vincentius, pag. 37.

Laurentius. *Ignis triplex* est apud Platonicos, *lucens & urens*, *lucens non urens*, *urens non lucens*. A. Laucentius Histor. A nat libr. 11. quæst. 3.

Libavius. *Calor dealbans* non debet esse *nimius*, aliàs effugit. Nota quod hoc in passu loquitur de primo colore albo, qui fit à nutritione. Libavius, p.117.

Turba. Argentum vivum est *igneum*, omne corpus comburens magis quam ignis, & corpora mortificans: & quodcunque corpus ei commiscetur, teritur & morti datur. Turb. Sent. 47.

Bacho. Quamvis semper loquamur de *igne lento*, revera tamen sentimus quod in operis regimine *paulatim* & *sicissim* usque ad finem *augmentandus* & *majorandus est ignis*. Bacho, cap 4.

De Vase Philosophico ad Lapidem physicum conficiendum.

CAPUT IX.

Greverius. TUUM amalgama impone diligenter in *bociam Vitream*, quæ sit tantæ capacitatis, ut ager tuus seminatus & occatus tertiam duntaxat ejus partem impleat, duabus partibus vacuis relictis. Postea conclude orificium tuæ bociæ cum luto sapientiæ: tunc habebis *oVum Philosophorum*, quod scilicet non est nisi *unum Vas*, *Lapis unus*, *coctio sola*. Greverius, p. 21. 22.

Rarissimum est *Vas* quod ab initio ad finem usque perduret operis. Neque tamen existimes mentitos esse Philosophos, qui dicunt *unico Vase* Magisterium perfici. Cum enim hoc audis dici, protinus de *specie* non de *individuo Vasis* cogita, & sic veritatem assequeris. Idem, p. 39.

Vas pro media parte cineribus obrutum sit, atque ut altera me- *Alanus.*
di tas emineat curabis, idque ut quotidie inspicere possis. Alanus, pag. 56.

Vasa sint *Vitrea, inferius lata, in acutum desinentia*, instar *Vogelius.*
figuræ *Conus* appellatæ, vel etiam *convexa* & *testudineata* absque rostro, instar *alembici cæci*, quorum cameris & lateribus sublimati spiritus adhæreant. *Scutella* inferior sit *terrea*, quæ superius vas aptè intra parietes suos recipiat. Vogelius, p. 89.

Vitrorum debent esse plura discrepantis capacitatis. Nam ini- *Libavius.*
tio quantitas parva est, postea crescit, & tamen nihilominus, si rei naturam spectes, in *una Vitri forma* potest absolvi. Alii *lunata* habent instrumenta & *ovata*: alii formam *aludelis* malunt, ita comparatam ut *collum* angustius & excisum possit inseri in *aliud Vitrum* operculi vicem præstans, quasi duo globi segmēta includeres sibi mutuo. Et hoc vitrum mihi videtur ad frequentes reserationes esse accommadatius. Clauditur enim in medio colli foris circumlita pasta. Sed quocunque utaris vase, id *obstructum* sedulò sit. Libavius de Lapide Phil. p. 110.

Vas Lapidis est *unum*, in quo totum completur magisterium, *Desiderabile.*
spissum, semicubitum longum, subtus & supra *rotundum* & planum, satis amplum, cujus *fundus* sit parvæ curvitatis, & *caput* amplum ut materia ascendat liberius: sit de *Vitro*, ne fumi exeant, & ideo valdè *clausum*, ne Mercurius noster exire possit per ipsum vas Desiderabile, p. 22.

Vas Vitri debet esse *rotundum*, cum *collo longo*, cujus *os* de- *Lib. trium*
bet esse *sigillatum* aliquo cooperculo, & debet esse in *alio Vase* *verbor.*
clausum, ne calor immediatè ingrediatur materiam, & sic *tripleci Vase* coquitur. Liber trium verborum, p. 49.

Hermes dicit: *Vas Philosophorum est aqua eorum.* Ludus *Ludus.*
puerorum, p. 139.

Non egemus nisi *uno Vase*, una fornace, unaque dispositione, *Flamel.*
quod audi post præparationem primi lapidis. Flamellus in Annotat. p. 150.

Vas sit *Vitreum*, firmiter clausum, ventre *rotundum*, *collo* *Ventura.*
longum & strictum ad mensuram dimidii pedis vel circa, unumq; vas sufficit. Hoc vas dicitur *ovum*, *sublimatorium*, *cribrum*, *sphæra*, *sepulchrum*, *carcer*, *leo antiquus*, *leo Viridis*, *urinale*, *cucurbita*, *bocia*, aliisque variis nominibus. Laurentius Ventura, cap. 15.

In opere Magisterii nostri non egemus nisi *unico Vase*, una *Rosarium.*
fornace, unaque dispositione, quod intellige post præparationem primi Lapidis. Rosarium, p. 211.

Notandum est, quod postquam Lapis fuerit purificatus atque perfectè mundatus ab omni re corrumpente, & postea fuerit fer-

que ejus frigiditas recedet, *augendus* est *ignis*. Dominus vobiscum, p. 51.60 61. Scoti.

Benedictus. Omni tempore oportet *ignem* esse *levem*, donec aquæ fiat congelatio. Benedictus, p. 57.

Scotus. *Igne temperato* modica quantitas sicca humidum desiccat, & hoc paulatim & non subitò. Et quantò plus Lapis *abluitur*, tantò intentioris fit albedinis. Scotus, p.62

Saturnin. *Ignis primi gradus*, id est, solutionis & putrefactionis, debet esse *debilis*, ut nihil ascendat de natura sublimanda, & sic prodest *ignis levis*, qui argento vivo dat ingressum in corpus mundum, & ex *forti igne* perditur totum. Saturninus, pag 71. Vide caput de *Operationibus*.

Vincentius. *Ignis vehemens* propriè hic dicitur, qui ad modum vehiculi, id est, quadrigæ cursum suum æqualiter continuat, quod facere non potest *ignis flammæ*: sed talis est furni calefacti & clausi præter carbonum extractionem: est enim ibi *calor continuus sine combustione*, & isto igne egemus. Vincentius, pag. 37.

Laurentius. *Ignis triplex* est apud Platonicos, *lucens & urens*, *lucens non urens*, *urens non lucens*. A. Laucentius Histor. A nat libr. 11. quæst. 3.

Libavius. *Calor dealbans* non debet esse *nimius*, aliàs effugit. Nota quod hoc in passu loquitur de primo colore albo, qui fit à nutritione. Libavius, p.117.

Turba. Argentum vivum est *igneum*, omne corpus comburens magis quàm ignis, & corpora mortificans: & quodcunque corpus ei commiscetur, teritur & morti datur. Turb. Sent. 47.

Bacho. Quamvis semper loquamur de *igne lento*, revera tamen sentimus quod in operis regimine *paulatim* & *sicissim* usque ad finem *augmentandus* & *majorandus est ignis*. Bacho, cap 4.

De Vase Philosophico ad Lapidem physicum conficiendum.

CAPUT IX.

Greverius. TUUM amalgama impone diligenter in *bociam Vitream*, quæ sit tantæ capacitatis, ut ager tuus seminatus & occatus tertiam duntaxat ejus partem impleat, duabus partibus vacuis relictis. Postea conclude orificium tuæ bociæ cum luto sapientiæ: tunc habebis *oVum Philosophorum*, quod scilicet non est nisi *unum Vas*, *Lapis unus*, *coctio sola*. Greverius, p. 21.22.

Rarissimum est *Vas* quod ab initio ad finem usque perduret operis. Neque tamen existimes mentitos esse Philosophos, qui dicunt *unico Vase* Magisterium perfici. Cum enim hoc audis dici, protinus de *specie* non de *individuo Vasis* cogita, & sic veritatem assequeris. Idem, p. 39.

Vas pro media parte cineribus obrutum sit, atque ut altera me- *Alanus.*
di tas emineat curabis, idque ut quotidie inspicere possis. Alanus, pag. 56.

Vasa sint *vitrea, infernus lata, in acutum desinentia*, instar *Vogelius.*
figuræ *Conus* appellatæ, vel etiam *convexa* & *testudineata* absque rostro, instar *alembici cæci*, quorum cameris & lateribus sublimati spiritus adhæreant. *Scutella* inferior sit *terrea*, quæ supernus vas aptè intra parietes suos recipiat. Vogelius, p. 89.

Vitrorum debent esse plura discrepantis capacitatis. Nam ini- *Libavius.*
tio quantitas parva est, postea crescit, & tamen nihilominus, si rei naturam spectes, in *una vitri forma* potest absolvi. Alii *lunata* habent instrumenta & *ovata*: alii formam *aludelis* malunt, ita comparatam ut *collum* angustius & excisum possit inseri in *aliud vitrum* operculi vicem præstans, quasi duo globi segmẽta includeres sibi mutuo. Et hoc vitrum mihi videtur ad frequentes reserationes esse accommadatius. Clauditur enim in medio colli foris circumlita pasta. Sed quocunque utaris vase, id *obstructum* sedulò sit. Libavius de Lapide Phil. p. 110.

Vas Lapidis est *unum*, in quo totum completur magisterium, *Desiderabile.*
spissum, semicubitum longum, subtus & supra *rotundum* & planum, satis amplum, cujus *fundus* sit parvæ curvitatis, & *caput* amplum ut materia ascendat liberius: sit de *vitro*, ne fumi exeant, & ideo valdè *clausum*, ne Mercurius noster exire possit per ipsum vas Desiderabile, p. 22.

Vas vitri debet esse *rotundum*, cum *collo longo*, cujus *os* de- *Lib. trium*
bet esse *sigillatum* aliquo cooperculo, & debet esse in *alio vase* *verbor.*
clausum, ne calor immediatè ingrediatur materiam, & sic *tripleci vase* coquitur. Liber trium verborum, p. 49.

Hermes dicit: *Vas Philosophorum est aqua eorum.* Ludus *Ludus.*
puerorum, p. 139.

Non egemus nisi *uno vase*, una fornace, unaque dispositione, *Flamel.*
quod audi post præparationem primi lapidis. Flamellus in Annotat. p. 150.

Vas sit *vitreum*, firmiter clausum, ventre *rotundum*, *collo* *Ventura.*
longum & strictum ad mensuram dimidii pedis vel circa, unumq; vas sufficit. Hoc vas dicitur *ovum*, *sublimatorium*, *cribrum*, *sphæra*, *sepulchrum*, *carcer*, *leo antiquus*, *leo viridis*, *urinale*, *cucurbita*, *bocia*, aliisque variis nominibus. Laurentius Ventura, cap. 15.

In opere Magisterii nostri non egemus nisi *unico vase*, una *Rosarium.*
fornace, unaque dispositione, quod intellige post præparationem primi Lapidis. Rosarium, p. 211.

Notandum est, quod postquam Lapis fuerit purificatus atque perfectè mundatus ab omni re corrumpente, & postea fuerit fermentatus;

mentatus; non indiget amplius mutare vas, nec ipsum aperire, sed solummodo quod Deus custodiat ipsum ne frangatur. Et propter hoc dixerunt Philosophi: *In uno Vase conficitur totum magisterium*. Idem, p.252.

Dominus vobiscum.

Vas erit *ex Vitro rotundum*, & habeat *collum strictum & longum*, & non reponatur materia quin sint *duæ partes* vacuæ. Dominus vobiscum, p.51.

Scotus.

Pone tuam materiam *in Vase Vitreo rotundo* forti, habente *orificium strictum* & *sigillatum*. Scotus, p.60.

Mulieres Græciæ.

Sume Lapidem notum tibi & tritum: pone in *alembico* non habente nisi unum foramen in summitate, quod cautè *sigilla* & pone in *balneo* lentissimo. Mulieres Græciæ, p.92.

Calid.

Vasa huic magisterio necessaria, scilicet *aludela'*, vocantur à Sapientibus *cæmeteria* seu *cribratoria*, quia in eis dividuntur partes & mundantur, & in eis perficitur, completur & depuratur res magisterii. Calid, cap.2 pag.280.281.

Bacho.

Vas rotundum debet esse cum *parvo collo*, de *Vitro* vel de *terra* aliqua naturam sive compactionem vitri repræsentans, cujus *os* cum tali coopertorio & bitumine debet esse *signatum* vel *sigillatum*. Bacho, cap.5.

De tempore ad opus physicum perficiendum.

CAPUT X.

Thomas.

MATERIA nostra seipsam ad perfectum Elixir perficit, vertendo se in pulverem subtilissimum, qui dicitur *terra mortua*, vel *homo mortuus in sepulchro*, vel *magnesia sitiens*: quod spiritus in eo occultatus est in sepulchro, & anima quasi recessit. Permitte ergo stare tunc à principio, usque ad *viginti sex septimanas*, & grossum tunc factum est gracile, leve ponderosum, asperum molle, & dulce amarum, conversione naturarum, virtute ignis occultè completo. Thomas, cap.5.

Greverius.

Parvi spacio temporis Ars perfici non potest. Ideo artifex sit patiens. Greverius, pag.34.

Ventura.

Pauciores dies præparationis est circuitus & revolutio luminaris majoris. Lapis teneri debet in igne, quousque de una natura in aliam, & de uno colore in alium amplius mutari non possit, sed fiat sicut sangvis rubicundissimus, fluens in igne sicut cera, ita tamen fixus, quod nunquam diminuatur. Ventura, cap.22. pag. 121. 122.

Artifex in operando sit assiduus & longanimis, ne festinet, sed sine ulla cordis rabie, ira vel metu, quietè & pacificè post *tempus debitum* optatos fructus expectet, sicut agricolæ faciunt. Idem, cap.28.

Annum sumimus post nostra expectationę. Nam minoris tem- *Ripleus.*
poris spacio calx nostra non potest confici. Ripleus, p. 73.

Videntes colorem nigrum & fucum & malum post *longum tempus* dimittere, & aliqualem albedinem ad modum cinerei coloris devenire, vocaverūt *incinerationem* seu *dealbationem*. Idem, cap. 112.

Tempus quo totum absolvitur, *non est* apud omnes certo *de-* *Libavius.*
finitum. Quidam id revocaverunt ad *decem menses*, vel *novem*, quibus conceptus in utero perficitur: quanquam & hoc sit inæquale. Alii *triennium*, alii etiam *minus* statuerunt. Sed multæ incidunt inæqualitatis causæ. Itaque *cura temporis exactam descriptionem* jubent agere artificem ad perfectum, & actiones singulas *suis* determinant *indiciis*, ut sciant quid quando sit instituendum. Libavius, pag. 108.

Temporum Variatio accidit propter *quantitatem Medicinæ*, *Monach.*
& secundum *industriam artificis*. Monachus, p. 17.

In purificatione non potest esse *tempus terminatum*, sed in *Scala.*
nonaginta diebus completur opus rubrum. Idem, p. 20.

Quinquaginta diebus primis fit caput corvi & inde in *centum quinquaginta* fiet columba, & 150. aliis fiet rubeus: lento utere igne usq; ad albedinem. Idem, p. 72. & Saturninus etiam.

Medicina non fit *paucis diebus* nec *mensibus*, nec *in brevi*, *Incertus.*
cum *diu* imò *diutius* oporteat illam igne domari & nutriri. Incertus auctor.

In hujus Artis decoctione Philosophi plures terminos posuêre. Quidam intra annum, alii intra *mensem*, alii in *diem unum*, alii in *tres*. Sed sicut nos vocamus *diem*, illud spatium ab ortu solis ad occasum: sic illi dicebant illud spatium inter principium coctionis & finem, *diem unum*. Illi qui dicunt per *mensem* dicunt respectu Solis qui decurrit per *mensem* in uno signo cœli. Qui in *tres dies*, propter principium, medium & finem, qui per annum, propter quatuor colores. Idem.

Cum steterit in Eclipsi per *quinque menses*, tenebrositate re- *Scala.*
cedente & lumine superveniente calor augeatur. Scala Philos. pag. 117. 118.

Totus Naturæ cursus est *duorum annorum* spatium. Unde *Lullius.*
Lapis est *unius anni* & *trium mensium*; quia secundum quod corrumpitur, sic generatur. Lullius in Vade mecum, p. 160.

Tempus perfectionis Elixir est ad minus *unus annus*. Rosa- *Rosarium.*
rium, pag. 179.

Scias quod hæc est *longissima via*. Ergo patientia & mora sunt necessariæ nostro magisterio. Idem, p. 183. 210.

Vobis dico quod sustineatis patienter, quia fortè moratur, & *festinantia* quidem ex parte diaboli est. Ergo qui patientiam non

habet,

habet, ab opere manum ſuſpendat: quia impedit eum feſtinantem credulitas. Idem, p. 247.

In *quadraginta diebus* & *noctibus* completur opus ad album poſt veram purificationem Lapidis; quia in purificatione non poteſt eſſe tempus determinatum, niſi ſecundum quod artifex benè laboret, & in *nonaginta diebus* & *noctibus* completur opus ad rubeum. Et iſti ſunt veri termini ad totam perfectionem. Hoc intellige de coagulatione quæ fit poſt purificationem: quæ purificatio non habet fieri aliter niſi in putrefactione & corruptione corporis in merum ſpiritum. Et cum hoc habueris, lauda Deum. Idem, p. 252.

Deſiderabile. Sis *longus* ad extractionem tincturæ, quia *feſtinatio* eſt primus error Artis, comburens omnia. Deſiderabile, p. 25.

Benedictus. *Patientia* & *mora* ſunt neceſſaria, ut ex prolixitate coquendi vincat aqua pugnam ignis levi decoctione. Benedictus, p. 57.

Scotus. In *annum* poteſt fieri hujusmodi operis pertectio. nempe de groſſo ſubtile, de fixo volatile, nam quod eſt ſuperius, fit inferius. Scotus. p. 61.

Phœnix. Continuetur ſemper ignis abſque divortio, donec argentum vivum ſiccum ſit, & fiet in *duos annos*, nec quantitas argenti vivi excedat libras duas. Phœnix, p. 75.

Prima decoctio *tempus certum* non habet, & eſt tædioſa ſui longitudine: tamen cum gaudio expectetur. Multi *feſtinatione* perierunt, & longitudinis tædio affecti dimiſerunt. Idem, p. 76.

De coloribus Lapidis phyſicis apparentibus ante perfectionem.

CAPUT XI.

Iſaacus. BREVI temporis ſpatio omnem materiam *nigram* conſpicies, tum ſcias veram conjunctionem accidiſſe, ac ſub nigredine *albedinem* latere. Et ſcias, niſi *nigredo* ſeſe in opere oſtenderet, nullam mixtionem nec conjunctionem fore: nec unquam alterum cum altero fixari poſſe. Ac ubi *nulla nigredo* ſeſe oſtendit, ibi *nulla fixio* inter animam, ſpiritum, & corpus accidit. Iſaacus, lib. 1. cap. 64.

Nigredine conſpecta, certus ſis veram conjunctionem factam eſſe. Idem, ibid. c. 67.

Priuſquam *clarus* ſplendens *color* veniet, omnes colores quotquot ſunt in mundo apparebunt & interibunt: deinde multam inſignem *albedinem* conſpicies, ita ut tibi videatur hæc eſt vera albedo. Sed vera albedo non erit. Priuſquam *vera albedo* veniat, videbis in circuitu ad margines vitri in materia Lapidis quaſi eſſent *gemmæ Orientales* vitro inſignes, tanquam oculi piſcium. Cumque id videbis, ſis certus in paucis diebus perfectam albedinem ſeſe

nem seſe manifestaturam. Cumque materiam *instar nivis albam* esse vides, ac splendorem habere ut *gemmæ Orientales*, quæ aqua valde insignes sunt ut materia quæ in vitro est; gaude. Lapis enim *albus* est perfectus. sinas sua sponte refrigescere. Idem, cap. 131.

Aquam probè cum aqua conjunge ac humidum cum sicco, ut post videas *maris nigredinem*, id est, *atrum colorem*, quem in ejus putrefactione conspicies, quæ fit *viginti novem dierum* spatio ad ignem pusillum: quod signum perfectum probæ conjunctionis est. Idem, lib. 2. c. 6. & 33.

Secretum nostræ veræ dissolutionis est *Nigredo* facta ut carbo ex Sole & Luna: & ex hoc tandem verè conjunguntur inter se, ita quod nunquam seperantur ab invicem, fiuntque *pulvis albissimus*, qui sunt masculi & fœminæ generati vero amoris vinculo. Lullius, cap. 1. *Lullius.*

Elapsis diebus præfinitis, considera si *primus color ex albedine* jam sit mutatus in *cinereum obscurum*, vel *nigrum* albedine quadam dilutum. Si videris, gaude: quia calorem legitimum subministrasti, & jam semina tua germinare hoc ipso facto conspicis. Greverius, p. 24. 25. *Greverius.*

Primum signum materiæ apparebit *color obscura rubedine ferè nigricante*, laterem ostentans, quem neque nigrum, neque rubrum, neque brunum, sed mixtum quendam ex his omnibus cognoscis. Alterum, *siccitas terræ*: quam ex eo intelliges, si exhalationum nulla sit augmentatio magis quàm antea. Perfectæ maturitatis signa sunt, color *rubeus* cum *citrinitate* intensa nonnihil resplendens, & exhalationum defectus. Idem, p. 36.

Plerunque quadraginta dierum spatio apparet *nigredo* quædam instar picis: quæ nihil aliud est quàm corporis soluti indicium. Quicquid enim spirituale effectum est, superiora seu altum petit, & omne terreum in fundo remanet; atque omne leve sursum, omne ponderosum deorsum tendit. Quando autem corpus ab aqua sua solutum fuerit in *nigredinem* & essentiam incomprehensibilem reductum, tunc præstò est solutionis tinctura in nigredine, sic denique in unum quatuor elementa conveniunt. Quicquid cum Mercurio solutum fuerit, id seſe sursum elevat, quantumvis major portio continuè inferius remaneat. Idem, pag. 56.

Quando materia in mediocri calore 40. dierum spatio steterit, *Alanus.* desuper comparere incipit *nigredo* quædam instar picis, quæ *caput corvi* Philosophorum est, & *Sapientum Mercurius*. Alanus, pag. 63.

Hic Lapis triplex est & unus, quatuor habens naturas, & *tres Garland. colores*, scilicet, *nigrum, album, & rubeum*. Garland. c. 13.

Omnes

Ripleus. Omnes colores apparebunt ante perfectum *album*, & post *citrinus* & *falsus citrinus*: deinde *sanguis rubeus* impermutabilis. Tunc habes medicinam tertii ordinis in suo genere multiplicabilem. Ripleus, p. 90.

Arnaldus. Solutâ primò corporum formâ in Mercurium nostrum, immediata nova forma introducitur, corruptâ ipsorum formâ: quæ quidem forma est primò in colore *nigra*, in odore *fœtida*, & in tactu *subtilis* & *discontinuata*. Arnaldus in Specul. pag. 55.

Calor agens in humido, generat primo *nigredinem*, & in nigredine *albedinem*, & in albo *citrinitatem*, & in citrino *rubedinem*. Idem ibid. p. 22.

In hora conjunctionis mirabilia maxima apparent. Nam omnes *colores* de mundo quotquot excogitari possunt, apparent in operando, & corpus imperfectum coloratur coloratione firma, mediante fermento. Idem, in Flore florum.

Materia nullo modo potest ita destrui, quin semper maneat sub aliqua forma. Unde soluta prima corporis forma in Mercurium, immediatè introducitur nova forma, corrupta ipsorum (puta corporum perfectorum) forma: quæ quidem forma est in colore *nigra*, in odore *fœtida*, & in tactu *subtilis* & *discontinuata*. Et hoc est signum perfectæ dissolutionis corporum. quia calor agens in humido primo generat *nigredinem*: quæ quidem nigredo est *caput corvi*, principiumque operis nostri. Idem, lib. 2. Rosar. cap. 4.

Monach. Cum in opere fueris, fac ut primo habeas colorem *nigrum*, qui est clavis Artis: & tunc certus eris quod rectè procedis. Monachus, p. 16.

Daustricus. Cum primo *denigrat*, clavem operis dicimus esse, quoniam non fit absque nigredine. nam ipsa est *tinctura* quam quærimus. Daustricus, p. 16.

Dealbatio non fit nisi coctione & aquæ congelatione: & quantò plus abluitur, tantò intentius dealbatur. Idem, p. 47.

Quamdiu apparuerit *nigredo*, obscura dominatur fœmina, & ipsa quidem est prior vis nostri Lapidis; quoniam nisi prius fuerit *nigrum*, non fiet *album* nec *rubeum*, eo quod *rubeum* ex *nigro* & *albo* componitur. Idem, p. 28. & Ludus puer, p. 144.

Avicenna. Cum terra non fuerit *alba*, tere eam cum aqua sua, & iteratò eam calcina, quia Azoth & ignis latonem abluunt, & obscuritatem ejus ab eo eripiunt. Nam præparatio est cum aqua semper, & qualis sit aptitudo aquæ, talis & erit limpitudo terræ: & quanto magis fuerit *ablutio*, tanto magis erit & terra *alba*. Avicenna, cap. 5. pag. 83.

Scala Phil. Cum suam biberit aquam adurentem, *denigratur*; manetq; in

umbra

umbra purgatorii cum noctibus centum quinquaginta sex diebus. Scala, p. 129.

Æs nostrum primò de quanto magis coquitur, de tanto magis solvitur & *denigratur*, & fit aqua magis subtilis & spiritualis. Secundò de quanto magis coquitur, de tanto magis inspissatur & desiccatur, & fit majoris *albedinis*. Tertiò de quanto magis coquitur, tanto plus coloratur & *rubificatur*, & fit tinctura intentioris *rubedinis*. Ludus puer. p. 143. 144. *Ludus puer.*

Colores elementorum in opere sunt: à pedibus ad genua usque terreum elementum *nigrum*: à genibus usque ad umbilicum, *aqueum splendidum album*: ab umbilico usque ad cor, *aereum flavum citrinum*: & à corde ad cervicem, *igneum candens ac rubeum*. Democritus apud Flamellum in Annot. p. 176. *Flamell.*

Ista terra *nigra* in principio stat super aquam, & paulative submergitur in fundo vasis. Rosarium, p. 182. *Rosarium.*

Dispositio ejus est ipsum primò *denigrare* & *putrescere*. Idem, pag. 195.

Cum videris materiam tuam *denigrari*, gaude: quia est principium operis. Combure ergo æs nostrum igne levi, sicut ovorum nutrix, donec corpus constituatur & tinctura extrahatur. Idem, p. 197 200. 201.

Dixerunt aliqui, quod in opere lapidis apparent *omnes colores*, qui in toto mundo excogitari possunt. Hoc est sophisma philosophorum, cum non appareant nisi *quatuor principales*. Et quia ex eis omnes alii trahunt originem, ideo dixerunt *omnes colores*, & si tibi non apparent, non cures, dummodo possis elementa segregare. Nam *Citrinitas* choleram significat adustam, & ignem: *Rubedo*, sangvinem & aërem; *Albedo*, phlegma & aquam; *Nigredo*, melancholiam, & terrā; *quatuor* habens *colores*, quatuor elementa sunt. Idem, p. 201. 203.

Ignis est *terra nigra* in fundo cucurbitæ, qui ignis cum suam biberit aquam adurentem, *denigratus* manet in umbra quadraginta noctibus. Et sic cōcipit in balneis, parit in aere. Dastinus, p. 30. *Dastinus.*

Egressus tincturæ *nigræ*, est signum solutionis & plenæ putrefactionis. Est enim *nigredo* principium medicinæ. Idem. p. 31. 32.

Denigratio est signum solutionis, & dicitur *acetum* philosophorum, & inde ad *albedinem* venit: sed *intermedii* plures apparent colores, & post *albedinem* sequitur *rubedo*. Liber trium verb pag. 48. *Lib. trium verb.*

Liquefactum est corpus nostrum, quando *nigrum* factum est & spissatum. Exempl. Scientiæ, p. 93. *Exempl. Scientiæ.*

Colores tantum tres sunt, *niger*, *albus* & *rubeus*, & qui veniunt dicuntur *medii*, & mutantur: & quando amplius non fit mutatio colorum nec fumat, ibi cadit perfectio. Dominus vobiscum. *Dominus vobiscum.*

Ad *deal-*

Ventura. Ad *dealbationem* cooperatur aqua, quæ cum ipsa terra continuè imbibitur & calore exhalat: imò potius cum terra incorporatur & desiccatur. Sæpe ergo tere eam cum aqua sua, & iteratò calcina, quousque aquæ ac ignis lotione obscuritas penitus recedat. Ventura, p. 153.

Libavius. *Albedo* quæ fit per nutritionem, comparatur plumbi albi candori. Ideo credendum non est, hanc esse illam in perfecto Lapide desideratam. Itaque hoc dominium adscriptum est *loco*, cujus *albedo* non est fixa, & livoris quiddam adhuc retinet. Ideo & calor *dealbans* non debet esse nimius: alias effugit Libavius, p 117.

Quæritur, an *caput corvi* fuerit ex corpore resoluto, an à Mercurio combusto? Pessime enim sentiunt, qui pro impuritate habent. Idem in Clavic. Lull. p. 281.

Non credas in se *denigrari* illam aquam quæ *candida* manet, sed apparet *nigra* ob innatantem spiritum, seu sulphur *nigrum*, quo separato redit *candor nativus*, qui postea est causa cum igne ut illa quoque terra *dealbetur*. Idem, de Azot, p. 89.

Turba. Aqua cum *dealbatur* (quæ *Ethelia* dicitur) albificat & tingit. Turba Phil. Sent. 56.

Alia Turba. Quid est illud quod parit *nigredinem*? Certe humiditas aquosa & adustiva, est fumus aquosus, de quo dicitur, quod humiditas aquosa & adustiva corrumpit opus, & tingit in *nigredinem*, quæ dicitur à Sapientibus hujus artis *Saturnus*, vel *plumbum*, vel *as*, propter suam nigredinem & immunditiam: à qua nigredine & immunditia debet fieri mundatio. Alia Turba Phil. vetustissimi Manusc. p. 65. 66.

Quando frigiditas & humiditas incipiunt alterari, corpus efficitur *nigrum* ut carbo. Eadem, p. 70.

Rosinus. *Denigrate* terram, & ab ea separate ejus animam & aquam, postea *dealbate*, & invenietis quod quæritis. Rosinus ad Eutichiam.

Secundum opus sic fit: (enumerato primo opere quod est *amalgama*) Aquam hanc pone in vase fictili super ignem lentum, donec videas insuper *nigredinem* apparere: quam remove subtiliter quotiescunque apparebit: tunc habebis aquam & terram. Huic terræ seu *nigredini* inclusæ in vase vitreo superfunde de aqua benedicta, donec aqua fiat *alba* & *clara*. Idem, ad Sarratantam, pag. 282.

Rog. Bacho. Quot *colores*, tot nomina. In prima lapidis nostri operatione est putrefactio appellata, & fit lapis noster *niger*. Ideo cum inveneris ipsum *nigrum* scias quod in *nigredine* illa *albedo* occulta est, & tunc oportet illam extrahere à subtilissima illa *nigredine*. Bacho, cap. 6.

Marg. nov. *Colorum* primus *niger*, qui ut primò, ita difficilius cæteris apparet,

apparet, oſtenditque concubuiſſe cœlum cum forma & concepiſſe: & proculdubio optatum perfectum & venenum informans perfectum æquis elementis undique compoſitum oriturum. *Candidus* alter, quo forma ad perfectum, & inde ad venenum perfectum ſenſim progreditur. Tertius *croceus*, per quem appareat jam in unum cuncta conſtitui cœpiſſe: quod ſemen in omne cœlum per minima quæque diffuſum eſt. Quartus *ruber*, qui perfectum vel venenum perfectum jam ortum manifeſte demonſtrat. Ex Lacinio ſuper Margarita novella.

Cum in opere *nigredo* apparet, ſcito te rectam jam operandi rationem inveniſſe. Ideo tunc debes lætari, quoniam donum maximum à Deo tibi eſt conceſſum. Phœnix, p. 75. *Phœnix.*

Modus fermentandi Lapidem phyſicum.

CAPUT XII.

SUme *quatuor* partes *fermenti*, *duas* partes tui *ſpiritus* præparati, contere ſimul ſubtiliter, ita ut penicillo eis pingi queat. ſicca, ſiccata & fixata ſume, pro *quatuor* partibus materiæ, *unam* partem *ſpiritus*, quæ efficiunt ſimul *quinq;* partes. Miſce ſiccaque ut antea, ſiccata ſume, iterum *quintam* partem ſpirituum, ut prius, pro *quatuor* partibus materiæ. Inde ut prius ſuo vitro, hocque tam diu facito, donec materia liqueſcat inſtar ceræ. Iſaacus, libr. 1. cap. 9. *Iſaacus.*

Fermentum cum ſpiritu & corpore, aut terra interire debet, alioquin operam ludis: ac in aſcendendo fit ſubtile magnæque virtutis, & ſuo corpori unitur. Quare Sapientes *fermentum* Animam appellavere, cum dicunt: *Spiritus attrahit animam in ſuperiora, ac iterum deſcendit in inferiora.* Idem ibid. c. 35.

Tum vero *octo* partes *fermenti* accipe, id eſt, ſi habes *fermenti* uncias *octo*, unciam *unam* tui *ſpiritus* ſublimati pondera, atque etiam exiguo vitro inde, ac aquam deſtillatam ſuperfunde, atque etiam aquam deſtillatam fermento ſuperfunde. Idem ibid. cap. 64.

Doceo te, ut *fermenti* partes *octo* atque *unam ſpiritus* ſumas: quia ſæpe opus fixabis, & ſæpe calcinabis & congelabis, opusque adeo ſubtile evadet quam fieri poteſt in fundo, ut poſt ad altiorem projectionem perveniat. Ibid. cap. 69.

Fermentum fit poſt originem infantis. *Fermentum* autem nihil aliud eſt quam *cibus cibalis*, convertibilis in eſſentiam infantis, ut totum efficiatur opus unius naturæ. Hæc *fermentatio* cibalis debet eſſe de *ſua propria natura*, & ſibi aſſimilari, quoniam niſi aſſimilaretur ei, nunquam in eorum naturam incorporaretur, vel converteretur in naturam ſulphuris. Lullius in Codicillo, p. 70. *Lullius.*

Ripleus. *Fermentatio*, eſt animæ cum corpore incorporatio, reſtaura ei odorem naturalem, guſtum & colorem, per naturalem inſpiſ tionem rerum ſeparatarum. Ripleus, p. 85.

Vogelius. Non erit *fermentum* de hoc vel illo, ſed de Sole & Luna ta tum. Nihil enim petimus, niſi quod lapis convertatur in ſuum mile: quia de ipſis eſt totum temperamentum: nec *fermentu* eſt antequam dicta corpora in ſuam materiam primam conve tantur. Vogelius, cap. 1. p. 10.

Deſiderabile. In *fermentatione* fac ut ſumma volatilis non ſuperet ſumma fixi; corporis alias ligamen ſponſale in fugam vertetur. Sed ſi p rum ſulphuris projiciatur ſupra multum corporis, ita quod ſup ipſum habeat potentiam, convertit citò in pulverem, cujus col ſicut corporis. unciam *unam* pulveris ad uncias *quatuor* co poris. Deſiderabile, p. 26.

Arnald. Scias quod non eſt *fermentum*, niſi *Sol* & *Luna*, hoc eſt a rum & *argentum*. Arnaldus in Flore florum.

Clangor. *Fermentatio* eſt ipſius lapidis animatio. Clangor, p. 46.

Fermentum album ſic fit: Ciba *unam* partem *Lunæ* puriſſ mæ minutim limatæ, vel ſubtiliter foliatæ cum *duplo* ſui Mercu bene mundiſſime albi, terendo ſimul fortiter in mortario lapide donec *Mercurius* ebibat ipſam limaturam, & fiat quaſi *bur rum*, ita quod nihil inveniatur de ipſa limatura. Deinde abl oxalme, deinde aqua, & poſtea exſicca igne: ſuperadde ſulphu albi partem unam, terendo totum, donec redeat totum quaſi co pus unum. Deinde *incera* ipſum cum *una* parte aquæ, & mit ad ſublimandum. Sic eodem modo fit fermentum rubeum cu Sole puriſſimo. Idem, p. 50.

Si non miſces *fermentum* cum *elixir*, non coloratur corp ſicut debet: quoniam ſine fermento non exibit neque Sol neq Luna, ſed aliud quod non permanet in tinctura naturæ meta licæ, niſi ipſum præparaveris, ſcilicet corpus imperfectum. Ide pag. 51, 58.

Roſarium. Corpus imperfectum coloratione firma coloratur *fermen* mediante, quod *fermentum* eſt *anima corporis imperfecti*, ſpiritus mediante anima cum corpore jungitur & ligatur, & cu ea ſimul in colorem fermenti convertitur, & fit unum cu eis. Roſarium, p. 191, 221.

Fili extrahe à radio ſuam umbram. Accipe ergo *quartam* pa tem ſui, hoc eſt, *unam* partem de *fermento*, & *tres* partes d *corpore imperfecto*: diſſolve *fermentum* in æquali ſui *aqu Mercurii*. Coque inſimul lentiſſimo igne, & coagula illud fe mentum, ut fiat corpus imperfectum, & orificio valis clauſo, co dem modo & ordine, ut dictum eſt, fit per omnia præparatum Idem. p. 228.

Si ſolem

Si *solem* facere volumus, *Solem* apponimus, & si *Lunam*, *Lunam* pro *fermento*. Si *fermentum* non ponas, non coloratur: & si non præparas corpus, non sustinebit ignem: & si parum fermenti apposueris, parum tincturæ habebis. Dastinus, p. 30. *Dastinus.*

Accipe *quatuor* partes *fermenti*, (*fermentum* autem aliud est quam *Mercurius coctus*; coquitur autem potatione & cibatione: quia siccum bibit humidum) & *unam Mercurii loti*, & *amalgama* sic: Calefac *fermentum* per se, & calefac in alio vase *Mercurium*: & cum Mercurius incipit bullire, & fermentum igniri; projice Mercurium super fermentum, & post move cum baculo, ut sic nihil amplius appareat Mercurii. Quo facto calefac tantum de *Mercurio*, sicut prius fecisti: sed non amplius calefacies *fermentũ* sic quod igniatut, (quia Mercurius recederet) sed sufficit quod sit calidus: & dum Mercurius incipit bullire, projice super fermento, movendo ut prius, & statim imbibetur, & materia erit sicca. Et iterum calefac de Mercurio, & fac ut prius, sic quod sit tantum de Mercurio sicut de fermento: & tunc pone totum in vase, sicut fit à principio, ad lentum ignem, & hoc per *duos dies* & per *alios duos dies* ignem augendo modicum: Et sic fac de duobus in duobus diebus, usque ad dies duodecim, & sic tota materia erit fermentum. Si magis vis augere, fac ut prius in infinitum. Dominus vobiscum, p. 55. *Dominus vobiscum.*

Fermentum dupliciter sumitur: aut pro *pulvere nigro*, dum reducit ad se Mercurium: vel pro *Sole* vel *Luna*. Et dicitur *fermentum*, quasi à *fervore*, quia *fervere*, ebullire & crescere facit pastam, & habet substantiam unam per totum similem, & habet virtutem victricem, & dominantem, occultam, & conversivam pastæ in sui similitudinem. Rectificando enim reducit eam ad statum digniorem & meliorem Margar. nov. p. 110. 111. *Margar. nov.*

Cum *animam candidam* ortam artifex visu perpenderit, *suo corpori* eodem momento conjungat. non enim potest anima sine suo corpore detineri. Talis autem unio fit mediante *spiritu*: quia anima non potest vitam habere in corpore suo, nec perseverantiam, nisi per spiritum: & talis unio & conjunctio est finis operis. Oportet quod conjungatur anima cum suo primo corpore de quo fuit, & non cum alio. Quod nisi feceris, deficies à proposito, sicut plures ignorantium, eo quod ignorant hoc secretum. Sicut materia non habet esse sine forma, sed totum esse suum & dependentia est à forma: ita anima mediante spiritu non potest esse in ipso lapide nisi per corpus: quia eorum esse & perfectio dependit à corpore. Similiter ergo patet, quod corpus sit forma: quia illud quod disponit rem ultima dispositione, & ipsam complet, est forma specifica ejus. Sed corpus est hujusmodi. Ergo. Similiter cum omne compositum sit ex materia & forma, & ipse-

met ſpiritus ſit materia: Ergo corpus erit forma. *Fermentum* confectionem dealbat, combuſtionem inhibet, tincturam continet ne fugiant corpora, lenificat, & ſe invicem ingredi facit & conjungi, quod eſt finis operum. *Fermentum auri, aurum* eſt: ſicut fermentum paſtæ, paſta eſt. Ibidem, & pag. 112.

Cum lapis liquefactus eſt per decoctionem, debet tunc coagulari. Coagulatio autem hæc fit cum *fermento*, ſive corpore ſuo quod idem eſt. Et hæc proprie eſt Alchemia inſtrumentaliter. Eadem, pag. 116.

In hac conjunctione reſurrectionis fit totum corpus ſpirituale ut ipſa anima, & fiunt ſic unum ſicut aqua mixta aquæ, & non ſeparantur de cætero in æternum: cum in eis nulla ſit diverſitas, imò unitas & identitas omnium trium, ſcilicet ſpiritus, animæ & corporis, abſque ſeparatione in æternum. Eadem, pag. 120.

Semita. Accipe de *fermento* quocunque *quartam* ſui partem: puta, ſi libra fuerit corporis *imperfecti*, ſcilicet pretii, accipe ex fermento, id eſt *Sole* vel *Luna*, libras *tres*: & illud *fermentum* ſit ſolutum, & terra factum, ſicut corpus imperfectum, & eodem modo & ordine præparatum inſimul conjunge & imbibe cum aqua benedicta prædicta & coque per tres dies aut plures. Tunc iterum aqua ſua imbibe, & coque ut prius: & hoc toties reitera, quousque hæc duo corpora unum remaneant, id eſt, in unum reducantur. Quod perpendes, quando color non variatur in eis. Deinde deſuper funde aquam paulatim, bibatque quantum bibere poſſit, ſemper dando ei novam aquam. Semita, p. 72.

Roſinus. Si *libra una* fuerit *corporis imperfecti*, ex *fermento* ſit *quarta libræ*. *Fermentum* vero eſt *Sol* & *Luna*, & non ſunt alia fermenta. Et fermentum ſic ſolutum & terra factum, ſicut corpus imperfectum, eodem modo & ordine præparatum, ſimul conjunge & imbibe, &c. Roſinus, p. 283.

Rachaid. Pulvis abſolutus abſolutione prima dicitur *fermentum primum elementatum*. Da ergo ei *ſecundum fermentum fermentatum* ab omni elemento elementato æqualiter, quod eſt *aurum*: da ei *quartam* partem: quod tamen prius calcinatum ſit & in aquam ſolutum, hoc eſt enim aqua elementata æqualiter ab omnibus elementis. Da ei *ſecundum fermentum*. Cum *ſecundum* dico, aſſero ſecundum retinaculum, & in eo eſt tinctura ſulphurea, & dicitur *oleum retinaculorum*. Da ei aquam ſafferanicam: da ei aquam ſiccam & calidam, ſubtili cum imbibitione, ſcilicet *guttam ad guttam*. Et ſi dares ei minus de iſtis bibimentis, confunderetur. Rachaidib. p. 399.

Calid. *Spiritus* ſunt fugaces, quousque *corpora* cum eis commiſcentur & conantur pugnare cum igne & ejus flamma: & parum tamen conveniunt iſtæ partes, niſi cum operatione bona, & cõtinuo

& longe

& longo labore: quia natura *animæ* est tendens sursum, ubi centrum animæ est. Et quis est ille ex probatoribus, qui valeat duo vel diversa conjungere, quorum centra sunt diversa, nisi post conversionem naturæ eorundem, & mutationem substantiæ, & rei à sua natura? quod est grave quærere. Ergo qui potuit convertere animam in corpus, & corpus in animam, & commiscere cum eo spiritus subtiles, tinget omne corpus. Calid. cap. 6.

Methodus multiplicandi lapidem physicum.

CAP. XIII.

PUlcra cœlesti rubedine conspecta, sinas sponte frigefieri, ac exime, atque admodum circumspecte serva, atque *hujus* drachmam *unam* sume, ac tum ℈ *viginti* drachmas *auri puri* ter quaterve cementati, ita ut purum sit. Tum sume illas ℈ *viginti* drachmas auri, ac pone liquandas in crucibulo: liquefactis drachmam illam pulveris tui lapidis superjice, ac pulvis ille continuò se permiscebit cum auro illo, ac unum corpus fiet. Sine refrigescere, ac exime: tum optimum crucibulum terreum habe, qui bene ignem ferre possit: ac tum habe crucibulum vitreum qui terreo quadret, qui ex vitro ita sit confectus, ut ignem & flammam ferre possit, ita ut nec liquefiat, nec rumpatur in igne. Tum crucibulum vitreum crucibulo terreo impone, ac tum speciem furni habe venti, ac ei utrumque impone crubibulum, ac ei crucibulo aurum inde, in quo drachmam illam projecisti pulveris lapidis tui. Ac liquefacto, retine tres dies ac noctes continuè, ut omne in una stet liquefactione. Sine refrigescere ac exime. Tum sume *argenti puri mille partes*, ac in crucibulo liquefacito, ita ut fluant. Tum hujus materiæ cape unam partem, quæ per tres dies in furno venti stetit, ac projice super illud argentum quod fluit, ac una cum eo fluere sine trium aut quatuor orationum Dominicarum spatio, tum sine refrigescere, ac *aurum purum* superans omnes probas habes. Fortè frangibile erit, itaque istas *mille partes argenti denuo liquefac*, ac *plus argenti* adde, tantum ut malleabile aut molle sit. Fortè una illa pars facile *bis* aut *ter mille partes argenti* in *aurum purum* convertet. Cumque molle est, una pars illa opus suum peregit. Id experientia te facile docebit. Isaacus, lib. 1. cap. 132. 134. *Isaacus.*

Multiplicatio alia est ℈ *virtualis*, quæ fit per alterationem dis. solvendo & congelando: alia est *quantitati*℈*a*, quæ fit per appositionem novæ materiæ. Scotus, p, 63. *Scotus.*

Multiplicatio quantitati℈*a* nihil aliud est quam augmentatio ab uno pondere ad infinitum, ita ut opus nunquam incipiatur denuo, & tamen sine diminutione virium suarum. Accipe ergo *Mercurii præscripti* uncias *duas*: bulliant in crucibulo, tunc su- *Incertus.*

Quemadmodum infans lacte, sic *aquis* Ars nutritur. Videte quomodo irrigetis terras vestras, & quomodo nutriatis semina vestra, ut maturum fructum colligatis. Idem, p. 186. 187.

Rosarium.

Diversæ naturæ lapidem nostrum non emendant: nec intrat in eum quod non sit ortum ex eo. Quoniam si aliquid extranei sibi apponatur, statim corrumpitur, & non fit ex eo quod quæritur. Hoc magisterium nihil aliud est quàm *coquere Mercurium & sulphur*, donec unum fiat argentum vivum, quod defendit sulphur à combustione, si fuerit vas benè clausum, ita quod Mercurius non possit evanescere, nec sulphur possit comburi. Rosarium, pag. 173.

Aqua est illâ res quæ dealbat & rubere facit, aqua est quæ occidit & vivificat, aqua est quæ dissolvit & congelat, aqua est quæ putrescit, & postea facit germinare novas & diversas res. Totum ergo intentum tuum sit in *decoctione aquæ*; & ne tædeat te; si vis habere fructum; & non cures de aliis rebus vanis, nisi de sola *aqua*. Coque ipsam paulatim putrefaciendo, donec mutetur de colore ad colorem perfectum. Natura facit suam operationem paulatim, tu quoque sic facito. Idem, pag. 174.

Cùm *aqua* putrificatur seu purificatur à sua nigredine, abluitur, & album reddit ipsum, postea rubrum. Idem, pag. 177. 178.

Terra nigra solvitur in *aquam* in colore olei, & tunc vocatur *oleum Philosophorum*: natus est draco in nigredine, & pascitur Mercurio suo, & interficit seipsum, & submergitur in eo: itaque aliquantulum dealbatur, & istud est elixir. *Aqua mundatur* totaliter à *nigredine*, & remanet in colore *lactis*, & multi colores apparent in nigredine. Idem, pag. 182.

Hæc terra cum *aqua* sua putrescit & mundificatur, quæ cum mundificata fuerit, auxilio Dei totum opus dirigitur. Idem, pag. 195. 207.

Aqua cum miscetur æri ipsum interius dealbat: Hæc dealbatio dicitur à quibusdam *impregnatio*, quia terra dealbatur. Dominante namque *aqua* terra crescit, & multiplicatur, & augmentatio novæ prolis inde generatur. Recipe quod ad fundum vasis descendit, & ablue istud cum igne calido, quousque auferatur ejus nigredo, & recedat ejusdem spissitudo, & fac ab eo evolare additiones humiditatum, donec deveniat calx nimis alba, in qua non erit macula. Tunc enim terra ad recipiendam animam est habilis & parata. Jungite siccum humido, id est, *terram nigram* cum *aqua sua*, & coquite donec dealbetur. Illa albedo dicitur *aer*. Idem, p. 206. 207.

Terra sicca non multum fructum facit, nisi *aqua pluvialis* desursum

desursum humectetur sæpius, & sine *aqua* vix aut nunquam. Idem, pag. 209.

Infunde primo *aquam* per vices conterendo, & post leviter calcinando, quousque ipsa terra biberit de *sua aqua quinquagesimam partem sui*: sciens quod oportet primo Terram nutriri *modica aqua*, & post *majori*, sicut est videre in infantis educatione. Idcirco multum *conterè terram*, paulatim imbibendo *cum aqua*, de *octo* in *octo* diebus: quia terram facit albam. Caveas tamen ne imbibas terram nisi paulatim & paulatim, cum longa trituratione, *supple*, post exsiccationem terræ. Deinde est pondus in hoc ubique notandum, ne scilicet nimia siccitas aut humor superfluus administrando corrumpant: ut videlicet tantum assando decoquas, quantum dissolutio adjecit: & imbibendo dissolvas, quantum assando defecit. Ideo omni vice post calcinationem terræ, superfunde aquam temperatè, neque multum, neque parum. Quia si multum fuerit, fiet *pelagus conturbationis*: si verò parum, *comburitur in favillam*; quare suaviter & non festinè de octo in octo diebus terram irrigabis, decoques in fimo, & calcinabis donec aquæ biberit *quinquagesimam* sui partem. Et nota quod post imbibitionem debet *inhumari per septem* dies. Itera ergo opus multis vicibus, quanquam sit longum. Quoniam non videbis tincturam, neque proficuum perfectum, donec sit completum. Idcirco si terra non fuerit alba, tere eam cum aqua, & postea calcina iterato: quoniam *Azoth* & *Ignis* Latonem abluunt, & obscuritatē ab eo auferunt; nam præparatio semper fit cum *aqua*. Ideo qualis limpida aqua, talis limpida terra: & quanto magis fuerit abluta, tanto magis alba. Idem, p. 238. 239.

Ignis & *aqua* Latonem abluunt, & ejus nigredinem abstergunt. Idem, p. 248.

Terra cum *aqua* sua commiscetur, & aqua paulatim propter temperatam decoctionem diminuitur; & terra crescit: tunc dicitur *ceratio perfecta*. quia terra cum aqua ceratur, imbibitur, & temperata decoctione solis, id est, caloris, desiccatur & in terram vertitur tota natura. Idem, p. 257,

Nisi subtiliaveris corpus quousque fiat totum *aqua*, non rubiginabitur, nec putrefiet, & non poterit congelare animas fugaces; cum tetigerit eas ignis: quia ignis est qui eas congelat cum auxilio ipsius ad ipsas: & similiter præceperunt Philosophi solvere corpora, & solvimus ut adhæreat caliditas eorum profunditatibus. Postea reddimus ad solvendum ipsa corpora, & ad congelandum post ejus solutionem, cum re quæ ei appropinquavit, quousque conjungamus omnia commixta bona & idonea commixtione, quæ est quantitas temperata. Calid. cap. 5. *Calid.*

Accipe canem masculum Corascenen, & canieulam Armenia & junge simul, & parient canem coloris cœli, & imbibe ipsum una siti ex *aqua maris*: quia ipse custodiet tuum amicum. Scias quod hoc officium est unus lapis, super quem non intrat Garib, id est, *aliquid aliud*. Idem, cap,8. 9.

Accipe Lapidem honoratum,& pone eum in cucurbita,& cooperi cum alembico,& claude eum benè cum luto sapientiæ, & dimitte exsiccari: quod sic facies, quotiescunque claudes cum luto sapientiæ. Postea pone in stercore calidissimo, donec exiccabitur *humiditas*, & poteris *siccitas* super eum. Idem,cap.15.

Monachus. Fac ignem levem, donec facta sit patientia inter *aquam* & *ignem*, donecque spiritus & corpus unum fiant. Monachus, pagin.14.

Draco natus in nigredine, suo *Mercurio* pascitur, & in eo submergitur, & ab eo aliquantulum dealbatur. Idem, p.15.

Continua ignem levem, ut corpus solutum in pulverem nigrũ *suam* ingrediatur aquam. Idem, p.17.

Desiderabile. Adverte ut *aquam* temperatè ponas: quod si abundet, fiet *pelagus*, & si desit, fiet *combustio*. Desiderab. p.26.

Arnald. Accipe Lapidem, & tere cum *lacte albo*, & erit album: vel vile cum caro, & erit albificatum. Arnald. de secret. Naturæ. pag. 36.

Dastinus. *Ignis* est *terra nigra* in fundo cucurbitæ, qui ignis cum suam biberit *aquam* adurentem, denigratus manet quadraginta noctibus. Dastinus, pag.30.

Dominus vobiscum. *Ignis & Azoc*] *Azoc* idem est quod *Mercurius*. *Ignis* est instrumentum decoquens *Mercurium*, & intrat per cavernas terræ in sulphure,quod sulphur coquit Mercurium. Dominus vobiscum, p. 50.

Benedictus. Commixtio *aquæ* cum *terra* fit, & contra,per minima,donec unum fiat, cum igne temperato. Benedictus,p.56.

Saturnin. Adverte quod in *coagulatione* calor non potest esse nimis levis: & consulo ut semper levem ignem habeas, licet tardet perfectionem, & quod sit continuus. Saturninus, pag.73.

Trevisanus. Sicut in hoc opere in prima ejus compositione nihil extraneum suæ naturæ intrat: sic nec ipsum aliquid multiplicat quod non est de ejus prima dispositione:nec comedit hoc opus,eo quod non vegetat. Et licet in præfato Lapide Philosophorum, sit corpus & anima seu spiritus; non tamen est vegetabiliter animatus, sicut sunt arbores & plantæ, nec vegetabiliter nutritur: sed potius contingit in eum *multiplicatio per appositionem similis naturæ sibi*, & non per *vegetationem*. Simile enim assumit sibi simile appositivè: & quantò sibi magis assumit de eo & multiplicatur, tantò quantitate ponderosior, & qualitate activior & perfectior

fectior inde fit & consurgit. Unde nec hunc nostrum Lapidem flamma ignis multiplicat, tanquam debitum sibi nutrimentum: quoniam non est de prima compositione ejus, sed extrinsecè accidenti, calefaciens ipsum. Qui igitur sic eum, scilicet *Lapidem*, nutriet & multiplicabit, non errabit; quoniam id quod multiplicat ipsum, in eandemmet speciem convertitur. Trevisanus ad Thomam, pag. 157.158.159.

Cum esuris & vides cibaria, ignoras quantum ex eis tibi sufficiat: comedendo, illico sentis virtute tui *stomachi* quantum tibi convenit. Fac ergo similiter in tuo magisterio. Ægidius, pag. 27. *Ægidius.*

Crede mihi, omnis perit tuus labor, nisi terra tua revivificetur *aqua, congelationem* veram nunquam videbis. Idem, pagin 81.

Qui studiosus es Artis, consectarium hoc habe: Oportere te primum conjungere argentum vivum Mercurio. Hæc cum perveniunt ad *coctionis* gradum, materia fiunt quæ aurum solvit, quod non simpliciter cum eis amalgamatur, ut aurifabris notum est, quę amalgamatio parum prodest Arti. Secundò verò junges aurum vel Lunam, & coques simili arte. Libavius in defensione Alchymiæ, pag. 508. *Libavius.*

Ad dealbationem cooperatur *aqua*, quæ cum ipsa terra continuè imbibitur & calore exhalat; imò potius cum terra incorporatur & desiccatur. Ideo sæpè tere eam cum aqua sua, & iteratò calcina, quousque *aqua* & *ignis lotione* obscuritas penitùs recedat. Ventura, pag. 153. *Ventura.*

Sicut *aqua* non subitò, sed paulatim à *terra* ascendit, & secum animam trahit: ita etiam non subitò, sed paulatim super terram reducitur: quia non semel *tota* cum terra sua coagulatur & desiccatur, sed *per partes*, ita quod aquæ qualitas magis magisque per tempora diminuatur, quousque tota desiccatur, ut in pulverem convertatur, & hoc fit igne lento. Idem, p. 157.

Reduc *aquam* super *terram* paulatim coquendo, donec terra fiat alba. Idem, p. 159.

Magisterium Philosophorum commixtione alicujus non eget extranei, sed ex *proprio semine metallico* terræ philosophicæ per artem præparatæ immisso, producit Lapidem multiplicabilem & infinitum, si suo *proprio menstruo* & *humore connaturali alatur*, & calore solis Philosophorum, de potentia ad actum excitetur. Theobald. p. 92. *Theobaldus.*

Jubeo ne *simul aquam* fundatis, ne Ysir submergatur: sed *paulatim* infundite, terite, desiccate: & hoc sæpius facite, donec fiat aqua, Turba. Sent. 42. *Turba.*

Intentio Philosophorum invariabilis uno ex ore resonat, vim

consistere totalem *humectatione* in alternata, cum terreitate subsequenda, & sic finis. Eadem, Ænigm. 7.

Exercitatio. Nutrias tale animatum corpus *lacte suo*, id est, aqua sua, ex qua concreatum est opus, sive inceptum à principio: Exercitatio 6. in Turbam.

Philosophi volunt nutrire *granum ex humore* connaturali, donec vegetetur, & fructum afferat talem, qualem ipsum intrinsecus habet, & volunt vivificare illud quod mortuum est à forma metallina, quousque præstet fusionem metallicam perfectam. Et talem vivificationem sive nutrimentum aliqui Philosophorum vocant *ingressum*. Aurora, cap. 20. pag. 231.

Rosinus. *Ablutio* corporis, est reductio *aquæ* super illud tamdiu, quod non remaneat aliquid in eo de anima, quæ est tinctura, quod non ascendat cum spiritu. Rosinus de Divinis interpr. pag. 292.

Bellaripa. Accipe *terram nigram*, & ponatur super laminam vitri, & desuper infunde modicum de *aqua vitæ*, ita quod sit ad modum pastæ. Ponatur in vase vitri super furnum superque cineres, & des sibi ignem primum, & per diem & noctem calidum, quòd non bulliat. Et quando fuerit desiccata, itetum irrora dictam terram *aqua* prædicta *Mercurialis*; deinde desicca & reitera donec terra alba fiat & imprægnata. Bellaripa.

Arisleus. Postquam separasti spiritum & animam à suo corpore, (id est, intelligas essentias aereas) tunc redde *radici* suæ *formam quantitatisam* per modum unionis: & certè corpus statim animam suscipit suam, sicut natura naturam. Tunc procede ad regimen ipsius, quousque terra quasi quinta essentia confluxerit, & imbibatur *aqua sua* in tempore suo, donec aquam bibat, & jubeas terram imprægnari. Arisleus.

Calid. Accipe ejus quantitatem, & scias ejus pondus, & adde ei de *humiditate* quantum posset bibere, cujus humiditatis non habemus hîc *pondus* determinatum. Calid cap. 1.

De igne proprio Lapidis physico.

CAP. VIII.

Isaacus. CUm Lapis noster fixabitur, sive cum fermento, sive cum aliquo corpore; tam *pusillus* ei *ignis* adhibendus erit, ut nihil porrsus sursum sublimetur: alioquin fixum non fiet cum fermento aut corpore. Isaacus, lib. 1. cap. 5.

Per pusillum ignem addet, paulò calidiorem quàm Sol æstate media. Idem, cap. 6.

Quicquid agas, nunquam *ignem* augeas, quin prius aliquid eximas ponderis, ac laminæ argenteæ imponas, uti prius dictum est, & quin videas quem calorem ferre possit antequam ascendat.

Ita

Ita facilè in *igni* errare non poteris, eſtque hoc ſecretum majus totius Artis. Idem ibidem, cap. 9.

Et paulò poſt: Quicquid agas, potius *minorem* quàm *majorem ignem* adhibeas, ita falli non poteris. Ac tametſi multo longiori tempore opus erit antequam fixetur: tamen multo eſt certius. *Ignis* negligentia multa opera perduntur. Eo enim orationis Dominicæ ſpatio neglecto, rurſus ſæpius opus incipiendum eſt.

Quoties Lapis colorem mutat, *ignem* paulatim *augebis*, donec omne infra maneat, & ſimul omne fixum ſit. Cave tamen, ne *magnum ignem* ſtruas, donec omne fixum ſit & ad album colorem perductum. Idem, ibid. cap. 35.

Materiam ſemper *igni puſillo* ſublimabis & fixabis, quamvis tempus illud longum ſit. Nam cum *igne puſillo* laboratur, materia melius ſuam humiditatem retinet. Ibid. cap. 43.

Debes admodum *igne puſillo* ſublimare, ut ſubtilis ſpiritus volatilis primum ex fecibus volare poſſit uſque in ſuperiorem partem vaſis, antequam ſpiritus medius ex fecibus exire incipiat. Ibid. cap. 113.

Vas admodum ſolido luto obtura, quo ſiccato, fornaci fixatoriæ impone, ac *ignem admodum tepidum* adde, ut *Sol* in *Martio* ſplendet: ac die nocteq; in hoc calore retine, donec materiam tuam nigreſcere videas inſtar picis, etiamnum magis. Tum *ignem* tuum exiguum gradum *auge*; ac tam *multum*, ita ut paulò calidior eſſe quàm ante percipiatur. Ac retine ignem in eo calore, donec videbis alium colorem, qui ſubrufe cineritius eſt, quaſi eſſent cineres. Tum *ignem* tuum etiamnum *paululum auge*, ac non *nimium*, ita ut *Sol* in *Aprili* ſplendet, atque ignem in eo calore retine, donec ſubviridem colorem cernes, qualis eſt color plumæ pſittaci. Tum adhuc *ignem paululum auge*, donec videbis colorem, qualis eſt cauda pavonis, quæ centum colores habet. Tum *ignem* tuum *auge* eo calore, qualis eſt *Sol* in *Junio*, nec majore, & ignem iſtum non augebis, donec perfectam albedinem videris, ac lapidem album perfectū eſſe. Tum adde *ignē*, donec videbis materiam colorem cineritium adipiſci. Tum *ignē auge* paululum, tantum *gradulum unum*, donec cernes colorem heluum, perinde ac ſi eſſet coagulum quo alutarii coria ſua præparant. Tum *ignem* tuum etiamnum *gradulum unum* auge, ac illud regimen ignis ſerva, donec colorem cernes perinde ac ſi eſſet contritus later, inter rubrum & ruffum. Tum *ignem* tuum auge etiamnum *exiguum gradulum*, donec rurſus videas colorem cineritium, quaſi glauci cineres forent. Ac tum *ignem auge* etiamnum *exiguum gradulum*. Color verò cineritius eſt poſtremus colorum omnium reliquorum ſeſe oſtendens. Ac jam

ignem tuum *non amplius augebis*, priusquam Lapis perfectus sit. Primus color quem post hunc colorem cineritium cernes, erit rubicundus color, quasi esset rosa, ac paulatim color interdum altior fiet, aut paulatim magis magisque rubebit: adeo ut materia tam rubra ac tam alti coloris sit evasura, ut nunquam talis rubedo ullis oculis humanis conspecta fuerit. Tum cum Philosophis exulta: Lapis perfectus est. Idem, p.131.

Libavius. In aludele vase tota materia ista spargatur in ipsius fundo: deinde *ignis augeatur*, donec ipsius pars albissimam nivem præcellens sua albedine, quasi mortua spondilibus vasis adhæreat. Libavius de Azotho, p.92.

Thomas. Crede mihi, quod totum magisterium nostrum fit solum in *regimine ignis* ex capacitate industriæ. Nos enim nihil operamur, sed virtus *ignis bene recti* Lapidem nostrum operatur modico labore, & paucis expensis: puta quod Lapis noster, cum fuerit in suam primam naturam, scilicet in primam aquam vel lac virginis, vel caudam draconis semel solutus, tunc ipse lapis seipsum calcinat, sublimat, destillat, reducit, lavat, congelat, & virtute *ignis proportionati* seipsum perficit in unico vase, sine alterius manuali operatione. Thomas Aquinas ad Fratr. Reynaldum, cap 3.

Greverius. Quoties res requirere videbitur, & infrigida & calefac, & humecta & desiccato terram tuam, nullo planè in hoc errore commisso, etiamsi *ignis* tuus aliquot *diebus* aut *septimanis* non esset *continuus*. Id duntaxat caveas, ne cum semel ignem extinxeris, perpetuò extinctum relinquas. Nam & quoties vasa franguntur, toties materiam tuam infrigidare oportet, ac tandem in aliud vas priori consimile reponere, moxque ad *ignem suum* referre. Greverius, pag. 39.

Alanus. *Ignes* duo reperiuntur tantum in libris Philosophorum, *siccus* unus, alter *humidus*. *Siccus* est ille elementalis; *humidus* est Mercurius. Unde Turba: *Argentum vivum nostrum est ignis, quod corpora comburendi ac occidendi majorem alio quovis igne, vel elementali etiam ipso, vim obtineat.* Mercurius dicitur etiam *fimus equinus*. Alanus, p.58.

Pontanus. *Ignis* noster *mineralis* est, *æqualis* est, *continuus* est, non vaporat, nisi nimium excitetur, de sulphure participat, aliunde sumitur quàm à materia, omnia diruit, solvit, congelat & calcinat: & ille *ignis* cum *remisso igne* totum opus perficit, simulque omnes debitas sublimationes facit. Pontanus, p.75.

Ripleus. *Ignis contra naturam* debet excruciare corpora: ipse est Draco violenter comburens, ut ignis Inferni. Ripleus, p.78.

Daustricus. In solutione, *ignis* semper erit *lenis*, in sublimatione *mediocris*, in coagulatione *temperatus*, in dealbatione *continuus*, & in rubificatione *fortis*. Daustricus, p.12.

Ignis sit lentus usque ad albedinem. Idem, p.26.

Ignis primigradus seu *regiminis* debet esse sicut gallinæ cubantis super ova sua ad pullos procreandos, aut sicut calor naturalis digerens cibum & nutriens corpus, aut ut calor fimi, aut *Sole* in *Ariete*. Ideo dixerunt quidam, quod debemus incipere *Sole* existente in *Ariete*, & *Luna* in *Tauro* commorante. Iste gradus durabit ad albedinem usque, qua apparente *augeatur ignis gradum* usque ad perfectam Lapidis exsiccationem seu incinerationem: & iste calor assimilatur calori *Solis* in *Tauro* ad *Geminos*. Desiccato verò Lapide & incinerato, iterum *fortificatur ignis*, donec Lapis perfectissimè rubeat, & regali veste induatur ab igne: & iste calor assimilatur calori *Solis* in *Leone*. Scala Philosoph. pag. 107. *Scala.*

Ignis sit *blandus* & *æqualis*, ita quod nec invalescat, nec debilitetur. Ventura, cap.20. *Ventura.*

Mercurius est *ignis*. Unde Philosophus, *Scitote ergo quod Mercurius est ignis corpora comburens magis quam ignis*, Rosarium, pag.172. *Rosarium.*

Jubeo omnes investigatores hujus artis, in principio facere *ignem levem*, donec facta sit patientia iter aquam & ignem; & postquam videris aquam fixam sine ascensione aliqua, non cures qualis sit *ignis*, sed bonum est regere cum patientia, donec spiritus, & corpus unum fiant, ita quod corpora fiant incorporea, & incorporea corporea. Idem, pag.174.

Ignis vocatur omne illud quod non fugit ignem, & quod in igne non marcescit nec consumitur. Idem. pag.179.

Solus *calor temperatus* est humiditatis inspissativus, & mixtionis perfectivus, & non superexcedens. Nam generationes & procreationes rerum naturalium habent solùm fieri per *temperatissimum calorem* & *æqualem*, uti est fimus equinus, humidus & calidus. Idem, p.181.

In solutione, *ignis* erit semper *levis*, in sublimatione *mediocris*, in coagulatione *temperatus*, in dealbatione *continuus*, in rubificatione *fortis*. Si verò istis nescienter erraveris, casum sæpissimè & laborem deflebis. Idem, p.186.

Sit mensura *ignis* caliditas *Solis Julij*, quatenus ex suavi & longa decoctione inspissetur aqua, & fiat terra nigra. Idem, p.201.

Esto longanimis in opere & continuus: quia generatio & corruptio non fit nisi per motum continuum, aerem excluſum, & *calorem temperatum*, sicut ovorum nutrix, donec album sit; & contere *igne*, non manibus. Desiderabile, p.23. *Desiderabile.*

Ignis continuetur in *calore febrili*: quia si *magnus* calor daretur Mercurio, à principio fugeret, propter sui magnam frigiditatem. Et ita oportet coquere Mercurium in tam *lento calore*, quo- *ominus vobiscum.*

usque ejus frigiditas recedet, *augendus* est *ignis*. Dominus vobiscum, p. 51.60 61. Scoti.

Benedictus. Omni tempore oportet *ignem* esse *levem*, donec aquæ fiat congelatio. Benedictus, p. 57.

Scotus. *Igne temperato* modica quantitas sicca humidum desiccat, & hoc paulatim & non subitò. Et quantò plus Lapis *abluitur*, tantò intentioris fit albedinis. Scotus, p.62

Saturnin. *Ignis primi gradus*, id est, solutionis & putrefactionis, debet esse *debilis*, ut nihil ascendat de natura sublimanda, & sic prodest *ignis levis*, qui argento vivo dat ingressum in corpus mundum, & ex *forti igne* perditur totum. Saturninus, pag 71 Vide caput de *Operationibus*.

Vincentius. *Ignis vehemens* propriè hic dicitur, qui ad modum vehiculi, id est, quadrigæ cursum suum æqualiter continuat, quod facere non potest *ignis flammæ*: sed talis est furni calefacti & clausi præter carbonum extractionem: est enim ibi *calor continuus sine combustione*, & isto igne egemus. Vincentius, pag.37.

Laurentius. *Ignis triplex* est apud Platonicos, *lucens & urens*, *lucens non urens*, *urens non lucens*. A. Laucentius Histor. A nat libr. 11. quæst. 3.

Libavius. *Calor dealbans* non debet esse *nimius*, aliàs effugit. Nota quod hoc in passu loquitur de primo colore albo, qui fit à nutritione. Libavius, p.117.

Turba. Argentum vivum est *igneum*, omne corpus comburens magis quàm ignis, & corpora mortificans: & quodcunque corpus ei commiscetur, teritur & morti datur. Turb. Sent. 47.

Bacho. Quamvis semper loquamur de *igne lento*, revera tamen sentimus quod in operis regimine *paulatim* & *sicissim* usque ad finem *augmentandus* & *majorandus est ignis*. Bacho, cap 4.

De Vase Philosophico ad Lapidem physicum conficiendum.

CAPUT IX.

Greverius. TUUM amalgama impone diligenter in *bociam Vitream*, quæ sit tantæ capacitatis, ut ager tuus seminatus & occatus tertiam duntaxat ejus partem impleat, duabus partibus vacuis relictis. Postea conclude orificium tuæ bociæ cum luto sapientiæ: tunc habebis *ovum Philosophorum*, quod scilicet non est nisi *unum Vas*, *Lapis unus*, *coctio sola*. Greverius, p.21.22.

Rarissimum est *Vas* quod ab initio ad finem usque perduret operis. Neque tamen existimes mentitos esse Philosophos, qui dicunt *unico Vase* Magisterium perfici. Cum enim hoc audis dici, protinus de *specie* non de *individuo Vasis* cogita, & sic veritatem assequeris. Idem, p. 39.

Vas pro media parte cineribus obrutum sit, atque ut altera me- *Alanus.*
di tas emineat curabis, idque ut quotidie inspicere possis. Alanus, pag. 56.

Vasa sint *vitrea, inferius lata, in acutum desinentia*, instar *Vogelius.*
figuræ *Conus* appellatæ, vel etiam *convexa* & *testudineata* absque rostro, instar *alembici cæci*, quorum cameris & lateribus sublimati spiritus adhæreant. *Scutella* inferior sit *terrea*, quæ superius vas aptè intra parietes suos recipiat. Vogelius, p. 89.

Vitrorum debent esse plura discrepantis capacitatis. Nam ini- *Libavius.*
tio quantitas parva est, postea crescit, & tamen nihilominus, si rei naturam spectes, in *una vitri forma* potest absolvi. Alii *lunata* habent instrumenta & *ovata*: alii formam *aludelis* malunt, ita comparatam ut *collum* angustius & excisum possit inseri in *aliud vitrum* operculi vicem præstans, quasi duo globi segmẽta includeres sibi mutuo. Et hoc vitrum mihi videtur ad frequentes reserationes esse accommadatius. Clauditur enim in medio colli foris circumlita pasta. Sed quocunque utaris vase, id *obstructum* sedulò sit. Libavius de Lapide Phil. p. 110.

Vas Lapidis est *unum*, in quo totum completur magisterium, *Desiderabile.*
spissum, semicubitum longum, subtus & supra *rotundum* & planum, satis amplum, cujus *fundus* sit parvæ curvitatis, & *caput* amplum ut materia ascendat liberius: sit de *vitro*, ne fumi exeant, & ideo valdè *clausum*, ne Mercurius noster exire possit per ipsum vas Desiderabile, p. 22.

Vas vitri debet esse *rotundum*, cum *collo longo*, cujus *os* de- *Lib. trium*
bet esse *sigillatum* aliquo cooperculo, & debet esse in *alio vase* *verbor.*
clausum, ne calor immediatè ingrediatur materiam, & sic *tripleci vase* coquitur. Liber trium verborum, p. 49.

Hermes dicit: *Vas Philosophorum est aqua eorum.* Ludus *Ludus.*
puerorum, p. 139.

Non egemus nisi *uno vase*, una fornace, unaque dispositione, *Flamel.*
quod audi post præparationem primi lapidis. Flamellus in Annotat. p. 150.

Vas sit *vitreum*, firmiter clausum, ventre *rotundum*, *collo* *Ventura.*
longum & strictum ad mensuram dimidii pedis vel circa, unumq; vas sufficit. Hoc vas dicitur *ovum*, *sublimatorium*, *cribrum*, *sphæra*, *sepulchrum*, *carcer*, *leo antiquus*, *leo viridis*, *urinale*, *cucurbita*, *bocia*, aliisque variis nominibus. Laurentius Ventura, cap. 15.

In opere Magisterii nostri non egemus nisi *unico vase*, una *Rosarium.*
fornace, unaque dispositione, quod intellige post præparationem primi Lapidis. Rosarium, p. 211.

Notandum est, quod postquam Lapis fuerit purificatus atque perfectè mundatus ab omni re corrumpente, & postea fuerit fer-

mentatus; non indiget amplius mutare vas, nec ipsum aperire, sed solummodo quod Deus custodiat ipsum ne frangatur. Et propter hoc dixerunt Philosophi: *In uno Vase conficitur totum magisterium.* Idem, p.252.

Dominus vobiscum.

Vas erit *ex Vitro rotundum*, & habeat *collum strictum & longum*, & non reponatur materia quin sint *duæ partes* vacuæ. Dominus vobiscum, p.51.

Scotus.

Pone tuam materiam *in Vase Vitreo rotundo* forti, habente *orificium strictum* & *sigillatum*. Scotus, p.60.

Mulieres Græciæ.

Sume Lapidem notum tibi & tritum: pone in *alembico* non habente nisi unum foramen in summitate, quod cautè *sigilla* & pone in *balneo* lentissimo. Mulieres Græciæ, p.92.

Calid.

Vasa huic magisterio necessaria, scilicet *aludela'*, vocantur à Sapientibus *cæmeteria* seu *cribratoria*, quia in eis dividuntur partes & mundantur, & in eis perficitur, completur & depuratur res magisterii. Calid, cap.2 pag.280.281.

Bacho.

Vas rotundum debet esse cum *parvo collo*, de *Vitro* vel de *terra* aliqua naturam sive compactionem vitri repræsentans, cujus *os* cum tali coopertorio & bitumine debet esse *signatum* vel *sigillatum*. Bacho, cap.5.

De tempore ad opus physicum perficiendum.

CAPUT X.

Thomas.

MATERIA nostra seipsam ad perfectum Elixir perficit, vertendo se in pulverem subtilissimum, qui dicitur *terra mortua*, vel *homo mortuus in sepulchro*, vel *magnesia sitiens*: quod spiritus in eo occultatus est in sepulchro, & anima quasi recessit. Permitte ergo stare tunc à principio, usque ad *viginti sex septimanas*, & grossum tunc factum est gracile, leve ponderosum, asperum molle, & dulce amarum, conversione naturarum, virtute ignis occultè completo. Thomas, cap.5.

Greverius.

Parvi spacio temporis Ars perfici non potest. Ideo artifex sit patiens. Greverius, pag.34.

Ventura.

Pauciores dies præparationis est circuitus & revolutio luminaris majoris. Lapis teneri debet in igne, quousque de una natura in aliam, & de uno colore in alium amplius mutari non possit, sed fiat sicut sangvis rubicundissimus, fluens in igne sicut cera, ita tamen fixus, quod nunquam diminuatur. Ventura, cap.22.pag. 121. 122.

Artifex in operando sit assiduus & longanimis, ne festinet, sed sine ulla cordis rabie, ira vel metu, quietè & pacificè post *tempus debitum* optatos fructus expectet, sicut agricolæ faciunt. Idem, cap.28.

Annum sumimus post nostra expectatione. Nam minoris tem- *Ripleus.*
poris spacio calx nostra non potest confici. Ripleus, p. 73.

Videntes colorem nigrum & fucum & malum post *longum tempus* dimittere, & aliqualem albedinem ad modum cinerei coloris devenire, vocaverūt *incinerationem* seu *dealbationem*. Idem, cap. 112.

Tempus quo totum absolvitur, *non est* apud omnes certo *de-* *Libavius.*
finitum. Quidam id revocaverunt ad *decem menses*, vel *no-vem*, quibus conceptus in utero perficitur: quanquam & hoc sit inæquale. Alii *triennium*, alii etiam *minus* statuerunt. Sed multæ incidunt inæqualitatis causæ. Itaque *cura temporis exactam descriptionem* jubent agere artificem ad perfectum, & actiones singulas *suis* determinant *indiciis*, ut sciant quid quando sit instituendum. Libavius, pag. 108.

Temporum variatio accidit propter *quantitatem Medicinæ*, *Monach.*
& secundum *industriam artificis*. Monachus, p. 17.

In putificatione non potest esse *tempus terminatum*, sed in *Scala.*
nonaginta diebus completur opus rubrum. Idem, p. 20.

Quinquaginta diebus primis fit caput corvi & inde in *cen-tum quinquaginta* fiet columba, & 150. aliis fiet rubeus: lento utere igne usq; ad albedinem. Idem, p. 72. & Saturninus etiam.

Medicina non fit *paucis diebus* nec *mensibus*, nec *in brevi*, *Incertus.*
cum *diu* imò *diutius* oporteat illam igne domari & nutriri. Incertus auctor.

In hujus Artis decoctione Philosophi plures terminos posuêre. Quidam intra annum, alii intra *mensem*, alii in *diem unum*, alii in *tres*. Sed sicut nos vocamus *diem*, illud spatium ab ortu solis ad occasum: sic illi dicebant illud spatium inter principium coctionis & finem, *diem unum*. Illi qui dicunt per *mensem* dicunt respectu Solis qui decurrit per *mensem* in uno signo cœli. Qui in *tres dies*, propter principium, medium & finem, qui per annum, propter quatuor colores. Idem.

Cum steterit in Eclipsi per *quinque menses*, tenebrositate re- *Scala.*
cedente & lumine superveniente calor augeatur. Scala Philos. pag. 117. 118.

Totus Naturæ cursus est *duorum annorum* spatium. Unde *Lullius.*
Lapis est *unius anni* & *trium mensium*; quia secundum quod corrumpitur, sic generatur. Lullius in Vade mecum, p. 160.

Tempus perfectionis Elixir est ad minus *unus annus*. Rosa- *Rosarium.*
rium, pag. 179.

Scias quod hæc est *longissima via*. Ergo patientia & mora sunt necessariæ nostro magisterio. Idem, p. 183. 210.

Vobis dico quod sustineatis patienter, quia fortè moratur, & *festinantia* quidem ex parte diaboli est. Ergo qui patientiam non

habet,

habet, ab opere manum ſuſpendat: quia impedit eum feſtinantem credulitas. Idem, p. 247.

In *quadraginta diebus* & *noctibus* completur opus ad album poſt veram purificationem Lapidis; quia in purificatione non poteſt eſſe tempus determinatum, niſi ſecundum quod artifex benè laboret, & in *nonaginta diebus* & *noctibus* completur opus ad rubeum. Et iſti ſunt veri termini ad totam perfectionem. Hoc intellige de coagulatione quæ fit poſt purificationem: quæ purificatio non habet fieri aliter niſi in putrefactione & corruptione corporis in merum ſpiritum. Et cum hoc habueris, lauda Deum. Idem, p. 252.

Deſiderabile. Sis *longus* ad extractionem tincturæ, quia *feſtinatio* eſt primus error Artis, comburens omnia. Deſiderabile, p. 25.

Benedictus. *Patientia* & *mora* ſunt neceſſaria, ut ex prolixitate coquendi vincat aqua pugnam ignis levi decoctione. Benedictus, p. 57.

Scotus. In *annum* poteſt fieri hujusmodi operis perfectio. nempe de groſſo ſubtile, de fixo volatile. nam quod eſt ſuperius, fit inferius. Scotus. p. 61.

Phœnix. Continuetur ſemper ignis abſque divortio, donec argentum vivum ſiccum ſit, & fiet in *duos annos*, nec quantitas argenti vivi excedat libras duas. Phœnix, p. 75.

Prima decoctio *tempus certum* non habet, & eſt tædioſa ſui longitudine: tamen cum gaudio expectetur. Multi *feſtinatione* perierunt, & longitudinis tædio affecti dimiſerunt. Idem, p. 76.

De coloribus Lapidis phyſicis apparentibus ante perfectionem.

CAPUT XI.

Iſaacus. BREVI temporis ſpatio omnem materiam *nigram* conſpicies, tum ſcias veram conjunctionem accidiſſe, ac ſub nigredine *albedinem* latere. Et ſcias, niſi *nigredo* ſeſe in opere oſtenderet, nullam mixtionem nec conjunctionem fore: nec unquam alterum cum altero fixari poſſe. Ac ubi *nulla nigredo* ſeſe oſtendit, ibi *nulla fixio* inter animam, ſpiritum, & corpus accidit. Iſaacus, lib. 1. cap. 64.

Nigredine conſpecta, certus ſis veram conjunctionem factam eſſe. Idem, ibid. c. 67.

Priuſquam *clarus* ſplendens *color* veniet, omnes colores quotquot ſunt in mundo apparebunt & interibunt: deinde multam inſignem *albedinem* conſpicies, ita ut tibi videatur hæc eſt vera albedo. Sed vera albedo non erit. Priuſquam *vera albedo* veniat, videbis in circuitu ad margines vitri in materia Lapidis quaſi eſſent *gemmæ Orientales* vitro inſignes, tanquam oculi piſcium. Cumque id videbis, ſis certus in paucis diebus perfectam albedinem ſeſe

nem sese manifestaturam. Cumque materiam *instar nivis albam* esse vides, ac splendorem habere ut *gemmæ Orientales*, quæ aqua valde insignes sunt ut materia quæ in vitro est; gaude. Lapis enim *albus* est perfectus. sinas sua sponte refrigescere. Idem, cap. 131.

Aquam probè cum aqua conjunge ac humidum cum sicco, ut post videas *maris nigredinem*, id est, *atrum colorem*, quem in ejus putrefactione conspicies, quæ fit *viginti novem dierum* spatio ad ignem pusillum: quod signum perfectum probæ conjunctionis est. Idem, lib. 2. c. 6. & 33.

Secretum nostræ veræ dissolutionis est *Nigredo* facta ut carbo ex Sole & Luna: & ex hoc tandem verè conjunguntur inter se, ita quod nunquam feparantur ab invicem, fiuntque *pulvis albissimus*, qui sunt masculi & fœminæ generati vero amoris vinculo. Lullius, cap. 1. *Lullius.*

Elapsis diebus præfinitis, considera si *primus color ex albedine* jam sit mutatus in *cinereum obscurum*, vel *nigrum* albedine quadam dilutum. Si videris, gaude: quia calorem legitimum subministrasti, & jam semina tua germinare hoc ipso facto conspicis. Greverius, p. 24. 25. *Greverius.*

Primum signum materiæ apparebit *color obscura rubedine ferè nigricante*, laterem ostentans, quem neque nigrum, neque rubrum, neque brunum, sed mixtum quendam ex his omnibus cognoscis. Alterum, *siccitas terræ*: quam ex eo intelliges, si exhalationum nulla sit augmentatio magis quàm antea. Perfectæ maturitatis signa sunt, color *rubeus* cum *citrinitate* intensa nonnihil resplendens, & exhalationum defectus. Idem, p. 36.

Plerunque quadraginta dierum spatio apparet *nigredo* quædam instar picis: quæ nihil aliud est quàm corporis soluti indicium. Quicquid enim spirituale effectum est, superiora seu altum petit, & omne terreum in fundo remanet; atque omne leve sursum, omne ponderosum deorsum tendit. Quando autem corpus ab aqua sua solutum fuerit in *nigredinem* & essentiam incomprehensibilem reductum, tunc præstò est solutionis tinctura in nigredine, sic denique in unum quatuor elementa conveniunt. Quicquid cum Mercurio solutum fuerit, id sese sursum elevat, quantumvis major portio continuè inferius remaneat. Idem, pag. 56.

Quando materia in mediocri calore 40. dierum spatio steterit, *Alanus.* desuper comparere incipit *nigredo* quædam instar picis, quæ *caput corvi* Philosophorum est, & *Sapientum Mercurius*. Alanus, pag. 63.

Hic Lapis triplex est & unus, quatuor habens naturas, & *tres Garland. colores*, scilicet, *nigrum, album*, & *rubeum*. Garland. c. 13.

Omnes

Ripleus. Omnes colores apparebunt ante perfectum *album*, & post *citrinus* & *falsus citrinus*: deinde *sanguis rubeus* impermutabilis. Tunc habes medicinam tertii ordinis in suo genere multiplicabilem. Ripleus, p. 90.

Arnaldus. Solutâ primò corporum formâ in Mercurium nostrum, immediata nova forma introducitur, corruptâ ipsorum formâ: quæ quidem forma est primò in colore *nigra*, in odore *fœtida*, & in tactu *subtilis* & *discontinuata*. Arnaldus in Specul. pag. 55.

Calor agens in humido, generat primo *nigredinem*, & in nigredine *albedinem*, & in albo *citrinitatem*, & in citrino *rubedinem*. Idem ibid. p. 22.

In hora conjunctionis mirabilia maxima apparent. Nam omnes *colores* de mundo quotquot excogitari possunt, apparent in operando, & corpus imperfectum coloratur coloratione firma, mediante fermento. Idem, in Flore florum.

Materia nullo modo potest ita destrui, quin semper maneat sub aliqua forma. Unde soluta prima corporis forma in Mercurium, immediatè introducitur nova forma, corrupta ipsorum (puta corporum perfectorum) forma: quæ quidem forma est in colore *nigra*, in odore *fœtida*, & in tactu *subtilis* & *discontinuata*. Et hoc est signum perfectæ dissolutionis corporum. quia calor agens in humido primo generat *nigredinem*: quæ quidem nigredo est *caput corvi*, principiumque operis nostri. Idem, lib. 2. Rosar. cap. 4.

Monach. Cum in opere fueris, fac ut primo habeas colorem *nigrum*, qui est clavis Artis: & tunc certus eris quod rectè procedis. Monachus, p. 16.

Dausticus. Cum primo *denigrat*, clavem operis dicimus esse, quoniam non fit absque nigredine. nam ipsa est *tinctura* quam quærimus. Dausticus, p. 16.

Dealbatio non fit nisi coctione & aquæ congelatione: & quantò plus abluitur, tantò intentius dealbatur. Idem, p. 47.

Quamdiu apparuerit *nigredo*, obscura dominatur fœmina, & ipsa quidem est prior vis nostri Lapidis; quoniam nisi prius fuerit *nigrum*, non fiet *album* nec *rubeum*, eo quod *rubeum* ex *nigro* & *albo* componitur. Idem, p. 28. & Ludus puer, p. 144.

Avicenna. Cum terra non fuerit *alba*, tere eam cum aqua sua, & iteratò eam calcina, quia Azoth & ignis latonem abluunt, & obscuritatem ejus ab eo eripiunt. Nam præparatio est cum aqua semper, & qualis sit aptitudo aquæ, talis & erit limpitudo terræ: & quanto magis fuerit *ablutio*, tantò magis erit & terra *alba*. Avicenna, cap. 5. pag. 83.

Scala Phil. Cum suam biberit aquam adurentem, *denigratur*; manetq; in

umbra

umbra purgatorii cum noctibus centum quinquaginta sex diebus. Scala, p. 129.

Æs nostrum primò de quanto magis coquitur, de tanto magis solvitur & *denigratur*, & fit aqua magis subtilis & spiritualis. Secundò de quanto magis coquitur, de tanto magis inspissatur & desiccatur, & fit majoris *albedinis*. Tertiò de quanto magis coquitur, tanto plus coloratur & *rubificatur*, & fit tinctura intentioris *rubedinis*. Ludus puer. p. 143. 144. *Ludus puer.*

Colores elementorum in opere sunt: à pedibus ad genua usque terreum elementum *nigrum*: à genibus usque ad umbilicum, *aqueum splendidum album*: ab umbilico usque ad cor, *aereum flavum citrinum*: & à corde ad cervicem, *igneum candens ac rubeum*. Democritus apud Flamellum in Annot. p. 176. *Flamell.*

Ista terra *nigra* in principio stat super aquam, & paulative submergitur in fundo vasis. Rosarium, p. 182. *Rosarium.*

Dispositio ejus est ipsum primò *denigrare* & *putrescere*. Idem, pag. 195.

Cum videris materiam tuam *denigrari*, gaude: quia est principium operis. Combure ergo æs nostrum igne levi, sicut ovorum nutrix, donec corpus constituatur & tinctura extrahatur. Idem, p. 197 200. 201.

Dixerunt aliqui, quod in opere lapidis apparent *omnes colores*, qui in toto mundo excogitari possunt. Hoc est sophisma philosophorum, cum non appareant nisi *quatuor principales*. Et quia ex eis omnes alii trahunt originem, ideo dixerunt *omnes colores*, & si tibi non apparent, non cures, dummodo possis elementa segregare. Nam *Citrinitas* choleram significat adustam, & ignem: *Rubedo*, sangvinem & aërem; *Albedo*, phlegma & aquam; *Nigredo*, melancholiam, & terrā; *quatuor* habens *colores*, quatuor elementa sunt. Idem, p. 201. 203.

Ignis est *terra nigra* in fundo cucurbitæ, qui ignis cum suam biberit aquam adurentem, *denigratus* manet in umbra quadraginta noctibus. Et sic cōcipit in balneis, parit in aere. Dastinus, p. 30. *Dastinus.*

Egressus tincturæ *nigræ*, est signum solutionis & plenæ putrefactionis. Est enim *nigredo* principium medicinæ. Idem. p. 31. 32.

Denigratio est signum solutionis, & dicitur *acetum* philosophorum, & inde ad *albedinem* venit: sed *intermedii* plures apparent colores, & post *albedinem* sequitur *rubedo*. Liber trium verb pag. 48. *Lib. trium verb.*

Liquefactum est corpus nostrum, quando *nigrum* factum est & spissatum. Exempl. Scientiæ, p. 93. *Exempl. Scientiæ.*

Colores tantum tres sunt, *niger*, *albus* & *rubeus*, & qui veniunt dicuntur *medii*, & mutantur: & quando amplius non fit mutatio colorum nec fumat, ibi cadit perfectio. Dominus vobiscum. *Dominus vobiscum.*

Ad *deal-*

Ventura. Ad *dealbationem* cooperatur aqua, quæ cum ipsa terra continuè imbibitur & calore exhalat: imò potius cum terra incorporatur & desiccatur. Sæpe ergo tere eam cum aqua tua, & iterato calcina, quousque aquæ ac ignis lotione obscuritas penitus recedat. Ventura, p. 153.

Libavius. *Albedo* quæ fit per nutritionem, comparatur plumbi albi candori. Ideo credendum non est, hanc esse illam in perfecto Lapide desideratam. Itaque hoc dominium adscriptum est *Iovi*, cujus *albedo* non est fixa, & livoris quiddam adhuc retinet. Ideo & calor *dealbans* non debet esse nimius: alias effugit Libavius, p 117.

Quæritur, an *caput corvi* fuerit ex corpore resoluto, an à Mercurio combusto? Pessime enim sentiunt, qui pro impuritate habent. Idem in Clavic. Lull. p. 281.

Non credas in se *denigrari* illam aquam quæ *candida* manet, sed apparet *nigra* ob innatantem spiritum, seu sulphur *nigrum*, quo separato redit *candor nativus*, qui postea est causa cum igne ut illa quoque terra *dealbetur*. Idem, de Azot, p. 89.

Turba. Aqua cum *dealbatur* (quæ *Ethelia* dicitur) albificat & tingit. Turba Phil. Sent. 56.

Alia Turba. Quid est illud quod parit *nigredinem*? Certe humiditas aquosa & adustiva, est fumus aquosus, de quo dicitur, quod humiditas aquosa & adustiva corrumpit opus, & tingit in *nigredinem*, quæ dicitur à Sapientibus hujus artis *Saturnus*, vel *plumbum*, vel *as*, propter suam nigredinem & immunditiam: à qua nigredine & immunditia debet fieri mundatio. Alia Turba Phil. vetustissimi Manusc. p. 65. 66.

Quando frigiditas & humiditas incipiunt alterari, corpus efficitur *nigrum* ut carbo. Eadem, p. 70.

Rosinus. *Denigrate* terram, & ab ea separate ejus animam & aquam, postea *dealbate*, & invenietis quod quæritis. Rosinus ad Eutichiam.

Secundum opus sic fit: (enumerato primo opere quod est *amalgama*) Aquam hanc pone in vase fictili super ignem lentum, donec videas insuper *nigredinem* apparere: quam remove subtiliter quotiescunque apparebit: tunc habebis aquam & terram. Huic terræ seu *nigredini* inclusæ in vase vitreo superfunde de aqua benedicta, donec aqua fiat *alba* & *clara*. Idem, ad Sarratantam, pag. 282.

Rog. Bacho. Quot *colores*, tot nomina. In prima lapidis nostri operatione est putrefactio appellata, & fit lapis noster *niger*. Ideo cum inveneris ipsum *nigrum* scias quod in *nigredine* illa *albedo* occulta est, & tunc oportet illam extrahere à subtilissima illa *nigredine*. Bacho, cap. 6.

Marg. nov. *Colorum* primus *niger*, qui ut primò, ita difficilius cæteris apparet,

apparet; ostenditque concubuisse cœlum cum forma & concepisse: & proculdubio optatum perfectum & venenum informans perfectum æquis elementis undique compositum oriturum. *Candidus* alter; quo forma ad perfectum, & inde ad venenum perfectum sensim progreditur. Tertius *croceus*, per quem appareret jam in unum cuncta constitui cœpisse: quod semen in omne cœlum per minima quæque diffusum est. Quartus *ruber*, qui perfectum vel venenum perfectum jam ortum manifeste demonstrat. Ex Lacinio super Margarita novella.

Cum in opere *nigredo* apparet, scito te rectam jam operandi rationem inveniisse. Ideo tunc debes lætari, quoniam donum maximum à Deo tibi est concessum. Phœnix, p. 75. *Phœnix.*

Modus fermentandi Lapidem physicum.

CAPUT XII.

SUme *quatuor* partes *fermenti*, *duas* partes tui *spiritus* præparati, contere simul subtiliter, ita ut penicillo eis pingi queat. sicca, siccata & fixata sume, pro *quatuor* partibus materiæ, *unam* partem *spiritus*, quæ efficiunt simul *quinq;* partes. Misce siccaque ut antea, siccata sume, iterum *quintam* partem spirituum, ut prius, pro *quatuor* partibus materiæ. Inde ut prius suo vitro, hocque tam diu facito, donec materia liquescat instar ceræ. Isaacus, libr. 1. cap. 9. *Isaacus.*

Fermentum cum spiritu & corpore, aut terra interire debet, alioquin operam ludis: ac in ascendendo fit subtile magnæque virtutis, & suo corpori unitur. Quare Sapientes *fermentum* Animam appellavere, cum dicunt: *Spiritus attrahit animam in superiora, ac iterum descendit in inferiora.* Idem ibid. c. 35.

Tum vero *octo* partes *fermenti* accipe, id est, si habes *fermenti* uncias *octo*, unciam *unam* tui *spiritus* sublimati pondera, atque etiam exiguo vitro inde; ac aquam destillatam superfunde, atque etiam aquam destillatam fermento superfunde. Idem ibid. cap. 64.

Doceo te, ut *fermenti* partes *octo* atque *unam spiritus* sumas: quia sæpe opus fixabis, & sæpe calcinabis & congelabis, opusque adeo subtile evadet quam fieri potest in fundo, ut post ad altiorem projectionem perveniat. Ibid. cap. 69.

Fermentum fit post originem infantis. *Fermentum* autem nihil aliud est quam *cibus cibalis*, convertibilis in essentiam infantis, ut totum efficiatur opus unius naturæ. Hæc *fermentatio* cibalis debet esse de *sua propria natura*, & sibi assimilari, quoniam nisi assimilaretur ei, nunquam in eorum naturam incorporaretur, vel converteretur in naturam sulphuris. Lullius in Codicillo, p. 70. *Lullius.*

Ripleus. *Fermentatio*, est animæ cum corpore incorporatio, restaura
ei odorem naturalem, gustum & colorem, per naturalem inspis
tionem rerum separatarum. Ripleus, p. 85.

Vogelius. Non erit *fermentum* de hoc vel illo, sed de Sole & Luna ta
tum. Nihil enim petimus, nisi quod lapis convertatur in suum
mile: quia de ipsis est totum temperamentum: nec *fermentu*
est antequam dicta corpora in suam materiam primam conv
tantur. Vogelius, cap. 1. p. 10.

Desiderabile. In *fermentatione* fac ut summa volatilis non superet summa
fixi; corporis alias ligamen sponsale in fugam vertetur. Sed si p
rum sulphuris projiciatur supra multum corporis, ita quod sup
ipsum habeat potentiam, convertit citò in pulverem, cujus col
sicut corporis. unciam *unam* pulveris ad uncias *quatuor* co
poris. Desiderabile, p. 26.

Arnald. Scias quod non est *fermentum*, nisi *Sol* & *Luna*, hoc est *a*
rum & *argentum*. Arnaldus in Flore florum.

Clangor. *Fermentatio* est ipsius lapidis animatio. Clangor, p. 46.

Fermentum album sic fit: Ciba *unam* partem *Lunæ* puris
mæ minutim limatæ, vel subtiliter foliatæ cum *duplo* sui Mercu
bene mundissime albi, terendo simul fortiter in mortario lapide
donec *Mercurius* ebibat ipsam limaturam, & fiat quasi *bu*
rum, ita quod nihil inveniatur de ipsa limatura. Deinde abl
oxalme, deinde aqua, & postea exsicca igne: superadde sulphu
albi partem unam, terendo totum, donec redeat totum quasi co
pus unum. Deinde *incera* ipsum cum *una* parte aquæ, & mit
ad sublimandum. Sic eodem modo fit fermentum rubeum cu
Sole purissimo. Idem, p. 50.

Si non misces *fermentum* cum *elixir*, non coloratur corp
sicut debet: quoniam sine fermento non exibit neque Sol neq
Luna, sed aliud quod non permanet in tinctura naturæ meta
licæ, nisi ipsum præparaveris, scilicet corpus imperfectum. Ide
pag. 51. 58.

Rosarium. Corpus imperfectum coloratione firma coloratur *fermen*
mediante, quod *fermentum* est *anima corporis imperfecti*,
spiritus mediante anima cum corpore jungitur & ligatur, & cu
ea simul in colorem fermenti convertitur, & fit unum cu
eis. Rosarium, p. 191. 221.

Fili extrahe à radio suam umbram. Accipe ergo *quartam* pa
tem sui, hoc est, *unam* partem de *fermento*, & *tres* partes d
corpore imperfecto: dissolve *fermentum* in æquali sui *aq*
Mercurii. Coque insimul lentissimo igne, & coagula illud fe
mentum, ut fiat corpus imperfectum, & orificio valis clauso, co
dem modo & ordine, ut dictum est, fit per omnia præparatum
Idem. p. 228.

Si *solen*

Si *solem* facere volumus, *Solem* apponimus, & si *Lunam*, *Lunam* pro *fermento*. Si *fermentum* non ponas, non coloratur: & si non præparas corpus, non sustinebit ignem: & si parum fermenti apposueris, parum tincturæ habebis. Dastinus, p. 30. *Dastinus.*

Accipe *quatuor* partes *fermenti*, (*fermentum* autem aliud est quam *Mercurius coctus*; coquitur autem potatione & cibatione: quia siccum bibit humidum) & *unam Mercurii loti*, & *amalgama* sic: Calefac *fermentum* per se, & calefac in alio vase *Mercurium*: & cum Mercurius incipit bullire, & fermentum igniri; projice Mercurium super fermentum, & post move cum baculo, ut sic nihil amplius appareat Mercurii. Quo facto calefac tantum de *Mercurio*, sicut prius fecisti: sed non amplius calefacies *fermentũ* sic quod igniatut, (quia Mercurius recederet) sed sufficit quod sit calidus: & dum Mercurius incipit bullire, projice super fermento, movendo ut prius, & statim imbibetur, & materia erit sicca. Et iterum calefac de Mercurio, & fac ut prius, sic quod sit tantum de Mercurio sicut de fermento: & tunc pone totum in vase, sicut fit à principio, ad lentum ignem, & hoc per *duos dies* & per *alios duos dies* ignem augendo modicum: Et sic fac de duobus in duobus diebus, usque ad dies duodecim, & sic tota materia erit fermentum. Si magis vis augere, fac ut prius in infinitum. Dominus vobiscum, p. 55. *Dominus vobiscum.*

Fermentum dupliciter sumitur: aut pro *pulvere nigro*, dum reducit ad se Mercurium: vel pro *Sole* vel *Luna*. Et dicitur *fermentum*, quasi à *fervore*, quia *fervere*, ebullire & crescere facit pastam, & habet substantiam unam per totum similem, & habet virtutem victricem, & dominantem, occultam, & conversivam pastæ in sui similitudinem. Rectificando enim reducit eam ad statum digniorem & meliorem Margar. nov. p. 110. 111. *Marg. nov.*

Cum *animam candidam* ortam artifex visu perpenderit, suo *corpori* eodem momento conjungat. non enim potest anima sine suo corpore detineri. Talis autem unio fit mediante *spiritu*: quia anima non potest vitam habere in corpore suo, nec perseverantiam, nisi per spiritum: & talis unio & conjunctio est finis operis. Oportet quod conjungatur anima cum suo primo corpore de quo fuit, & non cum alio. Quod nisi feceris, deficies à proposito, sicut plures ignorantium, eo quod ignorant hoc secretum. Sicut materia non habet esse sine forma, sed totum esse suum & dependentia est à forma: ita anima mediante spiritu non potest esse in ipso lapide nisi per corpus: quia eorum esse & perfectio dependit à corpore. Similiter ergo patet, quod corpus sit forma: quia illud quod disponit rem ultima dispositione, & ipsam complet, est forma specifica ejus. Sed corpus est hujusmodi. Ergo. Similiter cum omne compositum sit ex materia & forma, & ipse-

met ſpiritus ſit materia: Ergo corpus erit forma. *Fermentum* confectionem dealbat, combuſtionem inhibet, tincturam conti net ne fugiant corpora, lenificat, & ſe invicem ingredi facit & con jungi, quod eſt finis operum. *Fermentum auri, aurum* eſt: ſicu fermentum paſtæ, paſta eſt. Ibidem, & pag. 112.

Cum lapis liquefactus eſt per decoctionem, debet tunc coagu lari. Coagulatio autem hæc fit cum *fermento*, ſive corpore ſuo quod idem eſt. Et hæc proprie eſt Alchemia inſtrumentaliter. Eadem, pag. 116.

In hac conjunctione reſurrectionis fit totum corpus ſpirituale ut ipſa anima, & fiunt ſic unum ſicut aqua mixta aquæ, & non ſeparantur de cætero in æternum: cum in eis nulla ſit diverſitas, imò unitas & identitas omnium trium, ſcilicet ſpiritus, animæ & corporis, abſque ſeparatione in æternum. Eadem, pag. 120.

Semita. Accipe de *fermento* quocunque *quartam* ſui partem: puta, ſi libra fuerit corporis *imperfecti*, ſcilicet pretii, accipe ex fermento, id eſt *Sole* vel *Luna*, libras *tres*: & illud *fermentum* ſit ſolutum, & terra factum, ſicut corpus imperfectum, & eodem modo & ordine præparatum inſimul conjunge & imbibe cum aqua benedicta prædicta & coque per tres dies aut plures. Tunc iterum aqua ſua imbibe, & coque ut prius: & hoc toties reitera, quousque hæc duo corpora unum remaneant, id eſt, in unum reducantur. Quod perpendes, quando color non variatur in eis. Deinde deſuper funde aquam paulatim, bibatque quantum bibere poſſit, ſemper dando ei novam aquam. Semita, p. 72.

Roſinus. Si *libra una* fuerit *corporis imperfecti*, ex *fermento* ſit *quarta libræ*. *Fermentum* vero eſt *Sol* & *Luna*, & non ſunt alia fermenta. Et fermentum ſic ſolutum & terra factum, ſicut corpus imperfectum, eodem modo & ordine præparatum, ſimul conjunge & imbibe, &c. Roſinus, p. 283.

Rachaid. Pulvis abſolutus abſolutione prima dicitur *fermentum primum elementatum*. Da ergo ei *ſecundum fermentum fermentatum* ab omni elemento elementato æqualiter, quod eſt *aurum*: da ei *quartam* partem: quod tamen prius calcinatum ſit & in aquam ſolutum, hoc eſt enim aqua elementata æqualiter ab omnibus elementis. Da ei *ſecundum fermentum*. Cum *ſecundum* dico, aſſero ſecundum retinaculum, & in eo eſt tinctura ſulphurea, & dicitur *oleum retinaculorum*. Da ei aquam ſafferanicam: da ei aquam ſiccam & calidam, ſubtili cum imbibitione, ſcilicet *guttam ad guttam*. Et ſi dares ei minus de iſtis bibimentis, confunderetur. Rachaidib. p. 399.

Calid. *Spiritus* ſunt fugaces, quousque *corpora* cum eis commiſcentur & conantur pugnare cum igne & ejus flamma: & parum tamen conveniunt iſtæ partes, niſi cum operatione bona, & cõtinuo & longo

& longo labore: quia natura *animæ* est tendens sursum, ubi centrum animæ est. Et quis est ille ex probatoribus, qui valeat duo vel diversa conjungere, quorum centra sunt diversa, nisi post conversionem naturæ eorundem, & mutationem substantiæ, & rei à sua natura? quod est grave quærere. Ergo qui potuit convertere animam in corpus, & corpus in animam, & commiscere cum eo spiritus subtiles, tinget omne corpus. Calid. cap. 6.

Methodus multiplicandi lapidem physicum.

CAP. XIII.

PUlcra cœlesti rubedine conspecta, sinas sponte frigefieri, ac eximè, atque admodum circumspecte serva, atque *hujus* drachmam *unam* sume, ac tum *viginti* drachmas *auri puri* ter quaterve cementati, ita ut purum sit. Tum sume illas *viginti* drachmas auri, ac pone liquandas in crucibulo: liquefactis drachmam illam pulveris tui lapidis superjice, ac pulvis ille continuò se permiscebit cum auro illo, ac unum corpus fiet. Sine refrigescere, ac exime: tum optimum crucibulum terreum habe, qui bene ignem ferre possit: ac tum habe crucibulum vitreum qui terreo quadret, qui ex vitro ita sit confectus, ut ignem & flammam ferre possit, ita ut nec liquefiat, nec rumpatur in igne. Tum crucibulum vitreum crucibulo terreo impone, ac tum speciem furni habe venti, ac ei utrumque impone crubibulum, ac ei crucibulo aurum inde, in quo drachmam illam projecisti pulveris lapidis tui. Ac liquefacto, retine tres dies ac noctes continuè, ut omne in una stet liquefactione. Sine refrigescere ac exime. Tum sume *argenti puri mille partes*, ac in crucibulo liquefacito, ita ut fluant. Tum hujus materiæ cape unam partem, quæ per tres dies in furno venti stetit, ac projice super illud argentum quod fluit, ac una cum eo fluere sine trium aut quatuor orationum Dominicarum spatio, tum sine refrigescere, ac *aurum purum* superans omnes probas habes. Fortè frangibile erit, itaque istas *mille partes argenti denuo liquefac*, ac *plus argenti* adde, tantum ut malleabile aut molle sit. Fortè una illa pars facile *bis* aut *ter mille partes argenti* in *aurum purum* convertet. Cumque molle est, una pars illa opus suum peregit. Id experientia te facile docebit. Isaacus, lib. 1. cap. 132. 134. *Isaacus.*

Multiplicatio alia est *virtualis*, quæ fit per alterationem dis- *Scotus.*
solvendo & congelando: alia est *quantitativa*, quæ fit per appositionem novæ materiæ. Scotus, p, 63.

Multiplicatio quantitativa nihil aliud est quam augmenta- *Incertus.*
tio ab uno pondere ad infinitum, ita ut opus nunquam incipiatur denuo, & tamen sine diminutione virium suarum. Accipe ergo *Mercurii præscripti* uncias *duas*: bulliant in crucibulo, tunc su-

perfice *medicinæ rubræ* uncias *quatuor*, bulliant & ſtent in ign donec Mercurius fuerit congelatus,& in pulverem redactus, quo mox fiet. Hic pulvis ponatur in metretio clauſo hermeticè,& ſi per ignem moderatum per quatuor dies, auge ad dies uſq; octo deinde pone materiam intra duos crucibulos ſimul lutatos,& d ignem fortem per ſpatium viginti quatuor horarum, deinde coo peri carbonibus, & refrigeratis, reitera ſi volueris,& habebis m rum. Pro *Luna*, accipe *Mercurii* & *medicinæ albæ* partes *æqua les*, fac ut ſuperius. Incertus.

Richardus. Omnium rerum emendatio illius rei naturæ eſt, augmentati cujus eſt. Ideo in multis philoſophorum dictis per artem emen datur natura, ultra ſuum motum quem habuit in prima forma Richard. cap. 1. p. 534.

Novum lumen Chym. Sal centrale ſine auro *multiplicare* impoſſibile eſt. Semen au tem metallorum filii tantum doctrinæ noverunt. Novum lume Chym. p 41.

Qui plura de Multiplicatione ſcire deſiderat, inviſat *Clange rem Buccinæ*, paragrapho de *Multiplicatione*.

Probatio operis phyſici perfecti.

CAPUT XIV.

Iſaacus. ACcipe æs mundum, radas atque belle polias, ei paululum tua materiæ impone, ignique ſive carbonibus immitte. Si materia *liqueſcit*, ac ſeipſam *diffundit ſuper lamina candenti locus que*, ubi materia jacet, *albus* eſt, medicina tua ſecundi ordinis per fecta eſt: age gratias Deo. Iſaacus, lib. 1 c. 9.

Greverius. Accipe de tuo *ſemine rubro* cum citrinitate intenſa nonnihil reſplendente *granum unum* vel plus: ſuperpone alicui *teſtæ* ve *laminæ ferri* aut *cupri*, impoſitumque valido igni adure, donec optime candeſcat. Si itaque in tali igne *nullum omnino fumum dederit*, ac exceptum ex igne *pondus* ſuum aut *nihil*, aut, *exi guum quid diminutum* oſtenderit; ſatis bene maturum eſſe in dicat. Ac ſi *fumum emiſerit*, fixio non eſt completa. Greverius pag 36.37.

Roſarium. Oportet quod *medicina* ſit *velocioris fuſionis* quam Mercu rius, ita quod citius *fluat* ante Mercurii fugam, & quod *ignis* ipſam *conſumere* nec *deſtruere* poſſit,& tunc dicitur *ſal fuſibile*, *oleum incombuſtibile*,& *ſapo Sapientum*. Roſarium, p. 180.

In fine exibit *Rex* ſuo diademate coronatus, fulgens ut Sol cla rus, ut carbunculus, foris *effluens ut cera*, perſeverans *in igne*, pe netrans & retinens arg. vivum. Per ſolam decoctionem poteſt al bedo devenire ad rubedinem, ignem ſic continuando. Æs no ſtrum album ſi diligenter coquatur, optime rubificatur. Igne er go ſicco & ſicca calcinatione decoquatur, donec *rubeat ut cina*

brium

brium, cui de cætero nihil imponas, nec aquam nec aliam rem, quousque ad complementum decoquatur rubeum. Idem.

Signa certa completi Elixiris hæc sunt: Fit *aëre subtilior*, si est *ad album*, & lacte nitidior: si ad *rubeum*, fit *unione rutilantior*: & non differt lapis albus à rubro, nisi ex additione citrinantis coloris, qui etiam à solo Mercurio recipitur. Ergo sit *elemento liquidior*, quod sit gracili *spuma ampullosior*, quod sit furioso *vento spiritualior*, quod sit *aqua viva limpidior*, *ignis pugna spissior*, & quod *in omni frigore*, quantumcunque magno, & in *omni calore* quantumcunque parvo *incoagulabilis* omnino sit. Scotus, p. 200. 201. *Scotus.*

Quando materia est *alba*, adhuc non est perfecta nec completa, quantum ad veram perfectionem: ducit tamen omnia quæ tangit, in complemento Lunari. Sed quia Luna non est omnino perfecta in omni judicio, dicimus quod *medicina*, quando præparata est *ad album*, non est perfecta in verissimo complemento: sed quando præparata est *ad rubrum*, tunc ipsam dicimus esse *perfectam in omni judicio*. Arnaldus in Speculo, p. 8. *Arnald.*

Methodus projiciendi lapidem Physicum super metalla.

CAP. XV.

SI *Projectionem* in *loco* vis facere, liquabis ipsum in crucibulo, ac pones super *libram* Jovis *unciam unam* puræ *Lunæ*, ac simul liquabis, ac lapidem tuum album superjicies, ac tum *Jupiter* in veram *Lunam* transmutabitur, multum aut parum, prout lapis tuus subtilis erit. Ac si *rubro* tuo lapide operari vis, ipsum super *Lunam* projicies, liquefaciendo ipsam, ac rubrum tuum lapidem superjicies, *Solque* verus fiet. Isaacus, lib. 1. c. 80. *Isaacus.*

Nulla *projectio* fieri potest *rubro lapide*, quàm super *lunam*. *Ripleus.* Idem ibid. cap. 81.

Vide ut *medicinam* tuam *projicias* super *fermentum* tuum, tum erit illud *frangibile* ut vitrum. *Projice* illam frangibilitatem supra corpora mundata, tunc habebis metallum probatum omni judicio. Ripleus, p. 89. *Ripleus.*

Secretum hoc non debes ignorare, quod noster *mas rubeus*, nec illius *conjunx* non tingunt donec tingantur. Idem, p. 90.

Si pulveres reperiantur plura aut pauciora pondera convertentes, id non ex *medicinæ diversitate*, sed ejusdē majori vel minori *subtiliatione* contingit: vel quod virtus eorū *pluribus projectionibus* diminuta vel exhausta sit. Evoaldus in Præfatione, p. 10. *Evoaldus.*

Vult quis lapide physico *plumbum* in aurum argentumve mutare? opus est ut *plumbi* substantiam prius cum eo misceat, ita ut simul unum quid fiant: similiter de *stanno*, *ære* & *argento* faciendum. Idem, p. 123.

Manuscr. Accipe *lapidem tuum*, & divide in *tres partes*: quamlibet involve in *cera alba*, & sic fient tres pilulæ. Et post accipe *partem unam Solis* puri, & fundatur in crucibulo mundo. Quo fuso pone *pilulam unam* & misceatur baculo, & aliquo intervallo facto ponatur *alia pilula*. Fac ut prius, & post ponatur *tertia* faciendo ut prius. Deinde extrahatur, & *unam partem* pone super *decem* metalli imperfecti, & unum de istis super *alios decem*, donec color tibi placuerit. Manuscriptus, p. 70.

Scotus. Si *quadraginta* libras *Mercurii albi* vel *rubri* in aquam converteris, & super ignem aliquantulum fumigare permiseris, & de super *Elixiris* suprascripti *unciam* unam projeceris; totum in naturam *fixam* convertit & fermentat, eidem virtutem suam æqualiter communicabit, & signa omnia prædicta ipsi aquæ insignabit. Sic *crystallus* vel *vitrum fluxibile* faceret, & malleandi dulcedinem præstaret & donaret. Similiter omnem *lapidem pretiosum* convertit secundum coloris intensionem quamvis: quia omnem colorem recipit sicut & rubeum, sic plus in unum conflaverit & induraverit in corpus permixtum. Scotus, p. 201.

De argento vivo & sulphure philosophorum.

CAP. XVI.

Tauladan. VEteres philosophi argentum vivum *aquam siccam* nominaverunt. Tauladan, p. 171.

Satis patet quodnam sit illud *argentum vivum*, quod Geber in Summa indicabat esse eligendum, scilicet mundam & fixi Mercurii substantiam in *Sole* & *Luna* inclusam. Idem, pag. 193.

Richardus. *Sulphur* provenit ex pingvedine terræ in minera per temperatam decoctionem inspissata, quousque induretur & sicca fiat: & cum indurata fuerit, *sulphur* vocatur. *Argentum* vero *vivum* in sua radice prima est compositum ex terra alba, subtili, nimium sulphurea, cum aqua clara fortiter admista, & unita tali unione per minima, quousque humidum temperetur à sicco, & siccum ab humido æqualiter, donec fiat substantia una, non quiescens in superficie plana, nec adhæreat tangenti propter siccitatem, quæ alteravit aqueitatem in ipso. Est autem *homogeneum* in natura: quia aut totum *remanet* in igne, & fixum: aut totum *evolat* in fumum, cum sit incombustibile & aëreum. Et hoc est signum perfectionis. Richardus, c. 7. p. 541.

Libavius. *Mercurius crudus* dissolvit corpora, & reducit ea in primam materiam. Sed *Mercurius corporum* hoc facere non potest. Idem, cap. 15.

Mercurius philosophorum est compositus ex Mercurio *crudo* & Mercurio *corporum*, unione intima & inseparabili, sicut aqua simplex aquæ simplici confusa segregari nequit. Libavius, p. 62.

De Astro-

De astrorum contemplatione ad opus physicum.

CAPUT XVII.

OPus hoc non causatur à *motu superiorum*: quia *omni tempore* fieri potest. Marg. nov. p.18. *Marg. nov.*

Omni tempore incipe opus. Liber trium verb. pag.48. *Lib. triũ ver.*

Contemplatio cæli non est necessaria. Libavius de Mercurio philos. p.65. *Libavius.*

Astra in horas mutantur, nec ulli homini tam sunt explorata, ut eorum vis omnis pateat. Quin non possunt impedire te ne franges vitrum, quomodo pellent alias noxas? Est & incertus calculus: multique Astronomi notas in chartis olim descriptas sectantur, à toto errantes cœlo, aut in eo non magis periti, quàm ego in Oceano Athlantico. Libavius de lapide phil. p.66.

Non necessariũ est *stellarum situm* observare, nec expectare ad opus nostrum componendum. Geber lib. 1. c. 11. *Geber.*

Non est necessarium observare *ortus & cursus cœlestium signorum*, aut *aspectus Planetarum*, vel *tempora anni*, aut *dies*, vel *horas*: quia hujus lapidis nostri generatio est omnino naturalis, sicut aliarum rerum, quas Natura producit, & ejus effectus similiter. Ventura, cap. 13. *Ventura.*

Ænigmata philosophorum an omnia intelligi possint.

CAP. XVIII.

QUi omnia *ænigmata* excutere voluerit, Artem potius perdet quàm acquiret. Impossibile est enim omnium *allegorias* explicare certò: cum modò huc, modò illuc respexerint auctores, & per se applicatio sit ambigua. Libavius, p.65. *Libavius.*

Stultum est asino præbere lactucas, cum ei sufficiant cardui. Rerum minuit majestatem, qui divulgat *mystica*. Quicquid nocere potest vulgatum, *mystico* sermone meritò est occultandum. Varii auctores passim. *Varii.*

Scientia nostra est pars *Cabalæ*, quæ *receptio* interpretatur *per colloquium*. Nam Philosophi de ea tractantes tantis *ænigmatibus, tropicis, scirpis, gryphis* atque *problematibus* involvunt, quod tantum docet Pythagoras suo silentio, quantum ipsi scripturis suis. Ægidius: cap. 10. p.28. *Ægidius.*

Prophetica, naturalia, Spagyrica & poëtica arcana, plæraque omnia tecta sunt. Idem, p.102.

Attente considerandum est in quo conveniant maxime auctores. Ibi namque latet veritas, quæ unica tantum & simplex est. Vogelius in Præf. p.10. *Vogelius.*

Sunt libri hac de scientia scripti sub *figura*, quorum pars major *obscura* multum ac sententiis connexa, ut non nisi à suis compositoribus possit intelligi. Margarita novella, pag.45. *Marg. nov.*

Vires seu facultates lapidi physico vulgo adscriptæ.

CAPUT XIX.

Hermes.

VErum sine mendacio, certum & certissimum: Quod est inferius, est sicut quod est superius: Et quod est superius, est sicut quod est inferius, ad *perpetranda miracula* rei unius, &c. *Vis ejus integra est si versa fuerit in terram.* Sic habebis *gloriam claritatis* totius mundi. Ideo fugiet à te *omnis obscuritas*, (id est, *inopia & ægritudo.*) Hic est *totius fortitudinis fortitudo fortis*, quia vincit omnem rem subtilem, omnemque solidam penetrabit. Hermes Trismegistus, in Tabula Smaragd.

Geber.

Unam *medicinam* invenimus longa inquisitione, labore maximo, experientia certa, qua *durum mollescit, molle induratur, fugitivum figitur, fœdum illustratur splendore mirabili.* Geber apud Libavium de lapide philos. p. 130.

Aurum est *medicina lætificans, & in juventute corpus conservans.* Idem, lib 1. c 33.

Calid.

Habet autem proprietates & virtutes multas. Nam ipse *mundificat corpora* ab additionibus accidentium ægritudinum, & *conservat substantias salvas*, ita quod non appareant neque videantur in eo turbationes contrariorū, nec fugimentum sui vinculi. Hic est enim *sapo corporum*, & *eorum spiritus*, & *eorum anima:* quando commiscetur cum eis, *solvit ea* sine detrimento. Hic est *vita mortuorum* & *eorum resurrectio, medicina conservans corpus, & purgans superfluitatem.* Et qui ipsum sciverit, sciat, & qui nesciverit, nesciat. Nam hujus officium non consurgit pretio, nec associatur venditioni seu emptioni. Intellige ejus virtutem & valorem atque honorem, & operare. Calid. cap 14.

Incertus auctor.

Cum homo dignissima sit creaturarum, cujus gratia & amore omnia sunt condita à DEO, eidemque subdita, & cujus corpus recipit excellentiam omnem quovis jure divino & humano; meritò ergo *quod eum in sanitate juventuteque conservat, cunctos ab eo repellendo langores, & à superfluitatibus avertendo*, summa diligentia est perquirendum. Hoc enim operatur natura super omnem Hippocratis, Galeni, Avicennæ & aliorum phisosophorum medicinam, vel potationem, confectionemve, ut etiam *lepra ab eo repellatur*: cum sit *antidotus & medicina omnium corporum curandorum & purgandorum.* Incertus auctor de magni lapidis compositione, insertus initio tomi 3. Theatri Chemici cap. 51.

Clangor.

Est sciendum quod antiqui Sapientes *quatuor* principales *effectus* sive virtutes in hac gloriosa thesauri arca, consolatrice & adjutrice scientia repererunt. Primò dicitur *corpus humanū à multis infirmitatib. sanare.* Secundò, *corpora metallica imperfecta restaurare.* Tertiò, *lapides ignobiles in gemmas quasdam pretiosas*

tiosas transmutare. Quartò, *omne & itrum ductile seu malleabile facere.* De primo consenserunt omnes Philosophi. Nam *omnem infirmitatem ab intra sumendo curat, ab extra sanat ungendo.* Dicunt enim Philosophi, quod si datum fuerit de eo in aqua vel in vino tepido *paralyticis, phreneticis, hydropicis, leprosis, curat eos.* Alii sapientes dicunt, quod *guttam rosaceā relidit*, sæpe ungendo: Hinc verò *passio cardiaca, hectica, iliaca, colica, icteritia*, ac *morbus S Ægidij*, tum *Epilepsia*, & *omnes species febrium per eam curantur*, sumendo plærumque. *Arthritica* per eam curatur ungendo, omnemq; *melancholiam* sive *mœstitiam mentis* jejuno stomacho sumpta *repellit*, omnemque *fluxum rheumaticum exsiccat.* Est etiam *infirmorum oculorum* sanatrix optima. Nam *fluxum lachrymarum stringit, lippos sat tenuat, rubore m depellit, pellem* vel *tunicam delendo mollificat. Tela, albugo, cornu, ungula, cataracta, inversio palpebrarum, æstus*, nec non *tenebræ, inflaturæ oculorum*, hæc, inquam, omnia, per medicinam philosophicam facillime *curantur. Cor* & *spiritualia confortat* potando, *dolorem capitis mitigat* in temporibus ungendo. Præbet etiam *surdis auditum*, & *omni dolori aurium succurrit: in flaturis nervos compactos* rectificat ungendo, *dentes corrosos restaurat* lavando, *fœtoremque anhelitus dulcorat.* Sanantur etiam per eam *omnia genera apostematum*, ungendo vel emplastrando, aut pulverem siccum immittendo. *Ulcera, vulnera, cancer, fistula, noli me tangere, anthrax, serpigines, impetigines, pernziones, scabies, pruritus* & *tinea per eam sanantur.* Cicatrices per eam planantur, ita ut caro nova regeneretur: *vinum corruptum* & *acidum* si permiscetur, *reparatur*: *calculus inde solvitur* si bibitur: *venenum expellit* sumendo: *occiduntur* etiam *vermes*, si impulverisentur *capilli* sub villo sic per eam ungendo, & *removentur. Rugas in facie*, aut *omnes maculas dele* ungendo *faciem juvenilē facit. Mulieribus in partu laborantibus* sumpta auxiliatur, *fœtum mortuum* emplastrando educit, *urinam provocat. Coitum excitat* & *auget, ebrietatem prohibet, memoram inducit, humidum radicale augmentat, naturam vigorat*, nec non multa alia bona corpori humano monstrat & ministrat: quia hæc medicina est super omnes medicinas Hippocratis, Galeni, Alexandri, Constantini, Avicennæ, & aliorum Doctorum omnium Artis medicinæ, præstantior in odore, sapore, virtute & effectu. Et est notandum, quod hæc medicina est semper medicinæ Apothecæ ad morbum depellendum permiscenda. De secundo scribitur, quod *omnia metalla imperfecta transmutat.* Nam omne quod est *argentum facit aurum* in colore, substantia, perseverantia, pondere

dere, ductibilitate, liquefactione, duritie, mollitie. De tertio scribitur, quod *lapides in gemmas pretiosas transformat*, & quod *saspides, hyacinthi, coralli rubri & albi, smaragdi, chrysolithi, sapphyri* ex ipsa materia *formari possunt*. Et in Charta Sacerdotum traditur, quod ex *crystallo carbunculus* sive *rubinus* aut *topasius* potest fieri per eam, qui in colore & substantia excellunt naturales. &c. De quarto scribitur, quod *vitrum reddit malleabile* quando liquescit. Præterea. ut ait Raymundus, habet etiam potestatem *rectificandi omne animal*, & *vivificat omnes plantas in tempore veris*, per suum magnum & mirabilem calorem. Quia si de illa ad quantitatem unius grani milii dissolvas in aqua, & illam mittas in corde unius vitis, ad quantitatem cavitatis unius avellanæ, artificiose nascentur folia & flores & boni racemi in mense Maji; & sic de *qualibet alia planta* facies: quoniam sic reputatur miraculum & contra cursum Naturæ: propter hoc, quia tales ignorant potestatem talis rei. Sed non est aliud quam purus calor naturalis infusus in suo humido radicali, &c. Clangor Buccinæ, sub calcem libri.

Arnaldus. Habet virtutem efficacem super omnes alias Medicorum medicinas *omnem sanandi infirmitatem, tam in calidis quam in frigidis ægritudinibus*, eo quod est occultæ & subtilis naturæ. *Conservat sanitatem, roborat firmitatem & virtutem, & de senefacit juvenem. Omnem expellit ægritudinem, venenum declinat à corde, arterias humectat, contenta im pulmone dissolvit, vulneratum consolidat, sanguinem mundificat, contenta in spiritualibus purgat, & ea munda conservat.* Et si ægritudo fuerit *unius mensis*, sanat *una die*, si *unius anni*, in *duodecim diebus*; si vero fuerit aliqua ex *longo tempore*, sanat *in uno mense*, & non immediatè. Hæc medicina super omnes alias medicinas & mundi divitias est oppidò quærenda: quia qui habet ipsam, habet incomparabilem thesaurum. Arnaldus, lib. 2. Rosar. c. 31.

Scala. Ut unumquodque imperfectorum corporum *Lapis* convertit in *infinitum solificum* & *lunificum verum:* sic etiam habet virtutem efficacem ad *sanandum omnem infirmitatem*, super omnes alias Medicorum medicinas. Nam *animum lætificat, virtutem augmentat, sanitatem conservat, juventutem renovat, senectutem retardat*, &c. ut inquit Arnaldus. Et *aurum* sic factum per magisterium fit *potabile* per accumulationē quintæ essentiæ nostræ super ipsum, donec pariter inspissentur: cum quibus etiam elementa aliarum rerum medicinalium poterunt in spissitudinem olei circulari. Et tunc habetur *Aurum potabile verissimum, balsamum philosophorum efficacissimum*, quod

est

est pretiosissimum Dei donum, cujus nomen glorificetur hic & in ævum. Amen. Scala philos. sub calcem.

In hoc completur pretiosum Dei donum, quod est super omne mundi scientiarum arcanum, & incomparabilis thesaurus thesaurorum. Quia, qui habet istud Dei donum, mundi habet dominium: quoniam ad finem divitiarum pervenit, & Naturæ vinculum confregit. Non tamen ex eo quod habet *potestatem convertendi omnia corpora imperfecta in purissimum Solem & Lunam*: sed magis ex eo, quod *hominem & quodlibet animal præservat in conservatione sanitatis*. Lamina vero crystallina, quæ est *Elixir album*, si detur in quantum granum sinapis *febricitanti, curat ipsum*. Etiam *leprosus*, si per quatuor anni tempora de eadem lamina purgatus fuerit cum *pulvere rubeo*, unde fit Sol, bis in anno, curatur. Et *uterque pulvis albus & rubeus sanat ischiadicos* in periculo mortis: sanat enim *paralysin*. Item, si pulvis teneatur ad nares in *partu laborantium*, liberatur. Hoc dicit Hermes. Gëber quoque dicit, quod Elixir rubeũ curat *omnes infirmitates chronicas*, de quibus Medici desperaverunt, & facit *hominem juvenescere*, ut aquila, & *per quingentos annos vivere*, & amplius: ut aliqui Philosophi fecerunt, qui usi fuerunt eo tribus vicibus in hebdomada, quantum granum sinapis. Quare nota, quod *omnes infirmitates quæ â vertice capitis usque ad plantam pedis generantur*, si fuerint *unius mensis*, in *die*: si *unius anni*, in *duodecim diebus*: si *ex longo tempore*, in *mense* curantur. Quia sicut curat omnia metalla imperfecta ab omni infirmitate, sic & humana corpora. Unde Hermes: *Si de Elixir nostro omni die usque ad septem dies sumpseris pondus carrobiarum; capilli tui cani de capite tuo cadent & renascentur nigri, & ita de sene fies juvenis & fortis*. Ideo dicit Arnaldus: *Hic lapis noster virtutem habet efficacem omnem sanandi infirmitatem super omnes alias medicinas Medicorum. Nam animum latificat, virtutem augmentat, conservat juventutem, & removet senectutem. Non enim permittit sanguinem putrefieri, nec phlegma superdominari, nec choleram adurì, nec melancholiam superexaltari: imò sanguinem supra modum multiplicat, contenta in spiritualibus purgat, & omnia corporea membra efficaciter restaurat, & à lasione custodit: & generaliter omnes tam calidas quam frigidas, tam siccas quàm humidas infirmitates arctissimè sanat præ omnibus alijs medicinis Medicorum*. Breviter *expellit omnes malos humores, bonosque inducit: confert amorem ipsum deferentibus, securitatem & audaciam; & in prælio victoriam*. Rosarium philos. sub calcem libri.

Rosarium.

Qui

Qui hanc Artem semel perfecerit; si deberet vivere mille millibus annis, & singulis diebus nutrire quatuor millia hominum non egeret. Est enim ita dives, habens Lapidem de quo Elixir fit, sicut qui habet ignem, qui eum potest dare cui vult & quando & quantum vult, sine suo periculo & defectu. Idem, p.229. editionis Basileensis.

Lullius. Valet *ad omnes morbos*, excepto decretæ mortis termino, Spiritu hoc tingente facimus *Vitra tractabilia mallec & infragilia.* Ex *crystallo* facimus *Carbunculum*, prout miscentur eis planetæ. Lullius apud Libavium, lib. de Lap. Phil. p.144.

Restat igitur rem quærere, quæ circa terminum vitæ nostræ possit *corpus nostrum à putrefactione servare, infirmium curare, & deperditum restaurare*, donec veniat ultimata mors in termino præfixo ab altissimo creatore DEO, &c. Sed nulla medicina de mundo hoc poterit nisi nostrum *menstruum vegetabile cœleste animal*, quod dicitur *quinta essenta.* Nâm *carnes â corruptione conservat, elementativa confortat, juventus pristina per ipsam restauratur, crudum digerit, rarum indurat, induratum rarificat, macrum impinguat, pinguedebilitat, inflammatum infrigidat, infrigidatum inflammat, humidum desiccat, siccum humectat:* quoquo modo una & eadem res contrarias potest habere operationes: solus actus unius rei diversificatur secundum naturam recipientis: sicut calor Solis, qui contrarias operationes habet, quia lutum desiccat, & ceram liquefacit. Idem, lib. de Quinta Essentia, distin.1. pag.21. editionis Norimberg.

Valescus. Sine dubio *Lapis*, sive *medicina Philosophorum*, inter proprietates optimas & operationes quas perficit in corpore humano, habet proprietatem *frangendi lapidem in renibus & vesica, & mundificandi utrunque*; ut dicit Berjensis Valescus de Taranta, lib.5. cap. de Stranguria.

Ripleus. Raymundus cùm propter senectutem vicinus esset morti, ex oleo Philosophorum fecit *aurum potabile*, quod illum *revivificavit:* Ripleus in præfatione duodecim Portarum.

Bacho. Ultimus gradus in quem potest Artis complementum, cum omni Naturæ potestate, est prolongatio vitæ usq; in magnum tempus. Quod autem hoc sit possibile, multa experimenta docuerunt. Nam Plinius recitat, militem strenuum corpore & animo, ultra ætatem hominis consuetam durasse, utendo intus mulso, foris oleo. Sic rusticus fodiens in agris, cùm aratro vas aureum unà cum nobili liquore adinvenit, existimans rorem cæli esse, quẽ cum bibisset, eoque faciem lavisset, spiritu, corpore, & bonitate sapientiæ renovatus est: & de bubulco factus est bajulus regis Osti. Et probatum est testimonio literarum Papalium, quod Al-

manicus

manicus captivatus inter Saracenos, recepit medicinam, qua usque ad quingentos annos vitam suam prolongavit. Nam Rex qui ipsum habuerat captivum, recepit Regis Magi nuncios cum hac medicina. Sed quia eam suspectam habuerat, voluit probare in captivo, quod fuerat ei delatum, Ac domina de Tormery in Britannia majori, quærens cervam albam, ungventum comperit, quo custos nemoris se perunxerat in toto corpore, præterquam in plantis: qui vixit trecentis annis sine corruptione, exceptis pedum doloribus & passionibus. Et plures experti sumus nostris temporibus, quod homines rurales sine consilio Medicorum vixerunt centum sexaginta annis, vel circiter. Hæc etiam confirmantur per opera animalium, ut cervi, aquilæ, serpentis & multorum, quæ per virtutem herbarum & lapidum suam renovant juventutem. Et ideo Sapientes dederunt se ad hujusmodi secretum, excitati exemplis brutorum, existimantes, quod possibile est homini, quod brutis animantibus est concessum. Propter quod Artephius in sua Sapientia secretorum, vires animalium, lapidum & cæterorum scrutans ob secreta Naturæ scienda, & maximè propter vitæ longitudinem, gloriatur se vixisse mille & viginti quinque annis, &c. Rogerius Bacho, de mirab. pot. Artis & Nat. pag. 150. edit. Basil.

Hoc est secretum secretissimum totius Philosophiæ, ac opus optimum, quod *hominem ornat moribus, ditat beneficus, auxiliatur pauperibus, & corpus humanum incolume conservat, præbens et sanitatem.* Richardus Angl. in Correct. cap. 2. *Richard.*

Cum autem inter vulgares & dictos Philosophos *Aurum* famam teneat, quod in prima sua dispositione manens, *lepram* curet, & plures alias virtutes habeat; hoc non est nisi propter completam ejus digestionem. Quia excellentia ignis in eo agens omnes malos humores consumit in corporibus ægris existentes, tam in calidis quàm in frigidis caussis. (Sed hoc argentum facere nō potest, quia tantam superfluitatem ignis non habet, & tantum non est digestum & coctum naturali maturitate. Tamen isto non obstante, igneitatem in se occultè & virtualiter habet, sed non ita plenè, quia adhuc ignis non vincit alias qualitates elementares, sicut in auro. Et ideo Argentum in sua prima dispositione manens, non curat lepram ita potenter, nisi plus per Artem digeratur; quousque habeat summos gradus Auri, & omnem maturitatem, quare alia ægra corpora metallica minus curant infirmitates, secundum quod magis differunt in perfectione & maturitate ab eis: aliud minus, aliud magis differt, & secundum hoc minus curant, quod est ex defectu sulphuris infecti, fœtidi & urentis ex quo in generatione & coagulatione sua facta sunt ab initio: & ideo

non

non curant, cum ignis in ipsis ita infectus sit elementaribus fæcibus & urens, cum admixtione aliarum elementarium qualitatū, Cum, inquam, *Aurum* tanti vigoris sit, & hoc in prima sua dispositione manens: quid est mirum, si in medicinam (sicut expertum est) per artis ministerium sequentis Naturam, redigatur, & ejus virtus subtilietur per digestionem decoctionis, & qualitatū purgandarum, quod *plures ac infinitas seu omnes ægritudines tunc habeat curare*? Quod patet per Arnaldum de Vllla novæ peritissimum Medicum, qui Dominum *Innocentium Papam* cū hac medicina ab infirmitate cæteris medicinis incurabili (*alijs* à peste) liberavit. *De sene facit juvenem & reviviscere facit, servat sanitatem, corroborat juventutem, & omnem ægritudinem corporis expellit: venenum à corde declinat, arterias humectat, lividam immunditiem à pulmone dissolvit, vulneratum consolidat, sanguinem mundificat, lapidem frangit, contenta in spiritualibus purgat, si caput rheumaticum est, purgat à fluxu, stomachum in calore naturali confortat:* Et si ægritudo fuerit *unius mensis*, sanat eam in *uno die* vel hora: si verò ægritudo fuerit *unius anni*, sanat eam in *octo diebus*: si verò morbus fuerit *antiquus longo tempore*, cum aliis medicinis incurabilis, sanat eum in *dimidio mense.* O felix scientia cum sciente! Quare non immeritò hæc medicina super alias omnes Medicorum medicinas est quærenda: quia qui habet eam, incomparabilem thesaurum possidet, in salubri constellatione natus est, & in hoc seculo ditatus est divitiis infinitis super reges & principes hujus seculi. Quis non diligeret talia, quæ *sanum & longævum se utentem* super omnes Medicorum medicinas, *conservant, cum ipsum dirent, & alios non depauperent.* Hæc sunt bona justa coram Deo & hominibus, non per usuram acquisita, &c. quia hæc Ars est speciale donum Dei. Idem, cap. 14.

Greverius. Hic est *pulvis detergens omnem maculam*, & *resuscitans omnem mortuum*: O scientiam præclarissimam, quæ est theatrū universæ Naturæ, ejusque anatomia, Astrologia terrestris, argumentum omnipotentiæ Dei, testimonium resurrectionis mortuorum, exemplum remissionis peccatorum, infallibile futuri judicii experimentum, & speculum æternæ beatitudinis! Non est profectò ulla hac excellentior: utpote quæ omnes scientias complectitur & continet, ipsa à nulla earum comprehensa. Jod. Greverius in Conclusione Secreti.

Ægidius. Cum ista medicina poteris *omnem infirmitatem*, etiam *desperatam sanare*, nec non *aurum* & *argentum, lapidesq; pretiosos producere.* Siquidem de *uno chalco*, quod est pondus minimum, excepto grano, *centum mille talenta*, quod est pondus maximum, imò *millesies mille millia talenta*, & *usque in infinitum*,

nitum, sine fine aut aliquo numero determinato, quantum ipse volueris, de potentia ad actum *producere* poteris. Ægidius de Vadis, Dialogi Philos. cap. 20. & 21.

Si illius *Elixiris* quantitatem grani cum vino aliquo claro mi- *M. Scotus.*
scueris, *lepram sanat, scabiem, impetiginem; omnem febrẽ & calorem tollit in continenti, omnem corruptum humorem de corpore humano evellit, omnemque membrum contractum erigit, & juventutem conservat.* Quid plura? Nullus qui usus fuerit hoc cibo vel potu, infirmitatem aliquantulo tempore cognoscit: semper erit *lætus* & *rubicundus*. Michael Scotus de natura Solis & Lunæ, pag 201.

Hic *Lapis* habet excellentissimas virtutes super omnes alios *Ventura.*
lapides. Est autem in speciali *triplex* ejus virtus immensa. *Prima* quidem, quia *Mercurium crudum* in igne positum, & *quælibet alia metalla* subito in verissimum *solem* meliorem omni naturali convertit. Est *enim*, inquit Morienus, *istud hujus magisterii secretum quod hujus rei una pars mille partes in purissimum Echeb convertit. Secunda*, quod homines in *sanitate* & *juventute* conservat, *repellendo* ab eis *cunctos langvores*; tantùm, quod *lepram depellit, caducum morbũ & alias multas ferè incurabiles infirmitates mulcet, ac etiã removet.* Et hæc omnia operatur plus quàm omnes Medicorum medicinæ, vel potiones, vel confectiones quæcunque. Præservat etiam & protegit hæc *medicina* in confectis apposita, ne quis morbus eidem advenire in futurum possit. Sicque fit *antidotus & medicina omnium corporum curandorum & purgandorum*; tam metallicorum quàm humanorum, &c *Tertia*, quia multa mirabilia cũ ea fiunt in aliis rebus. *Vitrum* enim *malleabile* facit, & ex *crystallo fuso cum ea Carbunculum trahimus*, & ex *mille perlis unã pregrandem* & naturali similem componimus. Arnaldus in libro sui Testamenti dicit, quod *Mercurius* non potest retineri cũ quocunque corpore absque *physico Lapide*: & ideo omnes operationes aliæ sunt sophisticæ & inutiles. Ex quibus conclude cũ Lilio, quod hæc *medicina* cum summa diligentia est perquirenda super omnes mundi divitias, ac inferiores thesauros, & plus quàm *aurum potabile* (quod ignari ac imprudentes Empirici vocant, ac de auro vulgari faciunt & intelligunt) quo in eorum confectionib. positi Reges, Principes & Magnates sanitatẽ sibi quærunt conservare: quia hæc nostra verè divina est, spiritualior, subtilior physica solutione, & longè cæteris efficacior omnibus, pretio, virtute, ac immortali laude quacunque. Laurent. Vent. de Lapid. phil. c. 31.

De *pretiosorũ Lapidum* fabricatione per metaphysicam artẽ, *Dorneus.*
deq; *plurium unionũ* aut pretiosorũ lapidum in *unicum* reductione, vide Gerardum Dorneum in Artificio supernat. cap. 16. 17.

Si vis noſtra *medicina* veſcendo uti, tunc Recipe de *Elix*
noſtro pondus duorum florenorum ducatorum ad unam libra
alicujus confectionis, & comede de iſta confectione in hyer
pondus unius drachmæ. Quod ſi feceris, omnes *infirmitat*
corporales, ex quacunque cauſa ſive calida ſive frigida fuerin
depellit: & *conſervabit ſanitatem & juventutem in homin*
ac ex homine ſene facit juvenem, & facit cadere canos crin
Item *noſtrum venenum philoſophicum curat leprā confeſti*
viſum & omnes ſenſus acuit, & ingenium miro modo, ſup
omnes medicinas Philoſophorum. Quare noſtra medicina ſa
æſtimari nequit; quia omnia facta ſunt propter hominem. Ludi
puerorum, ſub calcem libri.

Vallenſis. *Pulvis* ille *Chemicus*, ſive *Lapidem philoſophicum*, ſive *ſa*
fuſilem, ſive *ſulphur*, ſive *Elixir*, ſive *medicinam*, ſive *auru*
potabile appelles, miram certè vim habet in *tria* rerum gener
Animale, *Vegetabile*, & *Minerale*. In *Animale* quidem: Na
omne animal, ſive *hominem*, ſive *brutum*, ægrum intrinſecus v
extrinſecus, ad *ſanitatem* breviſſimo tempore *reſtituit*. Qu
qualitates primas, ſive elementa ipſa, quæ à naturali ſymmetri
deflectunt, & actiones labefactatas, humoresq; peccantes, intem
peramentorum ac corruptionis cauſas, ſive internas à ſe, ſive ex
trinſecus incidentes, ad naturam ſuam reducit Eſt enim ferè in
corruptibilis, temperata per elementa ipſa purificata, & ſecreta
fæcibus quatuor elementorum, quæ ſunt corruptionis potiſſim
cauſſa. Ideo *temperatum corpus & ſanum efficit*, veluti ſpir
tus vitæ, cujus vi & ope Natura *digerit indigeſtibile*, & *omne in*
digeſtum educit, *omnes qualitates ſuperfluas & peccant*
abſcindit, *ſpiritum vivificat*, *molle indurat*, *durum molli*
cat, *ſpiſſum rarefacit*, *tenue inſpiſſat*, *macrum impinguat*
pinguẽ extenuat, *calidum refrigerat*, *frigidum calefacit*, *hu*
midum deſiccat, *ſiccum humectat*, & *calorem naturalem*
ſeu *humidum ſubſtantificum corroborat & confirmat*. Eſtqu
veluti *medicinale corpus univerſale*, ad quod omnes medic
narum particularitates facultatesque ſunt reductæ ac infuſæ: pro
pterea quod eſt illa quinta veluti quædam natura à veteribus Phi
loſophis inducta, ſive eſſentia ſive anima tenuiſſima, purgatiſſima
putrefactioni ſeu corruptioni diutiſſimè plurimumque reſiſtens, &
quàm ægerrimè & laborioſiſſimè corruptibilis, in æqualitate &
homogeneitate conſiſtens, ſoluta ab omni concretione mortali
cœleſtis ſimplexque elementorum ſubſtantia, veluti temperata e
ipſis elementis, purificata ſecreta à materia craſſiori & ſuperflui
tate heterogenea quatuor elementorum, ſublimatione iſta Che
mica. *Morbus*, inquiunt Medici, eſt *immoderatio* ſive *intempe*
ries quatuor elementorum, ſeu humorum ex quibus corpu
huma

humanum & consistit, & ægrotat, & valet. Atqui *medicina* illa *Chemica*, sive *aurum potabile*, res est *homogenea & uniformis substantiæ in æqualitate consistentis, anima subtilissima, secreta à fæcibus, & veluti simplex elementorum substantia, & ideo temperata, corruptioni sive putrefactioni quam minimè obnoxia.* Quare corporis humani *elementa seu humores temperat, caloremq; insitum & humidum substantificum corroborat, & ægrum sanitati, moderationi & temperiei restituit,* sicque ad præfinitum à Deo terminum à morbo tutum atq; integrum conservabitur, si modò illa medicina prudenter utendo, naturæ suæ vires & corporis complexionem aliàs supra modum non læserit. Cum enim hæc *summa medicina* nihil aliud sit, quã *calor naturalis multiplicatus in substantia Mercurii fixi*, & virtus caloris sit congregare homogenea, & separare heterogenea; necessariò hæc *medicina* suo calore vivifico in corporibus animalium *separabit heterogenea, conservando spiritus & humores, in homine citius quàm in natura metallorum.* Propterea quod homo calore suo naturali proprio separat superfluitates heterogeneas, quas metalla calore proprio & connaturali minimè separare possunt. De modo autem exhibendæ & dispensandæ illius *medicinæ* ægrotantibus, in potionibus & catapotiis, consule librum Arnaldi de Aqua vitæ. Lullium item de Aqua vitæ sive quinta essentia, Joan. de Rupescissa de consideratione quintæ essentiæ, lib. 2. & Gul Paris. cap de effectibus hujus Artis. In *Vegetale* has facit actiones: Omnes enim *plantas, arbores, frutices, suffrutices*, & *herbas* tempore veris magno ac miro calore suo vivificat, *illarumq; sim genitalem corroborat & excitat:* cũ nihil aliud sit quam calor veluti naturalis infixus suo humido radicali. Si enim illius medicinæ in aqua dissolutæ quantitatẽ aliquã cor seu centrum trunci vitis injeceris, flores & folia nascentur, actumq; mense Majo producet: sic in *cæteris plantis.* In genus *minerale.* Nam *omne corpus metallicum imperfectũ, plumbum*, scil. *stannum, æs*, & *ferrum*, ut & *argentum vivum vulgi* transformat vel in *argentum* vel in *aurum*, cum omnis perfectionis differentia, puritatis, ponderis, fixionis, coloris, extensionis, laminis seu probationis cineritii, cæmenti, ignitionis, fusionis, supervapores acutorũ expositionis, adurentis sulphuris mixtionis, tinctionis, calcinationis, eductionis, reiterationis, & arg. vivi facilis aut difficilis susceptionis. Præterea *Lapidũ pretiosorum imperfectiones* seu *imperfectiones* aut diminutiones vel perspicuitatis, vel coloris, vel duritiei, vel ponderositatis *curat & perficit*, ad virtutem naturalem, imò perfectionem reducit, ac unum in alterum transmutat: eorumque *ægritudines curantur*, aut occulta eorum manifestantur, aut manifesta conteguntur. Arte

enim illa componuntur perfectissimè hi lapides, *Smaragdus*, *bunculus* sive *Anthrax* aut *Rubinus* vulgò, *Adamas*, *Bery* *Ralagius* sive *Palatius*, *Chrysoprasus*, *Chrysolithus* & alii. & multo plura Robertus Vallensis de veritate & antiquitate Chemicæ, cap. 3.

Odomarus. Sententiæ Arnaldi superius allatæ, *Venenum declinat â de*, *De sene facit juvenem*, *& omnem expellit agritudin* vide ampliorem expositionem apud M. Odomarum, in Quæ ne, *An Lapis physicus valeat contra pestem*, Tomo 3. The Chemici, p. 181. ubi inter cætera sic ait: *Lapis philosophicus* aliud est quàm *Aurum in gradibus suis multiplicatum*, st proportione quæ fuit in auro primo, ut scilicet quæ fuit unius tegri gradus aureitas, jam est centum & mille. Si igitur *Aurum* nius gradus integri solutum philosophicè expellit omne super sibi obnoxium, sicut docet experientia; utique *aurum* cen vel mille graduum integrorum, quod est *Lapis philosoph* (ubi omnes naturæ sunt apertæ & abundantes; prompt communicandum aliis metallis anaticitatem suam, & ad tran tandum ea subitò in verissimum aurum,) *expellet omne* ven *à corpore humano*. *De sene facit juvenem*, id est, *abjecto o* *scorioso & impuro revocat in puris potentiam ad actum*, *mendat humanæ complexionis lapsum*, *reducendo ipsum* *sus temperamentum naturæ suæ*, & sic septuagenarius luxu eaque facit quæ fecit annorum 50. vel 40. *Omnem expellit a* *rudinem*, nisi forsitan in *chronicis hæreditariis*, cujusmod *articularis morbus*, *à paterno semine relictus*, *Lepra*, & e modi passiones, *quæ conceptionis tempore in parentum sem* *bus remanserunt*. Nam talium infirmitatum radix difficulter forsan nullo modo extirpabilis est. Idem, ibid.

Incertus. Quod verò *Lapis omnes ægritudines curare queat*; d omnium Philosophorum libri sunt referti. Ratione tamen n rali id ostendere pro virili portione studebo. Omnis natura in Sole, & Sol in natura. Ergo spiritum ejus aucupari possu in omnibus, & præsertim in auro: & quando Natura est ægr ille Lapis sanat Naturam. In auro propagando maximè elab vit cœlum, similiter Sol ipse & Jupiter, &c. Quod si eo Lapi esculentis aut poculentis in pondere grani sinapi viscereris, *oleum & igniculum cœlesti suo vigore in æqualitate con* *varet*, *elementaque tui corporis in pace & fœdere colligi* *temperaret q*ꝫ. Quibus temperatis anima elementis duaretu homo incolumis semper existeret usque ad eum finem quem nipotens Deus homini instituit. Incertus auctor de arte Chym cap. 18. Artis auriferæ, vol. 1. pag. 627. edit Basil.

Zachar. Sumatur pondere grani unius post exitum Regis, & albo

ſſolvatur in argenteo vaſe. Tingetur vinum citrino colore, quod gris adminiſtretur paulo poſt mediam noctem. Uno die ſanabi-ur, ſi morbus ſit unius menſis: ſi fuerit unius anni, infra duode-im dies: vel infra menſem ſi valde diuturnus morbus eſſet. Ad onſervandam ſanitatem, ſumendum ex eo parum ſingulis annis is, ſub initium veris & autumni. Hoc medio ſanè vivitur alacri-er uſque ad prædeſtinatum vitæ terminum, Deo dante, cui aus ſit, honor & gloria, & nunc & ſemper in æternum. Amen.

Zacharius.

Quin etiam humano docuit de corpore pelli — Argurell.
Hac omnes valida morbos facilique medela,
Servarique diu nitido cum flore juventam,
Et ſenium placidos produci grande per annos
Nec ſanctam violare fidem, nec fallere quenquam
Ille potens ſacri patitur medicaminis uſus.
Hoc ſed qui poterit Dijs aſpirantibus uti,
Et præſtare etiam, quoties defecerit; ille
Plurima contemnens, & ſervantiſſimus æqui
Hinc erit, & frugi, curasque eludet inanes:
Et dites ſupra gradiens ditiſſimus omnes,
Pauperiem ſimulabit opans, ac ſæpe benignus
Proderit, & miſeris latitans ſuccurret egenus:
Innocuusque alijs, ſibimet gaudebit adeſſe,
Et facilem ducet momenta per omnia vitam.

Augurell. lib. 1. Chryſopœjæ.

Hic mihi ſemper erit dives magis ille, caminis — Comes Mirandand.
Qui trahit è propriis argenti pondus & auri,
Annua centena ſuperet quod pondera menſæ,
Absque dolo pravo, ſine vi, ſine fraude maligna,
Impenſa fretus pauca, pauciſque diebus.
Quod lucrum nequeunt reges, populique, nec hoſtes
Irati auferre, aut vaſti inclementia ponti.
Purgamenta ſoli, nam flavum vertit in aurum
Quomodocunque libet, ſoli ſibi conſcius ipſi.

Joan. Franc. Mirandul. Comes lib. de Auro. 3. cap. 4.

Hæ ſunt Lapidis phyſici vulgo creditæ facultates, quibus ex ingenio ſi quiſque demat vel addat fidem.

Hac ars divina quomodo acquiratur, & qualis debeat eſſe Artifex.

CAP. XX.

OMNES hujus artis inveſtigatores, ſcitote quod ad notitiam & utilitatem hujus artis pervenire non poteſtis, niſi patienti & molixo animo ſitis. Qui ergo longanimis erit, libenterque patien- — Turba.

tia fruitur, in tramite justo hujus Artis meabit: qui verò citius putat ex libris nostris fructum capere posse, fallitur: satiusque fuerat non inspicere quidem, quam unquam contigisse. *Libri* enim *nostri* magnam injuriam videntur inferre his, qui solummodo semel, bis vel ter scripta nostra legunt; cum intellectu, omniqu eorum studio frustrati, etiam, quod pessimum est, opes, labore & tempus, si quod in hac Arte insumpserunt, amittant. Verum tamen qui *curvat dorsum ad libros nostros*, eisque *studiosè* va *cat, memoriam animumque adhibet & arrig t*, nec est varii implicitus cogitationibus, Deumque precatur, ut Salomon, pro sapientia, non pro opibus largiendis, is in regno regnabit nostro indesinenter, quousq; moriatur. Deũ igitur timete, ô investiga tores, quod enim quæritis, parvi nequaquam est pretii. Thesaurum enim maximum, & munus Dei excellentissimum quæritis Bacaser in Turba Philos. p 34, edit Basil.

Arnald. Nullus negligat finalem ac præcipuam totius Philosophiæ materiam ab abditis effodere, quæ hominem ornat moribus, ditat beneficiis, exaltat pauperem, corpus incolume servat, & ægrum sanitati restituit. Qui enim in *legendis libris* defes extiterit, in præparandis rebus promptus esse non poterit. *Liber* namque *librum aperit*, & *sermo sermonem explicat*: quia quod in uno est diminutum, in alio est completum. Non enim potest Practicæ bene assuescere, cujus mens in Th orica renuit desudare: quoniam procedit ad Practicam sicut asinus ad fœnum, ignorans quomodo & ad quid porrigat rostrum & os. Arnaldus in proœmio lib. 1. Rosarii.

Idcirco, charissimi, exerceamini ad illum *cum laboris instantia*, maximè in *diurnitate meditationis immensæ*: quoniam *cum illa* Elixir completum invenies, & *sine illa* nunquam. Idem, lib. 2. Rosar. cap. 32.

Richardus. *Studium* secundum Doctores *amovet ignorantiam, & reducit humanum intellectum ad veràm scientiam & cognitionem cujuslibet rei.* Ergo inprimis necesse est *per studium* hujus suavis operis scientiam acquirere, & *per philosophica dicta ingenium acuere*, cum in ipsis sit cognita via veritatis. Si ergo laborantes *laborem* non despexerint, fructum inde provenientem dulciter gustabunt. Qui verò *studere* abhorruerint, & tamen laborare voluerint, perpendant utrum ars ipsorum sit ipsius Naturæ imitatio, præcipuè illius rei cujus naturã Ars illorum emendare debet. Nam præter Naturæ imitationem impossibile est ipsis secreta Philosophorum ad perfectum finem perducere. Hi enim, ut ait Philosophus, transeunt ad Practicam sicut asinus ad fœnum, nesciens ad quod porrigat rostrum, nisi quantum sensus exteriores sine intellectu per visum & gustum ad pabula deducunt.

ducunt. Sic ipsi asini sine bonis ac veris principiis & studiis fructuosis, ac sine naturarum cognitione, quærunt perficere opera Naturæ. Ideo omnes hujus Artis beneficium diligentes, studiis insistere tententur, & ex libris veritatem exhaurire, & non ex fabulis fictis & operibus mendosis: cùm hæc ars nullatenus veraciter inveniatur, (quamvis hominibus multæ sophisticationes appareant) nisi post terminum studii, & philosophorum dictorum cognitionem, seu per scientis fidelem informationem cum docetur. Qui enim in legendis libris defes extiterit, &c. Richardus Anglicus, Correct. cap. 2.

Scias, charissime, quod qui principia naturalia in seipso ignoraverit, hic jam multum remotus est ab arte nostra: quoniam non habet radicem veram, supra quam intentionem suam fundet. Et qui principia sua sciverit naturalia, & causas mineralium omnes: nondum tamen adeptus est verum finem & proficuum hujus Artis occultissimæ, habet verò faciliorem aditum ad Artis hujus principia, & caussas mineralium, & generationis modum, qui ex intentione Naturæ consistit, parum tamen aufertur ab eo de operis complemento, &c. *Labora itaque studere in nostris Voluminibus*, & ea *sæpissimè in mente tua revolvere nitaris*, ut intentionem ex nostræ loquelæ modo veram acquiras. Quia in eis invenies super quem mentem tuam fundare debeas, & *scies ex eis errores à te repellere*, & in quibus imitari Naturam possis in tuo artificio. Geber, Summæ perfect. c. 1. *Geber.*

Necesse quoq; habes in *scientia Naturalis Philosophiæ eruditum esse & industria profectum*, ut in puncto errori subvenire queas per scientiam: quia per solam naturalem industriam emendare non posses. Ars enim ab initio juvatur, & ingenium ab arte. Similiter expedit te etiam hujus Artis principia non ignorare. Nã *qui illa ignorat, finem non inveniet*. Non etiam nitaris sophisticam operis metam invenire, sed soli vero Lapidis complemento intendas, ne fortè Deus, in cujus potentia reservatur ars nostra, eius veritatem tibi deneget in æternum. Rosarium Toletani, incipiens, *Desiderabile*, pag. 752. Tomi 3. Theatri Chem. *Desiderab*

Hæc scientia non est aliud nisi donum Dei, & Sacramentum diversis typicis sermonibus ac parabolicis locutionibus, nec non problematibus & mysticis ferè circumvolutum. Ideo ne stolidi, & insipientes Naturam ignorantes hanc apprehendant: sed qui hanc cupiunt, intellectum subtiliter & ingeniosè acuant, sæpe & persæpius, intus & extra, ante & retrò dicta sapientum volvant ac revolvant, nec ex literarum sono dijudicent. Qui enim sonum verborum acceperit, intellectum verò interiorem non habuerit, oleum & operam perdit. An non legistis multoties, quod arcanũ arcanorum, & thesaurus thesaurorum prætereuntibus in via non *Aurora.*

ponitur? Quod si sic publicè poneretur, arcani nomine privaretur. Deprædari enim desiderat, qui aurum publicè in via portat. Notate ergo diligenter verba Sapientum, & signate mysteria: eorum vincula resolvite, dictaque revolvite, donec vobis in mente sapiant. Si unum ex minimis solveritis, maximum vos non latebit. Aurora consurgens, in Prologo.

Calid. Non est tibi datum à Deo hoc magisterium solum pro tua audacia, fortitudine & caliditate sine omni labore. Nam laborant homines, & Deus tribuit fortunam hominibus. Calid. cap. 14.

Ventura. Quamvis Philosophi per suum ingenium & laborem, materiam ac operationem invenerint, nihilominus tamen dicendum est, quod Deo revelante vel inspirante utrumq; habuerunt. Quia Deus per suam sapientiam & bonitatem, diversis hominibus diversas tribuit gratias pro tempore & loco, prout viderit expedire illis quibus largitur. Hic autem Lapis non omnibus sed pauciss imis tantum datur, quia Deus ordinat omnia ne sibi vel aliis noceant. Si enim malis daretur, multum nocere possent; si omnibus bonis, non utique omnes tanto munere benè uterentur. Ideo dixit Calid: *Secretum Dei gloriosi maximè est soror Philosophiæ. Inspiratum autem est à Deo Prophetis suis, & certis electis credentibus in eum.* Et Hermes: *Hujus artis scientiam ab uno tantum Dei habes inspiratione.* Et Morienus: *Intentio omnis hominis hanc divinam scientiam quarentis, aliud arbitrari non debet, nisi donum Dei altissimi & magni, qui suis servis eam ostendit: cujus nomen semper sit benedictum.* Item Geber: *Ars nostra in potentia Dei reservatur, qui cui vult largitur & subtrahit.* Et Parmenides in Turba: *Hoc autem specialiter est, cui Deus posse tribuit.* Et Balgus in Turba: *Regimen ejus majus est, quam ratione percipiatur, nisi ab inspiratione divina detur.* Idcirco dicunt omnes Philosophi, quod est *donum Dei*: quia scienti illud & perficienti & recipienti Deus largitur & non subtrahit: Scienti verò & perficienti & non recipienti, illud Deus largitur & subtrahit: quia ab ejus oculis evanescit, quod tunc retineri deberet. Et in libro Saturni: *Multi habent Lapidem nostrum & cognoscunt, sed nesciunt ejus virtutem. Et si scirent ejus virtutem, nihil valeret, nisi etiam scirent operationem ejus. Operatio autem non potest sciri, nisi per maximum donum Dei, vel per doctrinam peritissimi magistri. Et totum id à voluntate divina derivatur.* Laur. Ventura, cap. 4.

Albertus. Omnis *sapientia à Domino Deo est*, & cum illo fuit semper, & est ante ævum. Quicunque ergo diligit sapientiam, apud ipsum quærat, & ab ipso petat; quia ipse dat omnibus affluenter, & non improperat. Ipse enim est altitudo & profunditas *omnis scientiæ*, & thesaurus *totius sapientiæ*: quoniam ex ipso, in ipso, per

ipsum

ipſum ſunt omnia, & ſine ejus voluntate nihil poteſt fieri : cui ſit honor & gloria in ſeculum ſeculi. Amen. Albertus Magnus in præfat. de Alchemia.

Ad *Deum*, mi fili, & cor & mentem convertito quàm ad *Artem* magis. Ipſa enim *donum Dei ſummum eſt*, cuique beneplacitum fuerit, eam largitur. *Deum* igitur ex toto corde, totaque anima tua diligito, atque in eo ſolo & ſpem & fiduciam omnem locato. Sic procul omni dubio hâc *arte nobiliſſima* cum gaudio perfruêre, *linguâ* interea *ſilentium indicens* labiis compreſſis. Alanus de Lapide Philoſoph. ſtatim ab initio. *Alanus.*

Impoſſibile eſt hoc ſciri, *niſi a Deo ſciatur*, aut *à magiſtro* qui eum doceat. Roſarium Philoſophorum pag. 230. editionis Waldkirk. *Roſarium.*

Cum itaque hæc ſcientia, teſte Gebro, Seniore & aliis Philoſophis, non ſit niſi perfecta *inſpiratio divina*, & *arcanum Dei gloriosi*, qui eam largitur & ſubtrahit cui vult; decet imprimis eum qui huic initiari cupit, *Deum trinum & unum* ſupplici mente *rogare*, ut intellectum ipſius illuminare, & *ſapientiam* ipſi conferre dignetur. Neque enim eſt *ſapientia niſi à Deo*, qui eam ſincero corde & bona intentione quærenti & petenti non negat. Quare rectiſſimè Alphidius: *Fili, prædico tibi timorem Domini pariter, & amorem cum obedientia non ficta.* Et Senior: *Tu qui in Timore Dei ſtudioſus fueris, Lapidis hujus ſecretum & apparentem virtutem videbis, & invenies ſpiritu Altiſſimi inſtructus*, &c. Theobaldus de Hoghel. in initio libri. *Theobald.*

Artifex prudens ſit, & *ingenium* habeat naturaliter *ſubtile*, & profundum, judicioque egregio polleat. Inſuper ſit *doctus*, ut quod per ingenium non adipiſcitur, huic defectui per doctrinam ſubveniatur. Quicunque enim ad hanc ſcientiam pervenire vult, inquit Arnaldus, & non eſt philoſophus, fatuus eſt: quia hæc ſcientia non eſt niſi de occultis Philoſophorum. Sit *induſtrius* & *laborioſus*, *conſtantisq; voluntatis*. In hoc enim negotio ſi agendi difficultas & tædioſa fatigatio opificem negligentem efficiat, ipſum expectato gaudio privat, ſpem ſuffocat, & efficaciâ interimit. Non ſit *præceps in iram*; ſed *patiens* & *longanimis*. Feſtinatio enim, inquit Geber, à patre diabolo eſt. Sit *ſui arbitrii* & *liber*, nec aliis curis aut negotiis diſtrictus. *Secreti* item potiſſimum *tenax*, ne ſibi periculum arceſſat, & aliis maleficii anſam præbeat. Non ſit *prodigus*, nec *avarus*, ſufficienter tamen *locuples*, *librorumq;* magnam *copiam habeat*. Idem ibidem, p. 138. 139. 140. Tom. 1. Theatri Chem.

Non accedat autem ad hanc ſcientiam indagandam *artifex* *Incertus.* *craſſo ingenio* & *duro* repletus, nec *avarus*, nec *ſumptibus parcens*, nec *vir duplex*, omnino *variabilis* à propoſito, nec *nimis*

festinus, nec *infirmus*, aut *impotens manibus* vel *oculis*, aut *nimis senex*: nec ita *pauper* ut habere nequeat unde hāc sumptuosam scientiam indagare possit. Sed potius sit *doctrinæ filius*, vir *subtilissimo ingenio* decoratus, sufficienter *locuples*, *largus*, *sanus*, *firmus in proposito*, *patiens* & *mitis*, *temperatus*, & *sufficienter suis organis* & *membris benè dispositus* & *ordinatus*. Nec tædeat artificem huic *libro sapius studere*, & ex eo verum intellectum extrahere, & extractum in *corde suo* secretè gerere, perpetuæque *memoriæ* commendare, postea operari. Non enim solum per *libros* ipsam convenit indagare. quia qui per libros ipsam solum sequitur, *tardissimè* eam inveniet: eo quod *libri istius scientiæ* nō sunt scripti ad doctrinā ipsius, sicut libri aliarum scientiarū, sed sunt tanquā *figuræ ipsius scientiæ*, quia scripti sunt subocculte, & diversis ænigmatis metaphoricè & figuratè. Et hoc totum ne per ipsos verè sciatur, cognoscatur & tradatur, quod hæc scientia est vera & omnino certa. Unde nullus Philosophus unquam hanc *scientiam* scripsit ut est, sed tantum alliciunt artifices ad ipsam indagandam & inquirendam. Incertus auctor, Tom. 3. Theat. Chem. pag. 1.

Greverius. Sat enim scio neminem hæc sibi posse usurpare, nisi eum cui *Deus* ipse contulerit, qui solus obscuritatem horum mysteriorum illuminat, vel claritatem offuscat: ut neque *planissima* quis intelligat nisi ab ipso illuminatus fuerit; neque *obscurissima* quæque consequatur, si ab ipso illustrata non fuerint. Adjuro autem te, quicunque hoc meum scriptum habueris, ne ipsum *indignis*, vel *avaris*, nec ipsis qui id ad proximorum suorum incommoda, vel etiam oppressionē conferrent: quales sunt homines *tyranni*, *injusti*, *adulteri*, *molles*, & quorū venter Deus est, reveles. Spem igitur tuam in *Domino Deo* omnium creatore colloca, & operare cum timore ejus, ad proximi utilitatem, expectans benedictionem à Domino cœlitus. Jodoc. Greverius, initio sui scripti.

Arnald. Qui habes istum librum, in *sinu tuo reconde*, nullique ipsum *reveles*, nec manibus impiorum offeras: quia secretum secretorum omnium Philosophorum plenariè comprehendit. Talis siquidem & tanta margarita non est porcis & indignis largienda: quoniam est donum Dei magnum, & Deus cui vult largitur ipsam & aufert. Quapropter, charissime, qui habes istum librum, *digito compesce labellum*, filius existens Philosophorum, ut merito merearis dici & esse de numero Sapientum antiquorum. Arnaldus Rosar. libr. 2. cap. 32.

Augurell. *Hanc non impuris manibus fraudator avarus*
Attingat, decoctor item, quisquis ve fabrile
Arte valet, molliste etiam, cui perdita corde
Ocia, mercator ve vagus, nec dedita urbe

Civis

Cibis, & incumbens tellurі arvoq; colendis:
Et qui multa animo præsertim & magna meditur:
Vel si qui similes hæc vulgo quærere suetі,
Fraude mala tantum, vel habendi prorsus amore.
At Sapiens, Superos inprimis qui colat, & qui
Noscendis penitus causis modo gaudet, huc se
Conferat, hanc totis sectetur viribus Artem.
Huic comes hærebit gravis Exploratio rerum,
Intima naturæ passim vestigia servans.
Tum mora, sollicitos cursus remorata, sequetur:
Mox Labor, ingenuosque movens Industria gressus.
Haud aberit, vitreumque feret vas *scilicet* unum,
Unum opus, *atque* unam *secum* rem *denique ducet.*
Ille igitur tanto comitatu septus inibit
Longum iter, & lento pervadens omnia passu,
Continuè mirіs oculos mentemque repertis
Pascet, & assiduum fallent spectata laborem:
Donec in arcana tectos tellure recludet
Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.
Atque etiam ulterius procedens, ultima rerum
Secreta invenіet, queis se Natura peractis
Oblectat, gemmasq; pari confinget ab arte.

Augurell. lib. 2. Chrysopœjæ, p. 222. Tom. 3. Theatr. Chemici.

LECTORI S.

QVoniam locus ille Fernelii, lib. 2. de Abditis rerum caußis cap. 18. de auri semine eruendo, hujus compilandæ Harmoniæ præcipuam occasionem præbuit, haud abs re facturus mihi visus sum, si hunc integrum hîc exscriberem, illique, ne alias aliquot pagellæ vacarent, unum aut alterum ænigma subnecterem; quod æqui bonique consulas velim. Vale.

LApis Philosophicus, *Elixir* Arabibus, gignendi propagandique auri verum semen, non è sulphure, non ex arg. vivo, non ex ullo cæterorum quæ multi fraude proponunt, sed solo ex auro eoque purissimo quærendus vestigandusque est. *Fernelius.*

Hordea qui cordi, demum serit hordea, ne tu
Nunc aliunde pares auri primordia, in auro
Semina sunt auri, quamvis abstrusa recedant
Longius, & multo nobis quærenda labore.

Nihil est in ulla naturæ parte quod nō in se generis sui semen contineat, sed quod vix possit arte prolici. Ex solo autem auro potest. Maxi-

est. Maxima vis seminis in oleo quodam inhæresçit, atque id quidem in cæteris inflammari cremarique igne solet, in auro autem non potest: qua ex causa id nullius ignis ardore torreri absumive potest,& omnem artis vim tolerat:

----- Vni quoniam nil deperit auro
Igne, velut solum consumit nulla vetustas,
Ac neque rubigo aut ærugo conficit ulla,
Cuncta adeo firmis illic compagibus hærent.

Fœcundum autem id semen sic eruito: Auri purissimi uncias duas, argenti vivi magno artis studio præparati decuplo permisce, igneque langvido dissolve, dum argentum vivum prorsus expiret, pristinumq; auri pondus subsideat in atrum pulverem redactum, qui tamen liquatus possit in propriam auri naturam redire. Ex hoc dein pulvere igne acerrimo vaporarii, aquam continenter elicies, dum pulvis totus in cinerem candidissimum, & in calcem devergat. Calcem septies aqua resperge, quæ & toties expiratione inde prolecta sit: omnique arte elabora ut hæc impulsione & incursione crebra sese extenuent, & ab omni sorde feceque purissima reddant, vires summas consequuta. Hæc duo sunt totius artis operisque conficiendi primordia, in quibus mundi quatuor elementa devinciuntur. Nam in aqua aër etiam inest, in calce terra atque ignis: fitque quod in smaragdina Hermetis tabula, tanquam insculptum mysterium, legimus. Ascendit à terra in cœlum, iterumque descendit in terram, sicque vim recipit superiorum,& inferiorum. Qui ænigmate hæc contexerunt, hanc aquam appellant argentum vivum, calcem verum sulphur, quorum permistione lapis fit, perinde atque ex aqua farinaque panis. Alii aquam spiritum viventem, terram fermentum: alii illam marem, hanc fœminam dixerunt, quorum complexu & coitione procreatur infans. Opus autem postremum ut compleas, calcem puram obturato vase recõde equino fimo calente diebus quadraginta, dum in humorem album& crassum liquescat. In hunc justis dierũ invervallis aquam sensim infunde: ea quidem via & ratione quam artis periti ad ungvem explicarunt, ut calx aquam suam omnem sensim combibens quasi illinc enutrita, in lapidem verum concrescat. Quam variam colorum mutationem hoc temporis curriculo debeat lapis subire, & quæ indicia illius consummati perfectique existant, expressum etiam ab illis patefactumque est. Hic thesaurus immensus, hoc verum elixir, hoc frugiferum auri semen, cujus drachma si in ducentas & quinquaginta liquati plumbi aut stanni drachmas infundatur, id universum in aurum purissimum convertet.

ÆNIGMA-

AENIGMATICUM QUODDAM EPITAPHIUM BONONIÆ

studiorum, ante multa secula, marmoreo lapidi insculptum.

ÆLIA LÆLIA CRISPIS, NEC VIR NEC MULIER, NEC ANDROGYNA, NEC PUELLA, NEC JUVENIS, NEC ANUS, NEC MERETRIX, NEC PUDICA,

SED OMNIA.

SUBLATA NEQUE FAME, NEC FERRO, NEQUE VENENO:

SED OMNIBUS.

NEC COELO, NEC AQUIS, NEC TERRIS.

SED UBIQUE JACET.

LUCIUS AGATHO PRISCIUS, NEC MARITUS, NEC AMATOR, NEC NECESSARIUS, NEQUE MOERENS, NEQUE GAUDENS, NEQUE FLENS, HANC NEQUE MOLEM, NEC PYRAMIDEM, NEC SEPULCRUM,

SED OMNIA

SCIT, ET NESCIT QUID CUI POSUERIT.
HOC EST SEPULCRUM, INTUS CADAVER NON HABENS;
HOC EST CADAVER, SEPULCRUM EXTRA NON HABENS;
SED CADAVER IDEM EST, ET SEPULCRUM SIBI.

ARCA.

ARCANUM PHILOSOPHORUM, PER VIRUM DOCTISSIMUM olim versu hexametro conscriptum.

In nomine Dei viventis, & vivificantis.

I.

TErra mihi corpus, vires mihi præstitit ignis,
Alta domus quæro, sedes est semper in imo:
Et me perfundit qui me cito deserit humor.

II.

Sunt mihi sunt lachrymæ, sed non est causa doloris,
Est iter ad cœlum, sed me gravis impedit aër:
Et qui me genuit, sine me non nascitur ipse.

III.

Pulvis aquæ tenuis, modico cum pondere lapsus,
Sole madens, æstate fluens, in frigore siccus,
Flumina facturus, totas prius occupo terras.

IV.

Mira tibi referam nostræ primordia vitæ:
Nondum natus eram, nec eram tum matris in alvo.
Iam posito partu, natum me nemo videbat.

V.

Non possum nasci, si non occidero matrem:
Occidi matrem, sed me manet exitus idem.
Id mea mors patitur, quod jam mea fecit origo.

VI.

Vita mihi mors est, morior si cœpero nasci:
Sed prius est fatum lethi quam lucis origo:
Sic solos manes ipsos mihi duco parentes.

VII.

Magna quidem non sum, sed inest mihi maxima virtus,
Spiritus est magnus, quamvis in corpore parvo,
Nec mihi germen habet noxam, nec culpa ruborem.

VIII.

Ambo ſumus lapides, una ſumus, ambo jacemus:
Quam piger eſt unus, tantum non ſegnis it alter;
Hic manet immotus non deſinit ille moveri.

IX.

Findere me nulli poſſunt, præcidere multi.
Sed ſum verſicolor, albus quandoq; futurus.
Malo manere niger, minus ultima fata verebor.

X.

Nulla mihi certa eſt, nulla eſt peregrina figura.
Fulgor ineſt intus, radianti luce coruſcus,
Qui nihil oſtendit, niſi ſi quid viderit ante.

XI.

Non ego continuo morior dum ſpiritus exit.
Nam redit aſſiduè, quamvis & ſæpe recedat:
Et mihi nunc magna eſt animæ, nunc nulla facultas.

XII.

Plus ego ſuſtinui quàm corpus debuit unum.
Tres animas habui, quas omnes intus habebam.
Diſceſſere duæ, ſed tertia pæne ſequuta eſt.

Non poteſt apertius negari quam dicendo, Non.
Et non poteſt apertius affirmari quam dicendo, Ita.
Cui non eſt datum, non intelligit. Omne enim donum ab alto.

Quæres multum & non invenies,
Fortaſſe invenies cum non quæres.

IN

IN HARMONIAM CHEMICAM CLARISSIMI DOCTISSIMIque Viri D. LAGNEI, ex intimis intimi.

ASpicis Æolii rutilantia vellera Phryxi
Dumpetit Æsonides, quanta pericla subit?
Diique, hominesq; fremunt, reboat mare, & intonat æther,
Ac cum cæruleo redditur imbre fragor.
Cyaneæ insurgunt cautes: adversaq; saxis
Saxa putes pavidum perdere velle ratem.
Iamq; iter immensum emenso, Phasimq; tenenti,
Durior Æetes hæc fera jussa refert.
Auricomæ, dixit, pecudis fulgentia si vis,
Hospes, ad Argolicas terra referre domos;
Mavortis piceo proflantes turbine flammas
Strenuus æripedes junge ad aratra boves.
Atq; colubrinis mea consere dentibus arva.
Sic auro pecudis tu potiere meæ.
Obstupuit dictis, tentataq; littora frustra,
(Sero tamen nimium) Phasidos ingemuit:
Cum Medea sagax, juveni, miserata labores,
Adstitit Ammonio mitis, opemq; tulit.
Macte nova virtute, heros fortissime, dixit.
Faxo statim veniant ad tua aratra boves.
Nec te Cadmæi seges horrida terreat hydri.
Terrigenæ venient in sua fata duces.
Quiq; vigil rutilam, draco, Martis in arbore pellem
Servas, carminibus conficiere meis.
Dicta fides sequitur. Veniunt ad aratra juvenci:
Atq; uno juvenes stantq; caduntq; die.
Quin simul obtortis recubans anfractibus angvis
Occidit, ac Iason undiq; victor ovat.

Annon

Annon auriferæ typus est hæc fabula nostræ
Artis, quæ assiduo parta labore venit?
Qui labor est aliquid. Verum si forte natator
Delius abfuerit, nil valet iste labor.
Nam frustra artificum hîc curæ exercentur inanes,
Qui cum aliis stolidi se quoq; decipiunt.
Frustra olidos miscent latices, Bacchive liquorem
Dissolvendo auro, nec juvat unda Stygis.
Ars, solvensq; unum est, vas unum, coctio demum
Una: & ut Ars una est, sic Lapis unus adest.
Colchidos ergo modo, tibi si quis operta recludat
Artis, non merito numinis instar erit?
At talis LAGNEUS *hic est, qui hic multa repandit*
Arcana, antiquos quæ latuere viros.
Cumq; sit ipse AGNUS, *roseo nos vellere donat.*
Sic vos non vobis vellera fertis oves.

M. QUADRATUS, Consil. & Medicus Regius.

ALBERTUS MAGNUS DE CONCORDANTIA PHILOsophorum in Lapide

LIcet in ista materia videntur Philosophi ad literam fore discordes, tamen concordando simul eos dicunt idem in summa. Quamvis enim unum loquuntur, secundum diversitatem rationis tamen, & secundum diversos modos, & secundum eorum diversa signa, & lapidis operationes, nominaverunt ipsum lapidem diversis nominibus, modò masculum, modò fœminam, modò simul conjuncta rebis, & tunc unam rem, modò diversas res, & secundum hanc rationem possunt solvi omnia argumenta & autoritates diversæ magistrorum de hac materia loquentium, ad unum terminum viarum hujus lapidis, postea dicendarum, cum non sit nisi una via, scilicet mercurius, sive naturalis sive artificialis seu extractus ex corporibus & maximè perfectis, quia in istis est Mercurii substantia subtilissima & pura, habilis ad fixionem Philosophorum, plusquam ali-

quis mercurius in toto mundo, ut in fine latius per autoritates ap
parebit, & tamen ad quemlibet terminum viarum postea dicen
darum possunt autoritates philosphorum optime exponi, & iden
significare, & eodem modo. Quia plures viæ sunt & possunt ess
ad unum intentum. Attamen ex diversis modis apropriationi
ignis, tanquam causa efficiente, administrationem sortitur opera
tio, & per consequens lapis philosophorum diversa nomina se
cundum apparentiam, tamen ad eundem finem omnia tendunt
Scilicet ad SUBTILIATIONEM quæ vocatur sublimatio: E
ad FINEM, qui vocatur inceratio sive calcinatio, & multis aliis
nominibus diversis nominatur. Ex reiteratione igitur illius o-
perationis scil. sublimationis, & ipsius inspissationis, quam natura-
liter sequitur inceratio sive philosophorum fixio cum ingenio
ignis, cum sola re una, vel cum aliis rimantibus, quæ tamen non
intrare debent, ad idem tendendum. Ex hoc propter velocita-
tem tendendi, & operis citationem, resultat bonitas operis, &
etiam cum eodem fermento posito, si placet ultra procedere, cum
bonitate augmentatio fieri potest, ut per dicta philosophorum pa-
tet intuenti.

CAPITVLVM PRIMVM DE *materia lapidis.*

DE materia igitur ista in speciali est aliquid dicendum. Ideo
quod aliqui philosophi volunt, & quasi omnes, quod lapis phi-
losophorum in principio sui est mercurii substantia subtilissima
terrestreitate, quæ fixionem & fusionem impediret philosophos
exiret ex materia tota depurata quæ dicitur per sublimationem,
ut per Gebrum in sua summa patet cap. de medicina Solari tertii
ordinis, ubi dicit mercurium lapidem in capitulis notum.

Et in capitulo de Mercurio dicit, quod ex eo est & elicitur tin-
ctura. Et dicit, & per separationis modum purissimam partem
dividas & seorsim ponas. Sed de isto Mercurio sunt philosophi
diversificati ut patet in libris eorum, quidam enim posuerunt
istum Mercurium fore Mercurium vulgi, & tamen non simplici-
ter, sed depuratum per sublimationem, sive per aliquos modos &
revivificationem, & hoc toties quoad fiat purus sine aliqua terre-
strreitate, sive hoc fiat modo vulgi, sive modo philosophorum,
scilicet quod teneatur Mercurius in igne suæ tolerantiæ & æ-
qualitate, ex tunc enim ejus continuitate ignis convertetur na-
tura in ipso, & pars subtilior separatur in vas superius de quo in-
fra ad istam viam dicetur tandem. Sic quod totus Mercurius in
purissima substantia sit ita natus, ut sua terrestreitas manebit ut
fex in fundo rejicienda, ut dicit quidam philosophus in turba.
Talem modum laborandi tenetis, ad lapidem nostrum nihil addi-

mus

mus neq; minuimus, nisi quod superflua removemus, & ad istam viam sic tenendam moverunt eos plura dicta antiquorum philosophorum, & autoritates in libris philosophorum positæ, quæ patent bene libros philosophorum intuenti. Et primo hic aliquos autores ad istam viam tendentes inferre intendo. Dicit enim Senior de virtute lapidis philosophorum. Et ipsius modo uno laborandi fili considera, quicquid dicitur in libris nostris de aquis, sulphure, aceto, salibus, & non intelligas aliud nisi rem unam nostram divinam, quæ secundum differentiam signorum & præparationum modo dicitur anima, modo sulfur, & subdit non attendas ad res multas, licet philosophi dicunt quod sit rebis & composita res ex tribus certis, hoc ideo per similitudinem est dictum, ut infra dicetur. Item idem dicit, lapis philosophorum noster qui est una res, si cum ea participarent alia quam quæ ex eo sint, non dixissemus lapis noster, quia omnes homines cum aliis rebus participant. Et dicit ultra: Alii quidem apposuerunt sulphur. Item secundum Aristotelem nil completur nisi cum fermento subtiliato ut spiritu. Et hoc diligenter cõsidera. Et cum diximus quod preparatio ejus non est nisi sublimatio, & ista est subtiliatio, & distillatio, & fixio philosophorum, & inceratio, quia ista omnia se consequuntur in natura, per solum regimen ignis, secundum laboris exigentiam, & ignis gradum seu tolerantiæ, de quo infra specialius declarabo. Item dicit alius philosophus in turba: Omnes res quæ charo emuntur pretio in hac arte inutiles reperiuntur. Nec obstare debet quod dicitur in libro LXX. Præceptorum, quod ista res sit in omni re, cum senior hoc sic exponat, quod in ista re sunt omnes potentiæ, scil. albedo & rubedo. Et confirmat hoc Gebet in summa sua dicens: Quod solum in istis est ex quibus elicitur, & etiam ex eo vocaverunt hunc lapidem unam rem, ut dicit quidam philosophus, quia in ipsa sola re est quo indiget, ut sulphure, sale, & elixir. Item dicunt philosophi quod hæc res in multiplicitate rerum non consistit. Et etiam dicunt, intendentes in hac arte laborare si recto tramite incedunt, circa unam rem per nostrum lapidem operentur, quam si dixeris non cognoscere oberrans es. Item quidam, ex una re, una via, una dispositione totum magisterium perficitur. Item quidam, ne obliviscaris, re in opere una tantum indiges. Item nolite curare pluralitatem compositionum, deducunt multi invidi sub figuratione loquentes, veritas namq; nostra una est, in qua est spiritus tingens quem quærimus, superans omnes naturas, & ideo plures philosophi hanc rem appellarunt omnes res. Item ibidem, pluribus rebus non indigetis nisi una, unica re tantum completur. Et sunt verba magna dicentis: Natura naturâ lætatur, & natura naturam continet, quam sapiens per se regit, & extrahit ex re omnem nu-

ram ſuperante. Plures autem Autores idem conſentientes hic omittuntur.

CAPITVLVM SECVNDVM.

SUnt alii philoſophi, qui lapidem philoſophorum ponunt in Mercurio non vulgi, ſed extracto per ingenium à corporibus metallicis perfectis ſcil. Sole & Luna. Et iſtum modum extractionis dicunt fieri, quod corpora extracta perfecta ita ſubtilientur & permutentur in verum mercurium, ſimilem naturali, ſecundum verum modum, ſicut ſint corpora perfecta, ſublimata per modum & ingenium, videlicet cum aquis acutis, & aqua Salis armoniaci, quæ multum ſubtiliat corpora. Et hanc ſubtiliationem ita continuando, quoad corpus fiat ſpirituale, & mercuriale, & volatile. Et iſtud corpus ſic reſolutum, vel præparatum, dixerunt Mercurium, lapidem philoſophorum. Et tunc inſtiterunt cum modis laborandi, ſecundum quod poſtea dicetur, donec fiebat ex eo tinctura, in infinitum & augmentanda & multiplicanda. Et ad iſtam viam moventur tali rationabili cauſa, quod dicunt, nulli dubium eſſe quin in corpore perfecto ſc. Sole in quo dicitur eſſe tinctura rubedinis & albedinis, vel etiam ex Luna in qua eſt tinctura alba, & per continuationem ignis erit rubea. Alii autem Mercurium corporum dicunt Mercurium virum & feminam. Alii autem recipiunt maſculi partes tres, & feminæ quinque partes, vel etiam ambobus ſimul mixtis ut maſculo & fœmina, id eſt, corpore & ſpiritu, ut quidam dicunt, propter velocem corporum ſimul corruptionem quàm unius ſolius. Et tunc corpora ſic ſoluta in Mercurium vivum habeant in ſe Mercurium priorem omni naturali, & etiam diſpoſitum magis ad fixionem phyſicam, & obinde perfectius omnia faciens & citius omni mercurio naturali, ſi ſecundum dicta philoſophorum prius ſcripta operetur. Etiam non eſt inconveniens aſſerere, ut volunt iſti qui ponunt lapidē philoſophorum in ſubtiliatione in aquis fortibus corporum perfectorum, etiam in ſublimatione vulgi, ſurſum evolare vel elevare. Et corpus ſic ſubtiliare quod volet realiter, ſcilicet quod in tantum ſublimetur & ſubtilietur, quod fiat ſpirituale & facilis fuſionis, ingrediens & tingens. Quia ſic per talem ſublimationem corpora perfecta murantur de natura in naturam, & fiunt incorporea, donec per aſſationem de ſe præſtent genera ſibi ſimilia, ut aurum Solem, Lunam argentum, & ſic in infinitum. Et dicunt hoc eſſe de perfectione cujuslibet naturæ, quod poſſit generare ſibi ſimile, ſed aurum naturaliter & alia hoc facere non poſſunt. Et ideo dicunt artificem debere incipere ubi natura dimiſit. Et ſic facere tincturam philoſophicam perfectè adinventam per iſtam nobiliſſimam ſcientiam & artem.

CAPI-

CAPITVLVM TERTIVM SOLVENS *controverſiam viarum prædictarum.*

ISTÆ viæ jam dictæ ad unam viam tantum tendentes ſunt ad Mercurii ſubſtantiam nobiliſſimam, ſeu corporis in tantum ſubtilitati, quod idem cenſetur eſſe, & confirmatur id iſtis autoritatibus. Dicit enim Geber in ſumma ſua perfecti magiſterii in capitulo de ſole & luna: Per Deum ſol eſt tinctura rubedinis, & luna albedinis. Et alibi in eodem libro dicit: Oportet enim tincturam ſubtiliorem eſſe quam corpora ex quibus elicitur. Et dicit etiam ibidem Geber quod tinctura eſt in corporibus & in Mercurio. In corporibus tamen difficilius, difficile eſt corpora perfecta, & fortiſſimæ cõpoſitionis, ita reſolvere ut corrumpantur, & comparentur Mercurio in ſubtilitate & penetratione, ſicut patebit, ubi Geber in ſumma ſua magiſterii dicit, corpora quidem ex quibus tinctura elicitur ſubtilianda fore, & hoc non pervenire poteſt ad artificem duræ cervicis. Sed quod in Mercurio non ſit perfectius ſed facilius poteſt patere ſic: Et primò quia longior labor requiritur in Mercurio: Quia antequam Mercurius naturalis ad tantum præparetur, quod ſit in puritate & bonitate ſimilis corpori reducto in Mercurium, ut dictum eſt, tempus longum labitur, & longa eget digeſtione cum modis ſubtiliatiónis, ut poſtea dicitur &c. Et eſt quæ multa digeſtione & occulta valde ad ſui perfectionem indiget. Sic per conſequens plus aſſueſcit igni, & ſic tinctura perfectiſſimè laboratur & generatur, & ideo dicit quod in Mercurio eſſet facilior tinctura ſed non perfectior. Item ad iſtam viam ſcilicet, quod lapis philoſophorum ſit in corporibus, videtur eſſe valde Geber in libro de inveſtigatione perfecti magiſterii, practicè loquendo de tincturis tertii ordinis ad album & rubeum. Dicit enim ad album recipe lunam, & ad rubeum recipe ſolem, & ſolve in aqua forti ſua, & fac lapillos, tunc ſtatim ſubdit: Et hoc eſt corpus noſtrum fixum, ſolutum in Mercurium noſtrum fixum, &c. & ibidem docet eum regere ulterius ſublimando, & fixando, ut in ſumma noſtra tradidimus. Hic tamen nota, quod licet Geber dicat, quod ad album recipe lunam, & rubeum ſolem, non propter hoc vult abnegare, quin ambæ tincturæ ſint in corpore quolibet, per ſe, ſicut in ipſis mixtis, vel etiam alba in rubeo corpore, & rubea tinctura in albo, ut patet per quendam philoſophum dicentem: Quamvis lapis noſter in manifeſto ſit rubeus vel albus, in occulto eſt albus, ſi in manifeſto ſit rubeus. Et ſic ſi fuerit in manifeſto albus, per decoctionem ignis erit rubeus. Et ſubdit Plato in quarto: Convérte naturas, & quod quæris invenies. Item alius, occulta manifeſta, & manifeſta occulta, & invenies magiſterium. Item ad ipſam viam facit quod dicit quidam philoſophus in turba,

nisi corpora incorporea feceritis,& incorporea corporea,nondum regulam operandi inveniſtis. Item Archelaus philoſophus dicit, conſulo quod in perfectis inchoes,nam antequam imperfecta ad terminum perficeres, citius vita carebis. Item Hermes dicit in iſto tractatu ſuo qui intitulatur de occultis Hermetis: Si camelorum tuorum tertiam partem conſumas. Et concordat cum eo Plato in libro de quarto,qui dicit: Oportet aurum duci in vaporem, & ſi hoc non poteſt fieri in figura triangulari. Et etiam iſtā viam tenet quidam Magiſter,qui fecit quæſtionem de veritate hujus artis. Et dicunt communiter philoſophi: Mercurius noſter non eſt Mercurius vulgi,ſed intelligas de Mercurio quādo eſt elixir. Item dicit ſenior & Calib. ipſemet: Cui iſtud aurum ex auro noſtro prodit. Et eſt aer,& ultra idem Senior: O ſi tu noſceres hunc lapidem noſtrum,aerem,vel aereum, in quo metalla ſubintelliguntur. Item Senior dicit ibidem. Omnium philoſophorū res,eſt,quæ habet in ſe totum quo indiget,& eſt mater auri. Et etiam in turba dicitur,quod eſt naturâ excellentius,eſt omnium rerum vilius. Nam aurum non eſt naturâ vilius. Ecce quomodo idem Senior in verbis ſuis videtur diſcordare, & alii philoſophi inter ſe,ut poteſt videri ex authoritatibus jam & antea præſcriptis, unum tamen omnes philoſophi clamant: Res una, vas unum,præparatio una,quæ eſt ſublimatio ſive ſubtiliatio, quam ſolam operationem dicimus,ſed ſecundum gradus ignis exigentiā ſequuntur diverſæ operationes, ſcil fixio, & diverſa nomina ipſa res ſortitur,ut prius dictum eſt. Reſtat ergo ad concordiam philoſophicorum non immeritò eſſe accedendum. Concludendo igitur ut mihi videtur,eſt dicendum, quod omnes philoſophi & autoritates eorum concordant in Mercurio. Eo quod lapis philoſophorum ſemper ſit Mercurius. Et hoc apertè apparet ex ſcriptis eorum. Videntur tamen fieri diſcordes in Mercurio naturali, & extracto,ut dictum eſt prius. Hic eſt dicendum,quod auctoritates tendentes ad viam Mercurii naturalis, ſunt intelligendæ,non dictæ per viam abnegationis. Ita quod alius Mercurius abſtractus, etiam non ſit vel poſſit eſſe, lapis philoſophorum. Sed quia tales philoſophi ſcientes inveſtigationem, modum,deconcoctionem, etiam quod Mercurius naturalis reperiatur,ipſam artem in ipſo ſolo reperierunt. Et ſic ne homines imponerent expēſas in rebus præcioſioribus,cum in viliori re etiam poſſit ars reperiri,auctoritates eorum,ſcil. Res quæ charo emitur præcio,hoc,ut prius dictum eſt,poſuerunt. Iſti vero qui lapidem philoſophorum in corporibus poſuerunt,& tales non per abnegationem alterius intellectus poſuerunt, cum nulli dubium eſſe debeat,quin ad eandem viam & intentionem ſunt, unde plures modi,ingenia & viæ,una facilior,alia difficilior,alia longior,alia brevior,tamen idem ſemper volunt,& ideo taliter loquentes ad iſtam intendunt

intendunt viam, sc. quod habito Mercurio corporis perfecti, sive corpore perfecto resoluto & subtiliato, in subtiliatione, operationes Mercurii, certum istum in eum, sive istam rem, esse mundiorem perfectiorem & habiliorem ad ulterius perficiendum, quæ posset generare sibi simile de se, & sine sua tinctura, & etiam breviori tempore fieri, & minus difficilius in modo laborandi, & minus posse errari, sicut plures erraverunt abunde in Mercurio vulgi laborantes, præparationem ipsius scil. fixionem philosophicam longis temporibus laborantes, & quasi in extrema adducti sint, quod forte eis, si in materia perfecti Mercurii laborassent, minime contigisset. Cum utique perfectum citius & ulterius perficitur, & destruitur difficilius, & per consequens eo nimis erratur, cum natura naturæ lætetur, & cum ea gaudet, & amicatur, ut dicit quidam philosophus: in habentibus symbolum est facilis transitus, & ista autoritas est naturalis in ista arte, quoad unitatem lapidis nostri benedicti. Per eam enim exibuntur multæ viæ, quibus multi laboraverunt, & sunt in extremum adducti, ideoque artem tandem negaverunt esse veram. Et sunt tales, qui laboraverunt & laborant in conjuncto corporum & spirituum per amalgamata, & in aquis, seu corpora cum corporibus laborando. Et ita voluerunt corpus convertere in spiritum, & postea simul figere unum corpus cum spiritu, vel unum spiritum, vel plures cum uno corpore, vel ambobus perfectis, dicentes quod non possit fieri tinctura, nisi cum conjunctione matrimonii, scil. solis ut viri, & lunæ ut fœminæ, & Mercurio tanquam medio conjungendi tincturas ipsorum, quæ dicta per multas autoritates, quæ sunt scriptæ ad literam fortè, vel invidiosè, seu allegoricè, ut de distillationibus intellexerunt; cum unus sit lapis ut omnes clamāt, qui in se totū habet quo indiget, qui secundum diversa signa in ipsius præparatione diversimode appellatur, ut prius diligentius in isto tractatu tibi scripsi. Et quod tales, qui sic laborant in fixionibus corporum & spirituum longis temporibus, nihil reperierunt, non est mirum, quia quantò res minus simplicior, & plus composita, tantò minus symboli est in ista, & ideo difficilior transitus, quia quando requiritur subtiliatio ignis debita, difficile poterit rebus diversarum naturarum, & ad unum tendentium, applicari, quia fortè dum unum figitur, aliud fieret volatile, sive dum unum sublimaretur & subtiliaretur, aliud fortè ingrossaretur, quod deberet sublimari, ut patet in antecedente præcepto jam allegato. Et tamen bene verum est, quod spiritus conjunctus corporibus, per solutionem in aquis acutis, aut in ipsis aquis, sive corpore, sive in amalgamationibus, aut aliis modis, & ita ipsis spiritibus digestis cum corporibus perfectis, vel per se, cum solutionibus per assationes, sive putrefactiones, & iterum solutiones cum aquis, & salibus, aluminibus, & aliis ingeniis, de quibus plura ingenia scribūtur & in libris Gebe-

ri &aliis de inveſtigatione, de medicinis primi, de ſecundi ordinis, &in aliis libris practicis videndis ibidē ipſi ſpiritus figuntur in corporibus. Et ſic poſſent in particulari bene facere aliquam medicinam primi & ſecundi ordinis. Sic etiam augmenta perfecta bene fieri. Et ſic corpora imperfecta bene poſſunt etiam mundari per ipſorum calcinationes, & ſolutiones, & ſpirituum aſſationes, quod à perfecto convertantur in perfectionem perfectam cum ipſa medela ſecundum Hermetem, Empedoclem & Gilgil. ubi differunt ſecundum magis & minus & non eſt differentia forma ſpecierum. Sed de iſtis modis particularibus non eſt hic intentio: ad propoſitum ergo vide alios libros de materia hac &c. Ex iſtis igitur prædictis claret omnes philoſophos concorditer aſſerere, lapidem philoſophorum fore Mercurium non vulgi ſed noſtrum. Sive enim iſte Mercurius ſit naturalis, tamen depuratus, & ſic non erit vulgi ſed philoſophorum, ſive à corpore ſive à corporibus perfectis abſtractus etiam quocunque modo & quibuscunque ingeniis, ſive per additionem propter brevitatem laboris, dummodo Mercurius ipſe extractus à corpore ſit ſubtilis & non privatus humiditate, ſed purus ut purum corpus ſubtiliatum in ſimilitudinem Mercurii, dum addita non maneant. Si tunc ipſe Mercurius philoſophorum cum ingeniis & igne, tanquam efficienti cauſa, ſecundum modos & ingenia Geberi, qui in hoc in paucis verbis totam dicit veritatem, & majorum philoſophorum cum ipſo concordantium, cum operis inſtantia perpetuetur, ex ipſo poteſt fieri tinctura vera philoſophorum & ſic patet.

CAPITVLVM QVARTVM DE PRÆPARATIONE *lapidis & ignis regimine.*

DE ſecundo principali ſcilicet de noſtri lapidis præparatione, & ingenii regimine in ſpeciali eſt aliud dicendum. Eſt ergo ſecundum Geberum & omnes philoſophos ut mihi videtur ſic operandum, quod recipiatur lapis ex ſcriptis jam notus, & præparetur in vaſe vitreo uno ut orobo, ſive in vaſe quod ſit ſuper aliud vas ad modum cucurbitæ & alembici ſine naſo, & ſint magiſtraliter conjuncta ſi laboras in vaſe ſupra vas, ut dicunt quidam philoſophi, prout poſtea ſcribam, ſic quod non reſpiret, & aſſiduetur ſuper ipſum opus ſublimationis philoſophorum quod eſt ſcilicet ſubtiliatio ut perfectè ſubtilietur lapis ut in ultimam ſubtilitatem & puritatem deveniat cum inſtantia operis, & ignis temperantia ſive tolerantia majori, continue & ſucceſſive ad idem opus ſcilicet ſubtiliationis omnia continuando, & cauſa eſt iſta, quia totum magiſterium, ut volunt philoſophi omnes, eſt niſi in ſublimatione per continuationem & tolerantiam ignis. Omnes aliæ operationes naturaliter conſequuntur, videlicet facta ſubtiliatione inſpiſſatio,

ſpiſſatio tunc & incineratio, alicujus partis & iſtius conſequenter ſequitur fixio. Et nulli dubium debet eſſe quin per ſe fit, per ſolam ſubtiliationē, fixa & incinerata per majorem ignem, ut poſtea dicetur eadem pars propria plures partes non fixas. Secundo. Iterum ſubtilietur & ſic iterum figatur. Tertio, & ſic iterum ſubtilietur. Et præciſam ipſius intentionem Geber ponit. Cum ſe ſolo lapide & ſolo igne, & ſolo uno vaſe ſi placet, & ſic totus lapis in tinctūram perficietur. Et non debes cavillari ex iſto, quod aliqui dixerunt neceſſe fore adminicula ad hoc ut ipſe Mercurius ita ſubtilietur, cum ſit homogeneæ, id eſt fortiſſimę compoſitionis & ſpiritualiter Sol & Luna. Si ex eo debet extrahi Mercurius & ita ſubtiliari in Mercurium, eo quod ſit valde difficile. Et per cōſequens ipſum operantem poſſet ducere in errorem. Dico ad primum, quod quamvis Mercurius naturalis ſeu philoſophorum ſive Mercurius corporum perfectorum ſit fortiſſimæ compoſitionis, tamen adhuc per continuationem ignis ſemper aliqua pars ſeparatur per ſubtiliationem ab alia, in modū quaſi vaporis. Et iſtud eo quod non poteſt in vaſe reſpirare ingroſſatur, & iterū deſcendit. Et iterum mediante ignis regimine ſcilicet lento, ut intentio operis requirit, aliquam aliam partē tunc ſubtiliorem ſecum ſubtiliat, & ſic deinceps donec opus totum ita compleatur, & hæc eſt major intentio Philoſophorum in iſta arte veritatem ſcribentium, licet tamen aliæ de quibus infra aliqua ponam non per hoc abnegentur, cum tamen ad eundem finem Philoſophorum in via operandi tendant, licet aliis modis & ingeniis laborandi.

CAPITVLVM QVINTVM DE *corporibus perfectis.*

SEd de ſecundo ſcilic. de corporibus perfectis ut ſupra jam ſtatim tactum eſt. Fateor quod valde difficile eſt taliter corpora per ſe ita digerere, ut in naturam Mercurii ſeu Mercurialem commutentur, & forte vita hominis talem ſubtiliationem ſeu ſubtilitatē perfecte non expectaret, cum tamen non ſit impoſſibilis, quia per ignis adminiſtrationem ſc. ignis caloris & humiditatis ut putrefactionis, etiam quantumcunque ſint fortis compoſitionis etiam poſſunt alterari, & per conſequens in Mercurium bene ſubtiliari. Tunc ob talis temporis longitudinem, non eſt inconveniens aſſerere, quod bene poſſit admitti præparatio cum rebus extraneis ſc. ſalibus, & aquis acutis, putrefactionibus & ſolutionibus, aſſationibus & calcinationibus & aliis quibuscunque, ut ipſa corpora perfecta quæ ſunt Philoſophorum ſubtilientur ſive in naturam Mercurii præparentur, & tunc talia removeantur. Et tunc poſtea corporibus ſic præparatis, ad tantam Mercurii ſubtilitatem vocatur lapis Philoſophorum, cum quo tunc tanquam principaliter cum

uno Mercurio, sic cum alio, secundum dicta Philosophorũ est totaliter & non uno modo procedendũ. Et hæc est concordantia omnium Philosophorum, prout etiã prius est satis multipliciter ex eorum dictis declaratum, sed quod ad ipsam partem, scil. de modo subtiliationis corporũ perfectorum in naturam Mercurii, & non in vivum Mercurium. Quia cum tali resolutione corporum in vivum Mercurium, est unus modus laborandi sicut in vulgi Mercurio, tamen præparatio, ut sic dicatur, philosophorum est, ut prius dictũ est. Et aliqui ceperunt talem modum laborandi sicut in vulgi Mercurii, & dixerunt ipsum modum fore Platonis in quarto, & etiam concordant cum intentione Geberi, ut dictum est, & aliorum Philosophorum. Interdum enim sic esse laborandum, quod recipiunt corpus perfectum, ut solẽ, & ipsum subtiliant cum aquis acutis, & convertunt ad lapillos, & istos solvunt in solutione fimi, & tunc assando congelant, & id opus dicunt subtiliationis. Et quoties solutiones & congelationes reiterant, hoc totum in naturam Mercurii subtiliatur, ut fluat facili fusione, & ingressu, & tingat ista materia. Tunc iterum postea tanquam partem fixam, & fermentũ tenens, iterum cum quatuor partibus partes corporis in Mercurium ipsorum fusibilem & in lapillos redactas coquunt, assando solvunt, ut prius, laborẽ continuando, donec iterum materia tingat, & sic usque in infinitum augmentando, & etiã in bonitate, dicunt posse & fore procedendum. Alii autem alio modo subtiliant corpus perfectum, seu per calcinationem, & tunc cum aqua argenti, &c. seu alia solutiva cum assatione & iterum cotporis reiteratione, talia faciunt subtiliando, & sic laborant, quousque ipsa corpora in naturam Mercurii, quoad tincturam, totaliter convertantur. Quidam verò ipsam subtiliationem corporis vel corporum intendunt facere cũ spiritibus, scil. Mercurio sublimato, sive vivo, sive aliis spiritibus salium, istos spiritus cum corporibus, cum aquis acutis per decoctionem conjungendo: Et tunc ab istis spiritibus vel etiam simpliciter sublimando, & sic dicunt aliquã partem corporis cum spiritibus alleviari, & hoc continuant, donec bonam partem corporis in spiritum conversam habeant. Et tunc per separationẽ ignis lenti modo, capiunt sursum sublimationis partem subtiliorem, aliam autẽ partem dicunt in fundo manere, quam postea partem fixam, iterũ cum parte non fixa, quantitate bona leniter assando decoquunt, donec iterum pars figatur, & iterum in terram fixam convertatur, & hoc continuant, ut bonam partem figant. Et hoc dicunt terram sulphuris præparatam. Tunc istam terram iterum elevant cum parte non fixa, bona quantitate, & iterum, donec totum levetur, iterant, & sic iterato figant. Et hoc quater iteratum dicunt fore tincturam secundum dicta Gebri, & etiam Hermetis in Telesmo dicentis, separabis terram ab igne, subtile à spisso suaviter cum

magno

magno ingenio, ascendit in cœlum, donec retineat vim inferiorẽ & superiorem. Et quamvis etiam ista dicta Hermetis concordant, ita bene posse ad modum lapidis Philosophorum prius dicti, & modum ipsius laborandi, ut dictum est prius; tamen ad satisfaciendum opinioni ipsorum, quę non videtur irrationalis, tum etiam ad subtiliationem, & Mercurialitatem omnino prætendunt, dico tales etiam modos laborandi bene esse sustinendos, dum tamen in labore præcaveatur, quod corpora in tali subtiliatione, sive materia, nimium siccentur, & in totum à natura sua spolientur. Quia ut prius dictum est, quocunq; modo Mercurius subtilietur, & per quamcunque viam, dum tamen fiant tales præparationes & decoctiones ad viam Philosophorum, & intentionem, de quibus prius dictum est, & postea particularius in tractatu isto dicetur, cum bene plures sint viæ & modi ad eundem finem tendentes, ut prius de concordantiis Philosophorum in lapide Philosophorum est determinatum: Est tamen verum, quod inspiciendo dicta antiquorũ philosophor. & scripta in isto meo tractatu, philosophi sunt plures inclinati ad viam quæ est in Mercurio naturali præparato, sive in Mercurio vel à corporibus vel à corpore perfecto resoluto, quã ad istas vias, vel proximè suprascriptas, quia antiqui Philosophi valde plus attenderunt ad unitatẽ & uniformitatem rei & laboris, quàm ad multiplicitatem, cum in una re sit major unitas, & fortius symbolum, quàm in pluribus, & per consequens facilior & minus erroneus labor; dum modo tamen modus ignis, & præparationis, quem omnes Philosophi occultarunt, debitè perficiatur. Attamen propter complementum hujus tractatus de intentione lapidis philosophorũ, & via ipsius, de qua philosophi principaliter dicta ipsorum intelligunt, de regimine secundum scripta aliquantilla, considerando ipsum lapidẽ Philosophorum, qui in una re, in uno labore consistit, scribere iterum propono consequenter, talia per auctoritates philosophorũ approbando, tunc sic tractatum istum finaliter concludendo. Quemad. ergo in secunda parte principali hujus tractatus aliqualiter dictũ est de præparatione nostri lapidis, nunc ergo conclusive dicendo, dico esse totaliter asserendũ solum in modis, vel in modo præparationis lapidis, de quo philosophi principaliter intendunt, quẽ tu ex meis scriptis noscere non potes, cùm tota ipsius lapidis præparatio in sola sublimatione, id est, subtiliatione consistit. Et ista operatio cũ diuturnitate laboris, & cũ assiduitatis instantia super ipsum lapidem, & regimen ignis, ad intentionẽ operis, & nostri Mercurii tolerantiã, completur, & totũ magisteriũ nostrum. Et omnes operationes diversæ scriptæ, propter diversã intentionẽ regendi ipsũ lapidẽ, se naturaliter consequuntur, ut est post sublimationẽ quę est subtiliatio, inspissatio, & tunc incineratio, unde ceratio, & nostra fixio philosoph. &c. Et ut melius intelligas

telligas istum terminum fixio philosophica. Est sciendum quod summopere cavendum est,ne lapis cum sui ignis tolerantia ab humiditate sua privetur , quia tunc sua humiditas sibi nunquā vel difficulter posset sibi restitui , & sic totum opus destrucretur sicut pluribus philosophorum etiam lapidem bene noscentibusfactum est, ratione etiam cujus artem negaverunt,& etiam alias qui inter illos artem negare voluerunt erronei possunt non attendentes quod omnes Philosophi clamant, quod eorum opus est sola sublimatio. Sed ipsi lapidem ipsis notum aliqualiter depurarunt & subtiliaverunt, & tunc ad fixionem intenderunt dimissa sublimatione & depuratione completa,& sic in tantum lapidem fixaverunt, quod humiditate privaverunt, & per hoc in exterminium sunt deducti , non advertentes quod Philosophi omnes clamant unum opus,unius laboris, quæ sequuntur diversa signa secundum utilitatem lapidis, atque ejus dispositiones,quæ tamen in sola sublimatione consistunt , cujus regimen ignis sublimationis , ex quo operatur diversas operationes in lapide ut modo sublimationem, modo ingrossationem, modo incinerationem, quam incinerationem per ignem suæ tolerantiæ sequitur fixio philosophica occulta. Et ideo fixio philosophica summè est considerarda , scilicet quod lapis figatur,quod tempore isto quo figitur, potentia subtiliationis partis fixæ figendi non fixum non auferatur. Sed ita diu talia opera vase uno seu duobus ut dictum est prius,& uno labore cum modo ignis administrandi opere primo scilicet lapidis sublimatione. Et tunc per ignis medium maximæ tolerantiæ inspissatio sequitur lapidis , & iterum ulterius incineratio alterius partis,quæ à natura & per continuationem ignis est magis apta ad fixionem. Tunc consequenter philosophica fixione figetur , de qua dictum est supra. Et sic opus tuum uno labore continuatur, donec cum signis postea dicendis res ipsa in perfecto Magisterio consistat. Tamen hîc notandum quod non remordeamur ab invidis, quare regimen per gradus ipsius ignis propriè non scripserunt. Dico quod non potest valdè benè in speciali de talibus gradibus ignis & proportione determinari , nec aliqui Philosophi talia plenariè posuerunt, licet tamen unus plus dixerit de tali materia,quàm alius cætera industriæ & exercitio laborantium committentes , de quibus infra ex auctoritatibus Philosophorum de hac materia loquentium alia notabilia elici benè possunt.

CAPITVLVM SEXTVM, IN QVO TOTVM *Regimen consistit.*

COnsistit ergo,ut ego ex dictis Philosophorum considerare possum, totum regimen ignis gradus, & præparationis lapidis in isto,ut lapis noster unus, uno vase ut scriptum est, in lento igne teneatur,

neatur, ut ſubtilior ejus pars, & hoc per bonum tempus ſit in igne, quod non nimis cito aliud opus laborum, videlicet inſpiſſatio, cõſequenter ſuper ipſum aſſiduetur, donec verè ex duiturnitate ignis & aſſuefactione lapidis in igne, videas iſtam partẽ æqualitate ignis ingroſſari à natura. Et tunc talem ignem parum vigorando, & ſic continuando, donec videas aliquam partem velle incinerari, tunc modo majòri ignis vigore non tamen à primo opere, nec ſecundo per ignis violentiam recedendo, parte jam aliqua incinerata per ſe & naturaliter, propter multitudinem aliarum partium ſubtilium, talis pars ſubtiliari reincipiet ſive ſublimari. Et ſic iterum procedendo continuè ut dictum eſt, & hoc per majoris ignis tolerantiam, donec iſti pulveres fiant ſublimati & incinerati. Et invenies quod ad iſtud opus, quod prima eſt fixio lapidis, per longam ignis decoctionem ipſe lapis noſter ad tantam ignis tollerantiam deveniet, quia tantus ignis requireretur etiam in ſecundo opere & labore, ſuper aſſiduatione lapidis ad ſublimationem ſicut primo ad inſpiſſationem, & ſic conſequenter de inceratione & fixione iſtud continuè ſic urgendo, donec ultimate totus lapis cum ſufficiente ipſius depuratione, per talem modum regendi ignis ſuper lapidẽ, facilem præſtet cum ignitione ſua fuſionem, & in Solificum & Lunificum verum cum perfectionibus ſuis & examinationibus metalla ſive Mercurium transmutet, & hoc ſecundum ſe totum vel ſecundum partem. Et dico hic notanter vel ſecundum partẽ, quia non eſt cura, ſi tota tua materia impoſita non eſſet in totum præparata, non nocet, quod aliqua pars ejus in aliquo regimine remanſerit, videlicet ſublimatione ſive inceratione, & cauſa hæc eſt, quia hoc ſignum eſt, quod lapis non eſt cum velocitate directus, & hoc eſt utilius. Ideo ſummopere cavendum eſt, ne lapis ita velocitetur in aliquo etiam priotis operis, cum Philoſophorum ſublimatio ſit ita diu continuanda ſuper lapidem quæ non eſt ſurſum elevatio, ſed infra remanſio, donec in complemento ſit totũ magiſterium perfectum, cujus perfectionem proba cum projectione ſuper ſpiritum vel corpus. Quod ſi ipſum lapidem invenis in tantum dealbatum & depuratum, quod puram det albedinem, & tunc videris lapidem ita ſublimatum, quod ad intra rei ingendæ penetret, & tunc facta penetratione quod ſit lapis fixus in tantum, quod res examinata ſtet omnia judicia, tunc ſufficit, & es rectè operatus. Sin autem non, itera ſuper ipſum primum opus, & ſic conſequenter ut ſcriptum eſt, donec ita fiat & erit Deo cooperante. Ecce autem conſiderare potes, quod valde erroneũ eſt, lapidis operationem ita agitare, quód una operatione facta intendatur ad aliam, & prima dimittatur. Nam ſi magiſterium nõ eſſet in complemento, ut pluribus contingit, qui propter hoc ſunt in exterminium adducti hujus artis, non poſſit ſuper ipſum reiterari

rari primum opus, & sic negotium esset totaliter annihilatū. Aliàs tamen si dicta de regimine ignis, quæ tibi scripsi, solicitaveris, & non nimium citaveris & agitaveris, inde opus ad minus destru non bene potest. Sed si in prima facie, & prima vice non reperi res, potes tamen per assiduationem operis, ut scripsi, defectum tamen optimè adimplere, & non solum adimplere, verùm etiam ex reiteratione operis iterum cum parte non fixa, ut prius opus laborando, ut dicit Geber in ultimo capitulo, magisterium lapidis augmentando in bonitate in infinitum multiplicare.

CAPITVLVM SEPTIMVM, REGIMEN *lapidis probatum auctoritatibus.*

NUnc secundum promissa, aliquot auctoritates antiquorum, super dicto regimine lapidis, quoad ignem, & ipsius præparationem, inserere non omittam, cætera intelligentiæ cujuslibet legentis in libris Philosophorum, ejusque diligentiæ committendo. Dicit enim Senior primò im præparatione lapidis, & ignis regimine, sit præparatio nostri lapidis difficilis, & maximè occulta. Item alibi dicit, vulgus habens oculos dormit, cùm enim habet rem, præparationem ejus nescit, &c. Item Philosophi dicentes de igne dicunt: Oportet istum ignem calorem esse Solis, quando est in statu suo, & ideo vocaverunt putrefactionem. Item ibidem, sit ignis vester ignis balneorum. Item in Turba: Sit ignis vester in dealbando lenis, id est, temperies illa, quæ tincturæ est ad album, minorem ignis tolerantiam requirit, quàm quando materia lapidis incipit rectificari per solam ignis instantiam, tunc quando lapis ad rubeum laboratur, ad primum opus tantum gradum ignis ad rubeum requirit, sicut forte ad secundum opus in dealbando requiritur. Et in hoc debet homo esse cautus, quod non regat lapidē ante tempus perfectæ dealbationis, id est, quousque tinctura perfecta sit in albo regimine per gradus ignis, qui spectant ad rubeū. Et super hoc clamat Rosarius sic dicens: Non misce opus album in rubeo. Hæc tamen sunt maximo exercitio laborantis committenda. Item ibidem de lapide nostro, in vase suprapositō faciendus est ignis lentus per 40. dies, quia per ipsum humiditates corrūpentes extrahuntur. Commendant enim Philosophi omnes operis ipsorum prolixitatem, & vituperant velocitatem, & combustionem scilicet tantam, quod lapis non possit redire ad suum opus primum, & sic in toto destruitur. Item ibidem dicitur de aceto nostro, cavendum esse, ne convertatur in fumum, & pereat propter vehementiam ignis. Item in Turba dicitur: In opere nostro primò omnia denigrantur, id est, quando quasi materia prima incineratur, non est perfectio. In secundò omnia dealbantur, id est, in secundo opere materia disponitur ad majorem albedinem

& per-

& perſpicuitatem. Et tertiò oportet totam incinerare compoſitionem, ſcilicet, ſuper perfecta dealbatione. Ita quod prius non incineratur totaliter niſi perfectè dealbetur, ut prius dictum eſt. Item dicitur ibidem : Iſtum cinerem non vilipendas, nam iterum ſudor ſuus ſive liqueſactio, id eſt, ſublimatio ſive ſolutio. quod hîc idem eſt, per majorem ignis aliqualiter expreſſionem, ſibi recaibit. Et ſic quartò tunc corona aurea in tinctura perficitur. Sciendum eſt tamen, quod aliqua materia poſt nigredinem fit citrina, aliquando rubea ante albedinem, de iſto non eſt curandum, ſic tamen, quod talia non ad perfectionem continentur, ut jam dictum eſt, quia miſceretur opus rubeum cum albo, quod fieri non debet, ſed debent gradus ignis tali actione viſa mitigari, ne recedatur ab intentione, quam jam tibi emendatiſſimè ſcripſi, & ſic opus dirigi à nigredine ad albedinē, ut opus ſemper ad ſua principia valeat remanere. Unde dicit Hermes, & dicitur etiam in Turba : Recipiantur in principio commixtionis crudæ & recentes, & commiſceantur quouſque elementa conjungantur invicem, & terantur, non in teritione manuum, ut dicitur in Turba: Cum aqua laventur, quod tunc concipiant, deinde extrahantur & nutriantur, ut fiat genitum. Et ſubdit : Et ſcias, quod hæc deſponſatio fit in putrefactione in fundo vaſis, non putredine vulgi, ſed per incinerationem, cum Philoſophi antiqui nullibi ponant aliquid de putrefactione vulgi, ſive aquarum diſtillatione, ſed fortè allegoricè & figurativè eum in aere eſſe, id eſt, in ſuperiori parte vaſis, vel in ſuperiore vaſe, ſi laboratur in vaſe ſuper vas, ut videtur ſentire Senior, de quo infra patet. Item ibidem dicitur : Accipite res à ſuis mineralibus, & exaltate eas ad altiora loca, & metite eas à cacumine montium, & reducite ſuper radices ſuas. Et hæc ſunt verba manifeſta ſine aliqua invidia conſcripta, confirmante auctoritate. Quidam voluerunt iſtam viam laborandi trahere ad ſcil. quod converterunt Mercurium in aquam, per aſſationes, ſive cum aliis rebus, ſive per ſe, & diſtillaverunt per alembicum, & terram in fundo cum aqua rigaverunt, & ſic aquam in terram converterunt, & hoc dicebant uſq; ad tinctură perfectam fore continuandum. Quicquid ſit de iſto ſive in univerſali vel particulari, non videtur mihi iſta intentio antiquorum Philoſophorum, quamvis tamen reprobari illam alicubi non videam, cum etiam procedat per ſubtiliationem Mercurii præparati, & per depurationem ipſius cum humiditate, naturali fixione, tamen ad literam non videtur cum operatione ipſorum Philoſophorum concordare. Cum alii dicant, opus noſtrum eſt res digerere, & in aquam convertere & vaporē, & iterum inſpiſſari. Item nil nobis expedit quàm aquam ex vapore ſublimari, & multa alia allegantes. Item

dicunt

dicunt Philosophi in Turba, quod initium nostri operis est, ut cū in igne levi operetur lapis, ut mortuo similis efficiatur. Et postea reddatur sibi anima; & sic continuet quod anima sit permanens in igne. Item secundum Geberum dicitur, quod in ipsius præparatione requiritur triplex ignis. Primo valde lentus ut lapidis substantia non ascendat, sed tantum noster vapor incipiat inspissari. Secundo ut pars incineretur secundum ingenia tibi scripta. Item Senior jubet, quando res una ipsorum cui nil addimus neque minuimus, sufficienter est depurata, loquitur de Mercurio naturali, tamen à terrestreitate depurato, ut dicatur Philosophorum, cum alius Mercurius Philosophorum sc. factus per resolutionem perfecti corporis, ut dictum est, tali depuratione minus dicatur indigere. Et subdit Senior, quod tunc dividendus sit lapis in partes. Hoc dicit ideo, & secundum opinionem illorum qui laborant in pulveribus vel duplici vase, vel in vase super vas, ut eò melius & certius materia digeri possit, & secundum intentionem artificis & ignis præparati & opus citius perfici, ad eandem tamen intentionem intendit eadem operatio, videlicet partem lapidis figere, & tunc cum parte non fixa subtiliare, ut prius tibi scripsi, quamvis tamen omnia uno vase & una re, Ideo etiam cum solo Mercurio naturali, sicut & artificiali Mercurio prius depurato à terrestreitate, & singula fieri optimè possunt. Et hujus operationis fuit magister Archa in libro suo concordantiarum Philosophorum taliter inquirens, quod recipiatur Mercurius depuratus. Idem dico esse & melius, ut prius dictum est de Mercurio corporis perfecti, & potius perfectissimi, scilicet de Sole. Et ponatur in vas suum, ut dictum est de Mercurio corporis perfecti, & lento igne coquatur cum se ipso solo in uno vase, donec dividatur, & in partes subtilissimas similes vapori dissolvatur. Et sic quod tunc ipse vapor inspissetur. Et sic opus super ipsum lapidem reiteretur, & continuetur secundum ingenia & modos antiquorum Philosophorum, & tibi lucidè secundum ipsorum dicta per me in isto tractatu scripta. Donec totum opus in perfectione cum operis instantia & continuatione, & ipsius reiteratione cum adjutorio altissimo sit completum, cujus nomen sit benedictum in secula seculorum,

AMEN.

FINIS.

ALBER-

ALBERTI MAGNI COMPOSITVM DE COMPOSITIS.

TALENTUM mihi traditum negotiationis Domini non abscondam, ne maledictionem consequar servi nequam. Scientia abscondita vel thesaurus inclusus, quæ utilitas ejus? Et ideo scientiam quam sine fictione didici, sine invidia communico, qua invidia labescente deficit, quoniam talis homo non erit particeps amicitiæ Dei. Omnis sapientia & scientia à Domino Deo est, sed hoc quocunque modo dicitur semper à Spiritu sancto est. Cum nemo potest dicere Dominus Jesus Christus nisi in Spiritu sancto sit filius Dei. Sic itaque mea doctrina quæ vera, non potest esse absque eo qui misit me. Non tamen ad omnes missus sum, sed ad eos tantum qui Deo digni vocati sunt; & qui Dominum laudant in mirabilibus suis. Itaque qui habet aures audiendi tantam gratiam Deificam, audiat secretum quod mihi desponsatum gratia Dei, & indignis nullatenus revelat. Natura est artis exemplar & fundamentum, propter quod ars naturam immutat in quantum potest. Oportet igitur naturam inspicere artificem, & procedendum est, ex quibus natura procedit.

De Procreatione metallorum in generali ex argento vivo & sulphure.

CAPUT I.

NAturā autem, prout cognovimus, metallorum, pro quorumcunque procreatione, ex sulphure & argento vivo naturaliter & generaliter componi compertum est, diversitate decoctionis & digestionis diversitatem metallorum specie operatur. Ego proprio sensu didici, quod ex uno & eodem vase, una vena, in diversis tamen partibus ejus, tàm mineralia quàm argentum naturaliter producit. Probatum est enim verè in nostris libris de mineralibus clarissimè, circularem esse metallorum generationem. Veruntamen in omnibus quæ habent ex se invicem circulares generationes facilè est transitus, & eorum quæ ex pluribus habent in se invicem convenientiam, propter hoc ex argento facilius fit aurum, quàm ab alio quovis metallo. Non enim oportet mutare in ipso nisi colorem & pondus, quæ duo de facili fiunt. Compacta enim magis substantia pro certo aderit pondus. Et quia solutio est aquea apto sulphure albo citrino, similiter consequenter variatur color. Hic autem modus est & in aliis. Sulphur enim est

quaſi pater, argentum vivum quaſi mater metallorum. Hoc aut convenientius dicitur ſi ſulphur dicatur eſſe in commixtione metallorum, quaſi ſubſtantia ſeminis patris. Et argentum vivū quaſi menſtruum coagulatum in ſubſtantia embrionis. Sulphur in ſubſtantia non generat, quemadmodum neque pater. Et ſicut maſculus de ſua ſubſtantia generat in alio & in alio ſanguine menſtruo: Ita ſulphur generat in argento vivo, & in ſeipſo omnino non generat. Dicamus ergo verbo alternato, quod ad hoc quod Alchymiſta tollat de metallo ſpeciem quam dat natura, oportet ipſum procedere ex his ex quibus natura procedit, id eſt, ex ſulphure & argento vivo, præparatis & depuratis ſecundum naturæ ſimilitudinem.

De ſulphure ſequitur.

SUlphur autem ut ſcimus invenitur habere tres humiditates. Prima eſt valde aerea & ignea, extrinſecis partibus adhærens propter eorum elementorum evolationem, quę ſimiliter evolant, & ſuperficiem rerum, in quarum conveniunt commixtione, conſumunt. Aliam autem humiditatem habet phlegmaticam ſeu aqueam, ſub illa proximè ſtante in partibus rei. Tertiam humiditatem habet radicalem, & fixam, & immerſam partibus terminantium ad compoſitionem, & iſta ſolum eſt generalis, & ideo non de facili ſeparatur ab ipſa, ſine totius rei deſtructione. Prima igitur ignem non ſuſtinet, ſed cremabilis exterius, quæ incenditur in igne, & cremat ſubſtantiam metalli cum quo coquitur. Et ideo non ſolum inutilis eſt, ſed etiam nociva propoſito. Secunda eſt partes rerum humectans, ſed non generans, neque augens igne evaporat, & nec aliquid confert propoſito. Tertia verò radicalis eſt & eſſentialis partibus rei imbibita, ex qua etiam partes eſſentiales conſtant. Oportet ergo quod à duobus ſuperfluis primis ſulphur ſit mundatum, & ſubtilitas tertiæ facit optimam commixtionem. Calor enim ſulphuris eſt vapor, & maximè ſulphuris bene mundati & ſublimati optimè dealbat & fortiſſimè condenſat, propter hoc periti Alchymiſtæ per acutas loturas ſolent auferre à ſulphure prædictas duas ſuperfluitates, ut eſt acetum citrinum, lac acetoſum ſeu caprinum, urina puerorum, & fortia lixivia per ablutiones, decoctiones & ſublimationes; & poſtea adhuc rectificare per ſolutionem, ut remaneat pura ſubſtantia, in qua eſt virtus activa metalli, & perfectiva, & propinqua. Et ſic habemus partem mirabilis operationis.

De argenti vivi natura.

ARgentum vivum habet duas ſubſtantias ſuperfluas, unam ſcilicet terream, aliam aqueam. Subſtantia autem terrea aliquid habet ſulphuris, & igne rubificatur per ſe. Aquea autem ſuperfluam habet humiditatem. A terrea autem & aquea ſuperfluitate munda-

mundatur ſubſtantia optimè per ſublimationes & loturas acutiſſimas. Natura enim ipſum ſiccum à ſulphure ſublimat, & mundatur à terra calore Solis & ſtellarum, Natura itaque purum & à terrea ſubſtantia benè lotum, & à ſuperfluitate deſiccatum cum ſulphure mundo, ut præmiſſum eſt, generat in venis terræ corpus metallicum purum & mundum, & de impuro impurum. Et ſic in his venis diverſitas corporum, ſecundum diverſitatem mundationis & digeſtionis ipſorum, ſcilicet ſulphuris & argenti vivi. Et hic eſt decoctionis.

De Arſenicô.

ARſenicum autem eſt cum ſulphure eandem naturam habens. Utrumque enim tinctura rubedinis & albedinis eſt. Major enim humiditas eſt in Arſenico, & tardius recedit ab igne, quàm ſulphur, ut patet per velocem ſulphuris incenſionem, quibus corpora omnia comburit, excepto auro. Hic etiam ſiccitatē ipſius cum eidem ſulphur adjungitur, temperat, & quando conjungitur non ſeparantur ab invicem, ſed utriuſque tinctura potius emendatur. Nam arſenicus multas habet argenti vivi partes, ut ait Geber, quapropter eundem vel ſimilem præparationis modum habeat. Sciendum econverſo quod ſpiritus occultatus in ſulphure, & arſenico, & oleis extractis de partibus animalium dicitur à Philoſophis Elixir album. Unitus autem & impermixtus non cum illa virtute & ſubſtantia ignea, qua mediante perficitur elixir ad rubeum, quia ſubjungitur in liquefacto, ſicut certum eſt apud nos cum experimento, non ſolum quia qualitates alienas, * ſed etiam mundificat, cum ipſis liquefactis conjungitur & ar: & quod in fine elementorum communis proportio. Et metalla differunt ſecundum puritatem & impuritatem materiæ, videlicet ſulphuris & argenti vivi, & calore, ex quibus generantur metalla. Secundum Philoſophum autem una eſt medicina vel elixir, in mineralibus corpora dicuntur enim animalia. Dicamus igitur quod ſpiritus occultatus eſt ſulphur, & arſenicum, & oleum extractum de corporibus. Ille eſt ſpiritus quem quærimus quo tingamus quodlibet corpus, & à diminutione ad complementum naturale deducamus. Spiritus ille dicitur à Philoſophis aqua & argentum vivum. Argentum vivum autem nil eſt ut ait Geber, niſi medicina, proportio humidi & ſicci, ſicci & humidi. Vides inquam proportionem, fac ab igne terram, & à terra aerem, ab aere quoque humorem, quoniam calori prævalet. Hæc igitur tanquam totius mundi arcana notanda ſunt. Nulla tamen eorum quæ recipiuntur in hoc opere, nec poteſtatē habēt de ſe, quia ſubjunguntur in metallis, nec perficiunt, nec remanent. Unde indigent duplici ſubſtantia, una quæ permiſceatur liquefactis, alia fixa qua ſemper figan-

tur ut remaneant. Unde Rhasis: Quatuor sunt substantiæ, quæ tempore mutantur, quarum unaquæque composita est ex quatuor elementis, sumens nomen à dominante elemento. Eorum autem admirabilis essentia sic adunata ibi dicitur ex aqua & aere, quæ aliquibus rebus præstat alimentum, & dignum admiratione amplectitur arcanum, & sic est in eis aggregata, quod liquescit à calido, unde demonstratur æstimationi, quod lapides quos recipit Alchymia, & qui lapides operantur Alchymiam, habent impressionem & operationem in corporibus liquefactis, si præparantur. Lapides verò qui primò & principaliter operantur, ut veritatem non taceam, sunt quatuor, quorum duo album faciunt, alii duo rubeum efficiunt. Itaque totum etiam, albedo & rubedo; sulphur, arsenicum & Saturnus pro corpore uno. Et pro uno multi dubitationes quærunt, quare corpora perfecta primo non accipiuntur sive sumuntur. Quibus respondendum est, quod in corporibus imperfectis eorum aqua acuta & amara & acetosa, quæ quidem aqua omninò in arte est necessaria. Nam ipsa dissolvit & mortificat corpora, quibus advenit, & iterum vivificat & componit. Unde loquitur in tertia epistola Rhasis: Nostram Entelechiam quærentes unde provenit amaritudo aquarum & elementorum. Propter quod respondit Rhasis, quod propter metalli immundiciem. Aqua autem quæ in auro & argento est, dulcis est, nec dissolvens est, sed potius coagulans & consolidans, quia est dulce non habens virtutem acetosam, nec impuritatem sicut imperfecta corpora. Et propter hoc dicit Geber: Calcinantur & solvuntur aurum & argentum sine utilitate. Acetum inquam nostrum ex quatuor corporibus imperfectis extrahitur, & est spiritus dissolvens istud & mortificans, tincturas permiscens omnium eorum quæ in compositionem nostram adveniunt: propter quod non nobis necessarium est aliud præter talē quandam aquam sine spiritu. Et hoc patet, quia nos inquirimus tincturam, quam ignis non corrumpat, sed potiùs ab eo bonitatem & virtutem suscipiat per substantiam, quod admisceatur liquefactis, consolidativam, & coagulativam substantiam, liquefactione remanente in ipsa & substantia fixa, & ingenium permiscendi in ipsis. Et dicam tibi quod ex illis quatuor imperfectis extrahantur omnia. Modus autem præparandi sulphuris & arsenici & argenti vivi, ut supra dictum est, nobis conveniens in hoc capitulo. Cum enim in hoc casu spiritum sulphuris & arsenici coquimus in aquis acutis, vel oleis, extrahendo ab illis virtutem igneam, oleum, & unctuositatem, quæque in eis sunt superflua extrahimus, tunc remanet virtus ignea, & oleum, quæ omnino nobis necessaria sunt in ipsa aqua, nec possunt ab aqua vel omnino aliquo modo separari, sed non remanent inutilia. Unde oportet quod habeamus

aliam

aliam præparationem, qua extrahimus ab eis aquam ſulphuris, oleum & ſpiritum ejus tenuiſſimum, quæ verè eſt tinctura tingens quam quærimus cum præparatur. Similiter de aliis corporibus ſupradictis præparantur, aut per ſeparationem ſeparantur, aut per diſtillationem ſolùm, quæ omnium eorum quæ per naturam uniuntur, & per arefactionem partium ad ſimplicitatem manere partim, & eorum ingredi partes ad ſimplicitatem partium accipiuntur. Quidam autem hujus magiſterii diſpoſitionem ignorantes, volunt hoc opus noſtrum ex ſolo arg. vivo perficere, dicentes quod habeat animam, corpus, & ſpiritum, & & quod eſt materia auri & argenti. Quibus reſpondendum eſt, quod quidam Philoſophi aſſeverant hoc opus fieri ex tribus, ex ſpiritu, anima & corpore, provenientibus ex una re. Non enim poſſibile eſt reperire in re quod in ea non eſt. Sed arg. vivum non habet tinctură rubedinis, ergo non fit ex eo ſolo corpus ſolis, ſine quibus & impoſſibile eſt hoc magiſterium conſummari. Præterea nec corpus Lunæ, quod tamen oportet nos habere tanquam fundamentum in opere. Quia qualitercunque arg. vivum dividatur vel alteretur, nunquam tamen partes illius conſtituunt corpus. Ulterius arguunt: In iſto argento vivo eſt ſulphur quod invenitur rubeum, ergo habet tincturam rubedinis Dicendum quod malè dicunt, quia ſulphur eſt pater metallorum. Nunquam in argento vivo invenitur, nec materia paſſiva de ſe poteſt generari in ſe ipſa. Quia ſi aliquid ſulphuris eſt in argento vivo, iſtud eſt terreſtre, ut dictum eſt prius. Conſiderando ſulphur nulla arte patitur fuſionem, non igitur poteſt fieri ex uno ſolo elixir.

De putrefactione.

CAPUT II.

MOrs & vita ab igne fiunt, nam per ignem lenem extrahitur humiditas corporis, cujus ratio accidentalis eſt ignis extrinſecus adveniens ſubſtantiæ, qui movet ſibi propinquum & ſimile elementum exiſtens in corpore. Hoc autem eſt calor naturalis. Calor autem naturalis movet & incitat talis elementi ignem primum in compoſitione corporis extractum, quo incitato tunc provenit ex tali conjunctione, quæ ſecum humiditatem radicalem ipſius corporis adducit ad ſuperficiem, ut ignis extrinſecus continuè agit, addatur humiditas radicalis conſervans partes homogeneas extra proprium locum, unde accidit corpori mors corruptio & diſſolutio, eo quod naturæ nodus in eo diſſolvitur. Et licet hoc per ignem extrinſecus habet fieri tanquam per inſtrumentum: Attamen cum ignis naturaliter de ſe exſiccat & coarctet, non poteſt tamen hoc facere absque aliqua particulari re coadjuvante in eo inter ſe & dictum corpus, maximè ſi ſit corpus

compactionis, ut est elementum, quia illud eget aliquo modo medio attractivo, quod post separationem posset à corpore corrupto separari. Hoc autem fit per naturam Solis. Est ergo illud attractivum quia est calidæ & humidæ naturæ respectu aliorum.

De regimine Lapidis.

CAPUT III.

HUius autem Lapidis sunt Regimina quatuor. Primum dividere. Secundum abluere. Tertium reducere. Quartum figere. Per primum regimen fit naturarum divisio, quia nisi dividantur & mundentur non conjunguntur. Per secundum regimen fit naturarum divisarum ablutio & mundificatio, ita quod per illud ad simplicitatem reducuntur. Per tertium fit reductio sulphuris nostri ad mineram scilicet Lunæ & Solis, similiter & aliarum naturarum Per quartum regimen fit omnium rerum & corporum à nostro lapide provenientium unio, compositio & fixio ut simul stent. Sunt namque qui in regimine hujus magisterii assignant quinque terminos. Quorum primus est substantias dissolvere usque ad materiam primam. Secundus est terram nostram sive magnesiam nigram ad naturæ propinquitatem scilicet sulphuris & argenti vivi reducere. Tertius est sulphur ad proximiorem naturam scilicet ad materiam mineralem & ad naturam Solis & Lunæ propriè reducere. Quartus terminus est, de partibus pluribus album elixir componere. Quintus est, elixir album perfectè comburere, & in cinobarim rubeam convertere, & super isto fundamento addendo & rubeum elixir componendo. Sunt etiam aliqui qui in processu hujus artis diversos ponunt terminos, alii quatuor, alii tres, alii duos tantum, qui totum opus dividunt in directionem & ablutionem partium, & in compositionem earundem.

Nota. Natura seu materia lapidis Philosophorum est res vilis pretii ubique reperibilis, quia est aqua viscosa, sicut est argentum vivum, quo modo, sicut extrahitur de terra, & quia viscosa sicut est arg. vivum quod extrahitur in Latrinis, dixerunt aliqui, quod in locis ubique reperiebatur, & multi bestiales sic intelligentes intentum Philosophorum ipsum ad literam in stercoribus quæsierunt. Hoc autem natura operatur aliquid amovendo, scilicet terrestreitatem, quemadmodum & aliquid apponendo, scilicet sulphur Philosophorum, quod non est sulphur vulgi, sed est sulphur invisibile, tinctura rubedinis, quæ certè est spiritus vitrioli sc. Romani. Et istæ duæ præparationes sic fiunt simul ut sequitur. ℞. Sal petræ, & vitrioli Romani ana ℔. ij. & tere eas subtiliter ut in sequentibus patebit. Sic autem solvitur dictum Aristotelis in quarto Metheororũ, qui dicit: Sciant autem artifices Alchymiæ, quod

quod ſpecies metallorum permutari non poſſunt, quod verum eſt, & ſubdit, niſi prius in primam rediganrur materiam: Reductio autem ipſorum in primam materiam facilis eſt, ut in ſequentibus lucidè informabitur. Ideo ut dicit Philoſophus, non eſt tranſitus ex uno extremo in aliud niſi per medium. Nam natura medii eſt ſemper extrema partium in ſe continere. Extrema verò noſtri lapidis philoſophici ex una parte ſunt duo luminaria, corpora perfecta: Sed ex altera parte eſt ipſum elixir completum ſive tinctura: Medium verò eſt aqua vitæ philoſophica naturaliter depurata, decocta & digeſta, & illa ſunt ad perfectionem propinqua & meliora omnibus aliis rebus extraneis poſtpoſitis. Rectè ſicut glacies reſolvitur in aquam, quia prius fuit aqua, calore mediante, ſic ſuo modo corpora metallorum reſolvuntur in eorum primam materiam, noſtram aquam vitæ.

Quomodo autem ad hanc aquam vitæ pervenire debeamus, hîc in ſequentibus lucidè pateſiet, quæ ſolum poſſe habet omnia corpora metallica in primam materiam reducere.

De ſublimatione Mercurij.

CAP. IV.

REcipe igitur in nomine Domini libram Mercurii puri de minera, & vitrioli Romani & ſalis communis uſti, ſubtiliter in unũ contere: ponantur in vas figuli vitreatum amplum, aut in territorium vitreatum ſuper lentum ignem, ut materia incipiat fluere & liquefieri, quo facto ℞. unam libram Mercurii mineralis puri & non infecti, ipſumq; ponas in feſtanicam, & granulatim ſparge ſuper materiam vitrioli & ſalis liquefactam, & moveatur cum ſpatula lignea, ut ipſæ fęces vitrioli Romani & ſalis communis deglutiant ipſum Mercurium, ſic quod de ſe nihil appareat, ſed ex toto fuerit per iſtum modũ impaſtatus, quo facto facias materiam exſiccare in X. temperato calore furni per noctem. Mane autem facto excipies materiam ſic exſiccatam, & conteres eam ſubtiliter & ſummè bene ſuper lapidem, qua contuſa & pulveriſata ponas eã in ſuum vas ſublimationum quod aludel dicitur, ad ſublimandum ut noſti, tunc ſuperpone ſibi pileum ſuum, & circa juncturas benè perluta luto ſapientiæ, ne poſſit Mercurius exire. Et ponatur vas tunc ſuper furnũ ſuum, & adaptetur cum luto in furno, quod non poſſit aliquo modo declinare ad latus, ſic quod directe ſtabit, tunc ignem accende primo lentum per quatuor horas ut aqueitas Mercurii & vitrioli evaporet, poſt evaporationem aqueitatis auge ignem, ut materia pura & alba Mercurii ſuperponatur ſuis fecibus, iterum per quatuor horas, quod ſic proba, intromitte baculum ligneum in vas ſublimatorii ſuperius per foramen, usque deſcendit ad materiam, & ſenties ſi materia alba ſpongioſa

gioſa Mercurius eſt ſuperlocata ſuis fecibus, tunc extrahe baculū, & ſtatim claude vas ſuperius cum luto, ut non poſſit evaporare Mercurius, & fortifica ſibi ignem bene, ſic quod materia Mercurii alba ſuperpoſita fecibus ſupra elevetur vi ignis usque in aludel. Et hoc iterum facias quatuor horas, ultimo tunc da ignem fortiſſimum cum lignis & flamma, usque ad ignitionem vaſis & ipſarū fecum, & hoc ideo, ſi aliquid de pura ſubſtantia Mercurii in ipſis fecibus remanſiſſet, quod illud ab eis ſeparatur vi & potentia ignis, tunc ceſſa ab igne, & facias furnum, & vas, & materiam infrigidari per noctem. Mane autem excipe vas de furno & lutamenta depone cautè, ne adintus maculetur Mercurius. Et aperias ipſum, & reſpice ſi inveneris eum album ſublimatum, purum, deroſum & ponderoſum, tunc bene eſt. Sin autem quod eſſet poroſus, & ſpongioſus, levis, tunc collige eum ex toto, & ejus ſublimationem reiteres ſecundariò cum eisdem fecibus, & cum tanto ſalis communis præparati in unum bene contuſis, in vaſe locatis, ut prius, ſuper furnum ſuum, tunc eodem modo & regimine ignis ut ſupra ſcriptum eſt. Tunc aperias vas, & reſpice ſi ipſe fuerit ſublimatus, albus, denſus, ponderoſus, tunc eum ſic collige, & diligenter eum ſerva, & pone ipſum ad partem, ut quando ipſius indiges ad operis complementum, ut eum habeas. Si autem adhuc ſic nō eſſet ſublimatus ut dictum eſt, tunc reitera ſuper ipſum ſublimationem tertiò, donec ita fiat albus, purus, denſus, & ponderoſus. Et nota quod in tali operatione duo corrumpentia deleviſti ab ipſo Mercurio. Primò abſtuliſti ab eo ejus aqueitatem ſuperfluā, quæ amplius non fugit. Secundò purgaſti eum à ſua terreſtreitate immunda, quæ in fecibus remanſit, & ſic ad ſubſtantiam albam claram mediocriter, ſemifixam ſublimaſti. Serva igitur eū ut dixi.

Pro confectione aquarum ex quibus diſpenſabitur aqua vitæ.

CAP. V.

REcipe duas libras vitrioli romani: duas libras ſalis nitri, Aluminis calcinati unam librā. His ſimul bene contuſis & bene mixtis, ponatur in violam aptam vitreatam, & diſtilletur aqua more communi, clauſuris valde bene claudendis, ne ſpiritus poſſint evaporari, primo igne leni, ſecundo fortiori, tertio cum lignis, ut omnes ſpiritus exeant, & alembicus realbeſcat, tunc ceſſa cū igne, & fac furnum infrigidari, & aquam iſtam ſerva diligenter, quia eſt diſſolutiva lunæ, idcirco ſerva eam ad complementū operis, quia illa aqua lunam diſſolvit, aurum ab argento ſeparat. Mercurium & crocum Martis calcinat, & tingit cutem hominis nigro colore & difficulter mobili. Hæc eſt aqua prima philoſophica, & habet unum in ſe gradum perfectionis. Fiant iſtius aquæ libræ iij.

Aquæ

Aqua ſecunda per Sal armoniacum.

RECipe in nomine domini aquæ primæ libram unam & diſſolve in eà iiij. lot. ſalis armoniaci puri & clari, quo diſſoluto ſtatim aqua aliter eſt qualificata & aliter colorata. Quia prima fuit viridis coloris & diſſolutiva lunæ, & non ſolis, & ſtatim poſt impoſitionem ſalis armoriaci vertitur color ejus in citrinum, & diſſolvit aurum, mercurium, & ſulphur ſublimatum, & tingit pellem hominis citriniſſimo colore, ſerva aquam illam præter ad partem, &c.

Aqua tertia qualificata per Mercurium ſublimatum.

RECipe aquam ſecundam, unam libram, & Mercurii ſublimati à vitriolo romano & ſale communi bene præparati clariſſimi lotones XI & ponatur ad aquam ſecundam paulatim & ſucceſſive, ſigilletur orificium vitri bene ne virtus mercurii immiſſi ſubito exhalet, & ponatur vitrum in cineres calidos temperatos, & incipiet iſta aqua ſtatim operari in Mercurium, ipſum diſſolvendo & incorporando. Et ſic permittas vitrum ſtare in cineribus calidis, & in diſſolutione aquæ, donec ipſa aqua de cetero non appareat, ſed ipſum Mercurium ſublimatum ex toto diſſolvet. Agit autem ipſa aqua ſemper in Mercurium per modum imbibitionis, donec ex toto ſolvat ipſum. Sed nota, ſi iſta aqua ex toto non poſſet ſolvere Mercurium impoſitum, tunc quicquid diſſolutum fuerit per iſtam aquam de Mercurio, hoc deponatur, & non ſolutum in fundo exſiccetur lento igne, & conteratur, & cum nova aqua iterum diſſolvatur, ut prius, & ſic reiteretur iſte ordo, donec totus Mercurius ſublimatus ſit ſolutus in aquam. Et tunc omnes ſolutiones iſtius tertiæ aquæ in unum conjunge, in vitrum mundum, & claude orificum ejus cum cera bene, & ſerva diligenter. Hæc eſt aqua tertia philoſophica ſpiſſa, qualificata in tertio gradu perfectionis, & eſt mater aquæ vitæ, quæ omnia corpora in primam materiam diſſolvit.

Aqua quarta qualificata, per quam omnia corpora calcinata in primam materiam reducuntur.

RECipe tertiam aquam clarificatam, Mercurialem, tertio gradu perfectionis qualificatam, & ponas eam in putrefactionem, in ventrem equi bene digeſtum, in uno vitro claro, bene ſigillato, cum longo collo, per XIV dies, & fac eam putrefieri, & feces in fundo reſidere, tunc iſta aqua transmutabitur de colore citrino in flaveum, quo facto excipe vitrum, & pone inter cineres lentiſſimo igne, & ſuppone alembicum cum ſuo receptaculo, & incipias diſtillare paulatim aquam vitæ clariſſimam, mundam, ponderoſam, lac virginum, acetum acerrimum guttatim, & ſemper lento modo

continuando ignem, donec totam aquam vitæ ſerenè diſtillaveris, tunc ceſſa cum igne, & fac furnum infrigidari, & diligenter ſerva præter ad partem. Ecce iſta eſt aqua vitæ, acetum philoſophorum, lac virginis, per quod corpora in primam materiam reſolvuntur. Quod infinitis nominatur nominibus. Signa iſtius aquæ ſunt iſta, ſi gutta una projiciatur ſuper laminam cupream ignitam ſtatim penetrabit, & veſtigium relinquet album, fumigat ſuper ignem, coagulatur in aere ad modum glaciei. Cum autem iſta aqua diſtillatur, guttæ ejus non intrant continuè ſicut aliæ guttæ è veſtigio, ſed una gutta per viam unam, alia per aliam viam; hæc aqua non agit in corpora metallica, ſicut alia aqua corroſiva fortis quæ corpora diſſolvit in aquam, ſed iſta aqua omnia corpora, ſi fuerint in eo poſita, reducit ac reſolvit in Mercurium, ut poſtmodum audies. Nam ipſa poſt putrefactionem, diſtillationem, & clarificationem eſt depurata, & in meliorem ſtatum producta, & ab omni igneitate ſulphurea & corroſiva mundata. Ita quod amplius non eſt aqua corroſiva, & corporum in aquam diſſolutiva, ſed corporum reductiva in Mercurium, quam vim recipit à Mercurio primo diſſoluto, & putrefacto per tertium gradum perfectionis, neque in ea manent turbulentiæ terreſtres ſive feces. Quia per diſtillationem ultimam omnia fuerunt ſincopata, quia nigræ turbulentiæ remanſerunt in fundo vaſis. Color autem iſtius aquæ eſt cæleſtinus, clarus, flaveus, ſerva eam diligenter ad partem, quia per eam omnia corpora calcinata & putrefacta reſolvuntur in primam eorum materiam radicalem ſcilicet mercurialem.

Cum autem volueris cum iſta aqua omnia corpora calcinata reducere tunc corpora ſic præpara.

REcipias corpus quodcunque volueris, ſive ſolis, ſive lunæ, marcam unam lene limatam, quam limaturam contere bene ſuper lapidem cum ſale communi præparato, ita ut magis ſubtiliter pulveriſetur, tunc diſſolve ſal ab ipſis per aquam calidam, & calcem pulveriſatam permitte reſidere, & aquam abjice, & calcem exſicca, & imbibe eam ter cum oleo tartari, & fac ipſum oleum exſiccare ſemper in calcem, poſtea pone calcem in vitrum parvum, & ſuperfunde oleum tartari, ita quod ſuperemineat ad ſpiſſitudinem duorum digitorum, & tunc claude vitrum, & ponas ipſum in ventrem equi per VIII. dies ad putrefactionem, poſtea excipe, & oleum effunde ab ipſa calce, & calcem exſicca. Quo facto mittas ipſam in aquam vitæ prædictam, æquali lance vibratam, & claude vitrum, & ponas ipſum ſuper valde lentum calorem, & ſic fac ſtare vitrum in temperato calore, & in actione ipſius aquæ, donec tota calx convertatur in Mercurium. Quo facto aquam cautè depone & Mercurium corporalem excipe, & ponas ipſum in vas devitreatum, &

tum, & cum aqua & sale communi ipsum purifica, & exsicca ut scis, & ponas ipsum in pannum lineum, & exprime eum per pannum granulatim. Et si ex toto bene pertransiverit, bene est, si autem aliqua pars corporis maneat amalgamisata non perfectè soluto corpore, illa cum nova aqua benedicta iterum dissolvatur. Et scito quod distillatio aquæ debet fieri in balneo Maris, aer vero & ignis distillentur per cineres calidos. Aqua verò debet extrahi ex substantia humida: & non ex alia. Aerem vero & ignem extrahere oportet ex substantia sicca & non ex alia.

Signa istius Mercurij sunt hæc.

TArdior in motu, sive in cursu, quam aliud argentum vivum, secundum vestigium sui corporis fixi, derelinquit per se ignem, & si una gutta ponatur super laminam ignitam, vestigium relinquit.

Augmentatio Mercurii philosophici.

POstquam habueris Mercurium philosophicum, recipe de eo 2. partes & primā partem limaturæ ejusdem generis, & fac amalgama, in unum conterendo Mercurium & limaturas, sic quod fiat unum, & illud amalgama pone in vitrum, & sigilla superius vitrum valde bene, & pone ipsum super valde lentum & temperatum calorem sive cinerem, & sic resolvetur torum in Mercurium. Et sic augmentabis ipsum usque in infinitum, quia semper summa volatilis superat summam fixam, & convertit ipsam in suam naturam, & sic augmentatur in infinitum, & nunquam desinit esse. Sic igitur habes præparationem aquæ vitæ, & ejusdem qualificationem, & gradationem, & corporum metallicorum putrefactionem, & redactionem eorum in primā materiam, & augmentationem materiæ usque in infinitum. Et sic habes explanatum quod omnes philosophi occultaverunt.

Sequitur practica ex Mercurio sapientum.

QUi non vulgi, qui apud philosophos prima materia vocatur. Et est elementum aqueum frigidum & humidum, aqua permanens, spiritus corporis, vapor unctuosus, aqua benedicta, aqua virtuosa, aqua sapientum, acetum philosophorum, aqua minera-lis, ros cœlestis gratiæ, lac virginis, Mercurius corporalis, & aliis infinitis nominibus in philosophorum libris nominatur, quæ quidem nomina quamvis varia sunt, semper tamen unam & eandem rem significant, utpote solum Mercurium sapientum. Ex ipso solo elicitur omnis virtus artis Alchimiæ, & suo modo ipsa tinctura alba & rubea, &c.

Recipe igitur in nomine Jesu Christi prætaxatum M. venerabilem, aquam philosophorum, primum hyle sapientum, & lapidem in capitulis tibi notum, quæ materia prima corporis perfecti

dicitur,

dicitur,ut scis,& ut nosti,& ponas eum in furnum,alveolum mu
dum,clarum,lucidum,rotundum , orificio ejus bene obturato s
gillo hermetis,ne possit aliquo modo exspirare , & ponas eum a
suffocandum in suum lectum bene stratum , bene temperatum,&
calidum per mensem philosophorum, continuè calidum conser
vando eum in sui sudoris sublimatione , usque amplius non suda
verit modo ascensionis & descensionis,donec ipse ab intus inci
piet putrefieri , suffocari , & coagulari vi conservationis ignis , &
fixari , sic quidem amplius per fumosam aeream substantiam non
ascendat , sed in fundo remaneat siccus , humiditate exhaustus,
putrefactus,& coagulatus , in terram nigram conversus,quod ca-
put corvi nigrum,elementum terreum siccum dicitur. Quo facto
tunc vera sublimatio philosophorum est expedita , in qua peracti
fuerunt omnes præfati modi , argenti vivi sublimatio , distillatio,
coagulatio,putrefactio,calcinatio & fixio, uno vase, uno furno,ut
dictum est. Quia quando lapis noster est in suo vase , & cum
ascenderit per fumum ad caput vasis,sublimatio & ascensio dici-
tur. Sed quando de alto econtra ad infima ruit,& ad fundum de-
scendit,tunc dicitur & causatur distillatio & descensio. Sed quan-
do lapis tunc incipiet putrefieri,ex multiplici tali ascensione & de-
scensione , sic quod incipiet tunc coagulari , tunc dicitur & causa-
tur putrefactio & coagulatio,& sic tandem ut calcinetur & fixetur
ex defectu humiditatis aquæ radicalis , tunc vocatur calcinatio &
fixio , uno actu decoquendo simul & semel uno vase , uno furno,
ut est prætaxatum.Etiam in ista sublimatione facta est vera sepa-
ratio elementorum, ut dicunt philosophi: . Operatio nostri lapi-
dis nihil aliud est nisi elementorum separatio , & eorum conjun-
ctio,nam in nostra sublimatione elementum aqueum frigidum &
humidum transit in elementum terreum siccum & calidum. Ex
quibus patet quod separatio quatuor elementorum in nostro lapi-
de non est vulgaris sed philosophica , quia sublimatione nostra
jam facta perfectissima jam elementa separantur , quia in nostro
lapide sunt solummodo duo elementa formalia, licet sint quatuor
virtualiter,scilicet terra & aqua. Terra quæ virtualiter in se con-
tinet ignem ratione suæ siccitatis. Aqua vero quæ in se continet
aërem virtualiter suæ humiditatis. Et sic patet quod in isto nostro
lapide solùm sunt duo elementa formaliter, licet sint quatuor vir-
tualiter. Ergo dicit philosophus , non est autem separatio qua-
tuor elementorum in lapide nostro , sicut idiotæ intelligunt. In
natura namque nostra est quoddam Arcanum absconditum,quo-
rum opus & virtus sentitur,quæ sunt terra & aqua. Alia vero duo
elementa quæ sunt aer & ignis , nec tanguntur nec videntur, nec
largiuntur quicquam,nec locus eorum videtur,nec virtus eorum
scitur,nisi in prioribus duobus elementis , quæ sunt terra & aqua,
quemad-

quemadmodum ignis in decoctione eorum vertit colores. Ecce dei gratia habes secundum elementum in lapide philosophico, quod est terra nigra, caput corvi, mater, cor, & radix aliorum, super quam terram tanquam stipitem omnia alia fundantur. Quod elementum terreum siccum multis nominibus in philosophorum libris dicitur, dicitur enim latonthanæus, fæx nigra, æs nostrum, nummus noster, sulphur nigrum, masculus, vir, & alia nomina infinita. Quocunque tamen modo diversificantur ejus nomina, semper res est una & eadem, sola ab una re ortum habens. Tunc ergo per talem privationem humiditatis, quæ in philosophorum sublimatione causatur, factum est volatile fixum, & molle durum, & aqueum terreum secundum Gebrum. Mutatio de natura in naturam ut aquæ naturæ in ignem secundum naturales in turba. Item facta est mutatio complexionum ut frigidæ & humidæ complexionis in coleram siccam, secundum medicos. Item factum est spirituale corporeum, secundum Aristotelem. Item factum est liquidum spissum secundum Alphidium. Item factum est occultum manifestum secundum Rudianum in libro trium verborum; & sic patet intellectus philosophorum, cum dicunt: Operatio nostri lapidis est nihil aliud nisi naturarum permutatio & elementorum revolutio. Patet namque per talem privationem humiditatis, quod facimus lapidem siccum, & volatile fixum, & spirituale corporeum, & liquidum spissum, & aqueum igneum, & æreum terreum, & sic utique veras permutamus naturas ratione; quatuor elementa rotatim volvimus, & eorum naturas permutavimus, sit benedictus Deus in æternum. Amen.

Nunc igitur ad secundam præparationem in Dei benedictione, quæ est terræ integræ dealbatio, transeundum simplici declaratione. Recipe ergo terram præfixam, quæ caput corvi dicitur, & contere eam in mundissimo porfirio subtiliter & caute, partes ii, & adde ei de parte servata aquæ philosophicæ, quam nosti, partem unam, per ingenium tuum in unum conficiendo, aquam imbibendo terræ siccæ successivè donec bibat haustum prætaxatum suum, & bene in simul in unum chaos commisceas conterendo, ut bona & profunda fiat unio corporis & animæ & aquæ, in commixtione usque ad profundum corporis. Quo facto reimponatur in suam cucurbitulam firmiter clausam, ne respiret, & ponatur in lectulum suum bene stratum, temperatum, continuè calidum, ut exsiccetur sudorose haustus; bibitus in suis visceribus per spatium octo dierum, ut partim dealbetur terra. Et post iteratò excipiatur ipse lapis, & conteratur, & lacte imbibatur ut prius virgineo, per modum unionis, ut iterum bibat haustum suum, & rursus reponatur alveolo suo, temperato lectulo calido, ut sudorosè exsiccetur rursum ut prius. Erit iste ordo reiterationis, tetræ imbibitio-

bibitionis aquæ ad partem ſervaræ unionis,exſiccationis,& calcinationis,quater reiterandus, & ſic precioſiſſimo lapidi terram ſufficienter adminiſtraſti decoctionem. Sic per hos gradus decoctionis,& contritionis,continuationis , & aquæ imbibitionis , exſiccationis,& calcinationis,caput corvi & terram nigram & fœtidam ſufficienter mundaſti , & ad albedinem perduxiſti,vi ignis & caloris,& aquę dealbationis. Tunc terram ſic albam diligenter ſerva,& pone ad partem , nam ipſa eſt quæſitum bonum , terra alba foliata,ſulphur album,magneſia alba,&c. Et hoc eſt quod philoſophus Morienus vult cum dicit , hæc terra cum aqua ſua putreſcat,& ſic mundatur , & auxilio Dei totum magiſterium terminatur. Etiam ut dicit Hermes Azot lavat latonem,& immundiciam omnem ab eo eripit. Item in iſta compoſitione & operatione facta eſt vera conjunctio elementorum , quia ibi fit conjunctio elementi aquæ cum elemento terreo , & aerei elementi cum igneo. Item ibi facta eſt conjunctio viri & mulieris,maris & femellæ. Item facta eſt conjunctio auri & argenti. Item facta conjunctio ſulphuris ſicci & aquæ cœleſtis immundę. Item ibi facta eſt revivificatio mortuorum corporum. Quare dicit philoſophus,qui neſciunt mortificare & revivificare non laborent in hac arte. Et alibi dicit,qui ſciunt mortificare & revivificare laborent in hac arte. Et alibi dicit,qui ſcit mortificare & revivificare , ille erit dominus artis. Et alius philoſophus, Terra noſtra ſicca nullum fructum facit, niſi aqua ſua pluviali deorſum humectetur, Item terra noſtra ſicca multum ſitit,& dum incipit bibere,bibit uſq; ad feces. Item alius: Terra noſtra fructuoſa aqua morata,quæ ſitit,ſitiens hauſtū,poſtquam bibet,fructū dans centenum, & alia multa in libris philoſophorū inveniuntur,quæ parabolosè poſita ſunt,ut ars ab inſipientibus nō percipiatur. Ecce jam Dei gratia habes terrā dealbatam, foliatam, præparatam, & adaptatam ad fermentationē ſuſcipiendā,quæ fermentatio eſt ipſius animatio. Quare dicit philoſophus, dealbate terram nigram antequam imponatis fermentum. Item alius dicit,feminate aurum veſtrum in terram albam foliatam,&c. & ipſa apportabit fructum centuplum. Sit laus Deo. Amen.

Quantum igitur ad tertium,eſt procedendum ad fermentationem terræ dealbatæ , ut animetur corpus mortuum & reviviſcat, ut ejus virtus multiplicetur uſq; in infinitum , ut perficiatur ipſum elixir deſideratum album,tingens Mercurium ratione , corpus in lunam perfectiſſimam,veriſſimam. Sed nota quod fermentū non poteſt ingredi corpus mortuum,niſi mediante aqua,quę facit matrimonium & copulam inter fermentum & terram albam, ideirco in omni fermentatione notari debet pondus uniuscujuſque. Si igitur terram albam foliatam ad elixir album volueris fermentare,ut ſtet in complemento tincturæ ſuper à perfectione diminuta,

tunc

tunc recipe terræ dealbatæ seu foliati corporis mortui partes tres, & de aqua vitæ reservatæ 2. partes, & partem unam & dimidiam de fermento. Fermentum autem sic præparatum ut sit calx alba & subtilis & fixa, si ad opus album tua procedit intentio. Si vero ad rubeum, tunc sit calx citrinissima auri præparata, & non erit aliud fermentum. Fermentum argenti argentum est, fermentum vero auri aurum est, & non erit aliud fermentum. Ratio autem est, quia ista corpora duo lucentia sunt, quibus insunt radii splendidi tingentes cætera corpora albedine & rubedine vera. Quoniam ipsa sunt secundum naturam purissimi sulphuris substantiæ reperta ad speciem lapidum pertinentia. Fac ergo unamquamque speciem cum sua specie, & unumquodq; genus cum suo genere. Quoniam opus album ad albificandū, opus vero rubeum ad rubificandum. Et non misceas unius lapidis opus cum opere alterius lapidis, alioquin erraveris si secus feceris. Ergo dicunt omnes philosophantes, lapis noster componitur ex tribus, videlicet ex corpore, spiritu, & anima. Nam terra alba foliata, est corpus, fermentum est anima, quæ sibi vitam tribuit, aqua mediante, quæ spiritus dicitur. Confice ergo has tres partes in unum matrimonialiter, super lapidem mundum bene conterendo, ut uniantur in contritione per minima, in unum chaos confusum ut omnia redeant, tanquam unum corpus inseparabiliter, quod postea sapienter ponas in suam phialam adaptatam, & in thorum suum calidum repone ut coagulentur, & fixentur, & fiet unum corpus album, quo facto rursum excipias lapidem candidum benedictum, ipsumq; contere subtiliter in lapide mundissimo, & iterum cū tertia parte aquæ suæ ipsum iteratò imbibas, imbibendo ut haustum tollat. Et rursum reimpone in alveolum clarum, mundum, in lectum sutum temperatum & calidum, ut iterum incipiat desudare, & haustum aquæ bibere, desiccare permittas in visceribus ejus. Et sic reitera vice multiplici, donec excellentissimum lapidem album per hos gradus reiterationis præparaveris fixum, stantem per minima ingredientem corpora velocissime, & fluentem ad instar aquæ fixæ, super ignis pugnam, tingentem Mercurium, & omnia corpora à perfectione diminuta, in verum argentum omni naturali comparandum. Et nota quantò hujusmodi complementi ordo reiteretur pluries solvendo, & coagulando, & conterendo, & assando, tantò & hujus exuberatione valet medicina, multiplicatur bonitas ipsius magis & magis. Nam quoties pertractaveris super ipsum lapidem ejus proptiam bonitatem reservatam, totiens multiplicatas partes lucraberis in ejus projectione, super à perfectione diminuta corpora, ut si ipsius medicinæ pars prima ponatur, convertit centum partes cujuslibet corporis in Lunam. In secunda reiteratione mille. In tertia 10000. In quarta 100000. In quinta 1000000 In sexta

infinita

infinita millia & sic usque in infinitum. Quare magnum dictum philosophorum sic in commune sapientes laudant per reiterationem. At si, verbi gratia, una imbibitio sibi sufficeret non toties verba eorum reiterassent. Gratia sit Deo. Amen.

Si igitur hunc glorioſum lapidem, Regem album, qui transformat, & tingit Mercurium, & omnia corpora imperfecta in verum lunificum, convertere volueris in lapidem rubeum, ut fiat elixir, & tinctura rubedinis, quæ transmutet & tingat Mercurium, & lunam, & omne corpus in veriſſimū ſolem, sic fac. RECIPE ipſum lapidem album & divide eum in duas partes. Unam partem augmentabis ad elixir album, ut prius dictum eſt, cum aqua ſua reſervata alba, ſic nunquam deſinit eſſe ejus. Sed aliam partem ponas in novum thorum philoſophorum, mundum, clarum, lucidum, & rotundum, & ponas sic in furnum ſuum ſuæ digeſtionis & auge ſibi ignem, donec vi & potentia ignis digeſtionis in rubicundiſſimum convertetur lapidem, qui apud philoſophos ſangvineus dicitur, & aurum purpureum, rubeus corallus, & ſulphur rubeum. Quo viſo dicto colore, ut eluceſcat rubeus, ut prædictum eſt, veluti crocus ſiccus combuſtus; tunc excipe ipſum regem gaudenter, & ſerva eum diligenter, & ſi volueris ut fiat tinctura rubedinis elixiris altiſſimi, transformans & tingens Mercurium Lunam & omne corpus in veriſſimum ſolem, tunc fermenta ejus partes iij. cum una & dimidia auri puriſſimi præparati, ut ſit calx ſubtiliſſima & citriniſſima, cum duabus partibus aquæ ſolificatæ, artificialiter in unum chaos reduces commixtione per minima uſque ad occultum corporis, & repone ſuo alveo maturoſo igne ut digeratur ad finalem completionem, & ut eluceſcat rubicundus lapis ſangvineus verus, & iterum illum augmentabis, de parte ſua ſolificata reſervata, ut gradatim modo digeſtionis ignis fortioris, procedas in ejus perfectionis augmentatione, & cumulatione bonitatis de reiteratione operis, de parte ſua ſibi reſervata, naturæ ſuæ conveniente, ſolificata tandem, ut bonitas ejus multiplicetur uſq; in infinitum, & non deſinat eſſe ejus; una pars in primo gradu ſuæ perfectionis, centum partes Mercurii abluti aceto & ſale, ut ſcis, in cruſibulo poſiti; ſuper parvum ignem, ut fumaret, & lunam ſtatim tingit, & transformat in veriſſimum Solem, meliorem omni naturali. Et ſic patet in reiteratione lapidis inveniri, quouſque ipſe Mercurius & Luna in infinitum ſolificum convertantur. Et ſic nempe completur precioſum arcanum, & theſaurus incomprehenſibilis. Quare dicunt philoſophi, lapis noſter eſt trium colorum, ſcilicet primo niger, albus in medio, rubeus in ultimo: & alius philoſophus dicit: Calor agens in humido primo generat nigredinem, & agens in ſicco operatur albedinem, & in albedine citrinitatem. Nam album nihil aliud eſt quam nigre-

dinis

dinis perfecta ablatio. Ex multo albo collecto per fortiorem ignem generatur citrinum. Item alius philosophus dicit, videntes autem omnes hujus artis investigatores albedinem in vase apparentem, rati estote, quod rubor in illa albedine occultus est. Tunc non oportet vos extrahere, sed fortiter coquere usque rubeum fiat. Jam igitur laudetur sublimis naturarum deus, glorioſus, & benedictus, qui creavit illam substantiam, & dedit illi substantiæ tantam proprietatem, quam non contingit ullam reperiri in rebus naturalibus; in ipsa enim invenitur posita pugna, & ipsa est qui super foco & contra ignis pugnam fortiter resistit. Alia quidem omnia fugiunt & igne exterminantur. Notate igitur verba, signate mysteria, quoniam hîc sub brevitate sermonis collectus & conscriptus est totius Alchimiæ artis intellectus occultissimus, & simplici sub dictione, plana verborum serie, absque ulla palliatione, breviter compilatus, quòd, Deo teste, in singulis philosophorum libris nil meliùs reperitur, quàm illa quæ supra scripta sunt. Ideo rogo ut nulli reseres, nec manibus impiorum conferas, quoniam secreta seculorum omnium philosophorum planè comprehendit, talis siquidem & tanta margaritarum portio, porcis & indignis non est largienda, quoniam si secus fieret, tunc rogo Deum omnipotentem, ut nunquam ad optatum illis hoc opus divinum perveniat. Et benedictus sit trinus & unus. Amen.

ALBERTI MAGNI LIBER
OCTO CAPITVLORVM.

De lapide philosophorum.

LIbrum autem istum dividam in octo capitula:

In primo capitulo dicam de Mercurio, & ejus natura, nec non sulphure quod in se continet.

In secundo capitulo dicam de natura corporum perfectorum, & eorum sulphure.

In tertio vero capitulo dicam de conjunctione corporis & spiritus, & lapidis dissolutione in primam materiam.

In quarto capitulo dicam de extractione aquæ de terra.

In quinto vero dicam de reductione aquæ super terram suam.

In sexto capitulo dicam de modo sublimationis terræ.

In septimo vero capitulo dicam de fixione, & lapidis multiplicatione.

In octavo capitulo dicam de modo projiciendi medicinam, & tingendi quodlibet metallum.

De Mercurio & ejus naturâ, nec non sulphure quod in se continet.

CAPUT I.

ARgentum vivum est frigidum & humidum, & Deus creavi cum eo omnes mineras, & ipsum est aereum, ignis fugitivum secundum quod in igne aliquantulum steterit faciet mira opera & alta, & ipsum solum est spiritus vivus, & in mundo non est æquale ipsum est quod possit operari qualia ipsum operatur. Et ipsum est quod intrat quodlibet corpus, penetrat, lavat, & excellit. Ipsum est fermentum corporibus quibus admiscetur, & tunc erit totum elixir ad rubedinem & albedinem. Ipsum est aqua perennis, aqua vitæ, lac virginis, fons, alumen, de quo bibens non moritur. Cum vivum fuerit habet quædam opera, cum mortuū fuerit alia, habet opera maxima Ipsum est serpéns luxurians in seipsum, seipsum imprægnans, in die uno parturiens, suo veneno cuncta interficiens metalla. Ab igne fugit, sapientes autem per sua artificia fecerunt ut expectaret ignem, cibantes id cum terra sua, donec expectaret ignem, & tunc facit opera & mutationes. Quia sicut mutatur id est alteratur, mutat: & sicut tingitur, tingit, & sicut coagulatur coagulat. Igitur inter omnia mineralia argenti vivi præferenda est generatio. In omnibus enim mineris invenitur, & cum omnibus symbolum habet. Fit autem ex terrestri mediocri & aqueo, vel oleo vivo subtili mediocriter, & spiritu multum subtili. Ex aqueo terrestri ponderositatem habet & motum deorsum, luciditatem, fluiditatem, & colorem argenteum. Exit enim de terra, in terram resilit, & guttatim se diffundit, & iterum se continuat humido. Ex caliditate & spiritu exsiccato figitur, & omnibus mineralibus commiscetur, & cui insidet firmiter adhærebit, unde mineralium & metallorum pater dicitur. Argentum vero vivum densam manifestè videtur habere substantiam, ut monocalus, per gravedinem sui ponderis immensi quoq; aurum præponderat, dum in sua natura fuerit, & est fortissimæ compositionis, & naturæ uniformis, quoniam non separatur. In partes autem nullatenus se dividi permittit, quia aut cum tota sui substantia ex igne recedit, aut cum eo in igne remanet stans. Ideo in eo notatur causa perfectionis necessariò. Quoniam ipsum solum ad fixionis perfectionem sufficit in unoquoque gradu scilicet, cum ignitione; propter enim bonam partium adhærentiam, & fortitudinem suæ commixtionis, si aliquomodo partes ipsius inspissentur per ignem, ulterius non permittit se corrumpi. Nec per ingressionem furiosè in illud in furnum vel ulterius se patitur separari, elevari. Quoniam rarefactionem sui non suffert propter indensitatem & adustionis carentiam, quæ fit per sulphu-

reitatem

reitatem, quam non habet. Argentum vero vivum in omnibus operibus suis manifestè est perfectiss. Quoniam adustionis est salvativum, & fusionis effectivum cum figitur. Est enim tinctura rubedinis uberrimæ refectionis, fulgidi splendoris, & non recedit à commixto donec est. Est enim amibabile & metallis placabile, ac medium conjungendi tincturas, quoniam commiscetur per minima cum ipsis, & in profundo naturaliter adhæret eis, quia est de natura ipsorum. Veruntamen cum Sole & Luna commiscetur faciliùs, eo quod ipsi contingit, suam puram participare naturam, ac tum non subjungitur aliquid in illo nisi Sol. Ex hoc utique maxime elicias secretum, quoniam Mercurius in se recipit quæ suæ naturæ sunt, alienum vero respuit, eo quod sua natura plus gaudet quam extranea. Ex hoc enim manifeste relucet, corpora majoris esse perfectionis, quæ plus Mercurii sunt continentia, & quæ minus minoris. Quia cum mineralibus maximum tenet in natura symbolum, & dedit illi Deus substantiam & substantiæ proprietatem, quam contingit nullo modo ex rebus in natura possidere, quoniam, ipsum solum est quod ignem superat & ab eo non superatur, sed in eo amicabiliter quiescit eo gaudens. Ipsum namque solum cum sit metallum, continet in se totum quo indigemus ad nostrum magisterium. Igitur manifestum est, quod argentum vivum continet in se sulphur bonum, quo congelatur in aurum & argentum secundum diversum digestionis modum, &c.

De natura corporum perfectorum & eorum sulphure.

Caput. II.

Aurum est corporum nobilissimum, dominus lapidum, Rex & caput omnium aliorum, quod nec terra corrumpit, nec res comburentes comburunt, nec in igne minuitur, nec aliqualiter alteratur, sed in eo melioratur, quia in eo humiditate quadam humectatur, nec aliqualiter alteratur, eò quòd complexio ejus est temperata, & natura directa in caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate. Neq; in eo est quod superfluum est, neq; minus. Est enim creatum ex subtilissima clara arg. vivi substantia, & ex substantia pauca sulphuris mundi, & puri, rubedinis, fixi, clari, & à natura suâ mutati, tingentis illum, scilicet Mercurium auri, tenet omne corpus, & est fermentum, elixir albi & rubei, nec melioratur nisi cum eo, nec completur cum alio, sicut massa quæ non completur sine alio fermento. Aurum est corpus durans & manens per sæcula sæculorum, & ideo philosophi prætulerunt ipsum, magnificaverunt, & dixerunt. Quod sic se habet aurum in corporibus, quemadmodum sol in stellis. Sol enim suo lumine & splendore omnia vegetabilia generat, & omnes fructus perficit Nutu

DE I. Dixit enim Hermes quod nunquam fit tinctura vera absq; rubeo lapide.

Argentum est corpus minus quàm aurum, & ejus pondus minus pondere auri, & est de partibus lunæ in humiditate, & in loco humido corrumpitur, & ejus sapor est acidus. In igne minuitur, & sulphuribus comburitur. Tamen, excepto auro, nullum corpus in eo melius, aut auro vicinius. Auri enim interiora sunt exteriora argenti. Et ejus natura est frigida & sicca, & recipit tincturam. Amplius autem aurum est corpus perfectum, & masculinum, sine superfluitate, aut diminutione. Quod si in terra sola liquefactione sibi commixta perficeret, esset elixir ad rubeum. Argentum vero est corpus ferè perfectum & fœmininum, quod si imperfectum perficeret fusione, similiter esset elixir ad album, quod non est, quia solum perfecta sunt.

Quod si illa perfectio esset commiscibilis imperfectis, nonne imperfecta & perfectis perficerentur. Sed si essent plusquam perfecta vel in duplo, vel in quadruplo, centuplo, vel millecuplo, in tantum perficerentur imperfecta. Et quia natura simpliciter semper operatur, & perfectio in ea est simplex & inseparabilis & incommiscibilis, nisi fortè reducerentur in statum pristinum, id est, in fugam cum volatili, quia summa volatilis sulphuris superat summam fixi corporis, & cum corpus perfectum ex argẽto vivo mundissimo, & ex tali sulphure rubeo habere possumus, quare non eligeremus pro materia nostra ad elixir rubeum, & argentum similiter ad elixir album. Quia simpliciter hæc duo corpora ita perfecta sunt, sine mundatione aliqua ingeniosa, & ita fortiter digesta, & decocta caliditate naturali, quod vix cum igne nostro artificiali in in ipsis operari valemus. Et quamvis natura aliquid perficit, tamen intimè mundificare seu purgare ignorat. Nam simpliciter operatur super id quod habet.

Est enim dux in corporibus sulphureis, quia quandam in argento substantiam inclusam esse dicimus in principio suo commixtionis, supervenientem alteram vero extraneam, suæ naturæ corrumpentem.

Et est notandum diligentissime, quod istorum duorum corporum conjunctio est necessaria in hac arte ad rubeum & ad album. Et sunt duæ rationes, quarum una est, quia aurum est nobilius inter metalla, & magis compactum, perfectum & fixum, tamen si solvatur, in partes minimas separatur, fitque spirituale & evolans ab igne sicut Mercurius, id est anima ejus, quod est mirum, & hoc ratione suæ bonæ elementationis, & tunc habet tincturam sine numero, & ista tinctura vocatur sperma masculinum rubeum calidum. Si vero argentum solvatur, nullam habet tincturam, est tamen pronum ad ipsam tincturam recipiendam & fixandam in

tempera-

temperamento calidi & frigidi,& vocatur ſperma fœmininum,frigidum & ſiccum,eſt continens eorum conjunctio. Item eſt alia ratio,quod iſtorum duorum corporum eſt neceſſaria conjunctio, quia cum aurum per ſe ſit difficilimæ fuſionis, & liquefactionis, tamen ſi ſimul conjungantur, facilè fluunt ſcilicet cum Mercurio, & ſciunt auri fabrifacientes conſolidaturas ad aurum.

Unde ſi in lapide noſtro eſſet tantum alterum eorũ, nunquam per aliquod magiſterium facile flueret medicina, neque tincturam daret,&ſi daret tincturam non tingeretur,niſi quantum ipſum eſſet,eo quod non eſſet receptaculum tincturæ. Et noſtrum finale ſecretum eſt, habere medicinam quæ fluat ante Mercurii fugam. Ergo conjunctio iſtorum eſt neceſſaria. Non enim fuit corpus dignius & purius ſole aut ejus umbra Luna, ſine quo nullum argentum vivum generatur tingens. Qui autem absque iſto corpore argenti vivi nititur tingere, cæcus procedit ad practicam, ſicut Aſinus ad fœnum. Nam aurum,aureum: Argentum, argenteum tribuit colorem. Qui ergo argentum vivum cum ſole vel luna novit conjungere, venit ad arcanũ,quod dicitur ſulphur artis. Ab iſtis ergo corporibus extrahitur ſulphur vivum album vel rubeum,cum in ipſa ſit puriſſima ſulphuris ſubſtantia, ingenio naturæ ſummè depurata. Et conſulo quod non opereris niſi cum Mercurio,Sole, & Luna, quoniam totum beneficium hujus artis conſiſtit in ipſis. Nam quæcunque ſeminaverit homo hæc & metet; nam ſemen ſemini correſpondet ſuo, & omne arbuſtum propriũm affert fructum juxta genus ſuum. Natura ſiquidem eſt ſapiens ſemper perfici appetens, quoniam ſemper in ſe continet ſementem ſuum, id eſt, virtutem ſeminalem in ſemine. Ideo dicit Avicenna. Niſi aurum & argentum viderem, pro certo dicerem,quod Alchimia non eſſet ars in natura. Sed cum aurum & argentum video,certiſſimè video quod Alchimia eſt in natura. Alia vero corpora eſt poſſibile ut operentur, ſed non erunt bona ſicut illa. Quippe cum medicinam quam non habent dare impoſſibile quidem eſt, non fixum figere,& immundum mundare. Quia non invenitur in re quod in ea non fuit ante,nec aliquid dare poteſt quod non habet.

Quippe quia Mercurius tuus ſit de natura ſua converſivus, fit unumquodque cum ſingulis quod complectitur ex planetis, quia cum bonis bonus,cum mali malus. Si enim jungitur cum plumbo plumbum erit, ſi cum ferro ferrum erit, & cum aliis corporibus ſi jungitur,erit conſimilis eis. *Si autem cum iſtis duobus jungitur radiis, fit elixir completum & perfectum*,quia cum illis miſcetur Mercurius,& figitur per ipſa maximo ingenio, quod minimè pervenit ad artificem duræ cervicis.

De conjunctione corporis & ſpiritus, & lapidis diſſolutione in primam materiam, & ipſius putrefactione.

CAPUT III.

CErtum quippe eſt omnem rem eſſe de eo vel ex eo in quam re ſolvitur. Nam gelu vertitur in aquam calore mediante. Clarum eſt ergo prius aquam fuiſſe. Omnia verò metalla ex Mercurio ſunt generata, ideo in ipſum reſolvuntur. Primum ergo Regimen lapidis eſt, diſſolvere, ſicut groſſum in argentum vivum, ut in ſuam primam reducatur materiam Hoc autem totum fit per argentum vivum, & quod ipſum habet poſſe Solem & Lunam ad ſuam naturam, & ad materiam primam redigere. Sed quia argentum vivum habet in ſe fæculentiam, & aduſtionem, & abſque inflammatione & aqueitatis ſubſtantiam: Neceſſe eſt ideo iſtius ſuperflua demere, & abſentia ſupplere, ſi completam medicinam ex illo volueris facere vel creare. Terream autem fæculentiam omnino oportet per ſublimationem demere & mundare, ne lividum in projectione creet colorem. Et aqueitatem ipſius ſimili modo delere, ne & totam materiam in projectione faciat fugitivam, de cujus proprietate eſt ſubſtantiam medicinæ ſalvare, non aduri, & ab aduſtione defendi, & non fugari, & fixum facere. Ideo contingit in illis quandoque creare Saturnum atque Jovem, atq; Venerem, quandoque Martem, quod ex impuritate neceſſe eſt accidere. Ex illo quandoque creatur Sol, quandoque Luna, quod ex puritate neceſſe eſt devenire. Unde Philoſophus in quarto Metheororum hujus artis illudit Sophiſtas, dicens: Sciant autem artifices ſpecies metallorū permutari non poſſe, quod quidem ſemper verum eſt, ut Philoſophus ſcribit, niſi ipſæ ſpecies in ſuam primam redigantur materiam. Quæ quidem materia eſt argentum vivum, cum ipſum ſit elementum omnium ductibilium, tunc enim in aliam formam † bene permutantur † quàm prius erant. † Non enim ſpecies, ſed individua ſpecierum permutantur, quia ipſa individua actionibus ſenſibilibus ſunt ſubjecta, eò quod inter ſe ſunt convertibilia. Species verò argenti, quæ eſt argenteitas, non permutatur in ſpeciem auri, quæ eſt aureitas, nec econverſo, quia ſpecies naturæ permutari non poſſunt, ſed individua ſpecierum, cum in primam materiam ſuam reducantur. Quia cum forma iſtius individui vel illius fuerit corrupta, & in primam materiam reſoluta, & bene & etiam neceſſario introducitur alia forma, quia corruptio unius eſt generatio alterius. Et quia materia nullo modo poteſt deſtrui, quin ſub aliqua forma maneat, unde deſtructa una forma immediatè introducitur alia ad hanc operationem, vel aliam diſpoſitionem. Eſt enim notandum quod materia prima eſt

duplex

duplex, quia quædam est propinqua, & quædam remota. Materia verò propinqua est argentum vivum. Remota verò est aqua, quia argentum vivum prius fuit aqua quam argentum vivum. Verum ergo principium nostri operis est dissolutio lapidis, quia corpore soluta ad naturam spiritus sunt redacta, nisi quia magis fixa. Nam solutio corporis est cum cõgelatione spiritus. Patiens igitur sustine & coque, contere, incera, & non tædeat te ipsum hoc ipsum reiterare; quia quæ imbibuntur per aquam mollificantur, & quantò magis teris, tantò magis mollificas, & tantò magis partes grossas subtilias, donec diruantur & ab invicem dividantur, quoniam spiritus cum corpore impastantur, & omnia quæ impastantur, ex toto dissolvuntur, & impastatio fit cum nimia per aquam contritione, incineratione & assatione. Nam per contritionem scilicet aquarum, & assationem, & ignem, dividuntur partes ligatæ viscositate, quæ est in corporibus. Corpora verò soluta ad naturam sunt redacta spirituum, & nunquam separantur, sicut nec aqua mixta aquæ. Quippe quia natura naturâ lætatur, quoniam sponsus & sponsa copulantur, quæ verò non solvuntur partes verò subtiles nec mollificatas. Ideo chariſſime indiges quod in solutione lapidis labores suas partes puriores disgregare ab impuris, & gravioribus partibus abjectis, opus cum levioribus perficiatur, quia intentum nostri operis, non est, nisi quod eligatur puriſſima Mercurii substantia in ipsis corporibus, quoniam elixir constat tantum ex ipsis. Primus autem motus necesse est putrefacere, sed tamen multę sunt species putrefactionis, corruptionis, igitur solum de ista de qua utitur in hoc nostro proposito. Primum igitur principium naturale est materia . . . . . materialis prout superius dixi. Secundum est calor movens ipsam materiam ad putrefactionem. Sigma verò perfectæ putrefactionis sunt color niger, odor fœtidus, & materia intacta subtilis & discontinua, ac si esset primus Mercurius. Quia calor agens in humido primo generat nigredinem, quæ quidem nigredo est caput corvi, hoc est, principium operis. Item nota, quod ingressio, submersio, connexio, conjunctio, complexio, compositio & commixtio idem significant in hac arte. Nil enim subjungitur, conjungitur, convertitur, quin misceatur. Nam commixtio est commiscibilium per minima, id est, per indivisibilia sibi conjunctarum unio. Scias etiam firmiter, quod tota fortitudo hujus magisterii, non est nisi in putrefactione, si putridum non fuerit, solvi nec fundi potest. Et si solutum non fuerit, ad nihilum deveniet. Item scias quod in unoquoque corpore sunt tres dimensiones & profunditates, & hoc manifestè apparet de corpore. Et quod primo subjacet visui nostro verbi gratia Lapis noster in sui prima creatione, est albus, & ita apparet in facie. Quare dicimus ipsum frigidum & humidum, quia ita est, unde studeamus, quare

lapis noſter aquaticus eſt, quia frigidus eſt & humidus. Nam talis diſpoſitio dicitur corporis manifeſta ſeu patens. Latitudo autem eſt iſta diſpoſitio media, per quam itur ad profundum. Quæ verò media, eſt inter profunditatem & latitudinem tanquam inter duo extrema vel contraria. Et impoſſibilis eſt transitus à contrario in contrarium, vel ab extremo in extremum, niſi per diſpoſitionem mediam, quia lapis noſter eſt frigidæ & humidæ complexionis. Si ergo volumus eam facere tranſire ad mediam diſpoſitionem, neceſſe eſt altera qualitas deſtruatur in eo. Deſtruitur autem in eo per putrefactionem. Nam frigidum & humidum per naturam & per putrefactionem inſpiſſatur, & ejus humiditas vertitur in ſiccitatis naturam ſecundum Alfidium, & fit tranſitus ad mediam diſpoſitionem, quæ eſt frigiditas & ſiccitas, quæ dicitur latitudo ſcilicet aquæ, quia tenet à frigido & humido frigiditatem, & à calido & ſicco, ſcilicet igne, ſiccitatem, priùs verò per calorem inexiſtentem, per frigiditatem quæ remanſit in corpore, fit tranſitus ad contraria ſeu extrema, deſtruendo frigiditatem, & introducendo caliditatem, quæ diſpoſitio dicitur profundum ſeu occultum corporis, quod optimè apparet in libro Magiſterii Ariſtotelis. Qui ergo vult proficere in hac arte, oportet iſtam mineralem admixtionem ſeu arcanum maximè componere, ut & prius ipſum invenire de natura in naturam, de colore in colorem. Et Philoſophus Lucas dicit in Turba, pluribus rebus non indigetis niſi una, & iſta res in unoquoque gradu operationum noſtrarum in aliam vertitur naturam.

De extractione aquæ de terra, & reductione aquæ ſuper terram ſuam.

CAPUT IV. & V.

POſtquam materia fuerit putrefacta ad unionem corporis & ſpiritus faciendam, quam tamen non eſt poſſibile fieri niſi in aëre ſcilicet calidi & humidi, & hoc eſt per ſublimationem, id eſt, quod ſit in oleum reſolutio. Scias igitur quod lapis noſter dividitur in duas partes principales per magiſterium, videlicet in partem ſuperiorem, quæ aſcendit ſuperius, & in partem inferiorem, quæ remanet fixa, & tamen iſtæ duæ partes concordant in virtute, & ideo Philoſophus, Superius eſt ſicut quod eſt inferius. Et iſta diviſio eſt neceſſaria ad perpetranda miracula rei unius ſc. lapidis, quæ pars inferior eſt terra, quæ dicitur nutrix & fermẽtum, & pars ſuperior eſt anima, quæ totum lapidem vivificat & reſurgere facit. Unde facta ſeparatione, & celebrata conjunctione lapidis, multa miracula perpetrantur. Et notandum, quod quamvis lapis noſter apud aliquos in prima operatione dividatur in quatuor partes, quæ ſunt quatuor elementa, ſicut ſuperius dictum eſt, duæ

tamen

tamen sunt partes principales, videlicet una quæ ascendit superius, quæ dicitut non fixa, alia quæ remanet inferius, quæ dicitur fixa, vel terra, vel fermentum, quæ totum lapidem nutrit & fermentat, ut dictum est. De ista verò parte non fixa oportet habere in bona quantitate, & dari lapidi, qui est factus mundissimus absq; sorde, toties per magisterium, donec totum lapidem virtute spiritus non fixi superius deferat sublimando. Et hoc est quod dicit Philosophus, ascendit à terra in cœlum, postea iterum lapidem sic exaltatum oportet iterare super marmore, cum elemento ab ipso lapide in prima operatione extracto. Elementum dicitur aqua lapidis, & debet assari totiens subtilitate, donec totus lapis iteratò descendat in terram, & sic recipiet superiorem vim sublimando, & inferiorem descendendo, ut quod est corporeum fiat spirituale sublimando, & quod est spirituale fiat corporeum descendendo, & sic habebis gloriam claritatis hujus mundi, & fugit à te omnis obscuritas, & omnis inopia & ægritudo. Quia lapis sic compositus curat omnem ægritudinem, & hic lapis est totius fortitudinis fortitudo fortis, quia nulla est cõparatio hujus lapidis, ad alias fortitudines hujus mundi. Nam vincit sensibilem rem omnẽ subtilem, omnẽ rem solidam penetrabit, pertransit & vincit, devincendo convertit Mercurium vivum, quod est subtile ad ista corpora. Dnra & solida penetrabit, dicit enim Morienus, quod totum nigrum non est aliud quàm extractio aquæ à terra, & hujus aquę super terrã scilicet propriam dimissio donec putrescat. Et hæc aqua cum terra putrescit & mundificatur, quę dum mundata fuerit, divinitatis auxilio, totum magisterium dirigetur, quæ quidem aqua continet in se animam corporis sui. Quæ inquam anima habet se in spiritu in modum olei, quæ anima est tinctura soluta & in spiritu deportata, quam aliqui Philosophi denominant fumum album. Secus ergo de fumo albo, quia fumus albus est anima corporum solutorum & mortuorum, quorum animas ex suis corporibus extraximus. Quia omne corpus quod anima caruit tenebrosum est, & fumus albus cum corpori redditur mortuo fluet in corpore, & aufert ejus nigredinem & immunditiem, quia corpora in unum consolidat, & ea multiplicat, tunc ejus pulchritudo apparebit, & tinctura in ea operabitur. Et scias firmiter quod si fumus albus non foret, ars Alchymiæ non esset. Dicit enim Pythagoras, loquendo de aqua Mercurii à lapide extracto, i. e. terra auri: Ista verò aqua est acetum acerrimum, quòd aurum merum facit esse spiritum, sine quo neç albedo, nec nigredo, nec rubedo, nec rubigo fieri potest. Et quando commiscetur cũ corpore fit unum cum eo, & vertit ipsum in spiritum, ac ipsum invariabili colore colorat. Philosophi dicunt, quod aqua sola per seipsam omnia facit, omnia solvit, omnia congelat, omnia diruit

sine alicujus adminiculo. In ipsa solent apparere colores ..... corpore in qua est tinctura cujuslicet corporis. Insuper est differentia inter tincturam aquæ scilicet Lunaris, & tincturam olei, scilicet aquæ solaris. Nam tinctura aquæ abluit & mundat, sic tinctura olei tingit & colorat. Exemplum hujus est, si intingatur pannus in aqua, mundatur ab ea, quoniam quando exsiccatur, recedit aqua, & permanet pannus in statu suo, & colore suo quo erat prius, nisi quia est magis mundus. Et econtrario est oleum, quando tingitur pannus in eo, non separatur ab eo, per calorem igneum, nisi totus destruatur pannus. Ideo oleum erit similitudo animæ existentis in corpore, quæ extrahi non potest,

JUNGE igitur aquam super terram suam, & permisce conterendo, statim paulatim imbibendo, & hebdomadatim decoquendo, & post leniter calcinando, quousque terra bibat † quintam sui partem † de sua aqua. † Scias quod oportet terram nutriri: Primò modica aqua, & postea majori sicut est de infantis educatione. Ideo multotiens contere terram, & paulatim imbibe eam de octo in octo diebus, & decoque, & post mediocriter calcina in igne, & ne tædeat te hoc ipsum reiterare, quia terra fructum non gerit absque frequenti irrigatione. Corpus namq; elementum est discontinuatum, eò quod ab ipsa anima omnino privata est, unde cum aridum sit & vacuum, tunc multum sitiens libenter bibit suum humidum aqueum. Et trituratio non fiet, donec aqua cum terra fiat, idem corpus in unum nihil proficit. Non suspendas ergo manum tuam à trituratione & assatione, terram faciat albam. Caveas ne terram imbibas nisi paulatim cum longa trituratione post siccationem terræ, unde in hoc est pondus ubique. Notandum ne nimia siccitatis aut superfluitatis humorum administratio corrumpat, ut videlicet tantum assando decoquas, quantum dissolvendo indiget imbibendo. Nota omni vice post calcinationem terræ superfunde aquam temperatè, nec multum videlicet, nec parum, quia si multum, fieret pelagus conturbationis. Si verò parum combureretur in favillam. Quia suaviter & non festinanter de octo in octo diebus terram irrigabis, decoquas & calcinabis donec biberit aquam suam. Ita ergo opus continua multis vicibus, quia quamvis sit longum, quod non videbis tincturam, nec perfectum perficies, donet opus sit perfectum. Studeas ergo cum operatus fueris, omnia signa quæ in qualibet decoctione apparent in mente recordari, & eorum causas investigare. Tres quippe colores sunt principales, niger, albus, & citrinus. Cum autem egreditur nigra perfecta est, & non completa qualibet vice vigora ignem in calcinatione quousque terra egrediatur alba ex ignis fortitudine. Nam sicut calor agens in humido generat nigredinem, ita agens in sicco generat albedinem. Idcirco si terra

non

non fuerit alba, tere eam in aqua sua, & iterato calcina, azoth & ignis latonem abluunt, & ob..... positus ab eo ejus eripiunt. Nam præparatio ejus est cum eo semper, & qualis erit limpitudo aquæ, talis erit limpitudo terræ, & quantò magis fuerit abluta, tanto magis erit alba. Unde alius ait: Cum inveneris ipsam jam nigram, scias primam hanc clavem lapidis esse, post verò putrefactionem rubescit, non rubedine vera & etiam citrinescit. De quo quidam ait, sæpius rubescit, & sæpius citrinescit, & sæpius liquefit, & sæpius coagulatur ante veram albedinem. Unde & alius dixit: seipsum dissolvit, & seipsum coagulat, seipsum rubore decorat, ante albedinem etiam fit viridis, unde alius sic ait, coque ipsum, donec color viridis ei appareat ac jam ante albedinem color payonis; unde quidam sic ait: scias quod omnes colores quæ ab homine in hoc mundo excogitari possunt, apparent ante albedinem, & deinde albedo sequitur vera. Unde quidam ait: Quando autem purus apparet tamdiu decoquatur, donec velut oculi piscium eluceſcunt, ejus utilitas expectanda est, & tunc scias quod lapis in rectitudinem est coagulatus. Alius etiam ait, cum albedinem inveneris in omnibus supereminentē in vase, esto ratus, quod in albedine illa rubedo illa occulta est & latet, & tunc non oportet te illam extrahere, verumtamen coquere, donec totum rubeum fiat. Est tamen inter albedinem veram & rubedinem veram, citrinum grisei coloris, de quo dixit sic, post albedinem vero ignis calore augmentato ad cineritium pervenies. Et alius, ne cinerem vilipendas, quia Deus reddit ei liquefactionem, & tunc ultimo Rex Diademate rubeo Dei nutu coronatur. Oportet te ergo magisterium hoc temperare. Nam compositio non erit sine matrimonio & putrefactione. Et matrimonii est cōmiscere subtile cum spisso, & putrefactio terræ est assare, rigare, quousq; commiscentur insimul & fiant unum, & nō sit diversitas de aqua mixta aquæ. Tunc autē conabitur spissū subtile retinere, & conabitur anima pugnare cum igne, & pati ipsum, & conabitur spiritus submergi in corporibus & fundi in eis. Scias autē cum corpus miscuerit se cum humiditate, & ipsum invenerit ignis caliditas, vertitur humiditas super corpus, & solvit ipsum, & tunc non potest spiritus ab eo exire, qui imbibat se cum igne, & ejus flamma. Attamen non conveniunt istæ partes, nisi cum bona temperatione & continuatione, & longo labore.

Antiqui verò Philosophi lapidi nostro multa imposuerunt nomina, vocaverunt animal, guma, vitriolum, sangvinem, urinam rubeam propter colorem rubeum, & infinitis aliis nominibus ipsum vocaverunt. Ferrum propter impotentiam fusionis & hoc dixerunt: Nam cum istud corpos privatum est per decoctionem humiditate, quæ de facili faciebat illud fluere, necessario

est

est corpus, tanquam siccum, non fluere, unde vocârunt ipsum ferrum, quia inter alia corpora ferrum dicitur maximè siccum, sicut illud corpus per privationem humiditatis, quæ primò faciebat ipsum volatile, modo est necesse ut remaneat fixum. Nam omnia non fixa figuntur per talem privationem humiditatis, quæ vocata fuit calcinatio à multis Philosophis. Unde Geber: Calcinatio est rei per ignem purgatio seu pulverisatio humiditate partis consolidantis, & causa inventionis calcinationum, est spirituum præparatio, ut ipsi melius figantur. Sic ergo est, per privationem humiditatis, volatile fit fixum & molle durum, secundum Gebrum, mutans de natura in naturam, & aqua in ignē secundum naturales, ut in Turba. Item, imitatio complexionum, ut frigidæ & humidæ complexionis in calidam & siccam, seu phlegmaticam complexionem in choleram secundū medicos. Item fit spirituale corporeum secundum Aristotelem in libro de perfectione Magisterii. Item fit liquidum spissum secundum Alfidium. Item fit de manifesto occultum secundum Rhodanum in libro trium verborum. Philosophi enim testantur se non invenisse inexistentem, humiditatis corrumpentē nisi lenem, prolixitatē cōmendantes & vituperantes festinantiam. Et initio ut Mosius ait, fit aliqua pugna ignis ex prolixitate corrumpendi, coquendi, putrefaciendi, inspissandi. Nam calore Solis, id est, leni decoctione ignis res congelatur, quæ in temperatum introduci debet balneum, quod quidem balneum extenso calore, id est, minimo, igne putrefacit, ut ait Bolus. Quoniam si incenditis ignem ante crementum rubeum fit, quod nihil vobis prodest, eò quod ..... albedinem vultis, ut ait Lucas. Nam omnes Philosophi ignem lenem debere asserunt fieri propter rationes prædictas. Inquirunt enim quod nos suaviter oportet regere, donec sulphur fiat incremabile, unde de semine semina non oportet metere nisi messem. Philosophi autem hunc nostrum vocaverunt Salamandra, quia sicut Salamandra solo vivit igne, sic lapis noster solo igne nutritur. Unde etiam dicit alius: Nisi anima fuerit corpus ignem non patietur. Qui autem potuit animam convertere in corpus, & corpus in animā, & miscere cum ea spiritus subtiles, tingit omne corpus ad perfectionem.

De modo sublimationis terræ.

CAP. VI.

INquit enim Ascanius magnus Philosophus, in fecibus est quod quæris. Accipiantur ergo fæces cum extrahuntur de Alembico, & terantur fortiter, & imbibantur cum sua aqua, & ad lentum ignē vel ad Solem desiccent, & hoc multoties fiat. Nam ex tali præparatione habilitatur fumus ille ad sublimandum. Unde dicit Geber:

ex

ex multiplici trituratione imbibitionis & assationis, major ejus pars aqueitatis deletur, residuum verò per sublimationem. Accipiantur ergo fæces prædictæ, & aptentur ad sublimandum, miscendo eis primò ignem lentum, & postea proportionaliter majorem, quousque fumus ille mundus & albus ascendat, & si primò non fiat, revertetur totiens super easdem fæces, donec ita fiat, & ultimò sine fæcibus quæ adhærent, tunc una pars fixa contingit ex illis medicinæ diversitatem, secundum diversam ejus operationem quandoque creabis ex illo Saturnum & Jovem. Nullus autē debet sublimare terram ad opera sophistica, sed debet sublimari ad elixir nostrum. Et illa quæ sublimantur duobus modis sublimantur, alia per se quæ sunt spiritus, alia cum aliis, quia se incorporant cum spiritibus: Mercurius cum sit spiritus sublimatur per se: Terrea materia cum sit calx non sublimatur nisi sit incorporata Mercurio. Contere ergo calcem, imbibe eam cum Mercurio, & decoque donec fiat unū corpus, & non tædeat te hoc ipsū iterare, quia corpus nisi fuerit cum Mercurio incorporatum non ascendit sursum. Ideo necesse est, quantumcunq; poteris, animam suam subtrahas, & cum Mercurio fortiter pistes, quousq; sit unum. Quia sublimationem non facimus, nisi ut reducamus corpora ad subtilem naturam, ut sint sicut spiritus. Et quod corpus sit leve ad redigendum in omnes res, sive in Lunam. Et hanc sublimationē facimus, ut cotpora reducamus in suam primam materiam sive naturam, scilicet Mercurium & sulphur. Facimus ergo hanc sublimationem tribus de causis. Una est ut corpus fiat spiritus de subtili natura. Secunda est, ut Mercurius se benè incorporet cum calce. Tertia est quod totum assumat colorem rubeum vel album. Ideo calx quando sublimatur ad Lunam cum Mercurio, debet esse alba & incinerata. Calx ad Solem quanbo sublimatur, debet esse iteratò rubens, & Mercurius albus cum igne lapis rubescens, & debet esse pulvis inceratus. Quia non bene operatur aliquis nec ad Solem nec ad Lunam, nisi tali modo & cum Mercurio quem sublimas, & tali modo ad Lunam non misceas illam rem. Quia calx Solis non intrat ad Lunam, nec Luna ad Solem intrat. Non mittas ergo Mercurium rubeum ad Lunam, nec album ad Solem. Sed ponas unamquamq; speciem cum sua specie, & pone ad ignem accensum, & sublima, & non injicias illud quod remanet deorsum cum illo quod ascendit sursum, & pone unumquodq; ad partem, quoniam illud quod in fundo remanet reiterabis ad sublimandū, scilicet Mercurium incorporatum, donec ascendit totum, alioquin non ponas ipsum in magisterium. Et attende benè quod nunquā debes procedere ad fusionem materiæ prædictæ, seu ad lapidem philosophicum, nisi ipsum prius sublimas, cum non fiat unio corporis & spiritus nisi per sublimationem. Primò sublimanda est materia

teria ut figendo major procedat unio, & ex hoc magis con veniens fit ad commixtionem ſequitur. Fixam autem materiam ſic facias volatilem : Recipe materiæ fixæ partem unam, & Mercurii præparati duas partes, quæ ſimul ſic bene incorpora poſt ſublima, & ſublimatum collige, & ſuper illud quod in fundo remanet iterato cum novo Mercurio, contere bene cum Mercurio præparato per modum prædictum, quouſque totum fuerit ſublimatum. Nam ſecundum Philoſophum arg. vivum congelabit vis ſulphuris albi non urentis in argentum; & illud eſt res optima, per quod artificium Alchymicè faciant elixir ad argentum.

Nota verò ſi ſulphur fuerit optimum, cum rubore clarum & ſi fuerit in eo vis igneitatis ſui non urentis, erit res optima, ut ex eo fiat elixir ad aurum. Et quædam tradidit Philoſophia, primo ſulphur album ad argentum, & poſtea rubeum ad aurum. Et nihil poteſt fieri aurum, niſi prius fiat argentum. Quippe quia nulla res poteſt ad tertium gradum tranſire, in primo niſi fuerit; poſtea in ſecundo, quod non eſt tranſitus ab extremo in extremum, niſi per medium. Non poteſt ergo fieri per nigrum, id eſt, de nigro aliquid perfectum citrinum, niſi primo fuerit album, eò quod citrinum ex nimio rubeo & albo puriſſimo eſt compoſitum, nec poteſt fieri de citrino album, niſi prius fuerit nigrum. Et quod aurum non poteſt fieri argentum, niſi prius fuerit corruptum & nigrum, quia melius non poteſt fieri deterius, niſi per ſuam corruptionem, quia generatio unius etiam eſt corruptio alterius. Ideo qui vult aurum convertere in argentum, & argentum in aurum, quia ſulphur eorum non urens ad argentum ipſum album, per majorem ignis digeſtionem, poteſt fieri ſulphur rubeū, quia citrinatio nihil aliud eſt, quàm completa digeſtio, nec nigredo quàm albedo. Calor namque agens in humido efficit primò nigredinem, & in ſicco operatur albedinem, nec non in albo citrinitatem, & hoc quidem nimium rubeum, poſt inſit ſulphur album & rubeum tantum ex una metallorum materia ad plenum depurata, & diverſimodè decocta, & digeſta. Idcirco Plato dicit, quod argento ineſt ſulphur album, ſic omni auro ineſt ſulphur rubeum. Et cum omnino ſulphur non eſt album ſive rubeum. Sed tale ſulphur non reperitur ſuper terram, ut dicit Avicenna, niſi quod in iſtis corporibus exiſtit. Et iſta corpora ſubtiliter præparamus, ut ſulphur & arg. viv. de iſta materia habeamus ſuper terram, de qua aurum & argentum quondam efficiebatur ſub terra. Ipſa ſunt corpora lucentia, quibus inſunt radii tingentes, tingunt cætera corpora in albedinem & rubedinem veram, ſecundum quod corpora fuerint præparata. Alembicus cum cucurbita debent conjungi, ita quod Mercurius non poſſit exire, quia non ſublimatur niſi virtute aeris, & ideo ſi locum invenerit aptum evolat in fumum, & perit magiſterium. Quoniam totius operis intentio non eſt aliud, niſi ut ſu-

matur

matur lapis in capitulis notus, qui dicitur Adrop Arabicè, plumbū verò Latinè. Scias quod hic lapis quē cognoscunt Philosophi, qui habet virtutes super omnes virtutes lapidum, sicut docuimus, quem pone in vase philosophico, sublimandum, & cum eo sublimatur lapis, donec perveniat in ultimam sublimationis puritatē, & hic est primus ordo, vel prima operatio appellatur. Et hæc sunt verba Gebri, qui posuit totam artem in sublimatione & reiteratione. Et scias, quod ista sublimatio non est vulgi: quia in ista sublimatione relinquuntur omnes prædictæ sublimationes, quas tibi determinabo. Prima est purificatio, ut subtilissima & purissima substantia eliciatur. Secunda est solutio, ut tota materia solvatur in aquam. Tertia putrefactio, ut dicit Morienus; Nunquam fuit aliquo modo animatum aut à nativitate adductum, nec crescens nisi post putredinem & visus mutationem. Unde ait Sapiens: Quod tota fortitudo &c. ait enim si putridum non fuerit, non solvetur, ita oportet quod ibi sit putrefactio. Unde ait Philosophus: Corruptio unius est generatio alterius Quarta est ablutio, ut oportet quod ista res putrefacta & sordida abluatur per ablutionem, & mundetur à corruptione & impuritate. Et bene dixerunt. Quia quamdiu manet aqua super terram, tantò magis terra mundatur & abluitur, ita quod ablutio & ceratio idem sunt: Quinta est coagulatio, sciendum autem, quod aqua suaviter desiccando ad Solem cum terra uniatur, tunc desiccetur & coaguletur insimul in pulverem vertatur. Et sic est peracta coagulatio. Sexta est calcinatio, unde scias quod res calcinata est magis apta quàm non calcinata. Et est simpliciter prope fixionem, unde fuerunt multi Philosophi, qui calcinatione dixerunt fixionem, & bene dixerunt. Quia omnes isti modi sunt in sublimatione, quia dico, qui perfecte sublimat totum opus perpetrat, & facit, & scias quod hoc totum perficitur in uno furno, & uno vase. In sola sublimatione sunt omnes istæ operationes quas diximus, & septem dispositiones, quas quilibet intelligens potest ex ipsis perficere. Ergo non sis negligens in sublimatione, quia per sublimationem perficitur, & qualis erit mundatio, talis & perfectio. Modò volo tibi demonstrare quid sit sublimatio.

Sublimatio est elevatio partium subtilissimarum à partibus grossis, & similiter separatio partium non fixarum à partibus fixis. Partes non fixæ elevantur per fumum, id est, per ventum, quia sicut diximus, oportet custodire ne fugiant, imò cum partibus fixis fixentur, & remaneant, & velociorem fusionem præstent partibus magis grossis. Intelligas veram sublimationem esse, quando facimus separotionem partium, quæ superius elevantur, ab his quæ inferius remanent. Imò volumus ut suo simul proprio conveniant. Quia in lapide nostro post primam purificationem, quæ

per

per ſolutionem perficitur,non invenimus aliquid diminutum nec ſuperfluum, propter quod dixit Geber, cum ea ſublimetur lapis donec in ultima ſublimationis puritate deveniat, propter quod dixit Geber: Cum ea ſine alio adjuncto, vel ſine alia re extranea debemus facere noſtram ſublimationem. Propter hoc decepti ſunt omnes laborantes,qui ſublimabant cum fæcibus, & neſciunt quid faciunt, vel quid ſit lapis Philoſophorum ignorant, & ſi centies ſublimarent, non perficerent, quia ſublimationem Philoſophorum ignorant. Unde dicit Geber: Eſt enim Lapis unus, medicina una,in qua totum magiſterium conſiſtit, cui non addimus rem extraneam,neque diminuimus,niſi quod in præparatione aut operatione ſuperflua removemus. Et prima purificatio quæ per ſublimationem perficitur. Jam tibi ſufficienter demonſtravi, quod quando volueris facere ſublimationem, quod in lapide noſtro nihil addas vel diminuas,imò cum tota ſubſtantia in vaſe noſtro ponas,prout diximus in prima diſpoſitione, vas fortiter claudendo,& pone ipſum in furnum,& cooperi cum cineribus ſubtus & inferius,ita quod duæ partes vaſis ſint diſcoopertæ tamdiu donec materia ſolvatur, & poſtea miniſtra cum igne lento, donec major pars in pulverem vertatur;quod erit ex triginta diebus. Et quando factæ ſunt operationes iſtæ quas diximus, facta eſt ſublimatio,ſolutio,diſtillatio,deſcenſio,putrefactio,ablutio, ceratio & calcinatio vel fixio. Et ſcias quod Philoſophi dixerunt multa talia;ſcilicet de qualibet operatione ſuperius dicta,ut ſcientia magis obſcura eſſet ad intelligendum. Quando lapis noſter eſt in vaſe noſtro,& materia ſentit Solem noſtrum, in continenti ſolvitur in aquam;ita quod aſcendit in altum uſque ad caput vaſis,& poſtea deſcendit ad profundum vaſis. Et ſcias quod materia noſtra aſcendit per fumum & ventum,& Philoſophi videntes iſtam materiam aſcendere & deſcendere,fecerunt conſilium inter ſe quomodo nominarent iſtas operationes,& fuit opinio eorum,illud quod aſcendit nominetur prima ſublimatio, poſtea videntes iſtam materiam deſcendere ad fundum,& vertebat ſe in aquam,æſtimarunt in cordibus eorum,ſecunda ſublimatio. Item videntes talem aſcenſionem & deſcenſionem ſe convertere in aquam, dixerunt quod ibi eſſet diſtillatio, quæ eſt tertius modus. Et hæc videntes inſpiſſari,& ad terram nigram converti, & iſta inſpiſſatio ſtabat in principio ſuper aquam,& ſic dimittendo paulatim inſpiſſando videre terram ſubmergi in aquam; & ſtare in fundo ſub aqua,quæ terra erat nigra & fæculenta,æſtimarunt in cordibus eorum quod iſta operatio vocaretur putrefactio;quia eſt quintus modus. Item adhuc paulò plus videntes terram nigrã & fæculentam ſtando ſub aqua per longum tempus dimittere in ſole noſtro colorem nigrum & fœtorẽ malum quem vocarunt ablutionẽ. Unde quidem

dicit

dicit Morienus : scias quod totum magisterium non est aliud quam extractio aquæ à terra, & cum hoc sextus modus, qui est coagulatio. Adhuc plus videntes, totum stare subtus aquam, & crescere, & aquam diminui propter decoctionem temperatā, dixerunt omnes quod hæc erat ceratio perfecta, & sic erat principium novum. Unde Philosophus dixit, quod aqua cum terra ceratur & imbibitur, & per temperatam decoctionem desiccatur, & in terram vertitur tota materia. Unde dicit Philosophus, quod hæc est vis ejus integra, si versa fuerit in terrā, & hic est septimus modus. Item adhuc videntes quod tota materia fiebat terra, & quod reducebat se ad solam substantiam quòd non fluebat, imò stabat stricta, videntes hoc, dixerunt quod hoc totum erat; propterea quod Plato dixit : Solvite lapidem nostrum, & coagulate postea, id est, vertite in terram, & hoc cum magna cautela, & habes quasi totum magisterium, & hic est octavus modus appellatus. Unde quidem dixit Plato: Accipite lapidem nostrum in tabulas tenues, & ponite in vase nostro firmiter clauso, & assate igne leni donec cōfringatur. Postea coquite ad calorem Solis donec coaguletur. *Et scias quod totum magisterium nihil aliud est quam facere solutionem perfectam, & coagulationem.* Unde dixit Philosophus, Solvite & coagulate, & habebitis totam operationem & artem. Et adhuc plus videntes nostram materiam coagulatam, & inspissatam propter majorem decoctionem, dealbatam perfectè, & desiccatam, cujus albedo erat super omnes albedines, æstimabant materiam esse calcinatam. Et dixerunt intra se, quomodo nominabimus istum nobilissimum modum, videntes hoc totum dixerunt quod esset perfecta calcinatio, & ideo vocârunt istum modum calcinationem, qui est . . . . . modus. Nam quoties sublimas aliquod corpus cum adjunctione sublimati spiritus, totiens lucrabere in projectione mille partes. In quantum enim corpus tuum allevias, in tantum melius valebit. Et sic posses projicere super centum, & centum super mille, & mille super decem millia, & decem millia super centum mille millia, & mille millia super infinita millia. Vide ergo quę diximus, quoniam omnia sunt necessaria laude. *Hoc quidem ad componendum sulphur album & rubeum sufficiat.*

De fixione & lapidis multiplicatione.

Cap. VII.

SEquitur de plantatione pulverum ut fructum ferant, & fructus eorum in æternum permaneat. Et docebo pulveres sublimatos figere, ut in igne possint permanere, & corporibus adunari & commisceri. Est autem fixio rei fugientis conveniens ad ignem aptatio. Causa verò inventionis ejus est, ut omnis tinctura om-

nisque alteratio præparetur in altero, & non mutetur. Reſtat e
go poſt ſublimationem materiæ procedere ad fixionem ipſiu
Figitur autem ſic : Recipe illud quod eſt ſublimatum , & divi
per cucurbitas, ſive per urinalia, prout quantitas materiei hoc r
quirit. Et ſignum fixionis eſt , quando materia non plus aſcend
ad alembicum, vel poteris vigorare ignem excellenter, tunc ſtati
apparet, vel ponas de corpore ſuper laminam ferream, ſi reman
fixum non reitera. Et divide per urinalia prædicta æqualiter, in
pone ſuper furnum reverberationis , quo facto pone primò len
tum ignem circumcirca usque ad plures dies, usque videris per ta
lem ignem lentum non plus aſcendere , & ſic ignem fortifica , &
continua per talem fortiorem ignem , quod nihil videris elevar
& tertiò dabis ignem fortiſſimum, quem continua donec materi
prædicta ſit fixa.

Et eſt ſciendum , quod ſpiritus & anima non uniuntur vere
modo niſi in albo colore, quia tunc omnes colores qui ab homi
ne in mundo excogitari poſſunt ibi apparent, & tunc firmantur &
perficiunt opus in uno colore ſcilicet albedinis , & ibi conveniun
omnes colores. Dealbatio eſt enim totius operis initium & fir
mamentū, nec demum variatur in diverſos colores, præterquam
in rubeum , in quo eſt finis ultimus. Cineratio verò eſt , quæ fi
in azurum & rubeum , & non dicitur color. In decoctione ve
ro poſt albedinem errare non potes. Nam ignis regimen paula
tim augmentando , poſt albedinem veram ad cinerationem per
venitur ante rubedinem , ut prædixi. Et ſcitote, quod argentum
vivum eſt ignis corpora comburens, mortificans , & conſtringens
uno regimine , & quantò corpora magis teruntur & miſcentur ,
tantò magis diruuntur & attenuantur. Et ſcitote, quod corpus
non poteſt tingere , niſi tingatur , & niſi ſpiritus extrahatur in
ventre erit occultus, id eſt , ſepultus, & fiat corpus & anima abſ
que ſpiritu , quæ eſt ſpiritualis natura , ex qua colores apparebunt.
Unde dicit Philoſophus: Jubeo vos facere corpora non corpora,
etiã incorporea corpora. Per hoc enim regimen depuratur com
poſitum , & ejus naturæ occultum extrahitur. Niſi enim ſpiſ
ſa corpora & naturâ corporea diruantur, quouſque fiant incorpo
rea ſcilicet ſpiritus tenuiſſimus , non poteſtis iſtam animam tenu
iſſimam & tingentem extrahere , quæ in naturali ventre occulta
eſt.

Item notandum , quod jam corpus ſeu terra, quæ eſt ſtans, tin
cturam recipiens , dicitur habere majorem vim fratribus, ſcilicet
anima & ſpiritu. Nam omnia quæ ei miſcentur , ſuperat, & in co
lorem ſuum transmittit , & eſt ſpiritus delator animæ virtutum
per corpus. Similiter æs noſtrum quantò plus coquitur, tantò ma
gis inſpiſſatur, quousque fiat quod invidi nuncupant lapidem o
mnium

mnium metallorum. Postea comburitur quousque croco vel sanguini combusto fiat simile, tunc incorporatus imprimitur, & tingit in aurum verum. Dicit enim Pythagoras: Quod lapis noster sua aqua decoqui debeat, donec totum fiat purissimum, & quasi spirituale factum, & tunc conjunctio corporis & spiritus inseparabilis fiet, & fit colore permanens, quia fugitivus fit sine fuga.

Item dixit Pythagoras, quod in Mercurio & in sulphure ita debent purgari omnia elementa, quod ab igne incremabilia, ab aere inflammabilia, ab aqua invaporabilis aquositas.

Item longinquitas & propinquitas sunt in re. Prædicta quoque sic possunt intelligi, scilicet, quod illi duo spiritus, argentum vivum & sulphur multum distant, tum propter impedimenta prædicta: tumque propter naturam, quia ista humiditas subtili terreo mixta, alia unctuosa, viscosa: tum propter longam decoctionem, quæ dirigit, & hoc est longinquitas. Propinquitas verò dicitur complexio..... amplectendo quæ statim post digestionem fiat indissolubis unio amborum. Aut ista decoctio hîc agit in totam substantiam Mercurii, præcipuè tamen agit in corpoream substantiam, quia tunc diruit corpus, & fit pulvis. Oportet ergo quod corpus Mercurii infra, quod iste nobilis fumus continenter subtilissimè diruatur, corrumpatur & omnino purgetur, ita quod sit versus in naturam corpoream. Et tunc duo nostri spiritus & corpus subtiliantur, & complectuntur se invicem inseparabiliter, & unus tenet alium, nec fugiunt ab igne, nec comburuntur ab eo, penetrant metalla & roborant peroptimè calorem quasi similem calori gallinæ incubantis ovum suum, & maximè in principio regiminis. Quia per talem omnis lutulenta vis argenti vivi, & humiditas pulveris superflua, & ipsius grossi citrinitas cremabit, unctuositas vaporabilis, quam habet à natura sulphuris, paulatim sine elevatione prædictæ unctuositatis, purgatur intercisè, & subtiliatur, quibus subtiliatis efficitur corpus Mercurii quàm simile virtutis occultæ, & tunc augmentatur ignis aliquantulum. Et colligetur dicta virtus, & jungetur suo corpori purgato, & tunc fit ipsorum desponsatio indissolubilis. In prima decoctione fit nigrum, & tunc scitur quod benè rectum est. In secunda decoctione fit album, & in tertia rubeum. Aliqui faciunt apparere citius albedinem per majorem festinantiam, quod fieri potest per ignis incensionem, sed corpus non erit purgatum, nec in naturam redactum corpoream. Et ideo spiritus fugiens occultus nunquam miscetur corpori grosso, quin statim ab igne evolaret, quando ignis combustio non cessat, quæ erat in corpore extrinseco sive igne artificiali. Quia calor scil. artificialis nimis excesserat se moventem calorem intrinsecum, quia calor in-

trinsecus non poterat ad se trahere in radice humidum quo se de
fenderet ab igne, nec non cessabit comburendo spiritus de calo
intrinseco, de quo optimè Aristoteles in libro Metheororum, &
sic alterando & confringendo per calorem continuum & lentu
consumitur lutulentia, & superabundans humidum evaporat, qu
duo impediebant subtile scil. terreum & radicale aqueum, it
quod non poterant amplecti omnino, & tamen istis duobus re
motis fit locus veræ commixtionis, quia conducit quod illud ter
reum jungatur aquæ suæ radicali, & iterum decoquatur done
liquefiat, & unum sit incorruptum cum alio per omnes parte
suas, ita quod minimum terræ sit mixtum cum minimo aqueo
ita quod nullus in eis sit locus, ubi non sit vera commixtio cum
imbibitur aqua permanente, quia in ista decoctione fit rubeum
& tingitur vera & perfecta rubedine, & fit compositio maris & fœ
minæ, quia nulla est ibi contrarietas, sed gaudet & lætatur fœ
mina suscepta vi masculi. Et deinde iterum præcipit imbui, done
humida fiant, id est, donec terreum sit mixtum formaliter aqueo
& ab eo humectetur, & defendatur ne incendatur, & corpus in
spiritum convertatur in æternum, qui ad talem finem potest cum
perducere beatus erit in æternum. Versus: dum mea urina perfe-
ctè erit citrina, exaltatus ego mundi super omnia dego. Dicit e-
nim quod intensus calor superabundans facit exhalare humidum,
sed frigus ignis facit perire opus. Nota, regimen ignis, si secun-
dum naturam regatur, exemplo quatuor temporum debet regi.
In primo tempore, scil. hyeme, terra concipit: In secundo, scilcet
vere, producit herbas & flores: In æstate maturantur fructus: In
autumno colliguntur. Unde in opere nostro à simili. In prima
operatione Mercurius mortificatur, & totum corpus vertitur in
pulverem. In tertia concipit ut in aliam vertatur naturam, unde
in ista decoctione fit nigra. In secunda ostendit naturam suam se
dealbantem. In tertia jam fructus apparent, quia tunc appare
rubedo, quæ est in fine operis. In quarta maturantur fructus &
exeo colliguntur. Et hæc de fixione dicta sufficiant.

De projectione & tinctura metallorum.

CAP. VIII.

DE promisso finem complevi usque ad magisterium magnum
ad elixir excellentissimum album & rubeum faciendum. Hic
finaliter dicam de modo projiciendi, qui est complementum ope-
ris, & lætitia desiderata & expectata. Album vero elixir dealba
usque in infinitum, & quodcunque metallum deducit ad albedi-
nem perfectam. Sed sciendum quod unum metallum magis es
remotum à perfectione quam aliud, & quamvis quodlibet metal-
lum ad perfectionem per elixir ducatur, tamen levius propin-
qua

qua & multum perfectius quam remota reducuntur. Et cum invenimus metallum perfectum, & multum propinquum & vicinum perfectioni, excusamur in illis permultum remotis. Quæ vero metalla multum propinqua, vel remota sunt, in multis libris satis apertè inveniuntur. Et quia elixir suppleat album vel rubeum, ultra naturam suam tantum operatur, non est mirum quod incommiscibilis est corpori, super quo solummodo projicitur liquefacto. Grave etiam est projicere super mille millia, & illa in continenti præsentare, quare vobis unum secretum magis occultum tradam. Commiscenda est pars una cum mille corporis vicinioris. Et hoc totum ..... in vase firmiter aperto, & pone in furno fusionis philosophicę cum lento igne prius & semper augendo per tres dies, donec inseparabiliter fuerit conjunctū, & illud est opus trium dierum, tunc iterum & finaliter projicienda est una pars quælibet super alia mille cujuscunque corporis propinqui & vicinioris, & illud est opus unius diei, seu horæ, & minuti. Est & alius modus procedendi hoc modo : Recipe centum partes Mercurii cum sale & aceto abluti, & pone in crusibulo super ignē, & cum inceperit fluere, appone unam partem tui elixiris dicto modo præparati, projice super C. partes Mercurii abluti ut dixi, & fiet totum Medicina super Mercurium ablutum. Deinde pone istius medicinæ unam partem congelatam super C. partes Mercurii abluti in crusibulo ferventi ad ignem, & fiet adhuc totum medicina. Postea pone unam partem istius medicinæ ultimæ congelatæ super C. partes Mercurii abluti, & erit aurum vel argentum in omni judicio optimum, secundum quod elixir præparatum fuerit. Item est alius modus projiciendi, pone unam partem medicinæ prædictæ super 60. Mercurii, & mitte in aliquo vase de vitro, & luta os vasis calce ut non respiret. Deinde pone super ignem Cinerum per iij. dies, si retinetur Mercurius, scias quod tunc est medicina perfecta. Et attende quia tunc omnes illæ 60. partes Mercurii erunt medicina & elixir super alia, & nota per hunc modum, semper augmentando Mercurium, probare poteris excellentiam Medicinæ, quia aliquando unum convertit centum, aliquando CC. aliquando XL. aliquando mille in infinitum, & totum est medicina quicquid secum ex Mercurio retinebit. Modus autem operationis est iste, ut projicias partem unam medicinæ prædictæ super centum partes solis fusi, & faciet ipsum frangibilem, & totum erit medicina, una pars projecta super C. partes cujuslibet metalli fusi convertit ipsum in solem optimum, quo melior non potest reperiri. Et si projeceris super lunam simili modo convertit omnia corpora in lunam. Et per eundem modum poteris convertere solem & lunam in Venerem, ♄ ♃ & ♂, ad quod faciendum de meo consilio non facias, & non procedas.

Si autem medicina prædicta seu elixir non habet ingressum : Re
cipe ab ipso lapide in prima operatione extracto partes æquales
& simul misce & incorpora super marmor, & si tibi videtur, mi
sce eum per balneum destillando, ut simul melius conjungantur
postea desicca si vis, aquam per alembicum recipere potes. Ho
autem toties reitera, scilicet imbibendo, & incorporando, & de
siccando, quousque prædictum bene incorporatum & unitum
cum prædicto Mercurio præparato. Quo pacto pone in urinali
bus habentibus fundum rotundum, & supposito cooperculo re
verberationis, dabis sibi ignem candelæ vel cinerum per gradus
suos, ut supra demonstravi, & quando tibi videtur adde sibi pau
latim de Mercurio supra dicto, quousque materia prædicta figa
tur, & efficiatur fusa plusquam cera, & sic habes elixir vel lapi
dem Philosophorum completum, qui convertit omne corpus im
perfectum & Mercurium in solem & lunam, quo melior reperiri
non poterit. DICO ergo quod totius summa operis non est, nisi
quod sumatur lapis in capitulis notus, & cum operis instantia as
siduetur super ipsum opus sublimationis primi gradus, & à cor
ruptione mundetur, & in puritate demum cum ipso soluto subli
metur ipsius additamentum album, supple, vel rubeum, donec in
ultimo sublimationis modo perveniat, & ultimò volatile fiat. Ad
hoc verò cum fixionis modis figatur, donec in ignis asperitate
quiescat. Deinde verò fixum lapidem cum non fixa parte reser
vata, per modum solutionis & sublimationis, volatilem facias, &
volatilem fixum, & fixum solutum, & iterum volatilem fixum,
quousque fluat & alteret in complemento lunifico vel solifico
certo, pretiosissimum super omne mundi pretium. Deo gra
tias qui creavit illud, qui est benedictus in secula
seculorum, Amen.

Explicit liber octo capitulorum Alberti Magni.

AVI

AVICENNAE AD HASEN REGEM EPISTOLA DE RE RECTA.

De re recta.

CAP. I.

DErtractata sunt inter me & Hasen, de eo quod ipse scit, varia, quæ rogavit me in parte una in tradendo scribere, ut essent meliora, & ut facerem eum intelligere, quibus modis ego ad illud applicui, secundum quod cogitavi & novi, dupliciter, subtiliter in rebus naturalibus consideravi, & fuit sententia, quam affirmant Alchimiam profitentes, una illarum rerum, quibus illi qui ad bonitatem & scientiam operantur plurimum contrariantur, & sententiã illorum annihilarunt. Mihi autem excusatio non fuit in arte mea quin scirem intentionem ambarum sectarum. Consideravi ergo libros affirmantium artem & inveni eos vacuos à rationibus quæ sunt apud omnẽ artem & reperi plurimum ejus quod in ipsis cõtinetur, alienationi similius. Et aspexi libros contradicentium & reperi contradictionem debilem & ratiocinationem levem, cujus simili ars non destruitur. Ad me ipsum igitur sum reversus & cogitavi & meditari cœpi si hoc est, quomodo est, & quomodo non est. Scivi itaque quod possibile est ut lunam in colorem solis tingamus & venerem in colorem lunæ. Tunc necessaria est nobis tinctura rubea rubificans, & alba albificans. Scivi præterea quod permixtio tincturarũ cum corporibus adducens lapidem non est possibilis antequam levientur & currant. Deinde levificatio & eorum cursus non sunt possibiles in principio rei antequam liquefiant. Cum autem liquefacti fuerint, non omnis rubea tinctura aut alba facit consequi nos intentionem nostram. Nam cum tractatur super ignem aduritur, corrumpitur & non perficit. Aut si non aduritur sed non figitur apud ignem, sed evolat, & fugit. Non valet autem si non aduritur, neq; evolat si non ingreditur, neq; permiscetur. Aut si hæc ingreditur & permiscetur, sed non remanet fixæ dispositionis, imo purificatur, & evolat, & separatur quolibet modo separationis non perficit. Aut si non separatur, & non evolat, sed non efficit, non adustibile ab eis quæ adurunt ut sistit in luna & non facit lunam non adustibilem ab eis, quæ non adurunt solem, sed adurunt lunam ut sal & reliqua, quibus sol purificatur à luna nõ conficitur. Similiter si non efficit venerem talẽ quod non aduritur ab eis quæ non adurunt lunã, & adurunt venerẽ similiter, si non plumbũ & reliqua. Indigemus ergo Medicina tincturæ citrinę

1. *Notando naturæ occultæ invenitur artis Methodus.*
2.
3.
4.

aut albæ quæ corporibus putrefactis permiſceatur, & non adura tur cum rebus acutis adurentibus omnia,& non permittat adu rentia partes corporis ſeparare. Conſideravi ergo an in medicinis ſimplicibus ſit medicina habens has operationes,& non inveni de medicinis quę ad hanc perveniunt medicinam habentem impreſſionem, niſi illud quod vobis reſponſum eſt de inventione plantæ cujus natura & ratio eſt hæc quod, & ſulphur rubeum præter hæc repertum in fragma & arſenicum album, habent has operationes. Veruntamen quod meæ ſemandatur exiſtimationi eſt quod hæc eſt vanitas. Non enim advenit alicui eorum qui ſapientes fuerint aliqua medicinarum cujus hæc eſt narratio. Nobis itaque neceſſarium eſt ut hanc operationem per noſmet inveniamus. Inquiramus ergo tincturam quam ignis non corrumpat, & ſubſtantiam quę permiſceatur liquefactis, & ſubſtantiam ſolidativam, & ſubſtantiam coagulativam, adunativam fixam ſuper ignem,& ingenium ad permiſcendum iſta ad invicem ita ut fiant uniendo ſubſtantia una,in quam ignis non imprimat& tingat cum eo quod eſt in ea de tinctura,& permiſceatur cum eo quod eſt in ipſa de ſubſtantia permiſcibili, & conſolidetur cum eo ſemper, quod eſt de ſubſtantia conſolidativa, & figatur ſemper cum eo, quod eſt in ea de ſubſtantia fixa. Si ergo pervenimus ad has quinque res, pervenit ad nos intentio noſtra.

Vnione facta radicis fiat res una.

Quinque iſtius artis elementa.

Stans.
Tingens.
Profundens.
Conſolidans.
Perſeverans.

De Tincturis.

CAPUT II.

DE alba quidem tinctura ſciendum eſt quod nos invenimus Zaimbar vivum albificare, & invenimus ipſum cum albificatione ſua corporibus adhærere & penetrare in ipſa, ita, ut cum ſubtiliatur æs, & decoquitur in aceto cum ſuis medicinis, non moratur quin penetret albedo ad interiora ejus, ut fiat ejus extrinſecum & intrinſecum ſimile lunæ in albedine, & ita ut meditetur quod quando præparavimus argentum vivum in augmento regimine addetur nobis ejus impreſſio & operatio,veruntamen invenimus ipſum fugere ab igne & ſeparari à commixtione,& nõ conjungi cum omni re quæ eſt de eis, quæ volumus albificare. Sed cum hoc habet bonitatem quod non aduritur ſuper ignem omnino,ſed calefit ab eo tantum. Excuſamur ergo ne laboremus in deſtructione aduſtionis ab eo tantum. Et ſcimus quod cum in ea ſit præparatio, ita ut commiſceatur liquefactis, & remaneat in eis album ſecundũ ſuam diſpoſitionem,vidimus ita in principio rei ejus exſiccationem & deſtructionem aqueitatis ab eo fore neceſſariã, ita ut calefiat quod pulveriſetur, aut frangatur, aut teratur, ita ut cum præparatur,& volumus ipſum terere & permiſcere cũ rebus, non ſit vivum neq; occultum, & ſit ſuſceptibile quo ipſum imbi-

bimus

bimus ex aquis si forsitan accidit necessitas illius apud res quibus carere non possumus si volumus conjunctionem & commixtionem. Est ergo via illius ut decoquamus ipsum super ignem taliter, ut separentur partes ejus currentes ab eo & remaneat siccum illius, amplius illud est possibile ita ut evaporetur ab eo illud quod currit & resideat ab eo illud quod siccū est, cum sit natura totius, aut plurimum ejus ut magis dominans ipsius, ut appareat præcipuè cum nostra via ad illud fuerit ut commisceamus cum eo medicinas quas ab eo separare non possumus. Est ergo regimen ut ponamus humidum & siccum ejus, & destillemus humidum ipsius, & occultemus in occulto ipsius siccum ejus. Deinde iteremus illud multotiens ita ut non occultetur post illud omnino, & ita cum de eo aduritur aliquid, aduratur in fundo instrumenti, & purificetur cum eo res extranea, & sublimetur siccum & ex substantia aqueitatis & etiam illud quod non aduritur pulverisabile album in quo non sit adustio penitus, & album coagulatum in quo adustio penitus non sit. Indigemus itaque instrumento sublimationis. Accipiamus ergo vas longum, inferius rotundum, & ponamus minorem partem ejus in igne & plurimum ejus supra laminam præparatam ei, & præparemus supra caput ejus coopertorium in medio perforatum, ut ingrediatur in ipso caput vasis, & super coopertorium ponatur cooperculum ut coarctetur in ipso quod sublimatur de fumo argenti vivi. Super cooperculum sit foramen, & in eo sit clausura ingeniose facta, ad aperiendum ipsum quando æstimatur quod furnus jam sit finitus & consideratur an abscissus sit fumus & sublunatus. Cum ergo volumus ipsum sublimare, conterimus ipsum post mortificationem cum eo quo mortificatur, ita ut teratur cum rebus adurentibus facientibus pervium vel prius exsiccantibus, sicut sal & atramentum & calx; & aliæ res quas habent similes istis. Deinde si volumus ut sit bona commixtio ejus, cum illis assemus ipsum æqualiter & teramus, & hoc est ut convertamus ipsum, & ponamus in vase terreo, vitreato, & liniamus vas cum luto sapientiæ & exsiccemus ipsum, & ponamus in Athanor, id est, in furno panis. Et nos quidem dicemus post hoc quomodo mortificetur argentum vivum, & quomod fiat lutum sapientiæ. Deinde post assationem terimus ipsum, & dimittimus ipsum in vase sublimationis, & nominatur vas alludel, & sublimamus ipsum in eo multotiens. Et quotiescunque sublimamus ipsum renovamus ei commixtionem & reducimus ipsum super illam eandem fecem. Facimus ergo illud multotiens donec moriatur, & albificetur, & quandoq; completur in septem vicibus, & quandoque expectamus super ipsum usque ad 12. vices quod est ultimum. Et quandoque ponimus ipsum in Kimiam linitam luto sapientiæ caute & constringimus

Sublimatio argenti vivi.

A quibus reb. debet sublimari arg. viv.

caput ejus,postquam assumimus rorem ejus,sicut dicemus postea. Deinde sublimamus medicinā ut ascendat & perficiatur, perforetur in gula, conversum sicut cristallum, quandoq; sicut stannum, quandoque sicut sal lapideus. Postquam autem sublimaverimus ipsum ab eo,& istæ res egrediuntur cum ratiocinationibus & experientiis,post illa sapiam,& quod intentio quidem in illo est exsiccare argentum vivum, & facere ipsum pervium. Postquam ergo fecerimus illud, invenimus virtutem tingentem & remanentem,imò melioris tincturæ & penetrationis, ita ut non diversificetur à colore argenti puri in aliquo, imò est magis refertiva tinctura & magis completæ albedinis. Et istæ res ante experimentum fuerunt nobis notæ cogitatione subtili, vehementi, longa. Pervenit ergo ad nos tinctura alba nuda à rebus quibus indigemus.

DE TINCTURA VERO RUBEA. secundum quod nos non invenimus in principio aliquid faciens rubeum. Imò invenimus omnia quæ penetrant in argentum & reliqua ab eo quæ tingunt, ipsum perducentia ad nigredinem. Amplius videmus argentum ex sulphure adornare citrinitatem. Deinde cum remanet denigrat ipsum,& similiter cum remanet, fit fortior scilicet nigredo,& cum projicitur supra ipsum in liquefactione,adurit ipsum & perforat ipsum. Et scimus quod non est via perveniendi ad albedinem ejus,quod cum adustione denigratur per semitam viriditatis, imo per semitam citrinitatis & rubedinis, propter principia quæ jam scivimus, propterea igitur, quoniam scivimus quando resolvitur in aquam, & est mundus, etiam viridis,non facit ipsum cadere viridem,sed rubificat ipsum,scivimus quod nobis est possibile,ut ex rebus denigrantibus lunam faciamus manare tincturam citrinam operatione facili. Et scivimus quod res in qua est adustio cum decoquitur, primum quod de ea resolvitur est virtus ignea quæ est in ipsa,quoniam est levior & dignior vaporatione, & separatione,quàm virtus reliquorū elementorum. Ergo invenimus ut separemus à sulphure, & arsenico,aut ex aliquo ungventorum,quicquid est in eis, denigrans argentum, cum tamen sulphur sit melius omnibus mineralibus,in illo inveniamus ergo viā ad illud esse, & decoquamus ipsum in aqua cum igne leni ita ut aduratur virtus ignea in ipso,& extrahat ipsam, & non adurat de subst. sulphuris,& virtute ignea,aliquid, & non egrediatur de virtuositate sulphuris aliquid. Et nos non facimus illud,nisi ut separemus tincturam solam, & ut præparemus ipsam cum eo quod oportet,& ut mundificemus sulphur cum eis quæ dicemus postea. Non est ergo possibilis nobis hæc inhumatio,nisi sit in vase duplici cognito, neque ebullitio aquarum omnino nisi inhumetur aut in fimo,aut in sole,aut in cinere calido, & quantò plus inhumatio &

Sulphuris cōmendatio, & ejus præparatio.

vehemen-

vehementior, tanto plus ab eo corruptio removetur. Præterea non omnis aqua movet tincturam, & extrahit ipsam, dum non est in ea aliquid acuitatis, veruntamen si sumatur aqua dulcis sufficiant. Sed aqua in qua est acuitas est facilior. Et nos quidem post dicemus, qualiter oportet secundum exemplum hoc facere, ut aqua sit, secundum quod invenimus cum cogitatione & experimento, facilior. Amplius cum decoxerimus ipsum in aqua, faciendo decoctionem post decoctionem, & removendo aquam, hanc aquam servabimus quoties rubedine tincta erit, & renovabimus aquam, donec nil remaneat tincturæ. Deinde conjungimus aquas, & distillamus eas, accendendo ignē donec sublimetur tinctura pura rubea, tunc bene erit quod incepimus. Si autem nigra advenit, erit adusta à nobis per decoctionem, quia ignis fuit fortior quàm deberet. Cum ergo advenerit rubea, si acceperimus eam & assiduaverimus decoctionem ejus in aquis frigidis, sicut aceto sublimato, & expressione assumta ex lacte coagulato, facto acetoso, & ex foca acetosa farinæ furfurum, aut in acetositate citri, & reliquis, faciendo decoctionem post decoctionem, ita ut cum ejus igneitas fracta fuerit, scilicet ipsius operatio debilitata, & remanserit ejus citrinatio propter debilitatem suam in adurendo, & remanet virtus pauca nigrificandi in ipsa, quæ est citrinatio, ut fiat impressio illa non impediens, & non perseverans, sed recedens cum ignis accenditur, tunc illud complevimus genus tincturæ, & nobis, quibus est necessarium ut ipsius humiditatem componamus, donec fiat ejus facilis commixtio cum eo cui ipsum adjungere volumus. Et nos invenimus convenientiam aliis rebus, præcipue ad dandum splendorem & nitorem argenti vivi rubificati, cum sit possibile ita ut rubificetur ut uzifur, & ut rubificetur, ita ut non aduratur cum præparatur opus eorum quæ aduruntur. Et quoniam arg. vivum rubificatum, quando ceratur cum eo quod dicemus, & resolvitur sicut dicemus & fit rubedo currens, & ipsummet tingens & multo plus quando in ipso ponitur de tinctura, cujus proprietas est componi & commiscери cum eo sicut in uzifur, nisi quia illud aduritur, & istud non aduritur. Et ad hoc quidem non pervenimus nisi per opus uzifur, & ejus quod scivimus de violentia sulphuris illato argento vivo, & rubificationem apud conjunctionem, tunc quando componemus & creemus hanc tincturam cum hoc argento vivo, ponendo æqualiter de unoquoque, aut de tinctura minus. Et possibile est nobis ut sit argentum vivum resolutum non rubificatum, quoniam rubificatur cum permiscetur ei sicut in uzifur, cum sit rubificatio ejus possibilis, erit melius, & dignius. Et inhumabimus ambo in fimo, ita ut bene & perfecte commiscean-tur. Jam igitur comprehensæ sunt nobis tinctura alba & rubea. Et hoc est vivum quinque elementorum.

Quæ aqua extrahit tincturas.

Aquæ in quibus sulphur potest decoqui.

De sub-

De substantia permiscibili liquefacto.

CAPUT III.

ELementum vero secundum est, quod necessarium est substantiæ permiscibili & liquefactæ, ut sit in substantia sua liquefactiva, cumque cogitaremus & inquireremus postea, quatenus inveniremus aliquid, quod quando projiceretur super liquefactum adhæreret ei, & commisceretur ipsi, & submergeretur in eo, & non corrumperet ipsum, non invenimus nisi de mineralibus sulphur, & de commixtis arsenicum. Ipsa tamen fugiunt non facientia moram, nisi quia tempore brevissimo inveniuntur incipientia procedere ad connexionem cum eo. Non ergo invenimus ingenium nisi rectificationem eorum, ita ut in eis remaneat adhærentia, & destruatur adustio. Inveni itaque propter adustionem necessariam quod vaporatur ab eis ad ignem, & ad sui naturam est vaporari velociter, & invenimus causam adhærentiæ, liquefactionem. Deinde similitudinem imitatur, & vicinitatem, quam habet in natura cum eo, consideravimus itaque in principiis naturalibus.

Subjectam liquefactionis. Est itaque subjectum liquefactionis humiditas currens, permixta partibus siccis, terreis, in quibus movetur cum resolvit eas ignis, & non est possibile ut moveatur ab eis propter vehementiam commixtionis, & invenimus causam evaporationis humiditatem non vehementem in eo commixtam, imò elevatur ab eo & egreditur. Et invenimus causam adustionis, ut sit jam decocta permixta siccitati, ita quod pervenit ad ipsum per illud quod ei est admixtum de siccitate, quod aquæ sunt de caliditate accidentali superflua, communicans vel commutans conjuncta cum igne, ita quod figitur nobis tam diu, donec inveniatur exterminatio humiditatis, quæ est apud ignem potentem convertere aquas quasdam partium corporis, aut substantiam ignis, ante evaporationem aut cum evaporatione, & separetur ignis, aut remaneat fex ejus, cinis, & est illud quod est adustum, & hoc quidem cum jam evaporat, jam conversum convertitur in flammam. Quantumvis verò hujus secundum vitrificationem, & causas indicativas, & essentiales, est res ad quam non dilatatur hic liber, sed experimentum testificatur hoc, & lex est quod humiditas superflua non aduritur, imò inprimis cum eam invenit calor sublimatur ante adustionem. Quod si etiam est occulta in aliquo, & non est de proprietate ejus quod evaporat, ita ut remaneat siccius & cineritium, non aduritur de eo aliquid sicut in corporibus liquefactis. Amplius quando comprehenditur in corpore plantæ, aut animalis, in quo est calor innatus, & virtus permiscibilis, tunc si decoquitur cum sicco, ita ut sic immisceatur, & fiat ungventum vel oleum inflammatur vel aduritur. Et similiter cum non sit oleum, imo sit vehementis permixtionis

mixtionis cum ſicco, & cum hoc toto, non evacuatur ab unctuoſitate prima. Videmus enim quod ſi purgetur ab eo virtus aduſtiva, & deſtruatur ejus oleum ita ut remaneat in eo humiditas, liquefit aut adhæret ei cum eo, quod dicemus de ſumma & nimia exiſtimatione. Cogito quod humiditas in hujusmodi corporibus non evacuatur à commixtione vehementi cum ſiccitate in eis, ita quod quando movet eam ignis ad vaporationem, & finiunt ſiccitas & fex dominantes, non ſeparatur, imò currat in eis, & liquefiat aut leviatur quemdmodum eſt in vitro. Et ſi humiditas fuerit dominans, dilatatur & vaporat, ut ita ſit vapor quaſi fumus permixtus ſiccitati in ipſo, & quod eſt ex eis quæ non purgantur, vel ita ut ſint aqua pura. Amplius poſtquam vivificamus illud, cum experimento fuit, plurima imò ſumma ſiccitas albificata decoctione cum ſublimatione. Tertium itaque eſt apud nos, quod non corrumpitur cum vaporatione, neque minuitur cum vaporatione, quia ejus humiditas & ſiccitas eſt permixta ſiccitati ejus. Et quod nos quando perſeveramus operando in ipſo, deſtruemus aduſtionem ab eo, & vidimus ad illos modos plurimos. Unus modorum eſt aſſatio cum rebus adurentibus & facientibus perjurium. *Modi purgandi ſulphuris.* Deinde eſt ſublimatio. Nam proculdubio apud ſublimationem aduritur & purgatur ſalubriter quod non aduritur. Quod ſi certè aliquid ex eo aduritur, reiterabimus ipſum donec inveniamus in fine rei album ſublimari, in quo non ſit permixtio aduſtionis. Et cum projecerimus ipſum ſuper argentum, non adureret ipſum, neque corrumperet, & fuit certum illud apud nos cum probationibus, quarum expoſitio & rememoratio prolongatur, ſcilicet quod hæc operatio non deſtruit de ſubſtantia ejus, & profundatione, & adhærentia, & illud cum humiditate velocius quàm eſſe poteſt. Sic innata terreitas corporum per ſublimationem tollitur, ita per ſolutionem ſuæ ſubſtantiæ omnis impuritas ab eisdem ſeparatur. Hæc Geber. Aduſtio autem eſt, *Aduſtio.* quando commiſcetur, aut aduritur, aut corrumpitur humiditas ſubſtantialis rei. Et nos quidem jam deſtruimus eam, non ergo aduritur, & reſolvimus etiam plurimum humiditatis ſuperfluæ, namque iſtæ congelatæ ſunt, quia propter illud deſtruitur humiditas ſuperflua, & humiditas aduſtiva, & remanet humiditas valde commixta ſiccitati. Humiditates namque illæ ſunt congelatæ, quia liquefactæ ſunt oleum ſuper ignem. *Fixatio.* Poſtquam igitur ſcivimus & experti ſumus, invenimus ipſam adhærere, & invenimus eam cum hoc albificare illud quod non eſt album, cum tenetur liquefactio illa, ita ut non ab eo ſeparetur, aut retinaculis ei permixtis, aut cum conſtructione capitis ampullare, ita ut non inveniat viam egrdiendi ex illa. Sed nos quidem ſcivimus illud ante experimentum, cum ratiocinatione quam verificavit experimentum, quo-

tum, quoniam album commixtum albificat. Postquam igitur invenimus ipsum adhærere, & apparere, pervenit ad nos quod volebamus. Et quandoque non sublimatur, sed nos decoquimus illud in oleo aut aqua donec separetur ab eo virtus ignea, & evaporet plurimum humiditatis superfluentis siccitati, & remanet de humiditate quæ continetur in siccitate, quia non separatur, imò quando purgatur & movetur in ea, liquefacit ipsum. Non ergo morantur quando aggregantur corporaliter in oleo, aut in aqua ei præsentetur super ignem.

Alius modus præparationis sulphuris.

De substantia conjuncta a quam ignis non separat.

CAPUT IV.

AMPLIUS postquam scivimus hac viam, invenimus sulphur commune in elixir rubeo & albo, licet sit melius cum rubeo, & invenimus arsenicum cum albo melius experimento, cum tamen omne cum omni sit conveniens. Amplius possibile est nobis ut ea præparemus cum rubeo bonitatem animalium, quatenus rubefacimus ipsum rebus quas igniis rubefacit. Et sunt aquæ atramentorum, & fiunt tingentes in citrinum. Est ergo illud quod est ad albificandum album est cum proventu suæ intentionis magis intensè albificans. Et quod est rubificandum cum applicatione sua magis intrinsece abificans. Substantia conjuncta est hæc humiditas aggregata, quam ignis non separat, & jam provenit ad nos ex istis oleis.

Aquæ rubificantes.

De substantia conjuncta.

De substantia fixa.

CAP. V.

QUæsivimus substantiã fixam, quæ est in eis quæ diximus, quæ sumimus, substantiam fixam, & invenimus eam esse omne quod nõ fugit ab igne, & ipsa etiam corpora liquefactiva aut non liquefactiva, & invenimus ea omnia prohibentia nos ab operatione, verumtamen liquefacta propinquiora sunt in assimulatione, & meliorantur in ipsis, dum permanẽt corpora habentia conjunctam liquefactionem, non est possibile commisceri aliud. Et dum sublimantur partes, cum quibus possibile est currere, fixantur, possibile est ut redeant ad dispositionem suam supra ignem. Oportet ergo ut aduramus ea & calcinemus ea, & si possibile est ut calcinemus ea, post combustionem faciamus ita ut pulvis fiant, qui forsan non curret, & jam quidem destruetur forma specierum earum ab eis; quam Aristoteles declaravit in auditu naturali. Quoniam experimentum destruit formam specificam, cum ergo pervenit ita, possibile erit nobis, ut per ea assequamur intentionem. Et vidimus, & benè videmus, ut sumamus lunam ex luna quod melius est, aut ex plumbo. Solem, ex sole quod est melius, aut ex venere. Et possibile

est nobis,

est nobis,ut accipiamus calcem ex luna,& est ceruſſa alba, & erit unum ex albificantibus. Et ex ſole,& erit pulvis rubeus uſifur, & erit unum ex rubificantibus.

De Compoſitione.

Cap. VI.

Poſtquam ad album pervenerint oleum, & tinctura, & calx, & omnia alia albificantia, & ad rubeum tinctura,& oleum,& omnia alia rubificantia,neceſſarium erit nobis componere inter ea, ut ſint ſubſtantia una, & illud quidem non eſt poſſibile,niſi per introitum eorum,& per commixtionem eorum,&nos jam videmus in eis,quibus jam uſi ſumus,modis experientiæ, quod cum aqua permiſcentur vehementer,deinde exſiccantur,& coagulantur, & conglutinantur. Ita quod ſi vicerit ſumma volatilis ſummam fixi,volabit cum ea,& ſi non vicerit figetur cum ea. Et vidimus plurimas res reſolvi & coagulari, & virtutes earum remanere,de quibus ſunt ſal & ſalari, & dragantum. Et ſcimus per principia plurima ſcientiæ naturalis, quod poſſibile eſt ut res lubricæ ſubſtantiæ,quarum radix eſt ex terra & aqua, reſolvantur & currentes fiant. Deinde ſcimus per canones alios, quod iſtas elixir prædictas,cum reſolvuntur,non prohibet reſolutio ab operationibus omnino radicalibus, imò remanet nobis de virtute earum quæ volumus. Teſtificatur enim ad credendum meditationem experimentum. Vidimus ergo de rebus convenientiores ad illud reſolutionem & curſum,deinde congelationem, ut unione facta radicis fiat res una, ſtans, tingens, profundens,conſolidans,perſeverans. Et æſtimavimus quod quando utemur contritione, ſcilicet contritione aquarum calidarum permixtarum,reſolutarum,commixtarum ſecundùm aſſiduationem, quod erit illud loco reſolutionis. Fecimus ergo idem de rebus ad experiendum,& quandoque valuit & quandoq; non valuit, aut propter debilitatem inſtrumentorum.aut defectum in opere,aut propter res particulares accidentales, quæ non comprehenduntur. Fuit ergo noſtra intentio ad hæc duo capitula in ſumma complementi artis elixir.

Quando fixum volat cum volatili aut è contra.

Contritio quæ ſit aqua.

Videtur reprobare aquas.

Advenit ergo cum Laude Dei intentio quæſita,& fuerunt radices albi: Argentum vivum præparatum, & ſulphur albificatum, & calx corporis,& ceruſſa, eorum, quæ conjuncta & permixta fuerint elixirium integrum, & fuerunt radices citrini: Sulphur præparatum, & arg. viv. præparatum, & ſal albificatum fixatum, & calx oridum. Et melius illo eſt ut omnia ſint rubificata.

Radices ſue artis ſeu materialia.

Deinde componantur & fit ex eis elixir integrum.

De Capillis, Ovo & sangvine.

CAPUT VII.

POstquam audivimus multotiens quod possibile est ex capillis, ovo,& sangvine & multis partium animalium quod fiat elixir, incepimus ergo experiri,an haberent suspensionem & inpressionem in corporibus liquefactis. Invenimus itaque ea non imprimere sed fumum eorum,ipse enim suspenditur in corporibus, ita quod cœperit argentum citrinare, & similiter argentum ignitum cum submergitur in eo imprimitur. Scivimus ergo quod in eis est tinctura,& quod in eis est suspensio. Et scivimus quod capilli, & sangvis, & ovum decoctorum salsorum, coagulantur aqua in salem. Et scivimus quod quando volumus separare tincturam,& suspensionem ab eis, non est possibile ut sit nisi cum igne, & sublimatione,ita ut non tingat. Et scivimus quod primum quod est ex eis distillatum, est aqua, deinde oleum, quoniam fixius est super ignem. Distillamus ergo ea cum igni subtili in cucurbita & alembico. Distillata ergo est aqua, deinde incipit oleum distillari. Distillamus ergo à modo tamdiu, donec finita sunt, & remanserit fex,quam cum igne tamdiu combussimus, donec exivit calx fixa super ignem, advenit ergo nobis ex ea calx. Deinde scivimus quod tinctura est ab oleo, rectificavimus igitur ipsum. Deinde decoximus non in re alia nisi in aqua sua, cum sit aqua ejus calida, salsa,& cum congeletur in salem armoniacum decoctione leni, tamdiu donec extraxerimus tincturam ejus. Deinde accepimus & decoximus ipsum in re non alia nisi in aqua sua cum &c. Deinde accepimus oleum, & decoximus ipsum in aquis temperatis in acuitate,donec purgaverunt ipsum, & dealbaverunt, & removerunt adustionem ab eo, pervenerunt igitur per id liquefactio, & suspensio, & destructa est ab ipso adustio. Et purgavimus calcem ejus tamdiu, donec facta est pulvis albus, & invenimus aquam ejus sicut in mineralibus argentum vivum & oleum ejus sicut sulphur in mineralibus, & calcem ejus sicut est calx in mineralibus, & elixirium aggregatum ex eis, sicut elixir quod est ex mineralibus, verum est largior, & melior, & largus operans,& subliimor.

De Præparationibus.

CAP. VIII.

Coagulatio Mercurii.

DE *argenti vivi præparatione.* Argentum quidem vivum accipe, & coagula ipsum cum vapore stanni si est ad album, aut plumbi si ad citrinum. Et illud est ut ponas ipsum in fovea scilicet plumbi, & pulverises super ipsum ad album cinerem aut marcasitum argenteum. Et ad citrinum marcasitum aureum,& sulphur

ſulphur ant cinerē æris, & fundatur ſuper faciem ejus raſaſalarob fuſum, ita ut non commiſceatur, & fiat multoties donec congeletur in lapidem. Et quando ponimus ipſum in concavitatem Mortarii, infigimus in plumbum, donec fortaſſe congeletur, & ſuperponimus ipſum ei, deinde evellimus ipſum cum ferro multoties, donec congeletur. Et ſi ipſum congelare volumus, conterimus ipſum cum ſinapi contrito cum aqua, donec moriatur in ipſa. Deinde permiſcemus cum ſale & attramēto, poſtea ſublimatur ab eis multoties. Tunc ſi fuerit ad rubeum, imbibemus ipſum, poſt aſſationem & ſublimationem, rubedine ſulphuris in aqua ſua, & ſublimationem rubedine ſulphuris in aqua ſua, & ſublimabimus ipſum, & conſtringemus; donec coaguletur, & coaguletur ſicut coagulatum eſt in collo kimiæ. Omnis vero ſublimatio & conſtrictio eſt poſt diſtillationem.

Mortificatio Mercurii.

Sublimatio Mercurii.

De Arſenico & Sulphure. De Arſenico vero & ſulphure viſum eſt conveniens eſſe, ut terantur valde cum limatura ferri, & decoquatur in ipſo cum aceto donec exſiccentur, deinde aſſentur, poſt ſublimentur, & iteretur cum ſale & atramento, & talck, & nova & calce minore. Et quando conſtringuntur à vitro & ære uſto, ſingulæ aut conjunctim congelantur, ſicut ſal, aut Criſtallus, & iteretur ſublimatio multotiens donec ad finem perveniant.

De oleo Capillorum. Oleum vero de capillis, ſangvine & reliquis poſt ſui congelationem cum calore non fervente aſſidue donec inſpiſſetur. Deinde ad acceptionem tincturæ ab eo decoquatur in aqua in qua jam decoctum eſt talck, vel calx, alimētum non forte, tam diu donec egrediatur ab eo nigredo ejus & dealbetur.

De Calcinatione.

Cap. IX.

COrpora quidem quando apodiantur ſale armoniaco, & aceto, & quando aduruntur cum adurentibus, tam diu donec recipiant aut contritionem cum ſale, & ſale armoniaco; & ſulphure, & quandoq; cibantur argento vivo, donec ſublimetur ab eis arg. viv. multotiens, donec remaneat pulvis. Deinde illud quod quæritur ad album imbibatur aqua ſalis diſtillata, & ceratur, & dimittatur in aludele ſemper, donec fiat res cui non ſit pars. Et illud quod quæritur ad citrinum imbibatur aqua atramentorum, unius & unius, aut conjunctim, rubedine ſulphuris & aliorum, & oleo ovorum, & aſſiduetur aſſatio illius, donec rubificetur, ut fiat pulvis non ſit pars.

Calcina.

Imbibe.

De Diſſolutione.

Cap. X.

FAcilior vero modus quem vidimus ad ipſa reſolvenda, eſt converſio naturæ ſpecierum ad res recipientes reſolutionem in ſubſtantia ſua, ſicut ſunt ſales, & atramenta. Et vidimus for-

tiorem eorum esse salem armoniacum. Ipsum namque resolvimus,& assiduavimus imbibitionem rei ceratæ ex eo terendo & assationem ejus cum calefactione,tamdiu donec congelatur totum in salem armoniacum. Et illud est, ut effundatur super ipsum salis armoniaci resoluti quantitas aliqua, deinde dimittamus ipsum corpus donec siccetur,quod inde provenit ponamus ipsum in saccum tralati in sacrarium, quod est genus vasis insinuationis, & appropinquemus igni leni, cumque fumigare inceperit removeamus ipsum, deinde imbibamus ipsum, postea reiteremus illud, & faciamus illud vicibus x. deinde iteremus imbibitionem, rursus faciamus illud donec inceratur, & est ut liquefiat super ferrum ignitum. Deinde dissolvatur in aquam, & non remaneat ei vestigium,& XX. imbibitionibus usque ad XXX. imbibitiones, & non multiplicabitur nisi quando volumus componere contritionem perfectiorem, & rectius quidem elixir rubedinis ut sal. armoniacus resolutus sit rubeus,ita ut imbibatur aqua atramenti, & sublimetur donec rubificetur, deinde resolvatur. Ipsæ vero aquæ aluminum sunt quibus ipsa terantur,cerentur. Cumque cerata sunt,resolvimus ipsa si volumus cum inhumatione in Kimia, habente os ligatum,in fimo,discoperiendo super eam,aut suspensione in puteo resolutionis,aut modis aliis, quemadmodum in aliis inhumationibus eorum,& in roribus,& suspendatur in puteis, aut in cucurbita cæca cum vapore aquarum calidarum, & sunt æquæ in quibus decoctæ sunt alkali & vora vicibus pluribus adeo donec in ipsis aduratur penna, & projiciatur in eas sal armoniacū. Et si quæruntur ad rubedinem, ponantur in eis sulphur & atramenta. Nam si cum his viis incesserimus, resolvetur in eo quod est inter XXXX. dies & tres menses. Cumque resolventur aquæ congregabimus ex eis & inhumabimus eas donec commisceantur, deinde ponamus eas in instrumento inhumationis, & inhumabimus eas in cinere calido, donec rubescant, deinde exsiccentur, & coagulentur, & est elixir, & quando imbibemus ipsum aquis acutis donec permisceantur cum illo, & resolvantur ad invicem,& assabimus ipsum, & faciemus illud XXX. vicibus & plus & minus,donec penitus non evaporet aut vaporet totum. Et scias quando bene vaporat totum, tunc jam bene operatus es in compositione,sed errasti in calce. Infrigida ergo ipsum, & ingenies ut addas in tinctura & suspensione, tamen non sit in hoc exitus à termino, ita quod totum evaporet.

DE

De Elixire.

Elixir hoc tingit tinctura sua, & submergitur oleo suo, & figitur calce sua, & oleum quidem est aggregans in tincturam subtilem valde & aquam. Et argentum vivum est deferens tincturam, & cum profundatur oleum antecedens cum calce tingente cum tinctura, profundat cum eo, & quando figitur calx figitur cum ea propter vehementiam commixtionis. Et exemplum calcis est terra. Et album quidem completur tribus rotis in quibus non est ignis. Et rubeum completur quatuor rotis.

DECLARATIO LAPIDIS PHYSICI AVICENNÆ FILIO Suo Aboali.

Fili mi Aboali, intellige quod dico tibi de cognitione lapidis. Fili mi, ubi Philosophi dicunt in libris suis, Recipe sulphur & auripigmentum, non intrat in magisterium nostrum. Sed nominârunt sulphur & auripigmentum, explicantes lapidem Philosophorum, in quo lapide sulphur & arsenicum Philosophorum latent sive occultantur. Et quidem Philosophi dicunt, est lapis & non lapis, & est vilis in plateis, & in viis ejectus pedibus hominum calcatur, & ab unoquoq; paupere potest acquiri, & est sulphur quod non est sulphur, & est auripigmentum quod non est auripigmentum, & est ovum gallinæ, bufo, sanguis humanus, capilli, & non dixerunt talia nomina nisi quod absconderunt magisteriū, & scias pro certo, quod Philosophi non curaverunt de nominibus, nisi uno nomine, una actione, scilicet lapidem coquere, & animam ejus inducere. Quia lapis eorum semper unus est, in quo omnem bonitatem expectant, & non est alius in hoc seculo qui sit de tali potentia & effectu præter hunc lapidem. Hic ergo est lapis & non lapis, sine quo natura nihil operatur, cujus nomen est Mercurius vivus, multis tamen nominibus Philosophi ipsum nominârunt, aut nuncupârunt, quorum nomina non possunt enumerari propter suæ excellentiæ naturam. Hic est verè lapis Philosophorum, & est non alius præter ipsum, qui opus recipit & bibit, ex quo omne corptis apparet. Et non cōvenit hoc magisterium nisi Regibus, & altioribus,

& repletis divitiis, quia hoc magisterium est sempiternum, & qui non habet divitias quomodo operetur, quia decet operatorem habere 60 ℔ Mercurii puri, id est, arg. vivi, non sophisticati ad minus, propter humorem illius extrahendum, ad perficiendum totum opus, quia totum magisterium est in vapore. Fili mi, nunc veniunt stulti quotidie, & operantur, sicut invenerunt in libris, super sulphur & arsenicum, & super Mercurium per sublimationes, calcinationes corporum perfectorum & imperfectorum, & per resolutiones aquarum diversarum, salium & aceti, & per coagulationes & fixationes, & per amalgamationes, & non possunt pertingere ad veram perfectionem, & non est mirum, quia ipsi idiotæ non intelligunt mentem Philosophorum, & semper dicunt quod magisterium non est verum, & quod hi Philosophi errant mendaces. Ideo fili mi composui istud capitulum, & illuminavi cæcos, & aperui thesauros & catenas, & intelligere faciam insipientes id quod non intelligebant, & solvi ligaturas vocabulorum, & dixi tibi fili cum veritate Dei secretum Philosophorum, & eorum intentionem, & ideo mando tibi quod librum istum nemini des nisi filio, & filius tuus filio suo, & sic de generatione in generationem, & hoc sapientioribus illorum. Et scias fili mi, quod malum feci quod revelavi tibi puritatem doni illius. Non revelabis hoc sanctum laudabile opus. Et dico tibi fili in veritate quod Philosophi cum aliis rebus non fuerunt operati, nisi cum sangvine capillorum, & ovis exemplariter, id est, nisi cum quatuor elementis. Et notandum est hodie de præparatione 4. elementorum, quæ steterunt in fimo calido equino sicut oportuit. Et primò distilla, & quod primò exit serva seorsim, quia ista est aqua. Reitera aquam per distillationem, & quod distillabitur serva, & ista est simplex, pone sub fimo & serva, & quod remanebit in fundo cucurbitæ, serva seorsum quia est terra.

Definitio scientiæ secretorum Philosophiæ naturalis: Est aquæ à terra extractio, & ejusdē corporis super terram propriam suam præparatam conversio seu reductio. Hæc quidem terra cum aqua sua putrescit & abluitur, quæ cum munda sit vel fuerit auxilio Dei totum dirigetur magisterium. Primò namque conatur solvere terram, ut ad sui modum subtilem habeat naturam, quod fit cum vicerint in ea aqueæ qualitates. Deinde cum terra nititur aquam condensare, ut secum figatur, & omnem sustineat ignem, & hoc fit cum vicerint in eo terræ qualitates, quoniam hujus artis fundamentum & operis exordium est corporis in aquam resolutio, quod Philosophi corruptionem seu putrefactionem nominant, sine qua circularis metallorum transmutatio non fit ad invicem. Corruptio enim unius est generatio alterius. Quia generationis & corruptionis eadem sunt principia.

Lapis

Lapis philoſophicus ex re vili conſurgit in theſaurum pretioſiſſimum, videlicet ex ſpermate Solis in matricem Mercurii projecto per coitum, id eſt, per commixtionem primam. Et hæc eſt proxima ejus materia de qua elicitur. Propinquiſſima verò eſt humor ſeminalis, deciſus per actum generationis ex ſingulis partibus utriuſque parentis, ſc. corporis & Mercurii. Quia ſolummodo humores radicales corporum ſunt eſſentiales ipſius lapidis partes. Et etiam ex duobus entibus in natura non fit, unum per modum agentis, aliud per modum patientis, ſe habeant ad invicem, vel quod alterum fiat in potentia.

Ex ſpeciebus itaque limpidiſſimis, quæ à primis mineralium fontibus ſumpſere originem, duci debet ſapientum elixir & medicina ad omne imperfectum perficiendum trãsformandumque, & non ex aliis. Jubent enim Philoſophi elementa cruda, munda, ſincera ac recta accipere, & ſuper levem ignem coquere, dicentes, ſi ſecus fiat proderit nihil. Dicunt etiam accipite res de mineris ſuis puras recentes, propinquiores & meliores, & ad montium cacumina ſeu ad aſtra cœli exaltate, & etiam ad radices ſuas reducite, & factum eſt totum clarificationum & fixionum rei magiſterium, & qui ſapientum tincturam utiliter quæris componere, radices cognoſce minerales, conficiens ex illis opus tuum. Quia cognitio corporum & naturæ qualitatum, principii, ac regiminis ipſorum, eſt ex hoc quod perficit opus facile.

Ex rebus corporeis in natura maximè convenientibus elicitur ipſa medicina. Summè enim oportet ex illis potiſſimum tincturam accipere, in quibus maximè conſiſtit. Eſt autem tam in corporibus, quàm in ipſis ſpiritibus, ſecundum naturam, cum unius reperta ſint naturæ. Sed ex corporibus quidem difficiliùs, ex ſpiritibus verò ſeu argento vivo faciliùs & propinquiùs, non autem perfectiùs tinctura ipſa ſeu medicina corporum elicitur. Quare album item & rubeum ex una radice procedunt, & nullo alterius generis corpore interveniente pullulant. Unus enim lapis, & operatio ipſius una, qui igne uno, ſola coctione, in album & rubeum ſulphur non urens, in vaſe uno, digeritur ac perficitur ſucceſſivè.

Oportet autem, ut formam magni elixiris educant de potentia materiæ ſuæ propinquæ, in qua naturaliter conſiſtit. Sed in eadem elementorum inviſcata groſſitie latet abſcondita, ideo lapis vegetabilis, lapis & non lapis, & originalis ac primordialis vapor dicitur, quia eſt in fieri ſeu in via digeſtionis nondum per naturam fixus, neque ad metalli perfecti eſſe terminatus ſpecificum, & habet ſe ad Mercurium vulgi cauſam, ſicut ad lac coagulum, & per hoc quod ipſum coagulat, cognoſcitur. Quoniam ante formas ſpecificas, metallorum contemperantias, ſulphur & ar-

gentum vivum præexistere oportet, & depurationem eorunden
cum alteratione.

Expedit etiam ut elementa lapidis sint ejusdem generis, & no
diversi, aliàs actionem & passionem mutuam invicem non habe
rent. Quoniam unum non tingeret aliud, quibus alienum no
introducitur, quia non convenit rei nisi propinquius sit ei de su
natura. Cui si quid apponatur extraneum opificitur opus, nec fie
ex ipso quod quæritur ab opifice, sed alius sequetur effectus, qu
in naturæ & artis cura non existit. Quandoquidem non fit aliqua
generatio vera, nisi ex convenientibus in natura.

Necesse est denique ut grossities compositionis elementorum
corrumpens, deturpans, & adustibilis, ingeniosâ deleatur præpa-
ratione, & spissitudo lapidea terrestris, & inutilis, à metallina sub-
stantia dividatur, antequam ipsorum elementorum univoca ac
perfecta fiat complexio, assando, conterendo, & digerendo patien-
ter & suaviter, usque ad suum simplex, & in veram essentiam quin-
tam redigatur, videlicet in ens simplicissimum, & purissimum,
igneum non urens, quod quidem non est aliud, nisi calor purus,
naturalis, infusus in suo humido radicali. Quoniam ignis jugiter
decoquens ex sui officio partes homogeneas adunat, & hetero-
geneas vero disgregando tanquam pabulum devorat & assu-
mit in favillam.

Volunt iterum Philosophi, quod manifestum occultetur, & oc-
cultum rei efficiatur manifestum, hoc est, ut spissitudo terrestris
sulphurea, & inflammabilis, superficietenus apparens in com-
mixto debet artificis tolli solertiâ. Illa verò intrinseca pura ac
splendida substantia, in radice rei à primordio plantata naturæ, in
manifestum deducatur per accidentium corruptionem, spoliatio-
nem, quæ experientia facilis est & possibilis, ex quo rei intrinsecum
suæ extrinsecæ qualitatis est oppositum, & contrariorum est ea
dem disciplina, quæ juxta se sita magis videntur lucescere.

Mortificatio præterea volatilium, ut figantur, & ab igne no
fugiant, & vivificatio mortuorum jacentium seu fixorum, procul
dubio est opportuna. Qui enim novit mortificare, & post mor
tem resuscitare, magister est hujus dogmatis, & qui hoc ignora
manum subtrahat ab opere, & animum suum non fatiget in hi
ad quæ non poterit pervenire. Ea verò revivificas, quorum specie
quorum spiritus sublevatione reddis. Mortui enim cum resu
gunt perpetui sunt, & amplius non moriuntur, sed ad vitam glo
ficantur immortalem sine termino duraturam.

Artis Philosophiæ singulare ingenium non quærit, ut rude vu
gus objicere solet, Aurum vel argentum de novo facere. Quia ha
natura in visceribus terræ consuevit generare. Sed solummod
artifex organicè & instrumentaliter operatur, formam auri & a
genti

genti ex materia ad hoc disposita eliciens,& motum dans naturæ, ut per temperatam artis coctionem excitata de potentia in actum deducatur. Quia quamvis lapis sapientum naturaliter in se tinctu-ram continet, quæ in ventre terræ creata est perfectè,actum per se nō tingit,nec ex ipso fit elixir,nisi artificis industria & operatione moveatur. Et natura ipso artifice ministrante operatur. Ex quo virtutis effectus omnis in exercitationis usu consistere non ambigitur. In decoctione corporum imperfectorum aut incompletorum artificiali,necesse est calorem ignis extrinsecum & moderantem ita esse proportionabilem,ne virtus intrinseca agens,ac perficiens suffocaretur vel superetur in aliquo, &c. hæc est vis tenuissimi sulphuris pura,& simplex, ignea non urens, quæ vocatur lumen luminum, quia est forma & splendor omnium metallorum, & illuminat omnia corpora, quoniam est lumen,& tinctura,illustrans & perficiens omne corpus. Et si artifex hujus magisterii hoc lumen non cognoscit,tanquam in tenebris ambulans multipliciter per devia errat,propter elongationem ejus à veritate, & unitate hujus scientiæ. Quia quod bonum est uno modo fit,malum autem plurimis modis, cum erroribus ferè infinitis. Dato enim inconvenienti uno,plura sæpenumero consequuntur.

Si activa passivis,& passiva activis bene applicentur, ita ut sese optimè complectantur ad invicem,& si ignis calor, ut dictum est, debito proportionaretur modo: Tunc secundum Philosophos intra naturæ & artis digestionem non erit differentia, ex quo digestio est perfectio à naturali & proprio calido ex oppositis passivis, id est, ex qualitatibus seu elementis contrariis. Mercurius enim tingens non habetur actu super terram, nisi ex corporibus liquefactis & mundis assumatur,non vulgari quidem liquefactione,sed ea qua masculus & fœmina vero conjugio super ignis asperitate inseparabiliter uniantur. Quoniam ex masculo & fœmina fit tantum generatio vera.

Elixir perfectè completum, sive sapientum tinctura, respectu metallorum operatione diminutorum, habet se per modum formæ & agentis potissimi, dummodo eisdem præparatis tanquam materiæ suæ propinquæ in fluxu appositum permisceatur. Quoniam tunc ea complet,figit, ac perficit,& colore tingit invariabili, semper in asperitate ignis permanente. Et hæc est vera homi-num & metallorum medicina, lætificans, ac transformans,nec post Deum est alia quæ fugat paupertatem, & omnem langvorem ab humanis expellit corporibus, ipsa in sanitate conservando,ad cujus notitiam pauciissimi tempestate nostra pervenerunt medicorum.

In materia minus bene præparata non convenit aliquid operari,proportio enim Thesaurus hujus rei & auspicium cōplementi.

Iteratio autem proportionis eſt artis Arcanum. Præparatio ſiquidem eſt actus, diſponens ad terminum motus ſeu perfectionis, per quem imperfecta ad metalli eſſe ſpecificum terminantur, & hoc fit motu, lumine, & calore. Deficiente autem calore, deficit motus, quia omnis actio naturalis, ſive artificialis, ſuum habet motum, & tempus debitum, in quo majoris, aut minoris temporis ſpatio perficitur, aut terminatur, quia nihil agit ultra ſuam ſpeciem. Forma ergo adveniens ſpecifica complet, & ceſſare facit motum, & agens cogitur tunc à materia ſeparari.

Ad hoc quoque ut fiat vera, totalis, & perfecta rerum commixtio, quæ eſt miſcibilium alteratorũ unio, requiritur identitas naturarum, in ſubtilitatis ac puritatis proportione, & æqualitate, aliàs non commiſcerentur per minima, neque ſe complecterentur invicem, ante ipſorum ſufficientem præparationem. Quoniam ſpiritus & anima lapidis non uniuntur cum corpore, niſi albo colore. Et in conjunctione ſpiritus & corporis, tota debet eſſe operantis intentio, quia uſque ad albedinem, humiditatis corruptio, & fœminæ viget dominium. Sed in vera albedine terminatur ac conſumitur, & tunc deinceps vir ſuæ uxori incipit dominari, ſuo ipſam colore ſtabili decorando.

Hoc duntaxat oportet eſſe, ut corpora à natura groſſa attenuentur, ac ſubtilientur, donec fiant ſpiritualia, levia, & munda. Spiritus verò qui rari ſunt corporentur & ingroſſentur, uſquequò cum corporibus in igne permaneant. Sapientes enim aſſeruerunt veteres, niſi corpora feceritis incorporea & ſpiritus corporeos, nondum viam & operandi regulam inveniſtis. Et hoc eſt ſpiſſum rarefacere, & alleviare ponderoſum, ex quo omne ſubtile dignius eſt groſſo, ſicut omne rarum ſpiſſo. Quoniam non poſſunt gravia niſi levium conſortio ſuperius elevari, nec levia niſi gravium virtute inferius detineri ac fixari. Corpus non agit in ſpiritum, ſed tantum ſpiritus in corpus agit penetrando, ut igitur agant & patiantur viciſſim, calcinentur & abluantur corpora per frequentem aquæ ſuæ irrigationem. Spiritus verò mundentur ſublimatione, uſque ad ultimum puritatis gradum veniant. Quæ ſubinde reſoluta ut aqua mixta aquæ inſeparabiliter uniuntur & permanent, ita quod ignis violentia de cætero non ſeparentur ea. Quia omne genus calcinati fixus eſt, & facilioris reſolutionis, quàm abſque calcinatione, abſque qua uſtibilitas ſulphurea removeri non poteſt, neque ad intimam corporum mundificationem ſine ipſa valemus pervenire.

Spiritus in hac arte duplex eſt, ſcilicet præparans & tingens. Spiritus præparans eſt, qui corpora putrefacit, corrumpit, reſolvit, & in primam materiam reducit, & habet in ſe humidum rectificans, quo corpora imbibuntur, abluuntur, mundantur ac rectificantur,

ficantur, quia corporum est lavacrum, purgamentum, & antidotum, sine quo tinctura veràx non perficitur. Spiritus verò tingens, beneficio ac virtute præparantis spiritus, à corporibus mundis extrahitur, oportet enim eligere, quod amborum mundi luminarium homogeneum est, & commune, quod est sulphur de sulphure, & argentum vivum de argento vivo, & unum arg. vivum de duobus arg. viv. & hoc vocatur ab hominibus extractum, quia humano ingenio à viro & muliere artis eliquatur solutione ac putrefactione mediante.

Nulla aqua corporibus in resolutione convenit, quæ cum eis non coagulatur permanente in decoctione, & non est alia nisi aqua mineralis, viscosa, munda, ut lachryma oculi, vel sicut aqua roris madii, non est aliquid in mundo, quod possit stare loco ejus, aut ipsius supplere vicem, & vocatur à Philosophis aqua vitæ, acetum acerrimum, aqua fortior totius mundi, aqua divina & aqua permanens, postquam regitur maturando, quæ tamen absq; suo corpore, cum quo igne miti conjuncta est, & cum eodem facta unione, permanens esse non potest, quia sicut accidentia sine substantiis non valent subsistere, sic spiritus in ignis combustione non permanent, nisi fuerint fixis corporibus sociati. Ubi igitur Philosophi in suis scribentes libris de azoth. arg. vivo, aqua Mercuriali, aqua sulphuris munda, aqua forti, aqua viva, aqua acuta, & aliis humiditatibus corpora solventibus fecerunt mentionem, non sunt loquuti de rebus vulgaribus simpliciter à natura datis, sed de humidis vaporibus, à lapide Philosophorum extractis ingenio, voluerunt intelligere, dicentes, quod tota ipsius lapidis preparatio fit cum aqua ejus, à principio operis usque ad finem, sine alterius rei extraneæ admixtione, & hoc est medium conjungendi tincturas, quod corporum fœditatem intimè purgat & illustrat, ipsa ab igne vehementis ustionis defendendo, sed difficile est medium tangere. Ideo diversis processibus, ab opere naturæ penitus alienis, contingit ut plurimum vitiosè per extrema oberrare. Quod non ingreditur & non commiscetur non alterat, neq; transmutationem efficit in corporibus metallorum. Necessarium ergo est, ut tinctura seu medicina ipsa diminuta transformans corpora, ingrediatur & penetret usque ad profundum rei alterabilis, & sit ut oleum fixum, facile fluat super laminam alicujus metalli candentem sine fumo. Et quod fundatur sive liquefiat ante argenti vivi fugam, ipsum tingendo, & absque omni evaporatione perpetuando, ac fixando super ignem, & quod à corporibus per ipsam transmutatis nulla ignis violentia exprimatur, aut separetur, donec sint stabilitate perfecta Lunaria vel Solaria.

Consulentur hîc ultra sapientes, ne fiat alicujus tincturæ super infecta corpora fusa projectio, nisi eorum debita purgatione præ-

cedente, alioquin poſt deratas probationes corpora ſine præparatione transmutata ſuper ignis examine deſtrueretur, & tinctura ſimiliter ſeparabitur ab eiſdem. Quoniam hujus artis intentio nō eſt aliud, niſi inferioribus metallis nobilitatem ſuperioris attribuere. Et quia omnis tinctura à ſuo procedit ſimili, ex metallis tingendorum, non autem ex aliis quibuſcunque rebus, quæ ſuam ab arg. vivo & ſulphuris pura ſubſtantia non duxerunt originem. Commune etiam eſt metallis omnibus, quod materia eorum eſt valde propinqua, & inter habentia ſymbolum in materia, & in potentiis naturalibus, facilis eſt ad ſe invicem tranſmutatio, ſolummodo ipſorum differentiæ ſumuntur penes magis depuratum & digeſtum. Mundentur ergo fæculenta, & digerantur melius indigeſta, & hoc modo præparationis gradus, accidentia eorrumpentia removebuntur ab eiſdem. Sola enim ipſorum pura metallina ſubſtantia remanens, incorruptaque, tantummodo in metalli perfecti ſpeciem eſt convertibilis. Quoniam actus activorum in patiente ſunt prædiſpoſito.

Tres ſunt in mineris ſpecies ad lapidis tingentis perfectionem ſolummodo fructuoſæ, in quibus debite præparatis totum hujus conſiſtit beneficiū, videlicet lapis Solaris, in quo purū ſulphur purum rubeum non urens, & lapis Mercurialis, intermedialis, quæ utramq; complectitur naturā. Has igitur ſpecies ab idiotis & indignis firmiter occultabis, & permitte fatuos in omni re alia laborando errare, qui ad huj⁹ ſublimis magiſterii effectū nō perveniēt, donec Sol & Luna in unum corpus redigantur, quod ante voluntatem divinam venire eſt impoſſibile. Quoniam hæc ſcientia eſt donum Dei altiſſimi maximum, & in manu ipſius reſervatur, qui cui vult largitur, & à quo vult ſubtrahit. Nonnunquam tamen per ingenium altum ex librorum aſſidua & prolixa lectione, cum inveſtigatione immenſa, aut revelatione fidelis magiſtri, ad ipſius pervenitur notitiam.

Sed quia à generaliſſimis ad ſpecialiſſima jubet Plato quieſcere: ex his itaque principiis, theorica veritate prolatis, ſtudioſus inveſtigator concluſiones cum experimentis practicæ ſibi elicere poterit, ſi in libris ſapientum veterum ac recentium optimè fuerit inſtitutus. Qui ergo codices & mentem ipſorum rectè intellexerit, non ambigit me veritatem protuliſſe, & ſanctæ ſcientiæ principia detexiſſe arcana; ſin autem, penè illi nihil dixi, quia iſta non omnibus, ſed tantum ſapientibus doctrinæ filiis proponantur. Veruntamen hujus artis experientia in oculari ſenſus demonſtratione & capacitate intellectus conſiſtit.

AVI-

AVICENNAE DE CONGELATIONE ET CONGLUTI. natione lapidum.

TERRA pura lapis non fit, quia continuationem non facit, sed discontinuationem, vincens enim in ea siccitas non permittit conglutinari eam: fiunt autem lapides duobus modis, conglutinando, & congelando. In quibusdam enim est dominans terra: In aliquibus verò aqua: Aliquando enim desiccatur lutum primum, & fit quoddam quod est medium inter lutum & lapides, deinde fit lapis, lutum verò huic transmutationi aptius est viscosum: Quod enim continuativum est. In ripis quoque Geon visa est terra, quæ videtur in lapides converti in spatio 33. annorum: De aqua autem fiunt lapides duobus modis: Unus est quod congelatur aqua guttatim cadens: Alius, quod descendit de aqua currenti quiddā, quod residet in superficie fundi aquæ illius, fitq; lapis: Sunt enim certa loca super quæ aquæ effusæ convertuntur ex lapides, qui diversorum colorum sunt, & aquæ quæ sursum acceptæ non congelantur, quæ si prope alveum suum fundantur congelantur, fiuntque lapides. Scimus ergo quod in terra est vis illa mineralis quæ congelat aquas. Principia igitur lapidum vel fiunt in substantia lutea, vel viscosa, vel ex substantia in qua aqua vincit, quæ virtute quadam minerali congelatur: vel vincit in ea terra faciens eam coagulari: Eodem modo sal armoniacum congelatur, sed non sufficit ad salem vis terrea permutare: sed adjuvat ipsum calor. Calor autem advenies coagulat ipsum virtute occulta: & fortasse fit ex terra frigida sicca, & ex aqua fit terra, cum vincunt eam qualitates terræ, & econverso. Est autem res quædam, qua utuntur quidam ingenioſi cum volunt rem siccam coagulare, quæ componitur ex duabus aquis, & dicitur lac virginis, quod est ejus effectus certissimus. Fiunt ergo lapides ex luto per calorem solis, vel ex aqua coagulata virtute terrea sicca, vel ex aqua calida desiccata: Similiter quoque quædam vegetabilia, & quædam animalia convertuntur in lapides virtute quadam minerali lapidificativa, & fit in loco lapidoso: vel disconvenientia subita quadam virtute, quæ exit à terra in hora terræ motus, quæ convertit in lapides quod consequitur in illa hora; hæc transmutatio corporum & animalium & vegetabilium, & quæ propinqua est, ut transmutatio aquarum. Est autem impossibile, quod aliquod complexionatum totum convertatur

tatur in unum elementum, quia elementa & elementata transmutata ad invicem transeunt sic in dominans. Unde quod cadit in salinas fit sal: & quod in ignem, fit ignis, sed quædam citius, & quædam tardius, secundum potentiam activarum, & resistentiam passivarum. Estque locus in Arabia, qui colorat omnia corpora inexistentia suo colore. Panis prope Toratem in lapidem conversus est, remanserat tamen illi suus color. Sunt talia mira, quia rarò accidunt, tamen causæ eorum manifestæ sunt. Sæpè tamen etiam lapides fiunt ex igne cum extingvitur, quia sæpè contingit corpora terrea & lapidea cadere cum coruscationibus, quia ignis fit frigidus & siccus ex sua extinctione. Et in Persia cadunt etiam in coruscationibus corpora ærea, & similia sagittis hamatis, & non possunt liquefieri, sed per ignem evaporare in fumum cogente humiditate, donec residuum sit cinis. Cecidit quoque apud Lurgeam frustum ferri ponderis centum marcarum. Missa tamen est ejus pars Regi Torati qui præcipit enses inde fieri, erat autem infrangibile & infabricabile. Dicunt autem Arabes quod enses Alemanici qui optimi sunt, de isto ferro fiant. Cum autem ceciderit massa illa resilit aliquotiens à terra, ut pila erat, quia composita erat ex minutis frustis cohærentibus ad invicem ad quantitatem granorum magni milii. Similiter huic rei convenit apud terrestres. Sic ergo fiunt lapides, quorum quidem generatio vel erit subitò per magnum calorem accedentem luto unctuoso, aut paulatim per multum temporis.

De causa montium.

CAPUT II.

MOntes quoque quandoque fiunt ex causa essentiali, quandoque ex causa accidentali. Ex essentiali causa, ut ex vehementi motu terræ elevatur terra & fit mons: Accidentali, ut ex venis, vel aquæ ductu accidit cavatio profunda, & fit paulatim, donec fit vasta profunditas. Exit igitur juxta eam eminentia magna, & hæc est præcipua causa montium. Sunt etiam quædā terræ molles, quædam duræ. Molles ergo aquæ ductibus ventisque tolluntur, duræ remanent, & fit eminentia. Sicut ergo fit generatio montium, sic generatio lapidum, quia aquæductus adduxit illis lutum viscosum continuè, quod per longitudinem temporis desiccatur & fit lapis, & non est longè quin vis mineralis convertens aquas in lapides. Et ideo in multis lapidibus inveniuntur quædā partes animalium aquaticorum & aliorum. Montes quasi per multa tempora facti sunt, ut prædiximus, si non sunt decrescentes. Substantiæ autem luteæ, quæ reperiuntur in eminentiis non sunt de illa materia lapidea, sed est de ea quæ diminuitur de montibus, vel terrestris, vel alia substantia, quam adducunt aquæ cum

lutis

lutis & herbis, quæ admiſcentur cum luto montis, vel forte antiquum lutum maris ut eſt unius ſubſtantiæ, quia pars ejus fit lapis, & pars ejus non: ſed mollitur & diſſolvitur aliqua qualitate vincente. Maris etiam receſſus & acceſſus quædam loca cavat, quædam extollit, & quandoque totam terram cooperuit, & inde quædam mollia abradit, quædam dimiſit dura, & ipſa in quibusdam locis congeſſit. Mollia quoque ab eo congeſta cum abſcinderet deſiccata ſunt, & in montes converſa.

De quatuor ſpeciebus corporum mineralium.

CAPUT III.

COrpora mineralia in quatuor ſpecies dividuntur, ſcilicet in lapides, & in liquefactiva, ſulphurea, & ſales: Et horum quædã ſunt rarę ſubſtantiæ & debilis compoſitionis, & quædam fortis ſubſtantiæ, & quædam ductibilia, & quædam non. Et horum quæ debilis ſubſtantiæ ſunt, quædam ſunt ſales, ut quæ liquefiunt ex humido breviter, ut Alumen, Calcantum, & Sal Armoniacum, & quædam ſunt unctuoſa, nec liqueſcunt ſolo humore facile, ut ſulphur, auripigmentum. Sed argentum vivum eſt de parte ſecunda, quamvis ſit elementum ductilium, vel ſimile aliquibus ductilibus. Sunt autem ductilia omnia liquabilia, & ut multum ductilia nec liquabilia, ſed non mollificantur niſi cum magna violentia: Et materia ductilium eſt ſubſtantia aquea, mixta cum ſubſtantia terrea mixtura forti, & non poteſt unum ab altero ſeparari, & congelatur ſubſtantia illius aquea cum frigore, poſt actionẽ caloris in ipſum, quod eſt epteſis. Et erit exemplum à vino quod nondum gelavit propter ſuam unctuoſitatem: & ideo non eſt ductile. Lapidea verò de ſubſtantiis mineralibus materialiter ſunt aquea, ſed non gelantur ſola aqua, ſed etiam cum ſiccitate, quæ alterat aqueitatem & terreitatem, & non eſt in eis humor nimis unctuoſus, & ideo non ducuntur, & quia coagulatio eorum eſt ex ſiccitate, non ſolvitur de facili aut multum, niſi per ingenia naturalia ſolventia. Alumen autem & Sal armoniacum ſunt de genere ſalis, quia pars ignis in ſale armoniaco major eſt quàm terra, unde & totum ſublimatur, & ipſum eſt aqua cui admiſcetur fumus calidus nimium ſubtilis, & multæ igneitatis, coagulatum ex ſiccitate. Aqueitas verò ſulphureorum mixta eſt cum terra forti commixtione cum ferventia caloris, donec facta ſunt unctuoſa, & poſtea coagulata ſunt ex frigore. Atramenta verò compoſita ſunt ex ſale, & ſulphure, & lapidibus, & eſt in eis vis mineralis aliquorum corporum liquabilium, quæ ex eis fiunt, ut calcamentum & alathar generantur ex majoribus granis atramenti, & nõ ſolvitur niſi ſalſedo ejus cum eo, quod eſt in illo ſulphureo, & poſtea coagulatur, & illud jam accipit vim mineralem ex corpo-

ribus

iibus aliquibus. Quod ergo accipit vim ferream, erit rubeum aut croceum ut alathar. Quod verò vim æream acceperit, erit viride. Unde possibile ista duo fieri artificialiter. Argentum vivum est ut una aqua, quę miscetur cum terra nimium subtili, sulphurea, mixtione forti, donec in plana superficie non quiescat, & hoc est ex magna siccitate quæ inest illi, & ideo non adhæret tangenti. Estque albedo ejus ex claritate illius aquæ, & ex albedine terræ subtilis quæ est in eo. Proprium ejus est, quod ex vapore sulphuris coaguletur, & fortè hoc modo gelatur per plumbum, vel ex vapore sulphuris facile. Videtur autem quod argentum vivum, & quæ sunt similia, sit elementum omnium liquabilium, vel quia omnia liquabilia cum liquantur convertuntur ad ipsum, tamen nō liquantur priusquam calefiant, & cum liquata fuerint apparent rubea. Sed plumbum procul dubio cum liquatur est argentum vivum, sed non liquatur nisi calefiat, & cum liquefactum fuerit, convertitur ad colorem convenientem omnibus liquabilibus, scilicet igneum ruborem, & ideo miscetur Argentum vivum cum istis corporibus, quia est de substantia eorum. Sed ista corpora differunt in compositione sua ab illo, eo modo quo differt argentum vivum ad sibi similia, & permixtiones quæ permiscentur cũ eis donec congelantur. Et si fuerit Argentum vivum purum coagulabit id vis sulphuris albi non urentis, & id est res optima quam possunt reperire illi, qui operantur Alchymiam, vel convertunt illud in argentum. Quod si fuerit scilicet sulphur mundum optimum cum rubore clarum, & fuerit in eo vis igneitatis simplicis non urentis, erit res optima quam possunt reperire Alchymistæ, ut ex ea faciant aurum, hæc enim ipsum convertunt. Et si fuerit argentum viv. bonæ substantiæ, & sulphur non purum, quod scilicet sit in eo vis adurens, convertet ipsum in æs: Argentum autem vivum si fuerit malum, & non purum terreum, & sit sulphureum non mundum, fit ex eo ferrum. Stannum verò videtur argentum vivum bonum habere, sulphur verò malum, & hæc non benè trita, sed tanquam per parva composita, & ideo non fit tale. Plumbi verò grossi argentum vivum malum est, ponderosum, & luteum; & sulphur ejus malum est, mali vaporis, & fœtidi & debilis. Unde non bene gelatur. Et artifices faciunt gelationem ferè similem artificialiter, quamvis artificialia non sunt eodem modo, quo & naturalia, nec tam certa habet similia, & ideo creditur quod compositio naturalis fiat hoc modo, vel vicina huic: Sed ars debilior est quàm natura, nec sequitur eam licet multum laboret: Sciant verò artifices Alchymiæ species rerum transmutari non posse. Sed similia illis facere possunt, & pingere rubeum citrino; ut videatur aurum, & album pingere colore quo volunt, donec sit multum simile auro vel æri: Post quoque plumbi immundicias abs-

abstergere, ipsum tamen semper erit plumbum, quamvis videatur argentum, sed tunc optimè erunt in eo qualitates aliæ, ut errent homines, ut qui accipiunt salem & salem armoniacum. Cæterum quod differentia specifica tollatur ingenio, non credo possibile, & non est quod complexio una in aliam convertatur, quia ista sensibilia non sunt differentia, qua permutantur species, sed sunt accidentia, & proprietates. Differentiæ autem eorum non sunt cognitæ, quia cum differentia sit ignota, quomodo potest sciri utrum tollatur nec ne, vel quomodo tolli possit. Sed expoliatio accidentium, ut vaporis, & coloris, ponderis, vel saltem diminutio, sed proportio istarum substantiarum non erit eadem in omnibus. Hæc igitur in illam permutari non poterit, nisi fortè in primam materiam reducatur, & sic in aliud quàm prius permutantur, hoc autem per solam liquefactionem non fit, sed accidunt ei res extraneæ.

Mineralium Avicennæ finis.

LIBER GUILHELMI TECENENSIS, PROVINCIALIS

de ordine fratrum prædicatorum.

Qui LILIVM tanquam DE SPINIS EVVLSVM appellatur.

ARs ista cæteris longè præferenda est, cum in ea sit parva impensa, parvus labor, breve tempus, luerum magnum, jucunda securitas, hilaritate comitata largitas. Universi qui hujus artis apparantes sunt, medici sunt, quicquid enim faciant, ut res abunde habeant faciunt, quas tamen sine hac arte adipisci assequi non possunt. Scire convenit, quod actiones hujus artis perinvolutæ sunt logicis, quod si apertè docerent, omnes illam scirent, vilisque efficeretur, vel quia primus qui eam legeret, postea eos libros comburet ob invidiam ne ad posteros perveniret, nec despetes si semel decipiaris. Didicisti quod omnia corpora metallica ex naturæ operatrice intentione sol esse debuerunt, sed ex diminutione materiali vel formali, vel utriusque infirma atque incompleta secundum magis & minus à solis substantia distant. Unde præsentis artis intentio est, quomodo ab infirmitate ad sanitatem, & à diminutione ad complementum reducantur, adjungendo vel auferendo singulis id quod à natura magis minusve est adhibitum.

Intentio naturæ.

Intentio artis.

Ad

Materia metallorum ☿ & ☀

Ad quod sciendum quod omnia ex ☿ & ☀ igneitate cocta pro diversis qualitatibus in ventre terræ nascuntur, quippe singula igne dissoluta in ☿ revertuntur, præter calorem quem auferre sapientis est. Sicut enim corpus infirmum per medicinam contrariam artificialiter ad sanitatem reducitur, sic & in istis corporibus metallicis idem fit. Verbi gratia: Elixir est medicina composita, sive confecta, quæ metallorum infirmitates, sicut tyriaca Venenum, sua omnia corpora venenosa sanat, & ideo utilitas hujus elixir est duplex, nam & animam jucunditate ditat, & corpus à paupertate & servitute liberat. Naturam ergo circa Solem & Lunam, cæterosque planetas, atque circa medicinam eorum intendentibus exaltare, salutem. In hac vera perfectaque doctrina, in eisdem ficta plurima, & scriptorum devia continentur detegi, vel quippe sumptus infructuosi & vani in personarum evitentur labore, in quo sine magisterio nihil positum est, & nihil aliud quam in libris philosophorum inveni, & quæ singulis placeant, & in singulis pluries repetuntur, & si forte in præmissis sit aliquid omissum aut imperfecte prolatum, in sequentibus inveniatur plenius esse subjunctum. Hujus autem libelli Titulus, LILIUM utpote DE SPINIS EVULSUM denominatur. Et ne in alicujus animo dubium relinquatur de ordine retractandorum quærere volentis, quare dignior fuerit medicina Solis, non tamen medicina præcedit Solis, sed primò Luna, secundò Sol, cæterique planetæ cum quibusdam aliis extraordinariis, ut infra patebit, ac tertiò medicina ponatur, satisfiet dubietati ejus hoc modo: Vel quia finis melior principio: Vel quia dignior, vel aliter & verius: Cum eædem sint res quæ dealbant & rubefiunt, nec potest rubeũ fieri nisi album præcedat. Ait enim Simon: Scitote quod nisi hunc lapidem dealbetis, non potestis rubeum facere, per quod rubeum tinguntur planetæ cæteri, nec initium medicinæ præcedit nisi ab eodem rubeo: De necessitate ergo oportuit talem fuisse ordinem, scilicet, ut primò ponatur album, id est Luna, per quod vel per quam devenitur ad rubeum, id est ad Solem, de quo audi Philosophum dicentem: Videntes autem omnes hujus artis investigatores illam apparentem albedinem supereminentem, tuti estote, quoniam ruber in illa albedine occultus est, & tunc non oportet vos extrahere illud sed coquere, quousque totum rubeum fiat, & tunc secundariò in momento subsequetur Sol sive elixir ipsius medicinæ, à quo sive à cujus perfectione procedit cæterorum planetarum, & etiam ipsius medicinæ perfectio, & hoc non sine Quare: Tertiò & ultimò de medicina procedente à graduali perfectione utriusque præcedentium supponatur. Sicut à patre procedit filius, & ab utroque Spiritus sanctus, (qui nostro debili

Elixir.

adsis

sit principio) sic quod per hujus medium fiat laudabilis atque glorioſus ejusdem exitus ſine fine.

CAPUT. II.

NUnc igitur qui habent aures audiendi, aperiant, & audjant, & intelligant philoſophum Eximideum in libro qui TURBA PHILOSOPHORUM dicitur, ut per id,& per expoſitionem, ad notitiam ejusdem, de quo ipſe atque alii philoſophi tractaverunt,pervenire poſſimus, & hoc eſt ejus dictum: Scitote omnes permanentes, quod nulla tinctura fit niſi ex ære noſtro. Super quo, & aliis philoſophorum dictis circa idem, veram fundamus intentionem. Eſt autem intelligendum ex ære noſtro, id eſt, ex noſtra cõfectione vel compoſitione, quæ alibi dicitur aqua Mercurii ſive Mercurius, & dicendum de compoſitione, ſcil. perfecta, ſive in rubeum elixir jam converſa, nam aliter foret alienum & abſurdum quod dixit Eximideus. Nam ex elementis nihil fit utile absque compoſitione & regimine, ut ait Bonellus. Hoc autem æs, Lucas appellat æs album, Arſubres vocat ipſum animal kenkel, Milveſandus alliar æris, & lapidem,& ovum, alii verò philoſophi diverſis & infinitis nominibus hanc rem appellant,quod fit, quia Alchimiſtæ, ſicut dicit Bonellus,huic rei quoad colores diverſos in operatione apparentes diverſa nomina repræſentãt; vel aliter,propter hoc invidi nomina multiplicant, ut poſteriores ſeducant, ut ait Eximandrus; idem omnibus mundi appellatur nominibus, & tamen his ineſt unum proprium nomen, ut ait Pythagoras, hoc eſt, ar vi. ex omnibus extractum, cuim quo & ex quo omnia fiunt, ut dicit Pythagoras, unum tamen nomen eſt, quod multis nominibus nominamus, propter excellentem ipſius naturæ dignitatem. Item. Invidi hanc rem multis nominibus nominant, videl. corporum auri,argenti, ſtanni,ferri,æris,plumbi,quousque ab illo colore removeatur,& fiat elixir auri vel argenti ut infra dicetur,verumtamen quantumcunq; ejus nomina multiplicentur ac diverſificentur, tamen una ſola res eſt & eadem, ait enim Lucas,pluribus reb. non indigetis,niſi una tantum ſola. Et Quietes dicit rei hujus artis fundamentum eſſe ar. vi. propter qvod multi perierunt, quod eſt naturis fortius apud philoſophos, eſt apud inſipientes vilius,quod nos philoſophi veneramur. Unum quidem tamen eſt ut Coſtus ait. Ex homine non fit niſi homo,& ex volatili niſi volatile Et natura non lætatur niſi propria ſua natura. Venerabili ergo utimini natura, ex ea ſiquidem,& non ex alia complectitur, quam niſi capiatis & regatis, nihil fit. Jungite ergo Maſculum ſervi rubei filiũ ſorori ſuæ odoriferæ, & vobis artem gignent. Et nolite eis alium pulverem miſcere, nec rem aliquam; ô quam mirifica eſt hujus ſervi rubei natura,ſine quo regimen ſtare non poteſt. Et Buxen dicit, Na-

Æs noſtrum.

☿ ſive ☿.

Æs album.

Animal Kenkel,lapis,ovũ.

Arg. viv. ex omnibus extractum.

Maſculus ſervi rubei filius.

cit, Naturis illis cavete sc. masculo & fœminæ, ne pulverē alienu introducatis, vel aliquid aliud. Et Parmenides dicit: Tenebrosu nominum pluralitatem dimittite, & sermones superfluos, Natur n. una est, quæ omnia vincit & superat; & natura natura lætatu & natura naturam continet, hoc solo verbo comprehenditur tot opus. Et Dardanis ait: Nonne audistis quod magistri multiplicite narrarunt de aqua permanente, & quod in toto regimine non cō venit uti, nisi illa aqua permanente. Et qui hoc regimē non novi frustra laborat, & sine ipsa nihil fit, quia sanguis spiritualis est, & ideo nominaverunt aquam primam & permanentem, sangvis co ctus nutu Dei, quod magister ante me narravit, vertitur in corpus & corpus in spiritū, simul cōmixta & in unū redacta incorporan tur, & cōplectuntur seipsa. Robertus ait, Ecce in aqua illa est quo quæritis: & quidē alius. Non est nisi in illa re quæ ipsā emendat, & Aros dicit: regimen Theodore, & illud quod operatur, unum est quod igitur coquite. Et Simon ait, significo posteris, quod rotun dum æs, quod in 4. vertitur elementa unū est. Et constans ait, Na tura una est, quæ omnia superat, ideo magistri quod perficitur unū dixerunt esse. Et Mundus ait. Nō n. diversæ res seu naturæ emen dant illā rem, sed una natura, habens in se res & naturā, quę sibi suf ficit. Et Gregus ait; Verū una res quæ ipsam germinare facit. Ait n. Lucas: Hoc albū æs assate, donec germinate seipsū faciat. Et Mergeris ait: Ita fit hoc compositū in omnibus 4. elementis perfectū. Item idem dicit, Hoc ovū ex se vitam quam habet à generatione animam extrahit. Sic enim hoc æs assatur, donec faciat germinare seipsum. Nec res diversæ illam rem emendant & continent, hoc est perfectum in omnibus 4. elementis, ita quod ex se vitam quā habet animam à generatione extrahit, benè sequitur quod una res sit tantum & non diversæ. Dicitur autem hæc res ex tribus compositā, sc. corpore, anima, & spiritu, ut Lucas ait: Nam hæc res, ut homo, corpus, animam, & spiritum habet, hominis enim inspiratio ex aere est, qui sibi post Deum vita est. Similiter æs istud humore inspiratur, quo vim suscipiens multiplicatur, & augmentatur illud æs, ut res cæteræ. Ideoq; Philosophus Avicenna ait: Quod quando æs comburitur, & iteratur multotiens, fit melius quam fuerat, ut etiam ait Bonellus, & Hermogenes inquit; Quod æs, ut homo, animam, & corpus habet. Quare philosophi dixerunt, quod corpus non penetrat corpus, verum subtile in natura quod anima est, quæ est penetrans & tingens corpus. Ergo una natura est corpus, & anima scilicet occulta ut ait Democritus.

Aqua permanens.

Praxis. Album æs.

Corpus, anima spiritus.

Dicuntur autem sulphura quæ in quatuor fuerunt occulta corporibus. Quatuor autem sunt corpora, sive masculi sive masculus, qui mas proprie dicitur, liquefactio seu aqua ex nostro ære. Inquit Arisleus dicens, ac echehæ aqua sua imbibite, quæ ex eo

ex

exivit, quæ est aqua permanens, & quod aqua fiat ex nostro ære, ait Arsuberes. Accipite humiditatem quam egerit illud. Et Ethenus ait, aquam cum suo comite, id est, cum suo vapore desiccate. Item Phitus ait, quod vita à suo compare introducitur. Item Bonellus ait, Et in sua aqua congelate, quæ aqua etiam venenum dicitur, quod est quasi nativitas & vita ejus, quod est anima ex multis extracta rebus. Nam ejus tinctura vita est, quæ introducitur corporibus mortuis, detrimentum verò & mors corporibus, ex quibus extrahitur, ut ait Dardanis. Item dicitur aqua permanens, quia sine illa aqua nihil fit, unde natura ipsius spiritualis est sangvis. Decocta enim cum corpore, id in spiritum vertit, & si ad invicem mixta, & in unum redacta, se invicem retinent. Corpus vertitur in spiritum, & spiritus in corpus tractum prout sangvis. Nam omne quod habet spiritum, habet & sangvinem, ut ait Berberis.

Venenum.

Aqua permanens.

CAPUT III.

CUm venenum penetrat corpus, corpus ipsum invariabili colore colorat, & nunquam dimittit corpus animam, quæ sibi similis est, à se separari. Nam persequenti fugiente obviante, ab eis aufertur fuga, & se invicem continent, eo quod natura suum ceperit comparem ut inimicum, & se invicem complectuntur & cõtinent, & sulphuri sulphure mixto pretiosus color efficitur, qui non variatur nec ab igne fugit, quoniam anima corporis intima intrat, ac corpus continet & colorat, ut ait similiter Arsubres, quod hæc aqua est frigidæ naturæ, ut ait Pythagoras; Scitote quod humor prius frigidus est, cave ergo ab igne nimio, quoniam ignis inimicus est humori frigido, ut ait Pythagoras, prius humor est frigidus, ut idem ait. Masculus etiam iste dicitur spiritus, & arg. viv. quod non habetur nisi ex corporibus liquefactis, ut ait Molius & Morienes. Non autem intelligas ut oberrantes, quod arg. viv. habeatur ex corporibus liquefactis liquefactione vulgari, sed ex ea de qua infra dicetur, quæ videlicet durat decoctione, quousque conjuges vero modo jungantur & uniantur, & socientur, scilicet usque ad albedinem. Si autem scire velis, quando corpus liquefactum sit in decoctione, audi Bonellum sic dicentem: Videntes autem nigredinem illi aquæ imminere, scitote quod jam corpus liquefactum est. Horum autem duorum scil. animæ & spiritus, dicitur tertium eorum spissitudo, quę corpus appellatur, dicitur etiam cortex, nubes, fumus, tenebrosa vestis, mors, nigredo, tenebræ, umbra, magnesia, similiter terra Cenæ aerea & subtilis à suo generato facta, dicitur cor, quod scilicet cor in corpore Magneliæ occultum est. De quo dicitur: Fili extrahe à radio suam umbram, Et hoc quod diximus est, quod multi Philosophi dixerunt. Tria sunt componentia nostrum æs, scilicet anima, spiritus, & corpus

Masculus.

Albedo.

Nigredo.

Magnesia.

Ovum. quæ tria unum sunt. Ipsum etiam benè dicitur Ovum, & merito comparatur ei. Nam sicut ex tribus constituentibus ovū nascitur pullus: Ita ex tribus constituentibus ovum nostrum, oritur Alkymia, quod testantur Calid. Rasius, Hermes, Morienes, & Mosius, & *Mas.* alii plures in turba philosophorum. Dicitur autem mas ille, sive aqua 4. corporum, quoniam aqua est illa natura cœlestis; quæ in corporib. existens, elementa suo regimine conservat, & contemperat, & iterum ea componens in unum recludit. De hac enim natura Quietes dicit: O natura hujus quam mirabiliter vertit corpus in spiritum, O quam mirabili modo hæc aqua omnibus imminet & cuncta separat. Et dixit Pythagoras: Illa est acetum acerrimū, *Acetum acerrimum.* quod facit aurum merum esse spiritum, sine quo aceto, nec nigredo, nec albedo, neque rubor neque rubigo fieri potest. Et scitote quod cum corpori admiscetur, & fit unum cum eo vertit ipsum in spiritum. Spirituali vero igne tingit ipsum tinctura invariabili, quę deleri non potest. De quo audi Ersoltum dicentem: In principio miscere vos oportet elementa primo cruda, amæna sincera regere, & jam recta supra levem ignem commiscere, & cavere vos oportet ne ignis fiat nimis fortis, donec contingant & conjungantur elementa, & plenè commisceantur, & se invicem consequantur & complectantur, quo usque desiccentur. Et complexio est, quod paulatim comburantur quousque in illo levi igne desiccentur. Et scitote quod unum comburit aliud & diruit, & unum confortat unum; & docet contra ignem præliari, residuum verò hujus humoris commisceri oportet, & exaltatur ejus rubor. Elementa igitur igne diligenter cocta lætantur, & anima vertitur in corpus, & corpus vertitur in animā, & in alienas vertuntur naturas, eo quod liquefactum quod est corpus, fit non liquefactum, humidum vero spissum & siccum corpus fit spiritus, & spiritus fit tingens, fortis, contra ignem pugnans. Quare Arisleus philosophus ait: Convertę elementa & quod quæris invenies. Convertere autem elementa est facere humidum siccum, & siccum humidum, & fugiens fixum. Et illud quod componitur germinat seipsum. Coloribus quoq; incipientibus apparere, prædicta miracula fiunt, & cū color tyrius incipit apparere, coit masculus iste. Sunt autem multi hujus Gummæ investigatores. Quidam enim ex eis applicationes quasdam invenerunt, quæ tamen pœnas ignis nequeunt sustinere, nā in eo diminuuntur. Illæ verò scilicet naturæ applicationes, quæ fiunt, ut ait Mundus philosophus, ex Gumma & honorabili nostro lapide, quæ eam in se naturaliter continent, pœnas ignis ipsæ sustinent, neque unquam eo diminuuntur, quoniam eo sc. igne nutritæ sunt. Nunquam autem interficiet mater filium, quem nutrivit, certè non. Et intellige Gumam me hic ponere prægnantem scilicet aquam, facientem utramque sc. albedinem & rubedinem,

in ea

in ea enim sunt res quæ albificant & rubificant intrinsecus & extrinsecus. Item Guma dicitur, de qua Mundus ait : Scitote quod Guma nostra fortior fit auro, & oportet scientem eam tenere honorabiliorem auro. Aurum tamen honoramus. Honorabilior tamen est Guma, quia sine ipsa non emendatur. Guma enim apud philosophos est precioſior & subtilior auro & margaritis, eo quod ex Guma pauca multum auri emimus sive comparamus. Et scitote quod eædem sunt res quæ albificant & rubificant intrinsecus & extrinsecus, levi prima facie decoctionis interveniente. Bonitas namque primæ decoctionis est signum suæ nigredinis extractio, aliter non fieret prima illa decoctio bona, ut ait Florus. Cum videritis ar. vi. jam totum nigrum, scitote quod in illius nigredinis ventre primo apparentis occulta est albedo. Et tunc oportet albedinem illam à sua nigredine extrahere subtiliter per augmentum ignis ejus, in secunda verò decoctione ponenda est albedo illa in suis vasis, cum suis instrumentis, lento igne coquendo, donec omnia alba fiant; cumque albedinem illam desuper venientem in vase videritis, certi & rati estote quod in illa albedine absconditus & occultatus est rubor, & tunc non oportet ipsum à vase extrahere, sed tamdiu coquere, quousque totum rubeum fiat. Nec miretur quis per dicta philosophorū diversa, triū sc. animæ, spiritus, & corporis, nostrum æs componentium, nomina diversificata atq; variata: Nam quandoq; dicuntur fratres uterini & meritò, ex eodem enim utero procedunt. Aliquando appellantur conjuges, nec sine causa, nam quandoq; agere dicuntur, quandoque pati feruntur, & sic vicissim quandoq; agunt, quandoque patiuntur. Item & Socii nuncupantur, & vere indivisibili societate, nunquam n. unum ab alio separatur, licet quoad visum sic artificialiter segregari videntur; imò nec unum sine altero esse potest, nam suo spiritu temperati sunt per viā naturæ perfectè, ita quod ab invicem non separantur ut ait Geber in libro Radicum; hoc tamen intellige secundum dictum Bonelli, scil. quod absq; calore nihil generatur, Balneum intensum vel calidum intensum facit exhalare, si verò sit frigidū perise facit, Calidum autem temperatum facit corpus suæ naturę atque conveniens. Aliquando verò dicuntur omnia tria SPIRITUS, nec sine causa, nam etiam eorum tertium sive spissitudo, quæ terra dicitur, fit spiritualis, aerea, & subtilis, quæ omnia in eadem re, sive in nostro ære consistunt, quod æs corpus est, seu ex corporib. Quid autem sit CORPUS ait Arisleus: Accipite corpus, quod Magister sumere jussit, & vobis demonstravit, & in tabulas tenues coaptate. Et Bonellus. Accipite æs quod fit ex metallo quidā coper solis. Item Simon ait. Scitote quod corpus est, in quo aurum est. Item Speres. Et scitote quod cum aqua fit diligenter contritū est. Si autem dicitis qualiter aqua pulvis fiat, notandum est quod

Prima decoctio.

Secunda decoctio.

Fratres uterini.

Conjuges.

Socii.

Spiritus.

Corpus.

Aqua.

Nota. intentio Philosophorum est corpus, quod non erat aqua, incidit in aquam, & aqua aquæ alteri mixta est ac una simul facta sunt aqua. *Nota.* Intimandum est igitur: Quòd nisi quælibet in aquam convertatis, ad opus non pervenietis. Oportet igitur corpus flamma ignis occupari, ut diruatur, & debite fiat cum aqua, in aquam illud vertitur, donec totum fiat aqua. Insipientes autem audientes aquam, eam putant vulgi, aut nubis aquam esse: Si autem libros Philosophorum legissent, scirent utique eam aquam permanentem esse, quæ tamen absq; suo corpore cum quo dissoluta est, & unum super ignem facta permanens esse non potest. Unde Eximideus ait: Accipite lapidem auri, & humori suo commiscete, quę est aqua permanens, & suo imponite vasi, super levem ignem seu calorem, ut terra fiat, quæ quidem terra quia stans tincturam recipit à spiritu in ea latente. De quo Hermogeres ait: Inspicite latentem spiritum, & nolite vilipendere ipsum, pro eo quod quando permanet magnum arcanum est. Dicitur etiam habere majorem vim suis fratribus, id est, spiritu & anima, hoc autem fit, scilicet quando tincturam recipit, postquam socii verè conjuncti sunt, id est, post dealbationem. In propria enim dealbatione, conjuges vero modo uniuntur, & sociantur; & quod primo agit sc. fœmina, tunc incipit pati à mare, id est, argento vivo, & quidem primo dicta fœmina, seu sulphur trahebat, tunc trahitur à mare sive argento vivo, & quod primo dominabatur, tunc in dominatum transfertur.

Aqua permanens.

Conjunctio.
Mas ☿
fœmina
☽.

Masculus enim, qui primo trahi se permisit trahebatur à fœmina permanente, primò trahente sive dominante, nunc dominatur retrahendo, & accipit spiritum tingentem, scilicet quando ipse masculus ad se fœminã trahit, quæ dicitur prior vis lapidis nostri honorabilis, & dicitur acetum acerrimum. Ideo dicitur: Terite ipsũ aceto acerrimo. Terite, id est, coquite donec inspissetur. Et cavete ne acetum in fumum vertatur, & opus pereat, & hoc est dictum Socratis. Quo lapide noto & ejus præparatione, nihil aliud est quam opus mulierum & ludus puerorum. Nam arcanum operis auri fit ex masculo & fœmina. Vi enim masculi recepta gaudet fœmina, eo quòd masculo adjuvatur. Masculus vero à fœmina tingente accipit spiritum ut Socrates ait. Et scitote nisi lapidem hunc dealbetis, non potestis rubeum verum facere, quia duæ naturæ nihil aliud sunt quam album & rubeum. Cum enim masculus & fœmina conjungantur, fit mulier non fugiens, compositum verò spirituale, ex composito autem in spiritum rubeum verso fit mundi principium. Ut Costus ait. Aqua enim cum introibit in corpore vertit ipsum in spiritum, deinde in terram, deinde in pulverem sive cinerem. Quem cinerem si vultis apud perfectionem experiri manu accipite, & si impalpabilem aquam invenietis bene

Vis prima lapidis acetum acerrimum.

Opus mulierũ ludus puerorum.

Duæ naturæ.

est.

est. Sin autem, regite ipsum donec talis fiat. Et scitote, quod si aliud præter æs nostrum sumitis, & aqua nostra regitis, quod quæritis non invenietis. Et si æs nostrum sumitis, & aqua nostra regitis, quod quæritis invenietis. Et quamvis hic lapis noster, jam in se tinctura m naturaliter contineat veram, nam in corpore magnesiæ, id est, terræ perfectæ creatus est, attamen motum per se non habet nisi perficiatur arte & operatione. Quare per philosophos dictum est: Fili extrahe à radio suam umbram, ut ajunt Avicenna, Mosius, Theophilus & Hermes. Ergo operatio nobis necessaria est, sicut est videre de infante, qui quantum ad creationem perfectè nascitur, imperfectè verò quoad operationem, nisi prius alatur pauco lacte, & postea pluri lacte, & deinde plurimo & fortiori cibo. Vide ergo de hujusmodi operatione lapidis juxta dictum Gebri, dicit enim in libro Radicum: Ad hoc sit operatio apparatio ut melioretur ejus tinctura plus quam est in sua natura, & etiam ut fiat elixir juxta sapientum allegoriam compositum ex speciebus limpidis, condimentum, antidotum, & medicina omnium corporum curandorum & purgandorum, & transformandorum in solificum & lunificum verum. Quid enim aliud est Alchymia quam ars demonstrans sive ministrans, essentiam septem metallorum continens, qualiterque formæ eorum à diminutione ad naturale complementum naturaliter deducantur ostendens. Vel aliter Alchymia est quoddam celatum regnum, quod fit manifestum luce filiorum genitorum, & id quod super filios juvenescit, ut SECUNDUS philosophus ait, vel aliter. Alchymia est substantia corporea, ex uno per unum composita preciosiora ad invicem per effectum & cognitionem conjungens, & eadem naturali conjunctione in genus melius naturaliter convertens. Noster enim lapis est illa substantia corporea, ex uno & per unum composita, quæ duobus tenuissimis humidis, sicut limpidis, continens est, scilicet anima & spiritu, & quæ luce filiorum genitorum juvenescit & manifestatur, & quæ est continens essentiam, id est metallorum, ita ut in ea substantia subsit spiritus tingens fortis, quem quærimus, quo tingamus in corpore quolibet, ac eorum quodlibet à diminutione ad naturale complementum naturaliter deducamus.

Infans.

1. *Alchymia.*

2.

3.

Lapis noster.

CAPUT IV.

DIcitur autem arg. vi. spiritus, id est, delator virtutum animæ, id est, sulphuris, per corpus, id est, æs magnesiæ sive terræ, quæ spiritualis facta dicitur aurum, quod erat in corpore magnesiæ occultum, secundum quod intelligitur id quod dicitur: Fili extrahe à radio suam umbram, id est, à sole suam terrestreitatem vel densitatẽ. Magnesia vero idem sic nominatur, quoniam in ea magnum est arcanum ut ait philosophus. Verũ antequam ad nostri lapidis ope-

rationem perveniamus, animadvertat hanc scientiam quærens quicunque in principio & initio, ne decidat in devium & errorem, eo quod philosophi sic nostrum lapidem nominant diversimode, quia nunc lapidem alnimalium, nunc rerum vegetabilium, nūc salium, nunc aluminum, nunc spirituū, nunc corporis, nunc ovi, nunc galli, nunc cujuscunque rei nomine ipsum appellant. Quod est, quia in ipsius operatione, omnes colores qui hodie in mundo excogitari possunt, apparent, & sic secundum colores in operatione apparentes, diversificantur per philosophos ejus nomina. Est & alia ratio: Quia ex omnibus elementis quatuor hic lapis perfectus est, quare cujuslibet rei elementatæ ipsum nomine vocant. Est & tertia ratio: Scil. ut insipientes hunc lapidem non cognoscant. Si enim ipsum cognoscerent, non tā vili precio ut faciant hunc venderent. Quamvis hic lapis noster sit vilis actu, in ipso tamen potentia proxima est, quod pretiosum est, sc. spiritus tingēs, qui in ejus occulto corpore absconditur invisibilis, velut anima in humano corpore. Non n. pretiosum fit absq; vili, neq; vile absq; pretioso, qui lapis teritur sua aqua, donec totum illū bibat humorē, & vim recipiat eminentem apud pugnam ignis, & tunc rubigo nuncupatur, ac diligenter putrefit, quousq; pulvis fiat spiritualis, hunc colorem combusti sanguinis, quem humorem ignis separatim in naturæ ventrem nolentem introduxit, ac invariabili colore coloravit. Hunc igitur lapidem reges quærentes non invenerunt, nisi hi quibus Deus annuit ut ait Barseus, hic enim lapis quem quærimus palam minimo venditur precio, quod si eum cognoscerent venditores, quamquam ipsum manibus tererent, & nullo modo venderent ut ait Simon. Et si vulgus istud sciret vilissimum, aut ei diceretur, mendacium putaret, cujus si vim sciret non vilipenderet. Hoc autem Deus à populo celavit, ne mundus devastaretur ut ait Pithagoras. Nam etsi aliquando philosophi hanc rem proprio nomine appellaverunt, semper ejus nomini aliquid fictitii addiderunt, quod est propterea ne notius fieret, & hanc ultimam causam reddidit Mundus in Turba.

Lapidis nomina.

Rubigo.

CAPUT V.

SCiat igitur omnis qui operari voluerit antequam ad operandum procedat, circa quid operetur, ne post multos labores & sumptus suo frustretur proposito. Aliis autem abjectis, circa nostri lapidis operationē qui ab initio levem exigit ignem, & mortuo similis videtur per dies ut homo in suo tumulto. Et post Deus reddit ei vitam, id est, animam suam & spiritū, & tunc infitmitate ablata purgatur, & verè post corruptionem emendatur, quousque cinis fiat igne intensiore priore. Et scitote quod cum cinis est, opus miscuistis, eo quod cinis ille recepit spiritum, & iterum illo imbuite humore intensiori igne, quousque croci sicci signum, vel com-

combusti sangvinis, vel syrupi pomorum granatorum colorem assumat. Nonne videtis quòd ex sangvine sperma fit, & ex sperma-te homo, donec diligenter in epate æqualiter & intensum colorem habere videatur, & tamen nihil fit novum in illo spermate. Similiter æs nostrum sperma fit spirituale putrefactione ut Pythago: & Bonellus ajunt. Si autem aliquis sit, qui hanc artem aut ejus operationem scire se dicat, & velit aliquam infusionem ad operandum vel ad sumptus circa hoc opus faciendum inducere, hanc saltem ex meo libro utilitatem sentiat percepisse, ne possit à quocunq; decipi sive etiam falli, quamvis ex dictis in sic dicendis non possit ad nostri lapidis notitiam veram devenire, forte propter obfuscationem sui ingenii. Si enim quis hanc scientiam quæsierit, & ejus ignarus sit, Deus ei celavit veritatem. Nam si Deus sciret in eo mentem fidelem, ei utique veritatem intimaret, ut ait Diomedes. Non igitur sapientes reprehendat quis, sed seipsum. Nostros enim libros non composuimus nisi nobis, & filiis nostris. Et qui ad intelligendum eos pervenerit, ex filiis nostris est, qui autem non intellexerit eos, nobis contrarius est, ut in libro Lunæ Geber dicit XXXVIII. D LXX. Et qui veritatis naturas ignoraverit huic operi non appropinquet, quia totum est noxium, infortunium, & tristitia ut ait Parmenides. Audiat igitur nunc, & intelligat quisque diligenter ea, quæ non sinent de eodem in opprobrium sive devium quenquam sequi. Nam quisq; intendens operari, si per tramitem rectum incedit, circa unam rem tantum, id est, circa lapidem nostrum operabitur, secundum Hermetem. Quem lapidem si se non cognoscere operari volens dicat, oberrans est; Si se verò cognoscere dicat, quære ex eo, ex quibus compositus est, & quæ sit ipsius lapidis anima, & quis spiritus, & quod corpus, & de aliis ejusdem lapidis circumstantiis supra positis. De quibus, anima scilicet ac spiritu, audi Parmenidem dicentem: O illæ naturæ cæleſtes, veritatis natura nutu Dei multiplicata; O natura illa fortis, quæ naturas vincit & superat, suasque naturas gaudere & lætari facit. Hæc igitur est natura cui specialiter posse Deus tribuit, quod ignis dare non potest. Ideoque magnifaciamus & honoremus eam, quia nihil est precioſius in natura tinctura, cui simile minime invenitur. Ipsa enim veritas liquefacta cum suis corporibus altissimum opus operatur. Scitote igitur quod πρᾶξις. tingens, & ea quæ mixta sunt, vos oportet diruere, ipsum namque ea quæ ei miscentur superat & vertit in suum colorem. Et quemadmodum apud visum superficiem vincit, similiter & intima superat. Et si unum sit fugiens alterum verò ignem patiens, utrumque utrique junctum ignem patitur. Et si æris superficiem ignis dealbaverit, proculdubio & ejus intima dealbabuntur, scil. levi igne, prima facie. Item si circa nostrum lapidem operari vo-

lens ipſum ſe cognoſcere dicat, quæras an aliqua coadjuvantia vel adminicula ſint circa operationē noſtri lapidis opportuna. Si dicit non, bene quidem. Si dicat ſic, ſcias quod eſt devians à vero tramite. Nam anima & corpus, & ſpiritus tingens ſunt ſimul, & una res eſt habens in ſe omnia, cui nihil extraneum introducitur, ut ait Geber. Et idem dicit Roſius & Diſcanius, & Orſolcus, & Mierdis, & alii plures in turba, quia una re, & una via, & una diſpoſitione totum magiſterium terminatur, atque tantum ab illa re tanquam à radice ſumuntur, quod ſit vincens tinctura, qua quodlibet continetur, nam eorum regimen eſt unum Intellige igitur, ne oberres, dicta philoſophorum, & qualiter opus ſit diviſum, Commiſcere, coquere, ſublimare, aſſare, calefacere, dealbare, terere, rubiginem facere, & tingere, quæ plura nomina ſunt, quorum regimen eſt unum. Et ſi ſcirent philoſophi quod una decoctio & una combuſtio, id eſt, unus modus coquendi ſufficit, non tantum dicta eorum reiterarent. Quod ideo fecerunt ut teratur compoſitum, & coquatur jugiter & ne vos tædeat monuerunt. Eſt ergo actio una tantum, quæ eſt coquere, ut ait Theophilus, & Geber in libro radicum, ſcilicet patienter & continuè. De quo audi Barſeum dicentem: Hujus artis inveſtigatores non poteſtis ad utilitatem pervenire absque prolixo animo, & regimine continuo, qui ergo libenter patientia fruitur in hanc diſpoſitionem introeat, qui verò citius cupit pervenire, in libris noſtris non inſpiciat, quoniam magnam inferunt injuriam antequam à lectoribus intelligantur ſemel, vel bis, vel ter. Idem magiſter ait: Qui curvat dorſum ſuum, in libris noſtris legendis, eisque vacat, & non eſt vanis implicitus cogitationibus, Deumque precatur, in regno regnabit indeficienter quousque moriatur. Heu vobis doctrinæ filiis vos quæritis theſaurum maximum Dei, & neſcitis remunerationem. Nonne pro communi mundi minimo propoſito aſſequendo mundani ſe neci dant, quid igitur agerent pro hac excellentiſſima oblatione ferè impoſſibili. Regimen enim ejus eſt majus quam ratione percipitur, quod non niſi ex inſpiratione divina habetur. Heu vobis doctrinæ filiis. Nam quilibet arbores inſerens non ſperat fructus hinc, niſi poſt tempus. Ac ſemina ſeminans non ſperat metere, niſi poſt meſſes advenientes, qualiter igitur vultis habere hoc, lecto ſemel libro, vel primo tantum experto regimine? Ideo vos non tædeat procedere operando ad ſecundam & tertiam partem regiminis. Ita quod rex Diademate rubeo coronatus appareat. Item eſt ab operari volente quærendum noſtri lapidis pretium, utrum ſit parvum an magnum. Si dicit parvum, bene quidem, ſi dicit magnum deceptor eſt, quærens illud in ſuos uſus convertere. Nam ut philoſophi dicunt, ipſum habent tam pauperes, quam divites. De quo audi Quietem dicentem:

Diviſio operis.

Coctio.

Patientia.

Rex coronatus Diademate rubeo.

Vide ſupra 5. tract.

Scitote

citote quod hujus artis fundamentum, propter quod multi pe-
ierunt, unum quidem est quod est naturis sincerius, fortius, & sub-
lius apud philosophos, apud verò insipientes est omnibus rebus
ilius, quod nos philosophi veneramur. Heu vobis omnibus insi-
ientibus quam ignari estis hujus artis, pro qua moreremini si
ciretis. Et juro vobis, quod si Reges eam scirent nemo vestrum
unquam ad eam perveniret. Si quis autem prædicta præcepta
ttendat diligenter, & intelligat, consideret, & observet, ab erro-
neo artifice decipi non poterit neque falli. Qui autem perlegen-
do in tantum his dictis, atque infra dicendis lectioni eorum suum
applicuerit animum, ut ad notitiam nostri lapidis deveniat, tunc
in sequentibus etiam suum effectualiter applicet animum, in suis
diversis operationibus, ut primò scilicet intentus existat circa vas, *Vasa.*
eidem nececessarium operationi quærentem, ad evitandum di-
versitatem & multitudinem vasorum, quibus fatui alchimistæ
utuntur in suis diversis operationibus.

CAP. VI.

SCiendum quod philosophi huic nostræ operationi unicum tan- *Vas unum.*
tum vas attribuêre. Bonellus enim dicit, suo imponite vasi &
exinde in vase existentia extrahatis. Item. Epistenus ait: Et suo
imponite vasi. Miredis: In vase angusti foraminis ponite. Mire-
ris ait, suo cribro ipsum cribrari oportet, ac multi alii de operatio-
ne illa quærentes, de vase in singulari semper loquuntur. De quo
vase scilicet & operatione audi Theophilum dicentem: Notifico
vobis quod Draco nunquam moritur, nisi cum fratre suo & soro-
re sua interficiatur, philosophi tamen mulierem suam conjugem
interfecerunt & neci dederunt, illius enim mulieris venter armis
plenus est & veneno. Effodiatur ergo illi Draconi sepulchrū, & se-
peliatur illic mulier cum eō, qui fortiter illi junctus mulieri, quan-
tò magis nectitur, & quanto magis volvitur circa eam, tantò cor-
pus ejus magis in partes plurimas sequestratur, & mulieris artub.
mixtus totus sit morti deditus, totusque vertitur in sangvinem.
Hoc autem vas lapideum & circulare nō timens ignem sive ignes *Vas lapideū.*
esse oportet, quoniam compositum est suæ aquæ subtiliter. Pauca
autem vasa ex his vasis lapideis, quibus vitrarii utuntur durant,
quando corroduntur in opere vel vasa finduntur, sed vitreata lu-
tentur, & sit vas concavum in modum semilunæ, continuum ad
capacitatem librarum 40. vel 50. licet magister non posuisset nisi
25. nostri æris in tabulas tenues coaptati, vel in laminas producti,
ut ajunt, Theophilus, Arisleus, puri, mundi, crudi, amœni, sinceri
& recti, in quo vase potius visus quam scriptura quærenda est, sicut
descriptio. Et ut inquiunt Pandolphus & Orsoltus, rotundum sit
factum in modum cœlestis lunæ mediæ Magister vero posuit cor-

poris

ponderis xxv. cujus tertia pars minuti & apti decoctionem, ut Ascanius ait, hoc autem vas ponēdum est intra fornacem, in qua flamma ita reverberet supra vas, & juxta vas in fornace, in fornace locus ignis sit & supra ignem non autem supra vas spiramen sit, quod spiramen coopertum debet esse, ne per ipsum flos alias fumus fugiat, & suum propinquum secum teneat, & ejus albedinem incendi faciat, ut ait Lucas. Nostro vero lapide in vase posito ignis faciendus est. Nam ut ait Bonellus, ex elementis nihil fit utile absque regimine & compositione, eo quod sperma ex sangvine & libidine generatur, viro namque mulieri juncto, imminente uteri humore sperma nutritur ex sangvine humiditate & caliditate, peractis autem 40. diebus formatur fœtus, & nisi esset humiditas uteri non salvaretur sperma nec fœtus perageretur. Deus autem illum sangvinem & humorem ad nutriendum sperma constituit, quousque extrahas ipsum ad libitum. Fœtus autem extractus non nisi lacte nutritur, & igne parvo & paulatim dum parvulus est. Et quanto magis exoritur ossibus confortatis in juventutem ducitur, in quam perveniens sibi sufficit. Sic ergo te oportet in hac facere arte, sciens quod absque calore nihil unquam generatur, & intensus calor perire facit, & frigidum balneum compositum fugat, per temperatum vero corpus fit suave atq; conveniens, nam igne levi humiditates corrumpentes extrahuntur. Philosophi enim omnes testantur se non invenisse ignem humiditates corrumpentes extrahentem alium, quam levem, prolixitatem commendantes, & vituperantes festinantiam, & meritò; nam si compositum plusquam debet cogatur, extingvitur. Et sic oportet comburi, id est, dealbari tanquam ovorum nutritione, id est, levi decoctione, ut Mosius ait: Scit enim aqua pugnam ignis prolixitate corrumpendi, coquendi, putrefaciendi & inspissandi, & ejus fuga aufertur, ut idem Mosius ait. Nam calore solis, id est, levi decoctione ignis res congelantur, quare compositum in temperatum introduci debet balneum sive cænaculum, quod quidem balneum intensus calor perire facit, id est, nimio igne ut ait Bonellus. Quoniam si intendatis ignem ante terminum rubeum, fit quod nihil vobis prodest, eo quod in initio regendi vultis albedinem, ut ait Lucas. De modo autem ignis, quæras philosophos, Bonellum, Ascanium, Arsulerem, Gregorium, Balgum & Marcum, in turba philosophorum autem omnes ignem levem fieri debere asserunt & testantur propter rationes prædictas. Inquiunt enim, quoniam nos oportet suaviter regere, donec sulphur fiat incombustibile. Fiat ergo sub vase vacuo ignis paucorum carbonum ad vasis probationem & calefactionem, & post paululum gradatim & paulatim ignem carbonum augmentando, usque in diem 18. vel fornax opere desiccetur, & ut probetur an vas duraturum sit.

Probatio vasis.

rum sit. Quod si fornax per se absque igne desiccata est, tunc sufficit prædictum ignem carbonum tantum diebus octo accendi, post quos Dracone sive lapide in vase posito seu sepulto, ignis trium fustium siccorum lignorum subtilium in fornacis fovea accendatur, qui sit continuus, & neque minuatur, neque augeatur, quousque diversi colores cœperint apparere, vel usque ad albedinem in opere apparentem, tunc enim albedini proximam.

CAPUT VII.

CUm autem supra dixerim quod de una re fiant hæc omnia, & quidam ex philosophis dicunt quod ignis & azot sufficiunt tibi. Alii dicunt quod aqua sola per seipsam omnia facit, omnia enim solvit, omnia conglutinat sive congelat, omnia diruit sine alterius adminiculo. Et in ipsa sunt omnia, tingens & tinctum, & per ipsam fit, & in ipsa sola est, quæ facit apparere colores animæ punito corpore in quo est tinctura cujuslibet corporis, ut Mireris & Democritus ajunt. Alii vero asserentes quod igne etheliæ & humiditate, sive liquefactione omnia fiant.

Intelligendum est igne omnia fieri, id est, nutriri. Azot vero, id est, aqua Mercurii vel etheliæ, id est, humiditate, sive liquefactione vel aqua permanente. Quæ tamen absque suo corpore, cum quo dissoluta est, & facta sunt unum permanens: esse non potest, quæ aqua etiã dicitur spiritus de spiritu, & sulphur de sulphure, argentum vivum de arg. vivo nam quodlibet omnia Ethel dicitur, id est permanens. Item, & vapor appellatur. De quo audi Victimorum suis discipulis dicentem: Nihil aliud vobis competit quam aquam & vaporem sublimare.

Azot id est aqua Mercurij.

Nam cùm videritis naturas fieri aquas ab igne purificatas, totumque corpus magnesiæ sicut aquam liquefactam, tunc omnia vapor facta sunt. De jure autem vapor tunc continet suum par, quare Invidi utrumque par vaporem nominaverunt, eo quod in unius decoctione alter junctus est, & unus alterum continuit, tunc ad fugiendum natum, iter non invenit, quamvis ei fuga sit essentialis, continuit tamen eam, & fugere non permisit, & locum fugiendi non invenit, & permanentia facta sunt. Cum igitur incidit occulta in corpore, congelatur cum eo, & color ejus variatur, suamq; naturã exuit ingeniose, quæ Deus doctis suis insinuavit. Et vim accepit ipsum ne fugiat, & quemadmodum in humore humiditas est & siccitas, sic opus nostrum nihil aliud est quam aqua & vapor, hæc autem sunt duo, quæ invidi composita nuncupaverunt, eo quod ista duo sunt quatuor scilicet: Humiditas, siccitas, spiritus & vapor. Et quamvis dicam ista duo fieri 4. ne obliviscaris tamen, te in opere nostro tantum una re indigere, de qua audi Mundum dicentem: Nolite compositionum pluralitatem curare,

neque

neque ea quæ fallentes in ſuis libris narraverunt figuris. Veritas namque natura una eſt, quæ naturam naturaliter mutat, eo quod naturale illud arcanum in ſuo ventre occultum eſt, neque videtur, neque ſcitur niſi à ſapiente. Igitur qui parce, id eſt, per ſe regit, ejusque ſcit complexionem, extrahit ex eo naturam omnes naturas ſuperantem. Et tunc Magiſtri verba complebuntur ſcilicet Natura natura lætatur, natura naturam continet, natura naturam ſuperat, & tamen non ſunt diverſæ naturæ, neque plures, verum una tantum, habens ſuas res & naturas in ſe, quibus cæteris rebus imminuit. Et hæc aqua ſic diverſis nominibus appellata dicitur à philoſophis aqua dealbans, mundificans, ſive aqua imbuens, ſive imbuitio, vel infuſio nigredinem à corporibus removens. Et hæc eſt aqua illa, quam in ablutione corporis philoſophi diviſerunt in duas partes.

Cujus aquæ prima pars mundificat compoſitum à corruptione ſcilicet metallica, levi igne ut dictum eſt, ſuaviter pertractata. Aliter ſi compoſitum plusquam oportet regatur & nutriatur igne nimio, vel non levi extingvitur. Quæ liquefactio in illo igne levi, eſt totiens continue iteranda, donec nigredo prima facie in opere occurrens recedat. Dicit enim Florus: Et inveniens nigredinem deſuper in prima facie apparentem. Et ſcitote, quod rubor ex nigredine illa poſt albedinem extrahitur, eo quod illud nigrum emendatur, & inter fugiens & non fugiens pacem componens ea in unum reduxit, & cur fugit hæc, eo quod cruciata res cum in corpore ſubjungitur, vertit ipſum in naturam inalterabilem, immutabilem, ac indelebilem reiteratione. Oportet igitur vos hoc ſulphur ſcire, quo corpus denigratur, de quo ait Mireris: Jubeo poſteros facere corpora non corporea, & incorporea corporea, hoc enim regimine depuratur compoſitum, ejusque naturæ occultum extrahitur, hisque coloribus argentum vivum corpori magneſiæ jungitur, ac fœmina viro, & per etheliam natura extrahitur occulta, per quam corpora colorantur, hoc regimine, ſed intelligatis corpora fiunt non corporea, & incorporea corporea. Si diligenter res igne ac ethelia peragatis fiunt inde non fugientes. Et ſcitote quod argentum vivum eſt ignis corporea comburens, & mortificans, & conſtringens uno regimine. Et quantò magis corpora miſcentur, conteruntur, tantò magis diruuntur, atque ignitione attenuantur. Cum autem corpora diligenter teritis, eaque ut oportet paratis, poſſidebitis etheliæ naturam calorem non fugientem, ac tincturam patientem ignem, quæ ſuperat, conſtringit, & continet, eo quod æs non æs non colorat niſi coloretur, ipſoque colorato colorat. Et ſcitote quod corpus non poteſt tingere niſi tingatur, & niſi ſpiritus ejus extrahatur in ventre ejus occultus; & fiant corpus & anima abſque ſpiritu, quæ eſt

ſpiritua-

spiritualis natura ex qua colores apparebunt, eo quod spissum, terream non tingit naturam. Verum tenue naturæ quod incorporeum transfigit & colorat. Cum autem regitis corpus, erit tingens, & ex eo tenuissimum extrahitis, tunc vertetur in tincturam qua coloratur. Ideo dixit Sapiens, quod æs non tingit nisi tingatur. Et scitote quod corpus sine hoc non potest contineri nec tingi. Sed hoc crucians tingit, & sulphur illud denigrans est corpus, quod non fugienti januam aperit, & fugiens in non fugiens vertit. Nonne videtis quod hoc crucians non cruciat nocumento, nec corruptione, sed coadunatione, & utilitate: Si enim ejus cruciatus esset noxius & inconveniens, utique ab illo non amplecteretur, quousque extraheret ab eo colores inalterabiles, ac indelebiles, quod sulphuris aquā nominamus, & ad ruboris tincturam aptam; quæ coctio denigrat, & quæ non fit absque nigredine.

CAP. VIII.

ECce clavem operis vobis notificavi & intimavi, quamdiu enim nigredo durat dominatur fœmina, scilicet usque ad albedinem, & illa prior vis nostri lapidis (ut dictum est) appellatur acetum acerrimum, de quo dicitur: Acetum est aqua introductiva cujuslibet coloris in metalla, & etiam in lapides non liquefactivos, & docet metalla tingere volens vel proponens, ac etiam intendens tingere lapides pretiosos. De quo etiam aceto in opere nostro cavendum est, ne vertatur in fumum, per nimium scilicet ignem, per levem enim decoctionem masculus, id est, argentum vivum, à fœmina, id est, à sulphure tingente accipit spiritum, qui spiritus tinggens, & vivificans intromittitur postquam recessit humiditas corrumpens non alio, quod est postquam perventum est ad albedinem. Et hoc quod dicit Avicenna in tertio de humoribus. Calor namque in humido corpore nigredinem efficit, denudat deinde nigredinem ipsam, quando ejus omnino finit humiditas; & cum superfluit in illo, ipsum albificat, ut est videre in colore, qui fit apud vulgus, quod est benè memoriæ commendandum. Primo enim in opere nostro ut dixi, omnia denigrantur, secundo dealbantur, tertio per majoris ignis intensionē compositum oportet incinerari, id est, in cinerem totum redigi. Et hic est finis de quo dicitur per Aziracum. Miscentes igitur cinerem, aquā &c. de quo etiam loquitur Micedius dicens: Cinerem ne vilipendas, &c. & dicit ibi quare. Nam iterum ipsi cineri sudor ejus sic liquefacto redditur, per majorem scilicet ignis intensionem, & sic quarto & ultimo Rex coronatur. Et hic est Rex de quo dicit Diomedes: Veneramini regem & suam uxorem, & nolite ipsos comburere, nec fugetis eos comburendo nimio igne, quoniam nescitis quando indigebitis his quæ regem & suam uxorem

Verus artis processus est quadruplex.

neque ea quæ fallentes in ſuis libris narraverunt figuris. Veritas namque natura una eſt, quæ naturam naturaliter mutat, eo quod naturale illud arcanum in ſuo ventre occultum eſt, neque videtur, neque ſcitur niſi à ſapiente. Igitur qui parce, id eſt, per ſe regit, ejusque ſcit complexionem, extrahit ex eo naturam omnes naturas ſuperantem. Et tunc Magiſtri verba complebuntur ſcilicet: Natura natura lætatur, natura naturam continet, natura naturam ſuperat, & tamen non ſunt diverſæ naturæ, neque plures, verum una tantum, habens ſuas res & naturas in ſe, quibus cæteris rebus imminuit. Et hæc aqua ſic diverſis nominibus appellata dicitur à philoſophis aqua dealbans, mundificans, ſive aqua imbuens, ſive imbuitio, vel infuſio nigredinem à corporibus removens. Et hæc eſt aqua illa, quam in ablutione corporis philoſophi diviſerunt in duas partes.

Cujus aquæ prima pars mundificat compoſitum à corruptione ſcilicet metallica, levi igne ut dictum eſt, ſuaviter pertractata. Aliter ſi compoſitum plusquam oportet regatur & nutriatur igne nimio, vel non levi extingvitur. Quæ liquefactio in illo igne levi, eſt totiehs continuè iteranda, donec nigredo prima facie in opere occurrens recedat. Dicit enim Florus: Et inveniens nigredinem deſuper in prima facie apparentem. Et ſcitote, quod rubor ex nigredine illa poſt albedinem extrahitur, eo quod illud nigrum emendatur, & inter fugiens & non fugiens pacem componens ea in unum reduxit, & cur fugit hæc, eo quod cruciata res cum in corpore ſubjungitur, vertit ipſum in naturam inalterabilem, immutabilem, ac indelebilem reiteratione. Oportet igitur vos hoc ſulphur ſcire, quo corpus denigratur, de quo ait Mireris: Jubeo poſteros facere corpora non corporea, & incorporea corporea, hoc enim regimine depuratur compoſitum, ejusque naturæ occultum extrahitur, hisque coloribus argentum vivum corpori magneſiæ jungitur, ac fœmina viro, & per etheliam natura extrahitur occulta, per quam corpora colorantur, hoc regimine, ſed intelligatis corpora fiunt non corporea, & incorporea corporea. Si diligenter res igne ac ethelia peragatis fiunt inde non fugientes. Et ſcitote quod argentum vivum eſt ignis corporea comburens, & mortificans, & conſtringens uno regimine. Et quantò magis corpora miſcentur, conteruntur, tantò magis diruuntur, atque ignitione attenuantur. Cum autem corpora diligenter teritis, eaque ut oportet paratis, poſſidebitis etheliæ naturam calorem non fugientem, ac tincturam patientem ignem, quæ ſuperat, conſtringit, & continet, eo quod æs non æs non colorat niſi coloretur, ipſoque colorato colorat. Et ſcitote quod corpus non poteſt tingere niſi tingatur, & niſi ſpiritus ejus extrahatur in ventre ejus occultus; & fiant corpus & anima abſque ſpiritu, quæ eſt

ſpiritua-

spiritualis natura ex qua colores apparebunt, eo quod spissum, terream non tingit naturam. Verum tenue naturæ quod incorporeum transfigit & colorat. Cum autem regitis corpus, erit tingens, & ex eo tenuissimum extrahitis, tunc vertetur in tincturam qua coloratur. Ideo dixit Sapiens, quod æs non tingit nisi tingatur. Et scitote quod corpus sine hoc non potest contineri nec tingi. Sed hoc crucians tingit, & sulphur illud denigrans est corpus, quod non fugienti januam aperit, & fugiens in non fugiens vertit. Nonne videtis quod hoc crucians non cruciat nocumento, nec corruptione, sed coadunatione, & utilitate: Si enim ejus cruciatus esset noxius & inconveniens, utique ab illo non amplecteretur, quousque extraheret ab eo colores inalterabiles, ac indelebiles, quod sulphuris aquã nominamus, & ad ruboris tincturam aptam, quæ coctio denigrat, & quæ non fit absque nigredine.

CAP. VIII.

ECce clavem operis vobis notificavi & intimavi, quamdiu enim nigredo durat dominatur fœmina, scilicet usque ad albedinem, & illa prior vis nostri lapidis (ut dictum est) appellatur acetum acerrimum, de quo dicitur: Acetum est aqua introductiva cujuslibet coloris in metalla, & etiam in lapides non liquefactivos, & docet metalla tingere volens vel proponens, ac etiam intendens tingere lapides pretiosos. De quo etiam aceto in opere nostro cavendum est, ne vertatur in fumum, per nimium scilicet ignem, per levem enim decoctionem masculus, id est, argentum vivum, à fœmina, id est, à sulphure tingente accipit spiritum, qui spiritus tinggens, & vivificans intromittitur postquam recessit humiditas corrumpens non alio, quod est postquam perventum est ad albedinem. Et hoc quod dicit Avicenna in tertio de humoribus. Calor namque in humido corpore nigredinem efficit, denudat deinde nigredinem ipsam, quando ejus omnino finit humiditas, & cum superfluit in illo, ipsum albificat, ut est videre in colore, qui fit apud vulgus, quod est benè memoriæ commendandum. Primo enim in opere nostro ut dixi, omnia denigrantur, secundo dealbantur, tertio per majoris ignis intensionẽ compositum oportet incinerari, id est, in cinerem totum redigi. Et hic est finis de quo dicitur per Aziracum. Miscentes igitur cinerem, aquã &c. de quo etiam loquitur Micedius dicens: Cinerem ne vilipendas, &c. & dicit ibi quare. Nam iterum ipsi cineri sudor ejus sic liquefacto redditur, per majorem scilicet ignis intensionem, & sic quarto & ultimo Rex coronatur. Et hic est Rex de quo dicit Diomedes: Veneramini regem & suam uxorem, & nolite ipsos comburere, nec fugetis eos comburendo nimio igne, quoniam nescitis quando indigebitis his quæ regem & suam uxorem

Verus artis processus est quadruplex.

emen-

emendant. Coquite ergo eos donec nigri fiant, deinde albi, deinde rubei, deinde tingens venenum fiat. Hæc autem habent fieri per aquæ divisionem, ut ait Ixistius dicens: Jubeo tamen vos non simul aquam fundere, ne elixir submergatur. Cum verò aquã divideritis, ut ait Thelus, coquite masculũ cum vapore fœminæ, quousque utrumq; coaguletur, & fiat lapis qui dicitur Atos, vel albus, jam enim aquã divisistis, fit autem albũ ex combustione & humore seu liquefactione, per quam dicitur sequi mortem, quod appareat in nigredine, ut dixi primo in opere apparente, in qua mortificatione puniuntur animæ, id est, desiccantur, quia nisi corpora desiccentur nõ apparebunt colores animæ, quæ nigredo & nubes appellãtur. De qua dicit Lucas: Accipite nubem, quam vos priores rapere jusserunt, & cum suo coquite corpore, eò quod fumus ille albus est, & omnia dealbat, quo fumo quicquid præcipitur dealbari dealbatur. Illum igitur fumũ suæ fæci miscete, donec coaguletur, & corpus album fiat. Hoc etiam æs assate donec seipsum germinare faciat, quoniam cum magnesia dealbatur, spiritus fugere non permittit, nec æris nubem, vel umbram apparere, eò quod natura naturam continet propter propinquitatem sui esse inter se, quia natura suæ obvians naturæ lætatur, & una res facit quod plures operantur, pluribus autem rebus non indigetis nisi una re. Illa verò una res est in unoquoq; gradu operationum vestrarum, & in aliam vertitur naturam. Nigredine verò deficiente, redditur spiritus utrique qui spiritus quo ad visum ab eis ferè separatus videbatur, non tamen erat substantialiter. Nam spiritus ut dictum est nunquam moritur, quia nihil est quod ipsum separet vel corrumpat, imò corpus & animam vivificat. Et similiter intelligendum est illud dictum Philosophi dicentis: Natura naturâ lætatur, scil. obviatione sui proprii: Natura naturam continet, scil. vicinitate sui proprii: Natura naturam vincit, scil. mortificando & vivificando corpus, quoniam ex ipso fit, & in ipsum convertitur, & augmentatur, & multiplicatur, & extrahit Deus ex uno plura, quia nihil creat regimine carens, & ingeniis quidem mundatur. Similiter æs nostrum cum coquitur, aqua fit, deinde quantò magis coquitur, tantò magis spissatur, quousque fiat lapis, quem tunc invidi appellant lapidem omni metallo imminentem, prius frangitur & imbuitur, ac igne intensiore priori assatur, quousq; croco sicco vel combusto sangvini sit similis, tunc corporibus imponitur, & tingit ea in aurum, ut ait Bonellus. Et cum in superioribus dixerim, quod hic lapis noster duobus tenuissimis humidis seu limpidis continens est anima scil. & spiritu, ita quod ei non est necesse aliquid extraneum introduci, vel ab eo deponi. Nam tanquam ab radice ab eo sumitur quodlibet virens, & tinctura, secundum radicem quam continet, ut dictum est, & super ipsam

radicem

radicem omnia fundantur, quia hoc fundamentum operis, parum habet radicis, quia hujus radicis non æqualiter virtus abundat, ſicut neque ſplendor Solis in planetis. Patientia igitur & mora neceſſariæ ſunt. Et ideo Simon ait: Si quilibet in hac arte introductus, ejus ſciret naturas, prolixitatem coquendi ſuſtineret, donec propoſitum nutu Dei extraheret, non autem ex alio vel aliis, nam ex ejus ventre occulti flores extrahuntur, & ſeipſum germinare facit. Nam hæc omnium vitam quam habet, ex ſe, animam & generationem trahit, & non ex aliis, & quod eſt intus mittit foras, ita quod intrinſecum emendat extrinſecum, & extrinſecum emendat intrinſecum, donec rubeum ſcil. naturaliter in corpore occultum, vertatur in album, in prima videlicet parte operis, & album vertatur in rubeum non occultum ut prius, ſed apparens nunc in parte operis ultima. & ita ſe invicem emendant juxta dictum Roſini ad Eutheſiam. Rubeum igitur in album, & album in rubeum verte, &c. & ſic invicem ſe emendant. Et hoc eſt quod ait Bonellus: Et niſi eſſet in illa re, quod ipſam emendaret, quod quæritis non fieret. Revera enim in ipſa eſt quod ipſum emendat, niſi fugetur nimio igne vel feſtinantia, propter quod inquit Simon ut dictum eſt. Si quilibet in hac arte introductus, &c.

Notandum eſt etiam quod corpus ſive terra, quæ eſt ſtans, tincturam recipiens, dicitur jam habere majorem vim fratribus ſuis ſcilicet animã & ſpiritu, ſicut dictum eſt. Nam omnia quæ ei miſcentur ſuperat, & in ſuum colorem transmutat. Et ſpiritus, ut prædiximus, delator eſt virtutum animæ per corpus & æs. Et ſic filius dicitur emendare patrem, prius ipſum mortificando, & poſtea ipſum vivificando. Et iſte ſpiritus propriè dicitur liquefactio ſeu aquæ imbuitio, vel infuſio, ut prædixi. Juxta enim ſapientum allegoriam, Ignis ſiccus tingens eſt; aër verò contingens & mancipans, aqua dealbans & nigredinem à corporibus expellens; terra quoque ſtans tincturam recipiens.

Cap. IX.

Cum autem Philoſophi diverſum poſuerunt, hujus combuſtiones vel aſſationes tamen propter locorum diverſitatem ſcilicet humidi à ſicco, quia in humido velocius, in ſicco verò tardius coagulatur. Hoc autem opus ut ait Aſcanius teneas in animo cum Hermete, ut totiens continuè operetur & iteretur opus coquendo in fimo, donec viſui patefiat. Ita quod ipſa operis mutatio te doceat, ſequere cujusvis alterius dictum. Theophilus dicit, quod in 100. diebus vertitur totum opus in terram. Bonellus & Aſcanius videntur idem velle. Ariſteus dicit fieri complementum in 80. diebus: Socrates in 150. diebus: Balgus & Aziratus itidem in 130. Roſinus in 80. diebus: Et Magiſter perfectè in 80.

diebus dicit compleri. Et sciendum ut prius dixi, quod spiritus & anima non uniuntur cum corpore vero nostro nisi in albo colore, quia tunc in ipsa dealbatione, omnes colores qui hodie in mundo excogitari possunt apparent, & tunc firmantur, & perficiunt opus suum in uno colore scilicet albedine, in quem omnes conveniunt. Dealbatio enim expectanda est. Ipsa enim est totius operis initium, & firmamentum, & tunc dicitur Elixir majus albedinis. Nec deinde variatur in diversos colores, scilicet veros, præterquam in rubeum, in quo est finis ultimus, qui est elixir rubeum.

Elixir rubeum.

Cineratio verò quæ fit inter album & rubeum non dicitur color, in decoctione verò post albedinem errare non poteris, nam ignis regimine augmentato post albedinem, ad cinerationem pervenitur ante rubedinem, ut dixi. Notandum etiam est, quod Maria hanc aquam facientem nigredinem, albedinem, cinerationem, & rubedinem, venenum igneum appellavit, nec sine causa, nam vincit pugnam ignis. Ipsa enim est per quam corpus vertitur in spiritū. Nisi enim spissa à natura corpore carente dirimantur, quousque fiant incorporea, scilicet spiritus tenuissimus, non potestis illam animam tenuissimam ac tingentem extrahere, quæ in naturali ventre occulta est. Et scitote quod nisi corpus diruatur quousque moriatur, ex eoque suam extrahatis animam, quæ est spiritus tingens, nequaquam ex eo spiritus tingere potestis, neque corpus tingit nisi tingatur. Neque corpus penetrat corpus, verum subtilis natura quæ est anima, quæ corpus penetrat & tingit. Cum enim aqua factum ☉ liquefactum est generatum, revertitur ad suum generans, magnesia fit aërea, & subtilis à suo generato, videlicet à spiritu vel aqua seu liquefactione, quod fit per albedinem tantum. Nam tunc utrumque fugiens, id est, anima & spiritus in terram non fugientem vertuntur, & faciunt eam spiritualem à sua terrestreitate mundam, id est, aëream & subtilem, & filius dicitur emendare patrem, prius ipsum mortificando, & postea vivificando, ita ut demum spiritu à corpore alterato eo gaudeat incorrupto facto, & sic alter alterum transmutat, & alter vim alterius recipit, natura disponente, & omne corpus dissolvitur cum spiritu, ut ait Ortoltus, & tunc non est impossibile, quod, quanquam variato ordine elementorum, unum in aliud transmutatur. Ne verò in operando mireris (ut hæc omisisse non videamur) sciendum est, quod in hac operatione, compositio primò fit nigra ut dictum est, deinde citrina, deinde rubea, non tamen rubeo vero, quia pluries citrinatur, & pluries rubefit, & pluries desiccatur & liquefit, & hæc omnia fiunt ante dealbationem, sive albedinem, hoc tamen in mente teneas, quod de illis coloribus qui ante albedinem apparent, curandum non est, quia non sunt veri colores, & quicquid eveniat de coloribus dealbatio est expectanda, quæ totius operis est ini-

est initium & fundamentum firmatum ut dictum est. Nam non potest ultimum rubeum fieri, nisi præcedat album.

CAPUT X.

EX præmissis autem bene intellectis, apparet compositū ipsum, seu componendum opus nostrum fore ex auro in corpore magnesiæ occulto, à sulphure & terrestreitate munda & subtili, & aëreo spirituali facto ex sulphure, quod dicitur ☌ de ☌ & ex ☿ quod ☿ de ☿. His duobus ultimis fugitivis conversis in primum non fugitivum, ut dictum est. Cum igitur ut multoties prædictum est, una re, id est, uno nostro lapide, una via scilicet Hermetis, una dispositione, scilicet prius denigrandi, secundò dealbandi, tertiò cinerandi, quartò & ultimò rubificandi, uno actu scilicet coquendi totum magisterium terminetur. Deinde falsi Alchymistæ ac eis credentes à cunctis suis dissolutionibus, sublimationibus, conjunctionibus, separationibus, congelationibus, præparationibus, contritionibus, distillationibus, dealbationibus, & rubificationibus aliisque desistant deceptionibus, cum aqua nostra, ut dictum est, per se omnia faciat, tamen semper intelligendum est si igne nutriatur. Et sileant omnes prædicantes aliud aurum à nostro, quod est in corpore magnesiæ occultum, aliud sulphur à nostro prædicto, quod dicitur ☌ de ☌, aliud arg. viv. à nostro prædicto, quod dicitur ☿ de ☿. aliam aquam à nostra prædicta aqua, quæ dicitur aqua permanens, aliam ablutionem à nostra, quæ fit mediante nigro & albo colore, aliud acetum à nostro, quod dicitur acetum acerrimum, & aliam dissolutionem à nostra, quæ fit igne levi, aliam congelationem quæ fit similiter igne levi, aliam putrefactionem à nostra, quæ fit per secundam partem aquæ, aliud volatile sive spiritum aliquem, aliud à nostro prædicto scilicet argento vivo & sulphure, vel aliud alumen à nostro, vel sal quod ad albedinem positum dicitur flos salis albi, aliud elixir à nostro, aliam dealbationem, vel rubificationem à nostris prædictis, vel aliquod aliud animal à nostro quod Kenkel dicitur, vel aliud ovum à nostro quod similitudinariè dicitur ovum, vel alium lapidem à nostro, qui dicitur artos vel albus, vel sangvinem humanum, vel gumam, vel aliquod aliud elixir ex rebus vegetabilibus vel ab homine, vel à bruto animali extractum, fore nostræ operationi opportunum vel utile. In hoc enim decipiuntur homines, quod lapidis nostri tot sunt nomina, quot res, vel rerum vocabula (ut dictum est supra.) Audiant etiã plures Philosophos dicentes. Ait enim Diomedes: Scitote omnes hujus doctrinæ investigatores, quod non exit ex homine nisi homo, nec ex brutis animalibus, sive vegetabilibus, nisi simile sibi. Compendiosè igi-

tur tractatur, vos attendite, quoniam prolixitatem prætermittens in verum vos erexi lapidem. Quoniam natura non emendatur nisi in sua natura, quemadmodum tu non emendaris nisi in tuo filio scilicet homine. Cavete igitur ne prætermittatis præcepta mea, & venerabili utimini natura, ex ea namque fit opus, & non ex alia. Et scitote, quod nisi eam accipiatis & regatis, nihil habebitis. Conjungito igitur masculum servi rubei filium suæ uxori odoriferæ, quo peracto convenientes coitum peragent, quibus nolite introducere alienum, neque pulverem, neque ullam aliam rem extraneam. Sufficiant igitur vobis quæ dicta sunt. Conceptio namque prior est, filius verò prior ea. O quam pretiosissima est servi illius natura, sine quo regimen stare non potest, nisi errores aliquos sequentes, & falsas applicationes quærant, pro hujusmodi tali re prædicta, per quas & ipsi meritò falsarii appellantur, propter quod desistunt à suo proposito. Docent etiam credentes, quod ex testudine, vel alio bruto simili, vel ex pulvere animalis Basiliſci opus nostrum fiat, per rationes prædictas, quoniam non oritur ex homine nisi homo, & quia natura non emendatur nisi in sua natura propria. In hoc enim fortè falluntur, quia nostri lapidis odorem dicunt esse Philosophi, tanquam sepulchrorum odorem, & propterea credunt fortè ipsum esse Basiliscum, quoniam fœtidum animal est, vel credunt esse Draconem, aut testudinem, vel serpentem fœtidum, quorum odor talis est. Non tamen eos hoc decipiat, quia in nostri lapidis operatione odor, est odor sepulchrorum similis, & quasi intolerabilis.

CAPUT XI.

AUdite ergo chariſſimi filii, humiles, & devoti, hanc nobiliſſimam ſcientiam perquirentes, & verbum ſecretiſſimum atque veriſſimum in intimo cordis veſtri figite: Quod noſtrum elixir virtuoſum non fit, niſi ex mineralibus & incombuſtibilibus & puriſſimis, naturali via aut regimine. Scias autem ſi inveneris hanc rem nutriri debere ſicut infans in utero, ut quidam Philoſophi dicunt: Trahas illud ad ſimilia, non ad ipſius temporis quantitatem, ſed ad levitatem decoctionis & ignis. Ut cum dicitur: Solis namque calore res congelatur, & cum dicitur hanc rem nutriri igne alarum, hoc eſt, tanquam ovorum nutritione. Item audi quid dicit Roſinus ad Eutheſiam de hac operatione quærentem: Conſidera quod quatuor ſunt anni tempora, ſcilicet hyems, ver, æſtas, autumnus. Intelligas quod ſicut in his quatuor temporibus vel partibus anni, ab hyeme, quæ eſt humida, inchoamus, ita in hac operatione inchoamus ab humido ipſum extrahendo, procedendo in opere levi decoctione, ut eſt caloris levitas. In vere poſtmodum per majorem ignis calorem poſt dealbationem, ad cine-

rationem

rationem deveniendo, ſicut in æſtate augmentatur calor, poſt verò ultimo ad rubedinem perveniendo, ad cineratione̅m per majorem calorem, per quem fructus maturantur, & de arboribus colliguntur. Alia litera ſic dicit: Perveniendo ad ver per pullulatione̅, id eſt, apparitionem colorum, quæ fit igne, levi decoctione, ut in vere. Deinde ad æſtatem perveniendo, id eſt, ad incinerationem per majorem ignis intenſionem, ut in æſtate. Ultimò ad autumnum procedendum, in quo fructus maturantur, majori calore ad perfectionem rubedinis perveniendo. Sicque conſiderare oportet in opere curſum ſignorum vel planetarum, nec in hoc opere ſequor ſententiam illorum, licet quidam circa id opus inchoandum vel proſequendum, curſus planetarum vel ſignorum obſervent, ut mali, quibus aliquando ſecretum & prohibitum eſt operari, noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate, niſi fortè in communi loquendo dicerem, Unum hominem ad aliquid operandum vel agendum magis aptum alio, ſed deſcendendo ad ſpeciem hujus ſcil. operis abſit noſtro à ſeculo verum fore. Nam omnia quæ in hac arte ſcripta ſunt ad eam occultandam, non ut in ſcriptis cæteris ad noſtram doctrinam, ſcripta ſunt. Quare dicit Philoſophus: Nolite compoſitionis pluralitatem amare, ſeu curare, neque ea, quæ fallentes in ſuis narraverunt libris figurantes. Veritas namque noſtra una eſt, & una res in qua eſt ſpiritus quem quærimus, quo tingamus in corpore quolibet, quodque ſimiliter judicio peritorum in hac parte relinquo.

CAP. XII.

EX præmiſſis breviter ac ſummatim, dilucidè, ac appropriatè ſigna collige, quæ in operationibus initio, medio, atque fine apparere debent, quæ ſemper tibi erunt indicium, ut in eisdem ſemper debito ordine atque curſu in operatione apparentibus, ſcias rectè operari, & aliàs non. Prima facie erit nigredo in opere. Item operatio pluries citrinatur, & pluries rubeſcit. Item operatio pluries deſiccatur & liqueſcit, & hæc omnia fiunt circa operis initium, & in proceſſu, antequam deveniatur ad gradum majoris, ſcilicet albedinis, quod idem eſt. Item & ante dealbationem in ipſa operatione, id eſt, in conjunctione animæ & corporis, & ſpiritus, omnes colores qui excogitari poſſunt apparent, & tunc ſcias te prope albedinem eſſe, qua ſcilicet albedine appropinquante omnes prædicti colores formantur, & in unum colorem expectatæ albedinis conveniunt, ut Mireris, Mundus, Morienes, & Pythagoras ajunt. Et exinde, id eſt, poſt dealbationem, quod primo trahebat, trahitur, & quod primo trahebatur, trahit quod primo ipſum trahebat, quod eſt ſemper intelligendum mediante nigro & albo colore, quibus omnia primò abluuntur. Apparentibus

vero nigro & albo colore in operatione illa, tractio illa vel tractatio falsa esset, & nihil valeret. Et hinc est quod ait Lucas, & quod non sine quare dictum est supra. Quicquid eveniat de coloribus inter nigredinem & albedinem curandum non est, semper dealbatio expectanda est, quæ operis dicitur esse initium & firmamentū. Item, nota quod dicit firmamentum, ut aberrare de facili postmodum non possis, ex tunc enim habemus augmentare ignem, & operatio vertitur in cinerem, qua in cinerem versa, ex tunc ipsi cineri sudor & liquefactio redditur per majorem intensionem, & sic per hanc partem aquæ, quartò & ultimò Rex coronatur, & ultimò pervenitur ad rubedinem talem, qualis est in croco vel sanguine sicco. De quo rubeo cum Simone dicimus: Hic est spiritus quem quærimus ut cum eo tingamus quolibet in corpore, ac eo quodlibet diminutum à perfectione ad naturale complementum naturaliter deducamus. Hucusque posui quæ dictis Philosophorum approbantur, ex nunc verò subjungam quæ solum ex notulis Magistri, quem satis novistis, & quæ ipsum viva voce audivi comprobantem & qualiter dico. Asserebat namque quod hoc rubeo elixire seu cum hoc tingente spiritu, vitrum malleabile, sive non frangibile fieret, ut cudatur. Ac omnino de chrystallo carbunculus fieri poterat, hujus elixiris nostri modica quantitate, ipsius chrystalli, utputa in planetarum operatione, admixta, scil. pondere uno, in 1000. lib. Mercurii, & quæque pars hujus scilicet 1000. in aliud 1000. donec dictus numerus compleretur, scil. 1000000 quod est quasi in infinitum procedere secundum Gebrum. Et hæc sunt illa duo, scilicet de vitro & crystallo extraordinaria, quæ supra in principio dixi me expositurum.

CAPUT XIII.

RESTAT nunc de ultima parte & digniori tractatus nostri operis videre scilicet de medicina breviter & summatim. Si enim Philosophorum dictis comprobaverim, aut in hac experientia feciſſem artem, sed quia novum & inauditum, non sic de facili probandum est, & credendum nisi experientia præcedente. Qualis enim in hac ratio assignari posset, quæ ad credendum inducere valeat hoc mirandum. Dicebat enim Magister sic: Cum homo sit digniſſima creaturarum, cujus gratia omnia sunt adinventa, eidemque subdita, & cujus corpus æstimationem non recipit, quavis in re divina vel humana testante. Quod cum juventute senectutem removet, & in senectute vitam sanam, longævamque conservat, cunctos ab eo expellendo langvores, & à supervenientibus infirmitatibus conservando. Advertendum est summa diligentia, hæc res perquirenda supra divitias quantascunque. Hoc autem asserebat, & atteſtabatur, operari elixir nostrum supra Galeni & Hippocratis, & Avicennæ, & aliorum omnium Philosophorum medicinas,

medicinas, vel potiones aut confectiones quascunque. Nam omnem langvorem & infirmitatem, etiam lepram, depellit pro infirmitate assumptam. Et hæc medicina fomentum sive nutrimentum à superveniente sive futuro morbo, ne proveniat, illæsum conservat sive custodit, hanc autem assignabat, quam esse dicebat rationabilem, naturalem, & necessariam & probabilem rationem, & est ratio ad prædicta. Quod cum dicamus hunc esse spiritum quem quærimus, quo tingimus in corpore quolibet, sic quod fiat antidotum & medicina omnium corporum curandorum, purgandorum & transformandorum in lunificum & solificum verum. Quia autem spiritus dicitur delator virtutum animæ per corpus & æs, & hoc potest fieri mediante & nutriente igne naturali & metallorum. Sic & infirmorum corporibus, naturalem calorem & motum in seipsis habentibus promptum & deputatum ad depellenda quæque superflua, expellent quemcunque langvorem fomentatum & nutritum hac medicina. Hæc etiam medicina, paulatim in confectis apposita, protegit ne quis morbus eidem adveniat in futuro. Sic etiam quisque memor ejus, quod gentibus est vulgare. Magnates enim auro limato antidoto proprio confectione apposito quærunt sanitatem & juventutem sibi conservare; quantò magis hæc debent fieri & possunt per aurum in nostro elixiri sic decocto quod spiritus efficitur? Quia medicinæ quantò sunt subtiliores, tantò sunt meliores & efficaciores. Quid plura, id est, quantò magis per aurum quod erat in corpore Magnesiæ occultum, nunc purgatum aereum & spirituale factum, quia quantò medicina est subtilior, tantò efficacior, ut apud quoslibet medicos de facto restat videre, qui omnes intendunt ad suarum medicinarum subtiliationem, vel contritionem sive pistationem, vel decoctionem, sive quocunque alio modo. Quid ultra plus dicam, hæc quæ fideliter, & memoriali menti & animo inscripsi & audivi, & didici, & apud operantem cura pervigili oculata fide operando vidi per singula. Et postmodū cum apud me ipsum contra fata & vaticinationē cœpissem operari mihi per domesticos factam, terribilia occurrerunt. Inter quæ stans, & jam de me ipso desperans, propter supervenientia, imperfecto relicto opere, cuidam qui apud me erat, & qui mihi videbatur esse amicus, & hac re dignus, nomen lapidis & ejus operationem, quamvis anxius, diligentissimè cum omnibus & per omnia explicavi Dei favore annuente, qui vivit & regnat in secula seculorum, AMEN.

Explicit Lilium de spinis evulsum. 13. die Februarij. Anno Domini 1557. Transcribente Gregorio Macro Szepsio Pannone, Artium ingenuorum Baccalaureo, Cracoviæ, in gratiam Eximij D. Georgij Ioachimi Rhetici, Facultatis Medicæ & Mathematicæ Doctoris.

ID EST.

☿ ex ☉ & ☽ dissolutum, & ☿ de ☿, & ✳ de ✳, impone in vas vitreatum, perlutatum, concavum in modum semilunæ, continuum, ad capacitatem 40. vel 25. ℔ & sigilla optimè, tandem subjiciatur ignis levis usque ad liquefactionem, id est, ad nigredinem coquens, continueturque æqualis ignis usque ad albedinem. Et hactenus sis cautissimus. Postea majori igne incinera, donec cinis iste sudet & solvatur fortiori igne, usque ad rubedinem, intra 150. dies, & tandem exime:

Nec te pœniteat faciem fuligine pingi,
Adferet hæc Phœbi nigra favilla lubar.

G. M. S.

HIC INCIPIT PRACTICA VERA ALKIMICA PER MAGISTRUM ORTHOLANUM

Parisiis probata & experta, sub anno Domini millesimo, trecentesimo, & quinquagesimo octavo, quam Practicam Ioannes Dumbeler de Anglia excepit, & compilavit de libris præfati Magistri inquantum compendiosius potuit & brevius, ex mandato Illustrissimi & Serenissimi Principis patris Philosophorum, Domini ac Domini Comitis de Falckenstain, divina providentia Sanctæ Treverensis Archiepiscopi, Anno Domini

1386.

QUATUOR sunt species, quæ ad opus Elixirii pertinent, videlicet, Argentum vivum, Sulphur vivum citrinum fugiens, sulphur viride, id est, Vitriolum, & sulphur album fixum, quod est sal petræ, & oportet, quod istæ species sint recentes & electæ, non vetustate, nec mala custodia consumtæ. Intrant etiam quatuor aliæ species, videlicet terra rubea, quod est Cinobrium, quod est compositum ex duabus speciebus, videlicet sulphure & Mercurio, nec non argentum & aurum purissimè purgata, tamen omnia ista secundum Philosophum dictum sunt una res, postquam ad invicem conjunguntur, & istud opus dicitur in se continere quatuor tempora

pora anni, ſcilicet hyemis, veris, æſtatis, & autumni, ſicut inferius docetur. Continet etiam in ſe impreſſionem ſeptem planetarum, atque eorum opera, nec non duodecim ſignorum vires & potentias dictum opus in ſe continere affirmatur, cum verum ſit, quod nihil in mundo poſſit elementari de novo, niſi mediantibus divina gratia, & regimine dictorum planetarum, duodecim ſignorū, & quatuor anni temporum. Quapropter concluditur, quod iſtius Elixirii operatio vel creatio continet in ſe omnia prælibata, cujus elixirii compoſitio talis eſt, ut ſequitur: Et ſicut Auctor prædictus teſtatur, ſe opus compleviſſe in ſpatio ſeptem dierum, à primo ad ultimum, ſic per Dei gratiam hîc opus dictum ſeriatim ponere decrevi.

Recipe 12. uncias vitrioli electi, ſalis petræ & cinobrii ana drachmas tres, terantur omnia inſimul forti contritione, quantò ſubtilius poterunt, quod ſit pulvis unus ſubtilis, & ponatur pulvis dictus in uno urinali, vel in cucurbita vitrea bene perlutata, & circumponatur alembicum, & benè perlutentur, vel cum paſta & panno lineo ſimul conlutentur, ita quod nullum reſpiraculum habeat materia, & ſituetur cucurbita dicta inter cineres ad ſpiſſitudinem unius digiti undique, & fiat ſubtus ignis lentus, per ſex vel octo horas ut aqua phlegmatica exeat, & dimittantur ſedecim primæ guttæ cadere, antequam recipiatur, & certum ſignum eſt, quando aqua flegmatica exivit, eſt quod homo ponat unum cultellum modicum calefactum ſub naſo alembici, & expectet, donec una gutta cadat ſuper cultellum, quod ſi bulliat & nigreſcat, tunc receſſit & terminatur, & aqua ſequens eſt recipienda, quod ſi ſic non evenit, expectandum eſt, donec ſic contingat, & poſtea tota aqua integraliter eſt in receptaculo mundo recipienda. Et vide bene, quod receptaculum ſit naſo alembici benè aptatum & conjunctū, & fortifica ignem moderatè & ſuaviter, donec Alembicus benè rubificetur, & quod guttæ tardentur in exitu, tunc detur ignis cū flamma per ſex horas vel circiter, donec nihil plus diſtillet, & quod rubedo alembici recedat, & tunc eſt factum. Et nota, quod ſimul & ſemel debent quatuor vaſa ad ignem poni cum prædictis ſpeciebus, de quibus eſt aqua componenda, & in quolibet vaſe erunt pondera conſimilia, præter in uno vaſe, ex quo extrahitur aqua, in qua aurum ſolvi debet, & prima pondera variantur aliquantulum à ponderibus prædictis in principio iſtius capituli poſitis. Et hæc ſunt pondera ſpecierum quæ intrant ad aquam faciendam, in qua aurum eſt ſolvendum. Recipe vitrioli puriſſimi de novo drachmas 12. nec magis nec minus, quia ejus pondus ſemper eſt æquale, in omnibus iſtis aquis faciendis. Deinde recipe ſulphuris albi. id eſt, ſalispetræ uncias novem, terræ rubræ, id eſt, cinobrii uncias novem, terantur omnia ſubtiliter, & miſceantur ad invi-

cem,& ponantur ad unum urinale benè perlutatum,ſit autem urinale tantæ capacitatis, quod medietas ejus ſit vacua, quòd ſi tale vas non habes, divide materiam, & pone in duo vaſa, & ſuperpone alembicum, ita quod alembici intrent ora urinalium, & conjungantur benè cum panno lineo, & paſta vel luto magiſterii, deinde ſuperpone ceram, & cum ferro calido liquefac eam,ita quod pori & foramina impleantur, ne ſpiritus nobiles hujus aquæ reſpirare valeant, & ponantur iſta vaſa ſic præparata inter cineres ſicut prædictum, & fiet primò lentus ignis valde,donec tota aqua phlegmatica ſit deſtillata & elicita. Et nota,quod in compoſitione iſtius aquæ ad ſolvendum aurum, plus in duplo eſt de aqua phlegmatica dimittendum cadere, antequam aqua recta eſt recipienda, quàm ſuperius eſt de aliis tribus aquis. Et ſi tota aqua deponatur donec alembicus rubificari incipiat, melius eſt, quia aquam quæ debet ſolvere aurum, oportet in multo eſſe fortiorem aqua, quæ debet ſolvere alias ſpecies. Nam non videtur ſæpe quod aurum permittit ſe ſolvi in prima fronte cum iſtis aquis, ſed poſt quando fuerit aurum impoſitum in iſta aqua, & per duas horas ſteterit inter cineres calidos, tunc convertitur in pulverem rubeum vel roſaceum, & perfectè calcinatur, tunc iſta aqua debet cautè deponi & ſervari, & alia aqua ejusdem potentiæ & fortitudinis deſuper fundi ſuper dictum pulverem rubeum, & ſic ſemper in triplo tantum in pondere de aqua, quantum eſt de limatura auri, & ſtet iterum inter cineres calidos per duas horas, & ſolvetur in parte, vel in toto, quod ſi non contingit, deponetur iſta, & iterum imponetur nova, & ſolvetur totum per Dei gratiam ſervando ordinem ſicut prædictum eſt. Et nota, quod aurum levius in multo ſolvetur mediante parva quantitate ſalis armoniaci, ſed autor hujus libri prohibet omnino ſalem armoniacum apponi in iſto opere, quia dicit, quod ſal armoniacum inficit & conſumit omnia corpora, nam deſtruit eorum humorem radicalem & corrumpit, igitur prohibet ejus introitum in iſto opere. Inſuper notandum eſt magnum ſecretum hîc, de quo dicit autor in compoſitione omnium iſtarum aquarum prædictarum. Cum verò volueris aliquam aquarum illarum prænominatarum facere, vide bene in principio,quod ignis ſit ita lentus, quod non ſe fundant ſpecies aliquo modo,donec tota aqua phlegmatica fuit deſtillata. Nam antequam ſpecies per ignis potentiam fundantur, cum ſuavi igne emittunt ſudores & vapores aquaticos, qui aſcendunt ad alembicum, & faciunt guttas ſicut lachryma ſerena, & hic humor aquaticus dicitur phlegma: & nota, quod ſi contingit ſpecies fundi ante ſeparationem iſtius phlegmatis, ſcias nunquam poſſe illud phlegma ab aqua bona ſeparari, ſic aqua perdet virtutem ſuam & labeſceret, & veniret artifex in errorem, nec unquam obtinebit

debitum

debitum finem, propter aquæ ſimplicitatem, unde Author præſentis operis atteſtatur, quod poſtquam pervenit ad ſtatum iſtius ſecreti, perfecit intra ſeptem dies, quod poſtea intra octuaginta dies perficere vix potuit, & dicit ſe poſtea laboraſſe in arſenico & in ſulphure, & aliis rebus, per ſeptem annos, & nihil inveniſſe, tamen ipſe conſulit, neminem intromiſiſſe id opus, in tam brevi temporis ſpacio complere, niſi prius fuerit expertus in omnibus ſupradictis. Nunc recitavi ſecreta hujus operis pro parte, & qualiter aurum præparetur, & ſolvatur per potentiam aquæ prædictæ. Nunc dicam de aliis tribus aquis, de prima compoſitione. Sumatur quælibet aqua per ſe in ſuo receptaculo, quia tantum continet una pars quantum alia, & in una parte aquæ ſolvantur duæ drachmæ argenti puri calcinati, & ſecunda parte aquæ ſolvantur duæ drachmæ Mercurii crudi, bene loti, & in tertia quantitate dictarum aquarum ſolvantur duæ drachmæ cinobrii bene pulveriſati, & vide quod benè & purè ſolvantur omnia ſupradicta ſine fæcibus, & quantum de argento hîc in una quantitate illarum aquarum ſolvitur, tantum debet de auro in aqua ſua, de qua ſuperius dictum eſt, ſolvi, nec magis nec minus. Et nota, quod Autor dicit, quod in compoſitione utriuſque elixirii tam ad album, quam ad rubeum, neceſſe eſt omnino apponere tam fermentum Solis, quàm fermentum Lunæ, & aliter nunquam fiet generatio vera, quia per fermentum Lunæ intelligitur ſperma fœmininum, & per fermentum Solis intelligitur ſperma maſculinum, & ex illis primò fit coitus, deinde ſequitur vera generatio, nam ex illis ſpermatibus impræ̃gnatur noſter Lapis benedictus. Unde Hermes: Ejus pater eſt Sol, Mater verò Luna. Quo facto ſtatim conjungantur omnes aquæ prædictæ, tam aquæ in quibus aurum fuit ſolutum, quàm reliquæ in quibus cæteræ ſpecies fuerint ſolutæ, & ſi omnes aquæ non poſſunt in uno vaſe contineri, tunc poſtquam per duas horas in balneo vel inter cineres calidos uniatur, dividetur aqua tota in duo vaſa, & vide quod quodlibet vas ſit ſemiplenum, deinde alembico ſuprapoſito, diſtillentur aquæ ab iſtis ſpeciebus per balneum maris, & invenies in fundo unum oleũ ſpiſſum diverſi coloris, de quo ſi projiciatur una pars ſuper decem partes Mercurii bene loti, convertit ipſum in Solem purum, & ſi etiam facit ſuper plumbum, tamen adhuc non eſt oleum perfectum, ſed tota aqua, quæ ab ipſo diſtillata fuit, iterum reinfundatur ſuper oleo prædicto, & dimittatur unire in balneo maris per duas horas, deinde aptato alembico, juncturis bene clauſis, ponatur in fimo equino calido, & diſtilletur aqua iterum ab oleo dicto, & recipiatur iſta aqua in receptaculum juncturis benè ad naſum alembici cõjunctis, & ſtet ſic in continuo calore per tres dies, & deveniet ad putredinem & maturatioẽ, & iterum inſpiſſetur

& coaguletur, & erit in fractura res perſpicua & clara habens diverſos colores, videlicet album, rubeum, citrinum, viridem, nigredine mixtum, & eſt lapis & non lapis, & dicitur gumma benedicta, vel lapis benedictus, de quo projice unam partem ſuper centum partes Mercurii vel Jovis, & totum erit aurum purum, & hoc eſt opus ſeptem dierum, ſub uno regimine completum. Tamen ſi homo velit ſtatim inclytam medicinam augere, tunc recipiat dictam aquam ab ea extractam, dividat per ſeptem vel novē partes, ſecundum quod aqua fuit in quantitate reſpectu medicinæ, & ſuperfundatur una pars aquæ ſuper medicinam, & cooperiatur caput vaſis benè cum coopertorio lapideo vel vitro apto, in cujus medio ſit parvum foramen ſuperius, per quod homo poſſit unum lignum mundum vel ferreum filum intrudere, ut probet, quando medicina ſit iterum coagulata, & illud foramen claudatur cum parvo ligno, quod poſſit excipi & imponi, quando placet, & circumlutentur benè juncturæ, & cum cera ſuperius aptetur ita firmiter ad invicem, quod nihil reſpirare valeat, & ponatur ad fimum equinum calidum, & dimittatur ibi ſtare per ſex aut ſeptem dies, fimo mundo, donec medicina totaliter coagulata fuerit & inſpiſſata, quod perpendi poteſt per foramen in cooperculo vaſis cum filo ferreo, & iſta inſpiſſatio & univerſalis decoctio vel augmentatio benè fit infra menſem vel circiter, vel infra quadraginta dies, ad plus, ſi fimus benè fuerit calidus. Et per eundem modum & ordinem ſicut iſta augmentatio eſt facta, ſic poteſt etiam lapis ulterius augmentari & multiplicari uſque in infinitum, ſemper infundendo partem aquæ poſt partem, videlicet de illis partibus aquæ in ſeptem vel novem diviſis, ut ſuperius narravi. Et nota, quod omnes 10. partes aquæ, cum quibus vis augmentare lapidem, erunt imprægnatæ cum fermento Lunæ, donec lapis deveniat ad illum gradum, quod perfectè tingere poſſit in album. Et poſtea reliquæ partes aquæ dictæ debent eſſe imprægnatæ cum fermento ſolis, cum quibus præparandus eſt lapis, ut tingat in rubeum, & tantum erit ſolutum de ſole & luna ad augmentum in toto, quantum fuit in primo ſolutum pro lapidis compoſitione, nec magis nec minus. Et ſi contingat ita, quod non habeatur ſufficientia aquæ prædictæ, vel ſaltem, quod vas, in quo prædicta debuit ſervari fuit fractū, tunc de novo eſt facienda aqua, ex eisdem ſpeciebus, de quibus tractatum eſt in prima compoſitione aquæ ſervatis ponderibus ſpecierum, & regimine ſervato in compoſitione aquæ, videlicet primo incipiendo cum lento igne & dimittendo aquam flegmaticam cadere & evaneſcere, usque ad ſignum prænotatum, & tunc reliquam accipere, & cum ipſa, in particulas dividere eam, & lapidem nutrire & multiplicare ſicut jam prænotatum eſt, & hæc eſt ejus vera augmentatio in ponde-

re &

re & virtute usque ad infinitum. Et etiam notandum est, quod in istis operationibus prædictis omnes mundi colores apparent, tamen sunt tres principales quorum primus est niger, secundus albus, tertius est rubeus, & quivis color appareat, præter istos, non debet adverti, & locutus sum hic de istis coloribus, ad excludendum dubium in apparitione colorum, quia non sunt plures veri colores quàm isti.

Nunc restat videre causam quare dixi superius istam operationem continere in se quatuor anni tempora, & septem Planetarum impressiones, nec non duodecim signorum figuras, & qualiter ista intelligi debent. Dicit quippe author præsens, quod prima inceptio istius operis est hyems, quandocunque incipitur, & assignat rationem comparationis. Hoc autem opus, videlicet specierum contritio seu trituratio à philosophis vocatur Hyems, per similitudinem, & sicut videtur quod hyems omni fructu & virtute naturali agente destituitur, ita istud opus contritionum adhuc videtur esse, & est destitutum omni operatione agente elixirii, quia adhuc nihil est commixtum de prædictis, & ita patet, quod in hyeme semper incipitur, & omni tempore est hyems elixirii, & potest operari. Tempore hyemis completo & terminato in speciebus dictis tritis, statim incipitur opus de compositione & admixtione dictarum specierum per manus Artificis, & dicitur opus veris, quia sicut res naturales in vere insimul naturaliter uniuntur ad fructificandum, ita unaquæque res, ex qua elixir generatur vel componitur in hoc opere unitur ad fructificandum vel generandum lapidem philosophicum. Et sic patet quod opus veris in elixire finita hyeme statim incipit, & omni tempore potest fieri. Deinde sequitur æstas, & est quando aqua ascendit ab istis speciebus, & sicut succus arborum & planetarum ascendit in ipsis, & facit eas virescere, & sicut plantæ ac herbæ producunt flores in æstate: sic etiam florescit opus nostrum, & facit flores, quos flores designat rubedo vel rubificatio alembici in fine compositionis aquæ sæpe dictæ, & hæc aquæ compositio vel completio vocatur æstas.

Deinde statim solvuntur aliæ species, videlicet fermentum album & rubeum, terra rubea & Mercurius, & in ipsa aqua. Et hîc incipit quartum tempus anni, & vocatur autumnus, & quando illæ aquæ, in quibus nostræ species sunt solutæ, conjunguntur, tunc dicitur matrimonium vel conceptus vel rerum conceptio, & vocatur hoc opus autumni, eò quod sicut in autumno fructus naturæ ad maturationem & perfectionem perveniunt: ita & hæc aqua hoc opus conceptionis & matrimonii ad perfectionem deducit, & hoc gratia Dei glorioſi & sublimis, & potentis spiritus quintæ essentiæ, quæ latet in hac aqua. Et volo vos scire, quod sit spiritus quintæ essentiæ. Nam spiritus quintæ essentiæ est oleum, quod

quod latet in hac aqua, continens in se sphæram igneam, cujus potentia solvuntur species prædictæ, & id oleum seu aer post aquæ separationem manet cum dictis corporibus sub mixtione vera, sicut fit mixtio vini cum aqua dulci, nec amplius separari possunt, & id oleum seu aer facit dicta corpora Mercurii partes ingredi, & ipsum in igne manere, & in eorum naturam converti, videlicet in solificum & lunificum, & tunc completur fructus, & terminatur autumnus, & est ultima pars anni, & completio lapidis nostri benedicti.

Nunc restat dicere quomodo planetæ faciant impressiones suas in isto lapide benedicto. Dicit autor præsentis operis, quod sunt quidam planetæ qui grossant & imprimunt, & quidam qui grossant & exprimunt, quidam qui subtiliant, & imprimunt, quidam vero qui & subtiliant & exprimunt, quidam rigidat & girat, qui flectit & dirigit, quidam flectit & girat. Saturnus est in ordine primus, & ipse grossat & imprimit, & hoc est quando species necessariæ sunt primitus tritæ & ad invicem mixtæ. Jupiter est secundus, & ipse grossat & exprimit, & hoc est quando species adinvicem amplectuntur, & lachrymæ primæ destillant, quæ dicuntur aqua flegmatica, quæ exit ante specierum solutionem in cucurbita. Mars est tertius, & ipse subtiliat & imprimit, & est quando species solvuntur, & aquæ destillant. Sol est quartus, & ipse subtiliat & exprimit, & hoc est quando est aqua præparata, & quando solvuntur in ipsa species nostræ minerales. Venus est quinta, & ipsa rigidat & girat, & hoc est quando aqua separatur & oleum manet cum speciebus, & inspissatur totum. Mercurius est sextus, & ipse flectit & dirigit, & hoc est quando totum de novo solvitur & augmentatur. Luna est ultima, & flectit & girat, & hoc est quando fit projectio, & totum est perfectum, & sic planetæ habent suas impressiones in hoc opere jam dicto.

Nunc restat ultimatum dicere de Projectione, & fit tali modo: Post primam verò lapidis compositionem, postquam medicina fuerit primò præparata, cupis autem ejus augmentationem, si projectio esset facta de ipsa, videlicet super Mercurium vel plumbum, una pars medicinæ cadit super decem partes medicinæ, cadit super decem partes Mercurii vel plumbi. Et projectio est facienda antequam Mercurius capiat fugam, & super plumbo, post ejus fusionem fiet projectio, & postquam materia non crepitat plus, vel amplius non dat sonitum, tunc cooperiatur tigillus bene cum carbonibus vivis donec totum sit ignitum, deinde cum follibus sufflando fundatur, deinde projiciatur in canali, & est perfectum. Et ista projectio est specialiter instituenda de prima compositione lapidis ante ejus augmentationem & putrefactionem, postquam componitur lapis, & iterum semel solvitur,

& pu-

& putrefactus fuerit, & aqua ab eo destillando, tunc cadit una pars lapidis super centum partes Mercurii loti vel Jovis, & ista projectio fiet sic : Sumatur una pars lapidis, & ponantur decem partes Mercurii vel Jovis in uno tigillo, & quando Mercurius fuerit calefactus & vult fugere, tunc projiciatur Medicina super ipsum, & statim congelabitur, & fiet medicina totum; & si fuerit projectio ista super Jovem facta, totum erit medicina. Deinde divide istud in 10. partes æquales, & projice singulatim unamquanque partem divisam super novem partes Mercurij vel Jovis, & totum erit sol vel luna, secundum effectum lapidis. Et postquam lapis fuerit solutus iterum cum aqua sua, & sub fimo equino putrefactus, & decoctus in urinali, decoctione per mensem, prout superius scripsi, & tunc fiat projectio, una pars lapidis cadit super mille partes, & fiet ista projectio hoc modo. Recipe unam partem lapidis & centum partes Mercurii vel Jovis super quas projice medicinam tuam, & totum erit Medicina.

Divide ergo istam medicinam in decem partes, & projice unãquanque partem istarum partium super nonaginta partes Mercurii vel Jovis, respectu medicinæ prædictæ, videlicet lapidis, quod sic intelligatur: Si fuit una dragma de lapide, & projecisti istam dragmam super centum dragmas Mercurii vel Jovis, tunc divide istas centum dragmas in decem partes, & projice unamquamque partem istarum partium super nonaginta dragmas Mercurii vel Jovis, & erunt mille dragmæ in summa, & si iterum augmentetur lapis per modum supradictum, tunc cadit una pars super decem mille partes, & fit projectio illo modo: Recipe unam dragmam medicinæ lapidis, & projice super quadringenta quinquaginta dragmas Mercurii vel Jovis, & totum convertetur in medicinam. Deinde recipe unam dragmam ex isto converso, & projice iterum super quadringentas quinquaginta dragmas Mercurii vel Jovis, & totum erit Medicina, sed non ita fortis sicut prima. Recipe ergo de ista medicina, quam ultimo creasti unam dragmam, & projice super ducentas quinquaginta partes æris, vel cupri fusi; & convertetur totum in solem vel lunam, qui sol sive luna per hunc modum generatus, excedit omnem solem vel lunam naturalem in omnibus suis proprietatibus, tam medicinalibus quàm aliis, & eodem modo ut supra fiet hæc projectio super Mercuriũ, si non habes æs vel cuprũ. Et si adhuc augmentaretur lapis more prædicto, adhuc augetur ejus virtus & potentia in tantum, quod una pars lapidis cadit super millium mille partes, cujus projectio esset una pars super mille, & istas mille partes in decem partes divide, & unamquanque istarum partium super novem millia projice, & facerent in toto mille millia. Et si iterum augmentetur

ſervatur ordine prædicto, tunc una pars cadit ſuper infinitas partes, cujus modus perfectionis eſſet faciendus de mille in millibus usque ad infinitum. Ex his ergo patet, quod Mercurius noſter ſeipſum mortificat, generat & vivificat. Tamen notandum eſt, quod ſi homo intendit procedere ad iſtas augmentationes prænotatas, tunc oportet ipſum in principio ſuæ operationis tantum de aqua facere, quod poſſit ſolvere de qualibet ſpecie ſupradictarum, quæ intrant elixiris compoſitionem, unciam unam, ſervando pondera aliarum ſpecierum, ex quibus fiunt aquæ, tam ad ſolvendum fermentum album, quàm rubeum, quod non fit in earū compoſitione, nec additione, nec diminutione, ſcilicet quod totus repetatur ordo, quousque ſatis habeatur de aqua ad ſolvendū ſpecies dictas, & tunc poteſt medicina bene multiplicari usque ad infinitum cum aqua ſua, ſicut ſuperius narravi, nec errabit Artifex, niſi velit deviare à tramite & ordine prædictorum.

Nunc dixi ſuperius meliori modo & breviori quo potui, qualiter iſtud inclytum & excellentiſſimum opus habet incipi, mediari, & terminari, ut curentur per ejus potentiam, annuente divina gratia, corpora metallica ægra & infirma, ut perveniant ad plenam maturitatem & perfectionem veri ſolifici vel lunifici, & purgentur ab eorum leproſitate, & maneant interim plenariè perfecta omnibus mineralibus meliora. Nunc reſtat videre, qualiter cum iſta medicina corpora humana ægra & infirma curari valeant, ut omnes ſuperfluitates purgentur & deleantur ab ipſis, ita ut ſenes & decrepiti, ſcilicet à naturali calore deſtituti, releventur, & recrecentur, in tantum, ut ad juvenilem apparentiam & fortitudinem valeant pervenire, etiam omnis lepra evacuari valeat cujuscunque generis, vel qualiter complexionis originem traxit, & non ſolummodo evacuat & extirpat unum genus, vel duo, vel tria genera infirmitatum, ſed omnia infirmitatis genera à corpore humano extirpat & expellit, nec non naturam & colorem naturalem perditum reſtaurat, roborat & confirmat, cujus perfectionis practica hîc ſequitur:

Recipe de vino optimo albo vel rubeo, ad tuum velle, quod clarum eſt & limpidum absque fœcibus, & pone in una cucurbita munda vitrea vel cuprea, & pone cucurbitam tuam alembico ſuperpoſito, inter cineres calidos, & ſcias benè quantum impoſuiſti de vino, quia oportet quod totum ſeparetur in quinque partes prout inferius diſtingvetur, nam quarta pars aquæ, quæ deſtillanda eſt ex iſto vino, omnino nihil valet, quia tota eſt flegma, carens ſpiritu quintæ eſſentiæ, & ideo abjicienda eſt, & ſcias veraciter, quod quinta pars totius maneat in fecib. & igitur tres partes totius ſervandæ vel accipiendæ, & nō plures ſunt, & ratio eſt, quare quarta pars non ſervetur, quia ſicut prædictum eſt, in opere prædicto,

dicto, quod aqua phlegmatica est prima quæ exit in ordine, sic intelligendum est hîc, quod aqua flegmatica corrumpens & inficiens est ultima quæ exit in ordine, & sic patet quòd extractio istius aquæ partem contrariam extractionis primæ aquæ, de qua superius agitur. Et ideo considerandum est hîc quantum imponatur de vino, quod oportet totum dividi in quinque partes, & prima pars trium partium aquarum est fortior, & dignior, nec non nobilior, quoniam plus continet de spiritu quintæ essentiæ, & secunda est minus fortis, & tertia adhuc minus fortis, quàm secunda, quarta verò nihil valet omnino. Igitur considerandum est, quod æquè separentur partes, quod una non plus habeat in quantitate, quàm alia, & quod quælibet pars mundè servetur in suo vase, cujus modus separationis talis est:

Recipe de vino dicto, quantum vis, prout superius narravi, & aptetur in vase apto, & ponatur inter cineres calidos ad distillandum, & recipiatur aqua quæ exit in receptaculo mundo, & quando quinta pars distillata fuit, tunc amoveatut id receptaculum cũ aqua sua, & locetur aliud loco suo ad nasum alembici, & quando iterum tantum distillatur, videlicet quod possit æstimari iterum quinta pars totius distillati, tunc deponatur istud receptaculum cum sua aqua, & applicetur aliud, videl. tertiũ vas ad nasum alembici, & recipiatur tertia pars totius in isto receptaculo, & quarta etiam recipiatur, tum abjiciatur statim, nihil valet, sed istæ tres aquæ præcedentes, dicuntur aquæ ardentes, tum prima est fortior quàm secunda, secunda verò quam tertia, quantum quælibet plus habet quàm alia de spiritu quintæ essentiæ, & vocantur istæ aquæ prædictæ ardentes, eò quòd pannus lineus si intingatur in ipso, & igni approximetur, statim inflammatur, tamen non consumitur, & hoc est propter flegma, quod inest in ipsis, quia quælibet ipsarũ habet partem de flegmate adhuc, & istud flegma sic separandum est: Ponatur quælibet pars per se ad unã destillationem, & cum igne mediocri, non nimis forti, distillentur, & quando consideratur, quod tertia pars cujuslibet ipsarum fuerit destillata, tunc separetur receptaculum ab alembico, & dimittatur quarta pars distillari, & abjiciatur, deinde conjungantur istæ tres aquæ, quoniam pro parte emendantur, & iterum destillentur in una cucurbita, & dimittatur etiam quarta pars totius hic separari & abjici, sicut prænotatũ est, in omnibus aliis operationibus istius aquę compositionis, & habes aquam vitæ rectificatam, quæ aqua solvit mercurium. Et si pannus lineus in ipsa tingatur, & igni approximetur, inflammatur & consumitur. Et hoc est certum signum perfectionis. Quod si adhuc nõ fuerit tantæ potentiæ, quod hoc facere possit, iterum distilletur, semper deponendo quartam partem, donec id signum evenerit, & tunc est aqua vitæ perfecta. Et dicitur, quod secundus lapis, videl.

vegetabilis continetur in ista aqua,& in ejus fecib. de quibus fuerat abstracta,postquam præparatur debito modo, quia longum esset hoc totum narrare, & ejus utilitas non est magni valoris,igitur ejus compositionem hic ponere desisto,neque aqua ista deberet ita universaliter præparari,si non ipsa feces suæ purificari & præparari deberent. Et quia in aliquo libro, quem per Dei gratiam sum vobis scripturus, propono omnia universaliter describere, ideo hic propter prolixitatem sermonis dicti lapidis compositionē ad præsens omitto, & ad propositum nostrum, quid faciendum sit cum dicta aqua, redeo, secundum intentionem sæpe nominati autoris.

Arcanum arcanorum pretiosissimum, omnia alia arcana excedens, & super ipsa excellentissimum & illustrissimum exhibens, & verè & meritò principium secretorum aquæ vitæ faciendæ & cōponendæ, vobis, reverende pater, perpendo in his verbis. Accipe aquam vitæ prædictam rectificatam, ut est dictum, in qua quantitate placet, & impone in ipsam particulatim partem post partem de lapide prædicto perfecto, quantum solvere potest, & in ista solutione exibunt scintillæ aureæ ardentes, vel flammantes, & apparebunt tot colores, quot excogitari possunt, & cum cessaverint colores apparere, & aqua fuerit clara, tunc erit aurea, vel subrubea clara, limpida & serena, & hæc est aqua vitæ perfecta, & medicina cotporalis vera, valens super Galeni, Avicennæ, Hippocratis & omnium aliorum medicorum medicinas, potenter extirpans,eradicans,evacuans & expellens omnes infirmitates de corpore humano. Et si per centum annos duravit infirmitas, in uno mense perfecte curabitur, & si quinquaginta annos duraverit, intra quindecim dies curabitur perfecte. Et si infirmitas aliqua per 20. annos duravit, in octo dierum spacio curabitur perfectè. Et si aliqua infirmitas duravit in corpore humano per septem annos, intra triduum curabitur. Et si infirmitas aliqua durarit per unum annum, in uno die curabitur, & istud bene videtur arcanum arcanorum, cujus virtus emi non potest, & meritò nuncupatur lapis benedictus, quia majus precioſum non fuit in hoc mundo, quod à Deo summo hominibus datum sit. Et sic sumi debet medicina. Sumatur unus hauſtus vini boni juxta potentiam patientis & appetitum, & ponatur in isto hausſu una gutta istius aquæ vitæ prænominatæ, si patiens graviter infitmetur, imponantur duæ guttæ, & non plus una vice, & calefaciat modicum ad ignē,& statim incipiet medicina misceri cum vino,& perfectè cum mixtæ fuerint, tunc offeratur hauſtus patienti, & ipse cōvalescet in nomine domini, & salvus erit Dei gratia, & hoc fiet omni tertia die vel quarta, donec patiens salvus & incolumis sit factus. Potest etiam sumi eadē medicina in quacunque confectione patienti placuerit, in casu,quod patiens esset debilis vel febrici-

tans

tans, & non posset bibere vinum, tunc danda est medicina cum aliqua confectione patienti, conveniente tamen proportione dicta in omnibus dosim servando.

Jam determinatum est de lapidibus duobus, videl. minerali & vegetabili. Licet plenè non dixi lapidis vegetabilis compositionem, propter ejus practicæ prolixitatem, & etiam secundum autorem præsentem licet modicum, videlicet ejus practicas sive præparationes lapidis mineralis, de quo superius satis diffusè dictum est. Nunc restat determinare practicam de lapide animali, quomodo componendus sit, ut infra sequitur.

Dixit n. Ortholanus ista verba, quòd quidam sit lapis vegetabilis, quidam animalis, & ex vegetabili crescit lapis animalis per potentiam creatoris, & magistri industriam & administrationē. Et iterum dicit, Scio ego quod loquor, quia ex succo trium herbarū simul conjunctarum, quarum nomina dicam inferius, postquam stetissent in fimo equino per 12. dies, vidi Mercurium emanare, & sunt hæ Mercurialis, Portulaca marina, quæ lac album facit, & chelidonia, cujus Mercurii inventi nulla fuit differentia ad alium Mercurium, qui universalis reperitur, ergo lapis ex vegetabilibus est, sed iste lapis vegetabilis in lapidem animalem convertitur, & hoc per modum sequentem. Recipe de succo illarum trium herbarum, quantum vis, & pone in ampulla vitrea magna vel parva, secundum quantitatē succorum herbarum, & pone sub fimo molli, per 12. dies vel 15. de hujus temporis differentia non est vis, & scias quod isti succi infra dictum tempus, virtute & potestate fimi bullient & spumabunt, sicut vinum existens in suo fervore, & post dictum tempus extrahe vas suaviter ut non turbetur, nec non cum fecibus misceatur, & spuma cautè amota, effunde Mercurium, quē sine dubio super feces invenies, separa ergo ipsum cautè effundendo in alio vase mundo vitreo, & distilla ipsum sæpius per filtrum, donec fuerit clarum & serenum. Iste autem Mercurius est multum oleaginosus & citrini coloris, tendens ad rubedinē & multum fœtens, & in se perfectè continet 4. elementa, & ista 4. elementa sic debent separari. Ponas illum Mercuriū in cucurbita vitrea cum alembico, & ponas tunc cucurbitam illam inter cineres calidos, & cum igne mediocri, sicut modus est distillare aquam rosarum, sic distilla aquā ab isto Mercurio, & cum aqua ab ipso distillata fuerit, iterum reduc super id, quod in fundo cucurbitæ manet, & iterum distilla cum eodē ignis regimine, donec videris istam aquā destillatā, quam debes statim deponere, & apposito alio receptaculo fortificetur ignis paulativè, & emanabit oleū primò croceū, deinde citrinū vel rubicundū, cōtinens in se ignē, & quando videris guttas rubeas exire, tunc des tantū de igne, quantum vas sustinere possit, donec nihil plus distillat, tunc permittatur vas infrigidari, & recipe

istud receptaculum cum oleo dicto, & pone cum oleo in una cucurbita cum alembico, & cum forti igne distilla, & iterum infunde oleum & iterum distilla, oleū verò distillabitur, & remanebit in fundo cucurbitæ quædam materia subrubea vel subnigra, & dicitur ignis, & ecce hic habes quatuor elementa, videlicet hic oleum & ignem, & post aquam extractam ante oleum & ignem, & in fundo primæ cucurbitæ manet terra nigra, quam debes excipere, & terere, & in tigillo clauso cum mediocri igne calcinare, donec fuerit subalbida, & sufficit. Aquam verò debes sæpius distillare, & habebis quatuor elementa præparata. Nunc recipe ignem tuum, & vide ejus pondus, & quantum igitur ponderat, tantum appone de unoquoque aliorum trium elementorum, nec majus nec minus, misce optimè incorporando, & pone ita quatuor elementa sub fimo equino calido, per tres menses, quibus transactis, videbis totum in vermes conversum, tamen vide per totum istud tempus, quòd sit parvum respiraculum in coopertorio vasis, quia aliter nihil fit, & cùm videris dictos vermes esse ortos, dimitte eos in eodem fimo stare, donec unusquisque alium devorabit, & qui superstes erit debet nutriri in eodem vase cum Mercurio facto de succo trium herbarum prænominatarum, & quod non tantum imponas de Mercurio illo in una vice, quòd animal submergatur, sed paulativè nutries illud, donec devenerit ad similitudinem bufonis, cujus similitudo est formidabilis & terribilis, & cum satis magnum eum vides crevisse, tunc obtura bene vas, ita quod non amplius habeat aerem, & pone vas inter cineres, & fac subtus lentum ignem, & statim morietur, quo mortuo coque ipsum cum igne fortiori in eodem vase, donec pulverisari possit, & illum pulverem imbibe cum oleo facto de vitriolo & salepetræ, donec bene fuerit impastatus, & proba super plumbo fuso, quot partes tingit, quia non tingit aliud corpus nisi plumbum, sed ipsum convertit in aurum purum.

Jam determinatum est de Practica in speciali & particulari. Nunc determinandum est super ejusdem autoris definitione in generali. Quia licet practica particularis abbreviata & detruncata, tota laudabilis sit & bona: Tamen practica universalis certior est & magis indubitabilis, nec non majoris pretii in fine, quia profundiùs, & perfectiùs, & uberiùs tingit: Ideo non immeritò de tanta & tam inclyta practica egregia & pretiosa sermo universalis est adhibendus, ut cognita practica vera & universali faciliùs valeat artifex practicam particulariter accumulare.

In nomine Dei summi, pii, & misericordis fiat aqua fortis de speciebus prædictis, videlicet de sulphure viridi, & de sulphure albo, & de terra rubea, facta de argento vivo & sulphure, servatis ponderibus tamen in omnium aquarum compositione, tam ad

rubeum

ad rubeum quàm ad album, prout ſuperius luculenter ſatis dictũ in practica prima particulari; & in aqua facta ad album, ſolventur duæ unciæ terræ albæ, id eſt, nelu, & in alia aqua facta ad rubeum ſolventur duæ unciæ terræ rubeæ, id eſt, ſilos, quibus ſolutis, & in aquam claram converſis, accipe dimidiam partem utriusque aquæ, & aliam partem ſerva in vaſis ſuis usque ad tempus, & commiſce per minima, & iſtud totum vocatur Elixir, & continet in ſe veraciter elementa quatuor, unde legitur in Turba, oportet quod res elixetur, antequam intret magiſterium noſtrum. Elixare eſt, quod ſiccum humidum facere, vel ſiccum in humidũ ſolvere, & ſic intelligitur hoc Elixir, tamen adhuc non eſt verum Elixir, quia verum Elixir elixat in hora, & corpora remollit, & quicquid in ipſis groſſum eſt & immundum, ſubtiliat & purum facit, & ad ſui naturam convertit, ut inferius patebit. Quæritur adhuc cur duo corpora ſolvuntur hic ad unum Elixir, cum philoſophi dicunt communiter, quòd duo ſunt Elixiria, videlicet unum ad album, & alterum ad rubeum: Et elixir ad album fit de corpore albo, & Elixir ad rubeum, fit de corpore rubeo. Ad hoc reſpondeo dicens, quòd Elixir verum componitur ex pluribus rebus, & tamen poſt illarum rerum unionem vel unitionem omnia efficiuntur res una, unde egregius Philoſophus Ortholanus dicit, quòd duæ ſunt partes Elixirii noſtri, & prima pars eſt alba, quæ fit de terra alba, & ſecunda pars eſt rubea, quæ fit de terra rubea, & ſic videntur duo Elixiria, unum ad album, & alterum ad rubeum, cùm ita non ſit, quia in rei veritate hæ duæ partes non faciunt, niſi unum elixir, quod eſt ad utrumque, videlicet prius ad album, & poſterius idem, & non aliud, & in eodem vaſe ducitur ad rubeum. Quia vera Imprægnatio lapidis, non fit niſi ex ſpermate patris & matris, & ſperma matris fit de terra alba, ſperma verò patris fit de terra rubea. Et ſuper hoc concludit Hermes pater philoſophorum, dicens: Lapis noſter eſt ſpiritus fortis tingens, cujus pater eſt ſol, mater vero luna. Et quare dicit Hermes, quod lapis noſter eſt ſpiritus tingens fortis, niſi quia corpora noſtra hîc efficiuntur ſpiritualia per ſolutionem univerſalem, & alterantur à ſuis eſſe, quia quod prius ſiccum fuit, jam eſt humidum, & quod durum fuit, jam eſt molle, & quod groſſum fuit, jam eſt ſubtile, & quod corporale fuit, tunc efficitur ſpirituale, non tamen propter hoc concluditur, quod tota ars alchemiæ ſit in iſtis rebus tantum, & non in aliis rebus, cum ſit veraciter per omnes philoſophos promulgatum, quod ars vera & approbata ſit in Mercurio ſolo, unde verus Geber: Et ſi de Mercurio ſolo opus tuum perfeceris, pretioſiſſimus indagator eris. Ideo ſuper hoc non eſt opinio, quoniam in ſolo Mercurio latet perfectio operis, adeò benè, ſicut in corporibus prænominatis. Et ſuper hoc concludit

Arnoldus de nova villa, dicens : Lapis noſter in ſolo Mercurio invenitur, cum difficultate magna, & laborum inſtantia. In corporibus verò facilius & levius, & iſtam autoritatem tantum modo protulit typicè & tropicè, propter differentiam exiſtentē inter iſtam practicam de corporibus ſolis, & aliam practicam de ſolo Mercurio, prout vobis ſcripſi in libro, quem nominavi Ortum amoris. Et licet ambæ partes ſint veriſſimæ, tamen iſta facilius terminatur & levius. Et ita non ſcripſiſſem hîc niſi ad hoc, quod intellectum veſtrum elucidaverim, ut in poſterum ſcire poſſitis ea quæ ſcribam in libro, in quo invenietis theoricam cum practica, eaq; intelligere, & ut intellectui veſtro evidenter appareat, quod vera compoſitio noſtri Elixirii reſultat ex ſole & luna mediante quinta eſſentia, quæ iſta duo corpora adinvicem conjungit inſeparabili conjunctione. Tum notandum eſt, quòd quando vis procedere ad album, neceſſe eſt ut mittatur lapis noſter cum aqua alba, & quando vis procedere ad rubeum, neceſſe eſt ut mittatur lapis noſter cum aqua rubea. Aqua verò alba eſt, in qua ſolvitur nalu: aqua verò rubea eſt in qua ſolvitur los. Et notandum eſt, quòd dimidium utriusque aquę eſt ad partem in principio ponendum pro nutrimento lapidis, ut inferius patefit. Sumatur igitur aqua conjuncta, ut prius dictum eſt, quæ continet in ſe quatuor elementa, & ponatur in cucurbita cum alembico, juncturis bene perlutatis, cum cera aptatis, & ſituetur cucurbita dicta in fimo equino calido, ita quod naſus alembici appareat extra fimum, & primo dimittantur guttæ flegmaticæ evaporari & evacuari, usq; ad decem vel duodecim guttas, deinde aptetur unum Receptaculum ad naſum alembici, & panno lineo cum paſta præparata circumvolvatur, ita quod nihil reſpirare valeat, & ſic dimittatur totum ibi donec totū fuerit deſiccatū, & aqua fuerit penitus extracta, & lapis ſeu guma noſtra maneat nigra ſeu denigrata. Et notandum eſt generaliter, quod in compoſitione iſtius Elixirii quinque ſunt regimina poſt aquæ ſolventis compoſitionem. Quorum primum eſt corporum ſolutio, ſecundum eſt totius lapidis denigratio, tertium eſt lapidis dealbatio, quartum eſt lapidis rubificatio ſeu perpetua coloratio, de quo colore ex admiranda divina gratia & potentia, cum non intelligentibus videtur eſſe impoſſibile, cum in rei veritate ſit puriſſimum quid, & magis poſſibile, quòd humanus intellectus excogitare poſſit, & qualiter iſta regimina ad finem optatum deducantur, Dei gratia ſuffultus luculenter hic inferius conſcribere decrevi.

Sumatur igitur Elixir noſtrum prædictum, & ponatur in cucurbita una cum cooperculo bene conjuncto, poſt cum panno lineo & paſta, donec hoc ſiccatur, iterum aptetur cum cera, & ponatur ſub fimo equino per ſeptem vel octo dies, & decoquatur

ib

ibi in calore naturali, & deveniet guma nigra ſpiſſa, & tunc quæ prius in prima operatione vocabantur ſpermata, vel pater & mater, hîc in hac operatione vocantur terra vel nutrix. De hac autem diſpoſitione ſeparationis hujus aquæ vel animæ à ſua terra vel corpore inquit philoſophus, Fili, à radio ſolis umbram ſuam extrahe, vocatur autem iſta terra à philoſophis umbra ſolis vel corpus mortuum, corona vincens nubes cotices maris, magneſia magna, & Draco qui comedit caudam ſuam, & infinitis aliis nominibus nominatur, quæ hic omitto, propter prolixitatem ſermonis. Et notandum eſt, quod oportet modo iſtam terram nigram inſpiſſatam iterum ſolvi in liquidam ſubſtantiam, & circa iſtam ſolutionem diverſæ ſunt opiniones.

Nam unusquisque Philoſophus de decem & ſeptem diverſimodè ponit opinionem ſuam. Et quidam ipſorum dicunt, quod ita ſolvi debet Mercurius in vaſe vitreo cum longo collo bene clauſo, & quod ponatur ſic ſub fimo equino calido, per 40. dies & noctes, & ſolvetur ita terra, non in aquam limpidam, prout putant fatui, ſed in quandam ſubſtantiam aliquantulum lucidam & ſpiſſam fluentem, ſicut butyrum calefactum, & ſecundum quosdam hæc vocatur ſolutio; ſed ſecundum quosdam cucurbita vel vas cum longo collo, in quo eſt materia tota, debet poni inter cineres, & fiet ſubtus ignis temperatus per quadraginta dies, & iterum iſta terra nigra ſolvetur per potentiam iſtius caloris naturalis, vel ſaltem efficitur liqueſcens ita, quòd putatur iſtam terram fore ſolutam, cùm non ſit verum, quia liquefactio hîc ponitur pro ſolutione, & ita opinio eſt quorundam veridicorum. Aliam opinionem ſolutionis iſtius terræ ponunt quidam dicentes, quod in eadem cucurbita, in qua eſt Elixir noſtrum congelatum, in eadē cucurbita ponatur ad aerem, ut ſolvatur cucurbita tamen aperta. Et ſciatur veraciter quod omnes iſtæ ſolutiones ſunt notabiles & bonæ, tamen differunt in regimine, & non pono eas hîc ad hoc, quòd reputarentur omnes neceſſariæ in hoc opere, ſed ad hoc ut ſcire cupiens Philoſophorum diverſitates in intellectu, ut facilius intelligere valeas ea, quæ ponam in alio libro univerſaliter, videlicet opiniones omnium Philoſophorum veridicorum unanimiter aggregando. Sed ad præſens de cætero recitare intendo eas ſolutiones, quas tradit autor preſentis practicę inveſtigare practicam iſtam, ut ipſe idem teſtatur, & hæ ſunt propinquiores & valentiores inter omnes, & ſunt iſtæ. Fatetur ipſe ſe recepiſſe cucurbitam alembico prius depoſito, & ſextam partem reſpectu totius terræ de aqua, ab iſta terra extracta, reinfundiſſe, ſine imprægnatione aliqua, & tunc habuit alium alembicum cæcum, videlicet ſine naſo, cujus labia potuiſſent intrare os cucurbitæ, in qua terra dicta fuit, & illum alembicum cum panno lineo & paſta ad-du-

ctam cucurbitam benè conjunxit, poſt cum cera præparavit, ita quòd nihil reſpirare potuit, & illam cucurbitam ſic præparatam poſuit ſub fimo equino per aliquot dies, & ut in uno loco dicit, terminus dictum eſt menſis unus ad minus, & in alio loco dicit, 40. dies ad plus.

Deinde excepit cucurbitam dictam cum medicina ſua, & invenit medicinam ſuam particulariter ſolutam vel liquefactam, & ſtatim depoſuit coopertorium cucurbitæ, tunc dimiſit cucurbitam apertam ad aerem, in loco mundo & apto, ubi nihil immundum intro cadere potuit, nec pluvia, de quo cavendum eſt omnino, & dicit, quod in brevi totum fuit ſolutum, & in oleum ſpiſſum converſum absque fecibus, & hæc eſt ſolutio vera & perfecta, & ipſe utebatur iſta, & non alia, & in ipſa invenit virtutem. Facta vero ſolutione, poſuit vas cum oleo ſuper cineres, & miniſtravit lentum ignem, ſicut eſt calor ſolis in æſtate, & poſuit pannum lineum & ſubtilem ſuper os vaſis, ne cineres intro caderent, vel aliquid immundum, tunc dimiſit ſtare donec fuerat totum inſpiſſatum & coagulatum, deinde reiteravit adhuc ter iſtam ſolutionem & coagulationem, ſemper in omni ſolutione apponendo ſextam partem prædictæ aquæ à lapide extractæ, ſine imprægnatione aliqua, & ptimò fiet ſolutio ſub fimo, ut præſcripſi, deinde ad aerem, poſt congelabitur, & erunt in toto quatuor ſolutiones, & quatuor congelationes. Et poſt per ſubtilitatem ſuam extraxit iſtum lapidem ſeu gumam, & invenit ipſum denigratum valde, & in fractura lucidum, declinantem ad perſpicuitatem, & ſic terminavit ſecundum regimen, quia primum regimen fuit terminatum in univerſali corporũ ſolutione, & in aquarum conjunctione, & illud primum regimen vocatur elixirii compoſitio, & iſtud ſecundum regimen vocatur noſtri lapidis denigratio, &c. & finis ſecundi regiminis, quod dicitur lapidis denigratio. Nunc ſequitur tertium regimen noſtri lapidis, & dicitur ejus dealbatio, & ſequitur hîc.

" Diſpoſitione nigredinis completa, & regimine terræ peracto, ut dictum eſt, ad diſpoſitionem albedinis terræ lapidis benedicti veniendum eſt. Eſt enim notandum, quod in hac nigredine terræ eſt albedo abſcondita, & ideo in viſu eſt nigra, & in intellectu eſt alba, & propter hoc, quod intus latet in ea, debet fieri exterius apparere, & quod eſt exterius, fiet interius.

Ita quod nigredo hujus terræ, quæ modo eſt exterior, fiat interior, & albedo, quæ interior, fiat exterior, & ſic fit manifeſtum abſconditum, & abſconditum manifeſtum. Fit autem hæc diſpoſitio in eodem vaſe, & ſine remotione terræ prædictæ ab eo tali modo: Sciebat enim doctor noſter prædictus pondus per ejus ſubtilitatem, & poſuit in vaſe ſuo, ad aerem, donec fuit ſolutum

in o-

in oleum ſpiſſum, ſicut fuit ante ejus coagulationem, & tunc ſuperfundebat ejus dimidiam partem de aqua ſua, quam extraxit ab ea ſine imprægnatione aliqua, & ſuperpoſuit alembicum cæcum ſicut prænarratum eſt, & bene obturavit, ne reſpirare valeret, & poſuit ſub fimo calido omni octavo die ſuum vas inſpiciendo, donec totum efficiebatur res una. Et nota, quòd ipſe idem dicit: Quòd iſte ordo ſolutionum poteſt ita bene fieri inter cineres calidos, ſicut in fimo equino, & quod ipſemet aliquando fecit iſtam ſolutionem ſuper cineres ea de cauſa, quod reputavit iſtam ſolutionem Mercurii velociter & citius factam, quam aliam in fimo, tamen ego non dubito, quin ſolutio facta ſub fimo ſit melior & utilior, quàm inter cineres. Deinde ſolutione facta depoſuit coopertorium vaſis, videlicet alembicum cæcum, & ſuprapoſuit alium alembicum cum naſo, & continuavit ſubtus lentum ignem nocte dieque, donec lapis fuit iterum congelatus, & ante receptionem aquæ, quæ exierat, dimiſit quasdam guttas flegmaticas cadere, prout in prima practica vobis ſcripſi, quia generaliter obſervandum eſt in omnibus diſtillationibus ſine intermiſſione. Et nota quod in iſta diſtillatione hîc in regimine iſto eſt omnino præcavendum de igne forti, ſed ſemper continuandus eſt ignis lentus ſicut calor ſolis, quia quarta pars aquæ in iſta decoctione conſumitur per lapidem; & ſignum coagulationis ejus eſt, quando inſpiſſatur ad modum picis, & alteratur pro parte in colore, tunc alembico depoſito ponatur vas apertum ad aërem, & in brevi ſolvetur totum iterum in oleum ſpiſſum & clarum, ſicut ſpeculum, quo facto, ponetur iterum vas ſuper cineres calidos, & iterum congeletur, & fiet lapis aliquantulum in colore alteratus, & in fractura clarus.

Deinde ſcias pondus ſuum per ſubtilitatem tuam, & ſuperfundas ei quartam partem ſui ponderis de aqua imprægnata de lapide albo, vel de terra alba, quæ erat diviſa, & ad partem poſita in prima compoſitione iſtius elixirii, & vide diligenter, quòd non ponas aquam rubeam hîc loco aquæ albæ, quia aqua rubea non habet hîc locum, ſed inferius bene dicetur de ea. Aqua verò rubea eſt ea, quæ imprægnatur de terra rubea, videlicet de elos: aqua verò alba eſt ea, quæ imprægnatur de nalu. Igitur aqua noſtra alba lapidem noſtrum dealbat, & aqua noſtra rubea pòſt lapidem noſtrum rubificat.

Recepit ergo auctor præſentis operis de aqua alba imprægnata quartam partem reſpectu ponderis lapidis benedicti, & ſuperfundebat ei, & ſuperpoſuit ſtatim alembicum cæcum, claudendo bene juncturas, ſicut ſuperius ſæpe dictum eſt, & decoquebat bene ſuper lento igne, donec totum congelatum fuerat, & efficiebatur corpus unum, quo facto depoſuit coopertorium, & poſuit ad aë-

rem ad ſolvendum, facta ſolutione iterum poſuit ſuper cineres calidos ad congelandum, & dictum ordinem jam prænarratum continuavit, videlicet quartam partem aquæ albæ impræ̨gnatę lapidi infundendo, & ſtatim tum coopertorio ſuo claudendo, & bene ſigillando & inter cineres calidos decoquendo, & inſpiſſando ſeu coagulando, deinde ad aërem ſolvendo, & iterum congelando, & iterum totum ordinem repetendo, donec lapis fuit ad libitum dealbatus, & quando deficiebat ſibi aqua, tunc de novo compoſuit ſibi aquam ex ſpeciebus pertinentibus ad compoſitionem aquæ, quæ ſolvit terram noſtram albam, & id idem fecit prius quando procedere voluit ad rubeum, videlicet componendo aquam, quæ ſolvit terram noſtram rubeam, & cum iſta aqua rubefecit lapidem noſtrum benedictum, ut inferius intendit. Et hîc cum aqua alba lapidem dealbavit multiplicando cum debito pondere, prout ſuperius dictum eſt, & ſic quod mortuum fuit reſuſcitabatur, & cum anima ſua propria ſubtiliabatur, & evenit ſibi lapis unus criſtallinus, participans viriditate quadam, in igne perſeverans, fundens, fluens, Mercurium congelans, & perfectè retinens, nec non quodcunque corpus metallicum imperfectum transmutans in verum lunificum.

QVARTVM REGIMEN.

GUMA noſtra benedicta, vel lapis albus, qui ſecundum quoſdam aliter dicitur nix, precioſior eſt margaritis, unde Alphidius dicit: Granum enim iſtius lapidis, ſeu grandinis, ſeu gumæ albæ generat centum grana, ut etiam dicit Morienus, in cujus multiplicatione per imbibitionem iſtius gumæ à ſpiritu rubeo non fixo, quod intelligendum eſt de aqua rubea impræ̨gnata, quod debet fieri eodem, & ſimili regimine in omnibus, ſicut in dealbando feciſti prius. Et tunc non oportet, quod iterum reincipiatur à principio, ſed tantùm quod multiplicetur, ut dictum eſt. Et ſcias, quod quantò plus ſolvitur cum ſua anima, vel ſpiritu non fixo, & congelatur, tantò magis multiplicatur, non ſolum in quantitate, ſed etiam in virtute & tinctura, & in ſubtilitate, & in projectione majus pondus convertet & transmutabit, de cujus projectione ſuperius lucidè determinatum Nunc de diſpoſitione cinerationis dicendum eſt, ut inde ad Rubeum veniamus, & fit tali modo:

Recipe lapidem noſtrum, ſi fuerit in magna quantitate, & divide ipſum per medium, ſi fuerit in magna quantitate, ita quòd non poſſit contineri in vaſe ſuo proprio, quia vix inveniretur aliqua cucurbita, quæ poſſet durare, vel lapidem continere uſque ad ejus finalem augmentationem, quia oportet ſemper, quòd dimidia pars vaſis ſit vacua, in omnibus iſtis regiminibus.

Ergo dividatur, ſi placet, & ponantur partes ad duo vaſa, & ſcias

bene

bene pondus totius per ſubtilitatem, & quantum ponderat, tantum recipe de aqua rubea imprægnata,& divide aquam iſtam per medium, & ſuper quamlibet partem duarum partium projice unam partem iſtius aquæ,& claude benè vaſa,ſicut ſuperius dictum eſt,& pone ſub fimo equino calido, vel ad balneum maris,in quo ſit fimus equinus, vel inter cineres calidos. Indifferenter autem loquitur in diſſolutione iſtius regiminis, & quando conſideratur quod totum fuerit ſolutum, & unum corpus factum, tunc deponatur cooperculum, & ſuperponatur alembicum cum ſuis receptaculis,aqua vero phlegmatica prius evacuata, tunc dimittantur vaſa,donec nihil plus diſtillat aqua. Sed notandum eſt, quod iſta diſtillatio tantummodo fiat ſub fimo equino,vel in balneo maris, nullo modo inter cineres. Et poſtquam aqua fuerit omnimodè deſtillata, tunc invenietur in fundo vaſis guma noſtra benedicta conglutinata,ad modum uniuſ globi de cineribus. Et notandum eſt,quod in iſtis ſolutionibus, imbibitionibus, animationibus & congelationibus apparebunt mirabiles colores, & colorum variationes,de quibus non eſt curandum,niſi tantum de iſtis coloribus,qui hic in iſtis regiminibus ſpecificantur. Quia quemadmodum uigredo præceſſit dealbationem, ſic etiam color cinerum ſeu cineratio præcedit gumæ noſtræ rubificationem, quia non fit tranſitus de extremo ad extremum, niſi per medium.

Determinato verò quarto regimine, quod continet lapidis cinerationem, accelerandum eſt jam ad lapidis rubificationem, quæ eſt ultimum opus lapidis, & præparatio poſtrema & finalis. De hac verò præparatione dicit Philoſophus,quod à dealbatione uſque ad rubeum perfectum nullus ſequitur error, quia eodem modo rubificandum eſt, quo & dealbandum, & in eodem loco, & in eodem vaſe vel ſimili, & in eiſdem ponderibus aquæ, & ſimilibus imbibitionibus,rigationibus,ſive adaquationibus, & eiſdem coloribus,& eiſdem omnibus aliis regiminibus, ſcil. cum aqua ſpirituali rubea,ſive ſpermate rubeo, & totiens reiterandum, ſic decoquendo,imbibendo,ſolvendo & congelando,ut in lapidis dealbatione feciſti,donec rex aureo diademate coronetur,vel donec hoc totum compoſitum rubificetur, prout decet, & fiet unus lapis rubeus, clarus, fundens, fluens, & in igne perſeverans & tingens,& transmutans, penetrans & tingens Mercurium & omne corpus ſolidum & molle,in Solificum verum,purgans omne corpus humanũ ab omni infirmitate,& in ſanitate conſervãs,faciensque vitrum malleabile, ita quod ſub malleo cudatur ſine fractura,& tingens lapides pretioſos in rubicundiſſimum colorem, ſicut carbunculus. Et hic eſt lapis rubeus benedictus, & perfectus, pater omnis teleſmi, & totius ſecreti vel theſauri hujus mundi, quem,cui Deus vult,& ſubtrahit & largitur,ad cujus inventionis

perfectio-

perfectionem plures sunt vocati, sed pauci in ejus effectu perfectionis inveniuntur electi. Etsi hanc artem excelsam pauci inveniunt, tamen ipsa ars nostra in Dei potentia reservatur, hoc ex dono Dei & ejus gratia est, post errores multos, cum immensis laboribus & expensis.

Laudetur igitur altissimus creator omnium, qui creavit eandem rem ad album, & eandem rem ad rubeum, ea scilicet re alba & rubea, quæ est una per matrimonium & compositum sicut est dictum. Et hoc fuit cuidam hanc inclytam scientiam indaganti, divinitus, cùm esset in errore indagationis ipsius, per Dei gratiam revelatum.

Istis omnibus rebus igitur determinatis ad nostri lapidis benedicti creationem spectantibus: jam restat omnia regimina sub unius sermonis serie breviter recapitulare, ut levius valeant dispersa mentaliter in corde aggregari & retineri, cujus recapitulationis forma hic subditur. Recipe de duabus terris, videlicet albæ & rubeæ duas uncias de utraque, & solve terram albam in aqua sua, & terram rubeam etiam in aqua sua. Deinde accipe dimidiam partem utriusque, pone ad servandum quamlibet per se, & istas duas partes simul conjunge movendo benè cum manu vas, donec benè permisceantur, & ista mixtura vocatur Elixir, ipsam materiam ponas in cucurbita, alembico super aptato benè ut superius docetur, & situetur sub fimo equino calido, & evacuetur aqua phlegmatica, deinde conjungatur receptaculum mundum ad nasum alembici, & dimittatur sic stare donec aqua sit distillata, lapis sit inspissatus, & in nigrum colorem conversus, & in fractura aliquantulum perspicuus. Tunc scias pondus per subtilitatem tuam, & superfundas ei ejus dimidietatem in pondere, de eadem aqua, ab eo extracta, & claude benè cucurbitam cum alembico cæco, & iterum repone sub fimo equino per mensem ad minus, vel per quadraginta dies ad plus.

Et nota quod iste terminus dierum non ponitur hic ad hoc, quod aliæ solutiones etiam occuparent tantum tempus, sed tantum pro ista solutione sola, quia prima Nota timendum est, si aqua debet de materia abstrahi per alembicum, quod tota materia simul ascendat per alembicum, eò quòd luminaria sint soluta philosophicè ergo volatilia. Ratiocinandum est igitur: Solutio est difficilior, secunda & tertia est levior quàm prima, & tertia quàm secunda, & sic de singulis. Igitur in prima solutione ponitur terminus dierum, & non in secunda, vel aliis subsequentibus. Facta autem solutione, extrahatur vas, & ejus cooperculo deposito, ponatur sic apertum ad aërem in loco mundo, ubi pluvia nec aliquid immundum nocere poterit, & sic dimittatur ad aliquot dies, ut meliùs & perfectiùs solvatur, deinde ponatur cucurbita inter cineres ca-

res calidos,& si placet desuper ponatur alembicum ad recipiendum aquã, tamen aqua phlegmatica prius evacuata, quod generaliter observandum est in omnibus destillationibus, & sic cum lento igne cõgelabitur,& verum signum congelationis est, quando inspissatur ad modum picis, & statim alembico deposito, ponantur cuncta ad aërem, cucurbita tamen aperta,& in brevi tẽporis spatio solvetur iterum totum in oleum spissum per se, quo facto ponatur cucurbita inter cineres calidos absque alembico, & cum lento igne leviter congeletur. Tunc sciatur pondus ejus per prudentiam,& iterum superfundatur ei sexta pars sui ponderis, de eadem aqua ab ipso extracta,& ponatur sub fimo per aliquot dies, donec lapis fuerit pro parte solutus, deinde cooperculo vasis deposito,ponatur ad aërem, donec totum solvatur in oleum spissum,deinde sub alembico cum lento igne congeletur, & iterum ad aërem solvatur per se, & iterum congelabitur, & continuetur iste ordo postremò, videlicet cum sexta parte aquæ lapidis sub fimo solvendo,prius ad aërem solvendo, & super lento igne congelando,& iterum per se ad aërem sine aqua solvendo, post super cineres congelando,quatuor vicibus, & completur perfectè lapis denigratus. Quo facto,sciatur pondus ejus, & superinfundatur ei dimidia pars respectu ejus ponderum de aqua imprægnata de terra alba, videlicet de aqua alba, quæ erat posita ad partem in principio, quando ambæ aquæ fuerunt per medium divisæ pro prima hujus elixirii compositione. Deinde superposito alembico cæco, cucurbita ponatur cum tota materia sub fimo equino per aliquot dies, donec totum efficiatur res una, & fiat materia alterius coloris quàm fuit, videlicet magis declinans ad albedinem,quam ponere debes ad congelandum sub alembico vel sine alembico ad placitum, & hoc erit inter cineres calidos cum lento igne, & post ejus coagulationem iterum solvatur ad aërem, & iterum coaguletur. Deinde sciatur pondus suum, & addatur ei quarta pars aquæ albæ imprægnatæ,respectu sui ponderis,& poni debet ad solvendum sicut prænarratum est in regimine denigrationis,& per eundem modum regitur ordo dealbationis, sicut & ordo denigrationis,videlicet, similibus dissolutionibus, similibus congelationibus,nec differunt in aliquo nisi in ponderibus aquæ, quia ibi intravit in omni solutione sexta pars ponderis lapidis, & hîc intrat quarta pars lapidis in pondere, & ista aqua erat simplex aqua spiritualis,quæ erat extracta de lapide in prima compositione,& ista aqua est nova aqua imprægnata de terra alba nelu. Et in casu,quod ista aqua alba imprægnata non potuit sufficere,tunc componenda est nova aqua de speciebus consimilibus, & imprægnanda sicut ista imprægnata fuit,& illud idem faciendum est etiam ad rubeum, & continuetur ordo prædictus, donec lapis

fuerit

fuerit ſufficienter dealbatus, cujus color erit ſicut color margaritarum participans viriditatem quandam, & ſic terminatur lapidis dealbatio, & ſtatim ſequitur ejus cineratio, quæ talis eſt: Sciatur pondus lapidis, & ſuperfundatur ei aquæ pondus ſuum de aqua imprægnata, de terra rubea, & ſi unum vas non ſufficit, lapis poteſt dividi, & in duobus vaſibus poni, & ponatur totum ſub fimo equino, vel ad balneum, donec fuerit ſolutum totum, & ſit res una, tunc ponatur ad balneum vel ſub fimo, & non inter cineres, alembico ſuperpoſito, & ſic congeletur, aquam ab eo deſtillando, & invenietur in fundo vaſis lapis conglutinatus, ad modum unius globi de cineribus, & ſic cineriſatur. Deinde ſciatur pondus totius lapidis, & ſuperfundatur ei quarta pars ſui ponderis, de aqua rubea imprægnata, & ſicut ſuperius dictum eſt in lapidis dealbatione, ſic etiam hic procedendum eſt in lapidis rubificatione, videlicet in eodem loco, in eodem vaſe, eiſdem ponderibus aquæ, ſimilibus imbibitionibus, rigationibus, & omnibus aliis regiminibus, donec fuerit rubedinis decore decoratus, & rex aureo diademate coronatus, omnia ad ſui naturam convertens, in verum Solificum.

LUMEN JUVENIS EXPERTI NOVUM INCIPIT, &c.

Pater & Domine Reverende, licet liberalium exiſtam ſcientiarum ignarus, &c.

INCIPIT TRACTATUS IN QUO nominat lapidem Philoſophorum.

INTELLIGE ergo dictum Philoſophi: Quod actus activorum ſunt in patiente prædiſpoſito, per quod intelligitur Elixir fieri non poſſe, niſi ex materia ad hanc perfectam diſpoſitionem habili. Teſtificor autem vobis hujuſmodi habilitatem ineſſe materiei, ex qua meis manibus, teſtibus oculis, per alienam tamen ut prædixi doctrinam, factum fuit elixir, Saturnum convertens in aurum, id eſt, in Solem, quam quidem materiam jam vobis nominavi, quæ eſt Philoſophorum magneſies, de qua Philoſophi extraxerunt aurum in corpore ejus occultum, & in qua argentum vivum de arg. vivo & ſulphur de ſulphure invenerunt, quæ eſt lapis in ſimilitudine & actu, ſed in natura non imitatur naturas lapidis. Quare dicitur lapis, & eſt mixtum tale ſci dictum arg. vivum noſtrum, non arg. viv. in propria natura, non adhuc in natura, ad quam deductum per mineram, ſed arg. vivum noſtrum in natura, ad quam

deducit

deducit illud artificium noſtrum. Iſtud eſt æs noſtrum, ex quo fit tinctura vera, ex quo fit Chabrichim & Veijæ conjugium, in quo eſt rex cum ſua uxore, & hæc quæ ipſos commendant in ipſo ære ſunt, ut per operationem documentū clariùs patefiet. Iſte eſt ſpiritus, quo tingimus, & eſt corpus de quo in Turba dicitur, & iſta eſt via, quæ dicitur arg. viv. ideo habetur ex corporibus liquefactis, non liquefactione vulgari, ſed ex illa quæ durat, quamdiu conjuges vero matrimonio uniuntur, ſcilicet, uſque ad albedinem. Hic eſt lapis qui in vertice montium invenitur, & dicitur meritò mineralis: Animalis etiam fertur eſſe, quando habet animam: Quare dicitur in Turba: æs, ut homo, corpus habet & animam. Item omne quod habet ſpiritum, habet & ſangvinem. Item dicitur ſpiritus, i.e. arg. vivum lator virtutum animæ, i. e. ſulphuris per corpus & æs, i.e. magneſiæ, ſive terræ, quæ ſpiritualis facta dicitur aurum quod erat in corpore magneſiæ occultatum. Quare dicitur fili extrahe à radio ſuam umbram. Patet etiam quod amplificari ſibi poteſt anima, quum quaſdam oſtendat animæ virtutes. Movet enim & movetur, agit & patitur. Quare in turba, ô natura qualiter omnibus imminet ac omnia ſuperat, & eſt acetum acerrimum, quod fecit aurum eſſe merum ſpiritum, & cum corpori admiſcetur, fiet unū cum eo, & vertit ipſum in ſpiritum. Cum enim dicatur animal, ergo vegetabile quiddam dicetur, & meritò. Nam in operatione vegetabitur de virtute in virtutem, ſubtiliando, depurando ſe, & colores in ſe meliorando, uſquequo optatum aſſumat ruborem, in quo eſt perfectio, virtutemq; penetrandi capiat & tingendi. Hoc autem animal herbel crocos, vel croceum lapidem vegetabilem, nutritum in montibus, errantes plurimi non cognoſcunt, venditur autem palam minimo pretio.

Sequitur lapidis mundificatio antequam ponatur in decoctione.

HOc opus quod veſtro intellectui demonſtravi, purum, mundum, amœnum, ſincerum, rectum, in tenues laminas cooptatum ſe oſtendit, quod per ignis liquefactionis modos à minerali groſſitie expurgatum, per elevationum modos ſubtile fit, relictis quibuſdam ſulphureitatibus aduſtionis, & terreſtreitatibus, tenui fortique unione permixtis, & quibuſdam humiditatibus corrumpentibus exhalatis. Cujus ſublimationis ſigna ſunt duo, unum quidem, quod elevatus eſt ſpiritus citrinus, nimis durus lapis factus, aliquantulum perſpicuitatis habens; aliud verò quod remanſit in vaſis fundo terra tenuis & nigra. Adventatur autem ad hoc in hac elevatione, ſi rectè fiat, quoddam permanens inveni-
tur, quod debet per vim adduci ſuperabundanter volarilis elevari; & parti quæ reſidet ex eodem quod elevatum eſt reddi debet, donec

Videtur quod debet primo poni parum de corpore, poſtea plus; tertiò adhuc plus quoad æquabitur ponidus cum Mercurio.

donec fugiens totum fiat & tunc terra nigra prædicta remanet ex ambobus in lapidem prædictum durum citriniſſimum jam converſum, non autem contentenici de volatilitate prædicta donec inveniatur, quod tota maſſa lapidis prædicti igne elevati reddita in ſuo vaſe per eundem continua cum ignis prædicti gradus continuè aſcendant ſic quod nihil in profundo mundum nec ſordidum reſideat ex eadem, dum verò ſic perfectiſſimè elevabitur, adimplebitur in operis phyſici perfectione, jam jubet ſcriptura dicens ſuaviter cum magno ingenio aſcendit à terra in cælum. Item ſcitote quod cum corpori admiſcetur, fit unum cum eo, & vertit ipſum in ſpiritum. Et Geber idem præcipit in capitulo de tertii ordinis medicina & omnes Philoſophi idem clamant, & hoc opus à Philoſophis nominatur ablutio, per quam achilesne, quum in elevatione uterque aſcendit in fumum ſeu fumi ſpiritum. Et quia etiam liquatur hæc materia dum aſcendit, patet eam eſſe de natura aquæ calidæ. Nam quod liquatur & frigido coagulatur, & cum à ſuperfluitatibus denudatur, abluitur, imbibitur, & aqua ſua ſcilicet ſpiritu prædicto ab eodem germine procedente, hæc eſt ergo phyſica diſſolutio quæ fit igne.

Sequitur decoctio primi gradus uſque ad albedinem.

1 Stud igitur rotundum ſpirituale factum, quod eſt æs, vertit in 4. balneum temperatum ingredi, ſed per quod corpus fit ſuave atque continens ignem levem, qui humiditatum eſt corrumpentium conſumptivus, fieri ergo debet furnus talis diſpoſitionis, quod in eo lentus adminiſtretur ignis, qui augmentari non poſſit. Et vas materiam capiens virreum debet eſſe, coopertum ferreo vaſe, ejusdem formæ, ſciſſo per medium, & debet eſſe vas longum cubito uno, ſtrictum in ſummitate, ut ſtrictura nihil permittat exhalare de ſpiritu, & longitudo fumos præcipitet, ſi quos elevari contingat, & humiditates corrumpentes infra ſe conſumat. Quorum furni & vaſis quærendum lilii viſio non ſcriptura, & debet calor vas undique circuire, ita quod æqualitas undique ſit caloris, aliter fruſtra balneum diceretur, & in furni ſummitate debet eſſe foramen, per quod debet exire unum fruſtrum vitri rotundum & longum, claudens orificium dicti vaſis, in cujus fruſti tactu cognoſcitur, ſi calore congruo materia decoquatur. Et ſi fortè aliquis fumus infra vas jam dictum aſcendere videatur, non permittit ipſum doſin diſpoſitum exhalare, quantumcunque vas etiam teneretur apertum. Quare dicitur à Gebro nunquam unum ab alio verè ſeparatur, licet quoad viſum ſegregari vel ſeparari ſuperficialiter videatur, nec unum ſine alio eſſe poteſt, nam ſui ſpiritus temperati ſunt per viam naturæ perfecte, in tantum quod ab invicem non ſeparantur.

In hoc

In hoc autem gradu caloris natura nigra efficitur, quoniam nigredinem efficit in humido calor agens. Quare in Turba dicitur: Videns autem nigredinem illi aquæ imminere, scito jam tu corpus liquefactum esse. Item primo in opere omnia denigrantur. Iste verò fructus ideo fit, ut caveatur ab igne nimio, quoniam intensus calor perire facit & compositum segregari, & ideo temperato igne debet persequi, decoquitur, sicut puer lacte nutritur, & in hoc omnes conveniunt, & hoc etiam ostenditur in practica de diversis coloribus sub nigro colore contentis. *Materia infra.*

De Gradu ignis adventa nigredine.

CUm verò totum nigrum est, continetur ignis ejusdem gradus, donec albedo in ventre ipsius occulta appareat Nam sic approximat fixum. Notandum autem quod in ipsa nigredine multi colores apparent, de quibus non faciunt Philosophi mentionem. Nam quandoque totum fit viride, quandoque lividū, quandoque violacei coloris, quandoque etiam ex uno latere vasis est viride, & alio nigrum, vel lividum intus & viride extra; hi tamen colores omnes sub nigro comprehenduntur. Et quoniam in eis nulla perfectio essentialis existit, ideo Philosophi principaliter tantum inter cæteros colores nominant tres, qui virtutes dicuntur animæ, scilicet nigrum, album & rubeum. Quare in turba: Veneramini regem & suam uxorem, & nolite eos comburere; ne fugetis eos nimio igne, quoniam nescitis, quando indigetis his, qui regem & suam uxorem emendant; coquite eos, ut fiant nigri, deinde albi, deinde rubei, deinde tingens fiat venenum; item fiat lapis albus combustione & humore seu liquefactione, per aquam dicitur sequi mortificatio, quæ apparet in nigredine primæ apparentiæ, in qua mortificatione uniuntur spiritus, id est, desiccantur, quia nisi corpora desiccentur, non apparent colores animæ, qui nigredo & nubes appellantur. Item Magnesies dealbatur, non permittit spiritum fugere, quia natura naturam continet. Humiditas ergo quæ curabat in decoctione nigredinem se desiccatam ostendit, dum color albus incipit apparere, nam in transmutationem nigredinis vidi antequam perfectè dealbaretur, fuscam albedinem quæ brunus color vulgariter dicitur, quæ brunicies vera albedo postea efficitur, tunc autē durante brunicie magister meus fregit vas & lapidem, & inspexit eum intus & extra, & invenit brunum extra, intus autem erat adhuc nigredo, cujus causam mihi assignavit, quod videlicet partes materiæ vasis lateribus adhærentes magis senserant calorem sibi propinquum, quàm materia mediana, ideoque citius in colorem cœperant mutari. Et dixit mihi, quod ista brunitas ascendebat, quod albedo extrahebatur à nigredinis ejus ventre, sicut in Turba dicitur: Cum enim videris

ipſum natum, ſcito quod albedo ipſius in ventre nigredinis primò apparentis occulta eſt, & tunc te oportet illam albedinem extrahere ab illa nigredine ſubtiliſſima ejus. Non autem miremini quod adhuc materiam hanc vocat lapidem: Nam ſciatis quod quamdiu durat albedo, & etiam aſſumpta rubedine, per longum tempus ſtat durus & inſtar maſſæ fortis ſpiritum retinet, quouſque decoctionis continuatione per ſeipſam incipit dirui, & aliquantulum elevari.

Lapis quare. Quamdiu durus.

Sequitur decoctio ſecundi gradus uſque ad rubedinem, &c.

CUm igitur ſic dimiſerit hic lapis nigredinem, mutatur gradus ignis, & ponitur in alio furno ſubtilis diſpoſitionis, in quo fortior adhibeatur decoctio calefaciendi vas & materiam circumquaque, & ibi decoqui debet, nam tunc ſuſcipit veram albedinem, cum qua ibidem coquitur tam diu donec albedine transmutata ruborem videatur aſſumere. Cavendum eſt autem quod iſte ignis non ſit intentior, quàm ad ſuum gradum ſpectet, nam in illo albo colore corpus & ſpiritus ſunt naturæ conjunctæ. Et ſi daretur decoctio in exceſſum ultra debitum ſui gradus, ſepararentur unita. Quare in Turba dicitur: Coquite cautè ne in fumum vertantur & pereant. Citrinatur autem, quando de albo colore in rubeum transmutatur. Citrinus autem color eſt medius inter album & rubeum, oportet autem prætendi ante rubedinem veram. Et de hac practica locuti ſunt Philoſophi, dicentes: Spiritus & anima non uniuntur, niſi in albo colore, quia tunc omnes colores qui in mundo excogitari poſſunt, apparent & firmantur, & tunc in unum colorem ſcilicet albedinis conveniunt. Dealbatio enim eſt totius operis fundamentum, nec inde variatur in diverſos colores videlicet veros, præterquam in rubeum, in quo eſt finis ultimus. Citrinatio enim quæ fit inter album & rubeum, non debet dici color in perfectione. Approbantur autem per hæc omnia quæ prædixi, quæ etiam vera eſſe mihi facti experientia demonſtravit.

Sequitur decoctio tertii gradus uſque ad calcinationem.

ET dum rubeſcere incipit, ponitur ad decoquendum in alio furno fortiorem perhibendo ignis gradum, donec intus & extra vera rubedine perfruatur, cujus ſignum eſt diruptio, & per elevationem ſupradictã, de quibus in Turba dicitur, poſt albedinem autem non potes errare. Nam igne augmentato poſt albedinem ante rubedinem ad cinerationem pervenitur. Item videns autem illam albedinem ſupereminentem, eſtõ ratus quod rubor in albedine illa occultus eſt. Et tunc non oportet illud extrahere, verum

coquere,

coquere, quousque totum rubeum fiat. Et si vobis dubium relinquitur, quare albedo à nigredinis ventre extrahitur, rubedo autem non extrahitur ab albedine, licet sit rubeum decoquendo, declaro vobis hoc modo, quando durante nigredine materia remanet, & est humida in natura, quæ humiditas se ostendit apparente albedine desiccari, & nunquam etiam apparet albedo, donec humiditates corrumpentes sint omnino consumptæ, his ergo de causis duabus dici potest, dum autem rubescit, nihil devastatur, sed tantum coquitur, & decoctione forti color rubeus incommutabilis apparet, in quo est perfectio. Quare in turba ex composito in spiritum rubeum verso fit mundi principium. Item spiritus tingens & vivificans intromittitur, postquam recessit humiditas corrumpens non aliter quod est perventum ad dealbationem seu ad albedinem. Hoc ergo colore rubeo apparente natura sui perfectionem ostendit occultam.

Sequitur calcinatio in qua ultimus gradus figendi completur, & tunc spiritus corpus est verè factus, verè permanens & fugitivum figens.

POstquam hæc materia rubeum habens colorem dirui & elevari incipit, ponetur ad calcinandum per flammam fortem reverberatoriam jam in terreo vase, in quo ignis gradu fixo completur, & permanens efficitur vera atque perfecta fixione. Quare Geber ait in capitulo de calcinatione, quod spiritus calcinantur, ut fixiores fiant & melius dissolvantur. Et in capitulo etiam de tertii ordinis medicina, ipsam incipit calcinare, & debet in ignis calcinantis rigore permanere, donec pulvis tactu impalbabilis fiat, nitentissimum habens ruborem. Quare in Turba sic dicitur, Scitote, quod cum cinis est, optimè miscetur, eo quod cinis ille recipit spiritum, & inclusus est ille humor per interiorem ignem, quousque croci sicci vel combusti sangvinis vel suum quasi nati calorem assumat. Item cum aqua introivit cum corpore vertit ipsam in terram, deinde in pulverem sive cinerem. Si vultis aquæ perfectionem experiri, manu accipite, si enim impalpabilem aquam inveniatis, bene est, sin autem, iterate. Hic autem rubicundissimus impalpabilis pulvis in seipso elevatur, etiam crescit in modum fermenti, & separatur ab eo in calcinatione prædicta terra nigra subtilissima & perlucida, quæ in fundo vasis sub dicto pulvere rubeo reperitur. Unde dicebat mihi magister meus, apparet perfectionem fixionis in hoc existere duabus de causis: Una quidem quod per fixionem & per calcinationis ignem introducitur per vas quantitas hujus elixiris, super multas quantitates non permanentes corporis projecta confirmat in eis auri fixionem, quod non faceret nisi in ea fixio superabundaret: Alia verò quod terra nigra prædicta in

dicta in calcinatione ſeparatur à commixto, quæ alias fuerat in toto opere inſeparabilis, propter fortiſſimam unionem. Et ideo neceſſe fuit per fortiſſimum artificium ſeparari. Et ſi remaneret commixta propter ſui impuritatem impediret puræ naturæ ingreſſum.

Sequitur cinis per calcinationem factus fuſibilis & iterato lapis, qui eſt elixir completum.

CInis vero iſte caret fuſione, qualiter autem ingredietur ut tingat? certè liquefactio ſibi redditur ſive ſudor per modum à Philoſophis traditum, cujus ergo modus eſt ille, eſt ne in aquam ſolvendus? certè non, quia Philoſophi non curant de aquis tangenti adhærentibus & id humectantibus. Quare dicitur in Turba: Inſipientes autem audientes aquam putaverunt eam aquam eſſe vulgi, quod ſi noſtros libros legiſſent, ſcirent utique, aquam eſſe permanentem. Quæ ergo aqua eſt verè quæ tangenti non adhæret, ſed ſuperficiem diſcurrit nihil humectans, ſicut argentum vivum. Quis ergo faciet talem aquam? certè dico quod ille, qui ſcit facere vitrum; hæc enim materia nihil aliud quàm de ſe-ipſa vult ſibi adjungi, nam omnia quibus indiget in ſe habet. Et ſi bene excogitentur, quæ prædixi, ſcietis ex hoc cinere habere lapidem rubeum intenſo colore, parum perſpicuum habentem, frangibilem cum modico ictu, fuſibilem, penetrantem, ingredientem, & perpetua citrinatione tingentem, cujus verum pondus centum millia & plus Saturni convertit in Solem, eſt autem in projectionis modo ſubtilitas, quæ ignorata elixir tenens non proficit ex eodem.

Concluſio totius epiſtolæ.

ERgo fratres non miremini, ſi in hoc opere multi errent, quoniam juro vobis, me nunquam vidiſſe quenquam præter magiſtrum, qui in debita applicaret materia opus ſuum, ſed conatur ad impoſſibilia in materiis, ac ſi de cane crederent hominem generari, quid mirum ergo ſi reddantur in operibus mendaces. Nam lapide, &c.

D. K.

Credo quod ego totum hoc vidi in operatione Saturni; quæ in hoc auctore ſunt dicta, aliquando Domino diſponente, & ſpiritu ejus cooperante, experienda.

OPUS

OPUS PRAECLARUM AD UTRUMQUE MAGISTRI VALENTINI EXPERTISSIMI. QVOD PRO TESTAMENTO dedit filio suo adoptivo, qui etiam istum tractatulum propria manu scripsit Ioanni Apot.

STudio namque florente Philosophico quandam partem secretam, videlicet, scientiam famosam, inclytam, glorioſam, imprudentibus occultam, sapientibus verò manifestam, per quam omnis gradus Ecclesiasticus dum habita fuerit, & inventa Deo Altissimo sine penuria famulatur, &c: Reges & principes dominantur, & adversariorum suorum colla sibi subjugant: Pauperes & inopes in suis necessitatibus adjuvantur, succincti sermonis eloquio, nec penitus occulto, nec penitus manifesto, ne improbus tanquam probus tam eminentem scientiam indignè usurparet, eamque in suis peccatis & negligentiis foveret, amore tui fili charissime in hoc præsenti libello ipsam tradendo propono declarare tibi. Hoc præ omnibus addiscito, ut scias naturas Metallorum & eorum generationem cognoscere. Cave tibi, ne sis nimis velox, aut capitosus, & avarus, vel cervice variabilis. Sed potius esto vir patiens, & doctrinæ filius, & vir subtili ingenio decoratus, perscrutans omnia, sis quoque largus. Et adsint tibi quoque sumptus sufficientes. Nec etiam decet ut velles per libros indagare. Eo quod libri hujus scientiæ non sunt scripti ad doctrinam ipsius inquirentis, sicut aliarum scientiarum, sed sunt tantum quædam figuræ ipsius scientiæ. Quia scripti sunt sub occultis, & diversis ænigmatibus Metaphoricis, id est, figuris, & ad hoc tantum, ut per ipsas figuras de re scientiæ sciatur, ut verè credatur, quod hæc scientia vera, & omnino recta est. Unde nullus unquam Philosophorum hanc scripsit, ut est in se veraciter, sed tantum allicuit artifices ad ipsam indagandam. Materia verò principalis omnium metallorū in suis Mineris de qua ipsa generantur, id est causantur, est Aqua sicca, quam aquam vivam, sive arg. viv. appellamus, & spiritus fœtens, quem aliter sulphur nominamus. Hujus autem scientiæ radicalia principia super quæ ipsa fundantur sunt ista, videlicet quædam materia vel substantia prope arg. viv. & sulphur fumosa & subtilissima ex natura duorum prædictorum per nostrum artificium generata limpidissima & clara, tanquam laterna in qua latet & inhabitat spiritus quintæ essentiæ, ut inferius dicemus. Non est

autem ſubſtantia ipſum ſulphur, nec arg.viv. prout ſunt in ſua natura in mineris ſuis. Sed eſt quædam pars iſtorum duorum, quæ non eſt arg.viv.nec ſulphur. Nota quod faciendo generat prædictam fumoſam ſubſtantiam à ſubſtantiis prædictorum duorum, ſcil.Mercurii & Sulphuris,& ſuorum adjunctorum,quæ dicta ſubſtantia ſimul unita eſt quoddam corpus, à quo exit fumoſa ſubſtantia,quam facit artifex aſcendere à terra in cœlum,id eſt, quandam materiam vel ſubſtantiam corporalem in materiam ſpiritualem. Et tandem poſtea ipſa materia vel ſubſtantia ſpiritualis facta congelatur & fixatur, & in lapidem convertitur, multis ſuperfluis prætermiſſis. Nota quatuor eſſe ſpecies,nec plus nec minus, quæ ad hoc elixir conveniunt componendum, videlicet Mercurius; Sulphur Citrinum fugiens; & ſulphur viride fixum habens ventrem nigrum, i.e. intellectum, quamvis clarum in viſu videtur; & ſulphur album fixum.Et hæc tria ſulphura ſunt fundentia & fluentia ſicut cera. Iſtæ autem ſpecies meliores ſunt, cum ſint novæ ſive recentes, quàm vetuſtæ, bonum ſulphur viride eſt,quod eſt groſſius in fruſtis. Et cum frangitur habet fracturam claram viridem & lucidam ad modū vitri, quapropter vitriolum ſive vitrum appellatur. Sulphur album fixum melius eſt, cum bene album fuerit,habens albam lucentem & claram, & eſt per grana oblonga,non multum,ſed parum groſſa, & cum groſſis granis melius valet. Sulphur citrinum fugiens eſt ſulphur vivum, & eſt melius in groſſis fruſtis, clarum non peroſum. Componitur autem arg. viv.cum ſulphure vivo,citrino, ita quod inſimul alterantur quodammodo à ſua natura prima, & fiunt unum & idē in una maſſa rubea & ponderoſa,quam terram rubeam ponderoſam vocamus. Et hinc non ſunt nec conveniunt,niſi tres ſpecies in hac arte,aliæ verò duæ ſpecies nō cōponuntur docet in opere hujus artis. ℞. igitur ℔ j.12.unciarum de ſulphure viridi, fixo, tere bene ſuper marmor ut melius poteris, & pone ad partem. Secundò ℞. uncias 3. id eſt, quartam partem unius ℔ 12. unciarum de ſulphure albo fixo,& eodem modo tere, ut primum & ſerva. Tertiò ℞. uncias 3.de terra rubea ponderoſa,& tere peroptimè & ſerva.Hoc autem opus contritionis vocatur à Philoſophis.

Tunc in continenti & ſine mora omnes iſtos pulveres in ſimul conjunge & bene commiſce in unum. Et tunc totam iſtam materiam divide in duo vel pone ad unum, & ſuperpone alembicum, ita quod os urinalis non ſubintret os alembici, ſicut fit in communibus diſtillationibus, ſed econverſo os alembici ſubintret os urinalis, & ab eo circumdetur & benè lutetur, & cautè ſiccetur & induretur. Ita quod alembicus non poſſit ab eo ſeparari. Et lutetur iterum & ſiccetur, ut priius. Ita ut ſpiritus nullo modo poſſint exire. Poſt omnes deſiccationes hujus luti incera,& imbibe

bibe cum cera liquefacta lutum desiccatum cautè & sapienter, prout exigit,& sic eris securus. Et illud opus vocatur à Philosophis Opus Veris,&c. Tunc sigillatum vas pone in Alludelum super cineres cribratos, ita quod spissitudo cinerum sit ad spissitudinem parvi digiti, subtus fundum vasis urinalis prædicti. Tunc suppone ignem, si sunt duo vitra,tunc in medio alludelorum,sin autem unum,tunc fac simpliciter. Sit autem ignis ille ita temperatus,quod tenere possis manum ad culum alludeli intus furnum super ignem,sine læsione, aliàs totum destrueretur opus. Omnibus igitur sic dispositis,tunc vapor istius materiæ ascendit in alembico sursum per modum fumi subtilissimè, & ille fumus ibidem convertetur in aquam claram & limpidam,tanquam laterna,habens in se naturam omnium prædictarum specierum,à quibus generata sit,descendit per cornu cervi, id est, per nasum ipsius alembici. Primò 16. guttæ vel plus nullius sunt valoris nec capiantur. Circa 16.guttam capias unam super calefactum cultrum vel purgatum ferrum, quod si bulliat,& nigrescit, tunc est tempus recipiendi aquam,& non prius. Tunc habeas duo vitra,si imposuisti duo vitra cum materia quæ sint formata ad modū phialæ, & spissa,& longa,& applica ista receptacula ad alembicos, & mittendo cornua cervi in eos cautè obtura bene, cum panno lineo sicco, & non cum luto,nec etiam nimis stricto, quod possent frangi virtute aquæ. Continuandus est autem ille ignis in hac debilitate per diem vel citra,postea non subito,sed paulatim & paulatim fortificandus est, usque ad duplum vel plus, si necesse fuerit, & in hac augmentatione ignis tenendus est usque alembicus rubescat, & in illa rubedine tenendus est ignis,donec tota aqua exierit. Et tunc fortificandus est ignis,& faciendus ut flamma,ut partes aquæ spissiores & fortiores exeant. Et talis ignis flammeus tenendus est per sex horas vel citra,donec tota aqua exeat,&terra sicca permaneat, & sic erit aqua perfecta. Nominatur autem hæc aqua nomine matris suæ,videlicet lapis sed hic purus,ibi autem impurus. Item vocatur aqua Mercurii, & aqua sulphuris, quæ ex ipsis generatur. Item vocatur fumus,ventus,oleum,aqua,aer,ignis, vita,anima,& spiritus, qui est ignis comburens, qui solvit omnia corpora, uno regimine, id est, una operatione, & pluribus aliis nominibus,ipsi Philosophi eam appellant,& lapidem benedictum, qui non est lapis,nec habet naturam lapidis. Et statim postquam illa aqua est facta,debet compositio fieri in duabus horis,quia virtus istius spiritus cito evanescit,nisi per compositionem ipsius cum corpore, ut ab ipso corpore retineatur. Ideo oportet,quod citò fiat. Et illud opus vocatur Autumnus. Itē vocatur imprægnatio. Sume ergo de terra alba purissima 2.ℨ.i.e. duas uncias, in laminis tenuissimis, & projice in aquā illam,& claude vitrū peroptime cum lineo panno

& loca ſuper cineres tepidos, ſituatis in aludelis ſuis ſuper furnos. Et ſtatim ut hoc corpus intus projectum fuerit in aquam illam tepidam, tunc incipit aqua immediate bullire ſi bona fuerit. Si verò non bullierit, error factus eſt in ejus operatione, & nihil valet. Et ideo oportet reiterare & aliam facere. Tenenda ſunt vaſa ſuper calidos cineres continuè, donec illa aqua à bullitione ceſſet, & cum ceſſaverit erit clara, & limpida & viridis. Et terra noſtra erit ſoluta ſpiritui congregata. Nota, ſi aliquid autem remanſerit de corpore, quod non erat ſolutum vel liquefactum, non eſt vis, ſed accipe aliud vas ſimile priori, & pone in illam aquam, quantocyus poteris, per clepſydram vitream, cautè, quod illud, quod remanſit in fundo non ſolutum non transeat cum aqua clara. Et ſingulis vaſis bene obturatis cum panno lineo, ſerva aquam benedictam, in horam neceſſitatis. Et tunc fac iterum aquā novam, & impone illa quæ non ſunt ſoluta in priori aqua addendo de terra nova, ut ſunt 2.ʒ. ut prius, & procede per omnia ut ſupra, & funde aquam poſteriorem, cum ſua terra ſoluta ad primam, & ſi adhuc non eſt terra tota ſoluta, tunc ſi vis, fac ut prius, quouſque habeas de illa aqua ſatis ad placitum. Et hoc eſt verum principium & medium. Et dicitur hæc aqua in qua corpus ſolutum eſt, Temperatura ſapientum & aqua vitæ; & corpus ſolutum, vocatur guma Philoſophorum, ſed nondum perfecta.

Notandum, quod iſta prima pars elixiris eſt alba, quia de terra alba eſt, ut dictum eſt. Et ſecunda pars elixiris eſt rubea, quam de terra rubea fac ut dicemus. Et ſic videntur duo eſſe elixiria Veterum in hac arte, cum tamen ita non ſit, quia in rei veritate, hæ duæ partes non faciunt, niſi unū verum elixir, quod eſt ad utrumque, videlicet primo ad album, poſtea idem non aliud, & in eodem vaſe ad rubeum. Diximus enim jam de parte alba. Nunc dicemus de parte rubea facienda. Et tunc iterum attende fili, ut non oberres, nam prædictæ ſpecies ſunt aſſumendæ ad rubeum, ſicut prius ad album, ſed cum aliis ponderibus ſolum. Recipe de ſulphure viridi fixo. j. ℔. 12. ʒ. & in hoc concordant pondera: Item ſulphuris albi fixi medicinæ partē unius lib. 12. ʒ. Item terræ Rubeæ ponderoſæ, 6. ʒ. & in his duobus diſcrepant pondera ad rubeum à ponderibus aquæ albæ. Ex iſtis ſpeciebus facias per omnia ſicut ſupra habes, videlicet opus Hyemis, Veris, Æſtatis & Autumni ſimili ſeparatione, contritione, & decoctione ignea, ſimilibus vaſis, Aludellis, furnis, juncturis & lutis, ſimili ſeparatione flegmatis ab aqua, ſimili receptione, ſimili projectione, vel conjunctione, ſeu matrimonio terræ rubeæ cum ſpiritu lapidis in aqua prædicta. Debet autem eſſe terra rubea, munda. Sed nota cum compoſita fuerit cum aqua non ſolvetur in ea. Quia tantæ virtutis non eſt aqua, ſed calcinabitur tantum: & in pulverem rubeum

quodam-

quodammodo & ſine tactu reducetur. Hoc ſic facto remove aquam cautè, & pone in alio vaſe eidem ſimili ita effundendo, ut pulvis rubeus maneat in ſuo vaſe. Et in illam aquam remotam pone aliquod corpus album, ut eſt terra alba, & ſolvetur in ea, & ſic habes proficuum. Terram verò rubeam, calcinatam, deſicca, ſecundum modum ſuum, ſicut fili â me vidiſti, quia non poſſum tibi omnia jam replicare. Serva autem illum pulverem in mundo vaſe, donec aliam aquam feceris, in qua poſſent diſſolvi illi pulveres. Aliam aquam facias de prædictis ſpeciebus videlicet ſulphuris viridis ℔.j. 12. unciarum, & novem unciis ſulphuris albi, & 9. ℥.terræ rubeæ ponderoſæ, & operare per omnia opera ut prius, excepto hoc, quod in ſeparatione flegmatis ab ea plus ſeparabis in duplo, aut plus quàm in aliis ſeparaſti. Et poſtea recipias, ut dictum eſt, de aliis, & in eam pone illum pulverem rubeum, & ſi ſolvatur, & fiat aqua rubea valde, tunc eſt aqua perfecta; ſin autem, tunc iterum remove aquam ab ea, ſicut aliàs feciſti, & ſicca terram rubeam, ut prius, & ſerva. Et reiteranda eſt aqua ex novo, augmentando pondus in tribus unciis ſemper in ſulphure albo, & in terra rubea tantùm, & non in ſulphure viridi, cujus pondus ſemper eſt æquale in iſtis aquis. Et ſemper plus ſeparabis à flegmate in illa in duplo quàm in prædicta, donec invenias aquā quæ ſolvat terram rubeam in aquam limpidiſſimam rubeam. Quidam autem totum removent quod ante rubificationem alembici exit, ſervantes albam aquam ad partem. Dicunt autem, quod illa aqua alba ſolvat corpus album, & ſecunda rubeum, & bene dicunt, ſecundum quod opifex eſt circumſpectus, tu autem fili tene quod tibi videtur. Cumque inveneris aquam, quæ ſolvit corpus rubeum, tunc ſerva illam, & fac tibi de illa quantum vis. Intellige ut ſolvas de corpore ſemper novam aquam faciendo, & corpus in ea ſolvendo, & ſemper ſolutiones in unum vitrum fundes, donec ſat habeas. Etiam ſic fac de albo ut ſupra, ſi totum non ſolveretur de terra rubea, non debes tamen tantum ponere de rubea terra ſicut de alba, ſed tantum duas dragmas, id eſt quartam partem unciæ unius, ſi autem plus poteris ſolvere, plus adde, veruntamen ut bene calcinetur. Et ſicut prima aqua alba in hac arte nominatur virgo vel puella prægnans, habens unum uber, id eſt ſperma fœmineum album & frigidum, & urina puellarum vocatur antequam corpus album ſolvatur in ea: Ita & illa aqua rubea prædicta vocatur juvenis pulcher, ſicut tu fili mi homo es, habens caput nigrum, veſtimentum purpureum, quia ſperma maſculinum eſt calidum, ergo rubeum, utrumque autem dicitur urina infantium, & infinitis aliis nominibus. Et nota quod ventres vaſorum non debent totaliter impleri de prædicta materia, ſed tantum ſemipleni erunt. Perficitur autem elixir ad utrumque

illo modo: Accipe ergo tantum quantum una vice feciſti de aqua alba, & ſcias, quantum eſt pondus ipſius, ad tuam ſubtilitatem relinquo. Non enim tibi fili mi potui omnia ſcribere propter causā, quam tibi inferius declarabo. Et tantum ℞. de aqua rubea, cujus pondus tibi relinquo, & funde ambas aquas in cucurbitam fortem & ſpiſſam; tunc in continenti tota aqua erit citrina, clara & limpida, & erit vera copulatio, & verum elixir ad utrumq; ibi vera erit imprægnatio ex quo verus ſequitur partus. Iſta autem ex duabus aquis facta una, ut dictum eſt, nominatur aurum noſtrū, & argentum noſtrum, imò aqua cœleſtis, & æs noſtrum, acetum noſtrum, magneſia noſtra, & fermentum lapidis & utrumq;. Et ſtatim cum has duas aquas infuderis, debes bene obſtruere, donec bene permiſceantur, & fiat res una videl. aqua clara, rubea. Et ſcito fili quod par pondus debet eſſe utriusque, & quælibet aqua reſidua, videl. alba & rubea, debent ſervari in ſuis vaſis optime clauſis. Attende quia non debes illas aquas, niſi medietatem utriusque recipere, ad conjunctionem aliam autem medietatē ſerva, ut dixi, quæ vocatur cauda draconis, quia ſervatur ut draco ſiccus eam devoret, ut inferius patebit. Hoc tē quoq; ſcire volo, fili, quod unum ſine reliquo non perficies, videl. quia non poteris tu ex te ipſo prolē generare, ſic nec virgo ſine maſculo, hoc tibi ſecretum eſſe nolo propter tuā ſervitutem, quam habes erga me. σολλωνα ηστα ϛοτ μεῶλ, ϵϑ σολῶιϑ. Niſi iſta conjunxeris nil proficies. Modò attende fili, quia jā attendendū eſt ut opus prædicti lapidis bene diſponas. ℞. ergo elixir vel compoſitum prædictum, prout eſt in ſuo vaſe in quo prius ipſum poſuiſti, videl. in cucurbita, & pone ſuper illud alembicum vitreū & luta bene, & ſicca, & cera eo modo, ſicut in extractione aquarum in prima operatione feciſti. Et hoc ſic compoſito, accipe illud vas, & ſepeli in fimo equino calido, & fac animam, id eſt, aquā ab eodem, hoc eſt ab elixir evolare, ipſam aquam in vaſe vitreo capiendo, & flegmaticam abjiciendo, ut ſupra in primis feciſti, probando donec gutta bulliat ſuper laminam ferream calidam. Tunc procede cum igne ut ſuprà, quousque tota aqua paulatim exeat, & materia ſine aqua appareat. Item continua ignem, donec aqua nigra fuerit & ſicca. Et tunc quæ prius in prima operatione vocabatur ſpermata, vel pater aut mater; nunc in hac operatione vocatur terra, vel nutrix. Ideo dicit Philoſophus. Extrahe à radio ſolis umbram, vocatur autem à Philoſ. terra iſta umbra ſolis, corpus mortuum, corona vincens, cortices maris, magneſia nigra, draco quoniam comedit caudam ſuam, & infinitis aliis nominibus nominatur. Aqua autem iſta quæ ab eo exit, nominatur cauda draconis, quæ à prædicto dracone comeditur, ſicut duorum reſiduum ſpermatum in prima operatione nominatorum. Et ideo in iſtam aquam totaliter extractam debes mittere de corpore albo

ad ſolven-

ad ſolvendum,ut in prima operatione feciſti,& ſervare ad partem cum aliis ſpermatibus ad horam neceſſitatis. Hæc vero terra deſiccata,ut dictum eſt,extrahatur de cucurbita cautè. Et ſcias ſimiliter pondus ejus. Et poſtea mitte eam in alio vaſe de forti vitro, ſpiſſo, amplo, & magno, ſecundum quantitatem medicinæ quam facere volueris,ita ut competat quantitati vel terræ prædictę ponderi. Venter vaſis ſit rotundus, collum longum. Et cum draco prædictus vel terra fuit in prædicto vaſe poſitus, ponendum eſt vas bene obturatum in aludello, ſuper cineres,& ignis faciendus eſt in tribus carbonibus groſſis, & continuandus donec terra ſolvatur in ſe ipſa, & fiat aqua ſpiſſa, rubea. Sed ſecundum alios & melius ſepeliatur in ventre equino calido, donec ſolvatur. Solvitur enim iſto modo in 40 dieb. Alii ponunt in aere vaſe aperto, ſed bene caveant,ne pulvis aliquis introeat vitrum. Citius autem perficitur hoc opus in humido,tardius in ſicco,ut dictū eſt. Hanc autem ſolutionem nigri corporis & mortui, ſolutionem nominamus,cum ſolvitur per ſe ſolum,cum vero ſolvitur per aquam ſuā, hanc ſolutionem,reſurrectionem,aut vivificationē,ſeu animationem corporis mortui nuncupamus, & hanc tibi chariſſime fili, oſtendam inferius. Sed cum ſolutiones iſtius terræ perſe diverſæ ſint, cogor tibi, mi fili eas explicare, ne aliquando contriſteris. Audi tenendum tibi trado, quod ſolutiones illæ quæ fiunt cum flegmate ignis, vel cum fimo equino non proprie ſunt ſolutiones, ſed potius liquefactiones, vel fuſiones ad modum ceræ vel metalli ut ſæpe conſpexiſti.

Sed hoc oportet primo fieri. Per quod patet quod fuſio hic accipiatur pro ſolutione, vel è converſo, ſolutio pro fuſione, & cum per ſe ſua eſt, ut dixi, tunc iterum propriè per ſe ſolutio eſt, ùt in aere. Et ergo ſolutio fit duobus modis,in hoc loco. Oportet ut conſideres ùt primò per ſe ſolvas, id eſt, liquefacias, & ſecundo per ſe ſimpliciter in aere, tum in vaſe prædicto. Accipiendum eſt illud vas cum terra ſoluta, & ponatur ſuper cineres in aludello ſuper furnum, & in furno fiat ignis lentus,& hoc continuando ibidem donec congeletur in unam maſſam nigram, & fiat dura & nigra, ſicut maſſa ſalis cujus maſſæ fractura erit lucida ſicut fractura vitri. Iterum tere & pone cum ſuo vaſe in loco ſuo ut per ſe ſecundo,ut dictum eſt in aere ſolvatur ut prius. Et ſecundo ſuper cineres, ut prius, congela in eodem vaſe. Alii verò poſtquam per ſe ſemel eſt ſoluta,& congelata, ut præmittitur, ſciunt pondus ejus, poſtea ſibi ipſum ponunt, aliquid modicum id eſt ſextam partem ponderis ſui de cauda ſua,id eſt,de aqua,quæ ab eo exivit, & non de alia, quæ in hoc loco ſi ſic fiat, debet eſſe omnino ſimplex ſine quacunque impræ gnatione corporis vel ſpiritus Et poſtea ſunt quidam ex ipſis qui ponunt ipſum in aere,ut permittatur

ad ſol-

ad ſolvendum. Et quidã ex illis faciunt eam diſſolvere in ventre equino. Et poſtea omnes iſti ipſum deſiccant, id eſt, aſſant, id eſt, congelant ſuper cineres lento igne, ut dictum eſt, cave fili, quid facias in hoc paſſu. Et ſic quocunq; modo diſſolves eam & congeles quater reitera iſtam ſolutionem, & congelationem, quarta vice ſublimatione & congelatione, & completum eſt. Tunc terra noſtra remanebit in fundo vaſis fixa, & lucida nigra in fractura, & projecta ſuper corpora alterabit ea in ſuo colore. Et his omnibus ſic completis, verum regimen terræ benedicti lapidis ſufficienter peregiſti. Et nota quantocunque pluries hæc terra ſoluta fuerit & congelata, ut dictum eſt, tanto ſubtilior erit, & penetrabilior. Et nota quod quidam non fundunt vel liquefaciunt eam, ut dictum eſt ſupra, ſed tantummodo eam per ſe ſolvunt, proprie, ut dictum eſt, & congelant. Et ſi dimittatur prædicta fuſio, quam ſolutionem vocamus ſuperius, non eſt error, & tamen ſi per coctionem fuerit denigrata, quam formam vaſis ſuperius deſcripſimus, in quo hæc terra, poſtquam fuit denigrata, debet poni ad ſolvendum & ad congelandum. De hoc nota quod non removimus dictam terram de ſua cucurbita, ſed delutato alembico & remoto, deſuper ipſa unum coopertorium vitreum ſpiſſum & forte ponimus, lutamus, inceramus ad cucurbitam, quod coopertorium vulgariter vocamus Antonearium, quod habeat collum gracile & ſpiſſum, & pendeat illud collum intra cucurbitam, & non extra, quod collũ debet lutari, & cerari ne ipſum flos fugiat. Et cum opus eſt remove coopertorium, & iterum alembicum appone, & luta, & iterum Anteonarium appone alembico depoſito, & ſic alternatim cum opus eſt fac, & ſic in uno vaſe potes totum perficere. Vide fili quid feceris, in hoc vaſe non concludimus, neç concludimus te in foramine vaſis. Quia ſi ſubtilius & magis proficuum ſciveris hoc aſſume. Multa enim de haç operatione artis eſſent ſcribenda, quç tuæ induſtriæ relinquo, & ſic completam habebis denigrationẽ, ut ſuperius dixi. Nunc autem ad diſpoſitionem dealbandi veniamus. Scias ergo pondus iſtius terræ, ut dictum eſt. Et poſtea ſolve illam terram per ſe, ſicut feciſti in denigratione ipſius, qua ſoluta, accipe medium ſui ponderis, de ſpiritu non fixo, id eſt, de aqua, quæ ab eo exivit quæ Canis Balſami dicitur, ſive lac virginis, aut argentum vivum noſtrum, ſeu anima, aut ventus, aut cauda draconis, &c. ut ſupra dixi, & pone hoc ſuper ipſam terram ſolutam, vel draconem ſolutum, per collum coopertorii cucurbitæ, ipſo coopertorio cum cucurbita prius bene lutato, ut dictum eſt, & obtura bene collum coopertorii, & luta bene ſecundum modum ſuũ. Et ſi fuerit aliud vas, obtura bene cum lineo panno ſiccço fortiter, poſtea pone in fimo equino calido & humido, ut ſuper cineres, id eſt, ſicca cum lento igne ut dictum eſt. Et ſic continua, donec

ipſa

ipſa terra & aqua unum fiant, ſeu una res adhuc magis clarior, & alterius coloris, tùm in modico quam quod prius erat, hoc facto & completo, totum congelandum & inſpiſſandum eſt in maſſam, & reducendum in eodem loco, & in regimine continuo, & ſi neceſſe fuerit coopertorium cucurbitæ eſt removendum, & alembicus inſtituendus, ut dictum eſt, deſuper lutandus ne inde exeat aliquis humor, & res citius inſpiſſetur. Signum autem eſt quod res, id eſt, gumma in decoctione erit decocta, quod ſi mittatur vas infrigidari, & ille draco durus fuerit, ad modum duræ picis vel frigidæ, tunc ſatis eſt decoctus; & à ſuo flegmate purgatus. Nota, Aqua quæ in hac decoctione de hac gumma vel dracone exierit, ſi cum aliquid exierit poteſt recipi. Et ſi neceſſe fuerit de ea, ſicut de cauda operari, hoc dracone congelato ponatur in tali loco ubi per ſe diſſolvatur in aquam ſpiſſam de ſuo calore exiſtente. Qua ſoluta pone ſuper cineres ſicut in denigrando feciſti, & ibidem dimittes eam, donec congeletur ut dictum eſt in denigratione. Et iſta decoctio eſt completa & erit unum corpus, adhuc opacum, ſed in fractura clarum. Vide hic fili, quia dicit philoſophus, quod præcavendum eſt, ne elixir ſubmergatur. Submerſio autem elixiris eſt, ut dicit Geber, quando ſumma volatilis ſuperat ſummam fixi, & ſic erit perfecta illa decoctio, tunc ultimò ſcias pondus totius illius congelati ſicut ſciviſti, primò per tuam induſtriā. Quia non poſſum tibi omnia ſcribere, ſed multa tuæ diſcretioni relinquo, ne forte perjurus inveniar. Poſtea pone quartam partem ipſius congelati ſuper terram congelatam, vel ipſum congelatum de aqua prædicta vel cum ſpiritu non fixo, ſine cauda draconis vel ſpermate albo, hæc omnia idem ſunt, & in eodem vaſe, & ſine extractione draconis ab eodem vaſe, & decoque, ut prius vaſe bene obturato, ut eſt dictum, donec congeletur, & inſpiſſetur, & fiat res dura, ſicut pix, & poſtea ſolvatur per ſe totum. Et ipſo ſic per ſe ſoluto, ſtatim ſuper cineres, lento igne congeletur, ut dictum eſt, & erit maſſa alterius coloris quam prima & aliquantulum magis clara. Et ſimili modo, ſimili regimine, ſimili pondere: videl. pars totius congelati quarta & ar. viv. & aqua alba prædicta deſuper ponatur totum congelatum, & ſimili ſolutione & congelatione, tam per caudam ſuam, quam per ſe, ille draco ſolvatur, & congeletur. Continuetur autē & regatur, & reiteretur hæc diſpoſitio de alembicis per hujus aquæ albæ vel caudæ pondera, & per has rigationes, adaquationes, imbibitiones, inſpiſſationes, inſpirationes, vivificationes, animationes, ſolutiones & congelationes tam perfectam vel per ſe, quam per aquam, & in eodem vaſe, & ſine extractione draconis, donec ille draco vel tota illa maſſa mortua, quaſi homo in ſuo tumulo paulatim & paulatim ſuo ſpiritu, vel vita, aut anima qua privata fuit denigrando, ut eſt dictum, iterum

inſpiſſetur &vivificetur,animetur, reſuscitetur,& ſubtilietur magis quam prius, ut fiat unus lapis criſtallinus albus, participans quandam viriditatem,perſeverans in igne, fundens,fluens,& congelans Mercurium & perfecte retinens, & transmutans quodcunque corpus imperfectum. Notandum eſt, quod plures colores & diverſi apparebunt in illo lapide antequam fiat albus. Et primus fuit niger, & poſtea albus, qui ſunt duo contraria. Quia dicit philoſ. ex uno contrario ad aliud contrarium tranſiri non poteſt ſine medio. Ideo oportet quod veniendo in illo lapide de nigro ad albū, quam plures colores intermedii appareant,& propter hoc dicit in libro,quod pluries citrineſcit ,& pluries nigreſcit, imo quotquot colores in mundo poſſunt eſſe apparebunt,attamen non ſunt veri colores, ſed in fine expectanda eſt dealbatio,quæ eſt verus color. Et ſecundum variationem illorum colorum Philoſophi hunc lapidem diverſis nominibus nominaverunt. Alii ferrum, alii plumbū, alii ſtannum, alii cuprum,alii æs,alii aurum,alii argentum, quæ omnia nomina, quamvis diverſa in vocabulis, ad unum tamen intendunt intentū. Et hic lapis albus habet pondus patris ſui,i. ſolis. Granum enim iſtius lapidis generat centum grana in multiplicatione,per imbibitionem gumæ à ſpiritu non fixo,albo, & hoc debet fieri eodem modo, & ſimili regimine in omnibus ſicut in dealbando feciſti prius. Et ſic non oportet quod recipiatur à principio, ſed quod multiplicetur ut dictum eſt. Nec ita modicum de eo habendo,ſis contentus,cum poteris usque in infinitū multiplicare per modum jam dictum.Et ſcias quantumcunq; plus ſolvitur etiā ſua anima vel ſpiritu non fixo,& congelatur,tanto magis multiplicatur,& non ſolum in quantitate,ſed etiam in virtute tincturæ, & ſubtilitate, & in projectione majus pondus convertet & transmutat. De cujus projectione & modo ipſius, & de furnorum forma & nominibus vaſorum inferius tibi dicam. Conſervetur autē hic lapis in loco ſicco,ſicut ſal punari,& in forti vitro,& non in humido loco, quia tunc per ſe ſolveretur. Et tamen ſi continget ipſum ſolvi,non propter hoc pejor eſſet ſed iterum ſuper cineres, lento igne,per ſe congelandus eſt ſicut in dealbatione feciſti. Item nota, quod quamvis decoctiones noſtras fecimus de aqua prædicta alba,cum pondere quartæ partis totius congelati corporis, ut eſt dictum, attamen ſi majus pondus de ipſa poſueris, ſuper ipſum corpus,quā eſt quarta pars ipſius, dum tamen elixir nō ſubmergitur, melius erit, & ille lapis dealbabitur,& erit ſubtilior, & penetrabilior, & cum majori pondere alterabit, & convertet, ut dictum eſt. Item nota,quod ſubtilior eſt lapis vel medicina quæ convertit Mercurium, quam illa quæ convertit corpora, & è converſo,niſi ſubtilior fuerit præparata. Ego vero per ſeptennium vacavi circa diverſos errores artis illius, per varias operationes erroneas, antequam

quam verum elixir apprehendi, quam artem cum deprehendissem, in septem diebus feci & composui. Patet ergo quod oportet artificem multis erroribus experientiam addiscere. Ideo esto vigilans, fili, habes tamen fundamentum à me, quod ego septennium vix inveni. Ideo patet quod dicitur, opus nostrum non est nisi opus mulierum & ludus puerorum.

Item nota dealbare,& rubificare idem sunt, quod calcinare, & solvere, & congelare idem sunt quod componere,& compositum facere, & conjungere. Assare idem est quod rem desiccare, vel in tali loco ponere quod possit in pulverem siccum competenter redigi. Item distillare, sublimare & solvere idem est quod facere descendere de cœlo in terram. Item solvere in aquam idem est quod sublimare. Et fixum & volatile congelare,idem est,quod descendere & facere fixum volatile. Item solvere per se est idem quod facere fixum solutum, & congelare solutum idem est quod calcinare solutum per se. Et id calcinare idem est quod dealbare, & rubificare perfectum. Et sic intellige fili doctrinæ, diversa vocabula hujus artis in unam intentionem convenire, in qua diversitate vocabulorum multi erraverunt, & adhuc errant & decipiuntur.

Item nota, quod major labor est in dealbando, propter pondera & commixtiones quæ ignorantur, antequam probentur, quam in rubificando; quia tunc per albificationem cognoscuntur, & similiter certior modus datur laborandi,&c.

Item nota,quoad fusionem lapidis,quam superius in dispositione denigrandi: Hæc terra nostra verò desiccata,& cætera,solutionem nominamus, nullo modo facienda est, nec facias, quia periculosa est & damnosa, quia sicca. Sed quando scripsi illud capitulum, tunc non recolebam de illa fusione damnum me incurrisse,& ideo omnino prætermittenda est, & facienda est alia solutio, non violenta, ut ibidem est constitutum, & ostensum, & erit perfecte completa dispositio dealbationis. Et modo veniendum est ad dispositionem citrinationis,ut inde ad rubedinem perveniamus. Accipe ℈. ℥. de prædicto lapide albo, & in eodem vase, à quo ipsam extraxisti,iterū eam impone, & in simili tali,& obtura vas eo modo, sicut prius in dealbando fecisti, & fac eam ibidem solvi per se ut dictum est. Qua sic soluta per se accipe de sulphure rubeo, id est, de arg.vivo rubeo, vel spermate masculino, quod ad partem reservasti,ut dictum est, & sit ejus quantitatis aquæ rubeæ quantū de duabus unciis fecisti, & dimitte ibidem, insimul misce per minima donec sint unum & idem, & una aqua clara citrina tendens ad rubedinem, & claude vas cum alembico, sicut in denigrando fecisti. Et hæc aqua vocatur fermentum solis, & secundū compositū,sicut primum compositū dicitur fermentum lunæ. Tunc accipe

cipe vas prædictum lutatum cum aqua prædicta, & pone in loco ubi possit ab eo exire aqua paulatim & paulatim, sicut in denigratione feciſti. Et extrahe à superfluitate flegmatis & recipe eã, sicut prius, & de ea fac ad rubeum, sicut feciſti in denigrando ad albũ, & altera aqua penitus inspissetur. Scias quod illud quod apparebit in fundo vasis, erit lucidum & clarum, rubeum, fusile, tanquam cera, & appellatur rubinus, hyacinthus, corallus, vel Jaspis, &c. Hos autem lapides, sic nominatos propter suum colorem, vel hoc totum desicca, & assa, quantum poteris, ut natura ejus exigit, donec siccetur, & vertatur in similitudinem croci sicci, vel sangvinis combusti; & hæc siccatio & assatio dicitur cineratio, & completa est dispositio cinerandi. Notandum est, quod totus lapis albus sine motione ipsius à suo vase potest modo prædicto cinerari & in fermentum solis converti; sed magis oportet habere de sulphure rubeo vel spermate. Vas vitreum vix inveniri posset, sine fractione, usque ad perfectionem lapidis. Ad disposition em rubificandi est veniendum, quod est ultimum opus lapidis nostri.

DE hoc dico, quod post dealbationem usque ad perfectam rubedinem nullus sequitur error. Quia eodem modo rubificandus est, quomodo & dealbandus, & in eodem loco, & in eodem vase, & in eisdem ponderibus aquæ, & similibus inbibitionibus, rigationibus, & in iisdem omnibus aliis regiminibus, sed cum sulphure rubeo, vel aqua spirituali rubea, sive spermate rubeo servato priùs, quæ idem sunt, & totiens reiterare sic coquendo, imbibendo, & congelando, sicut in dealbatione feciſti, donec Rex rubeo diademate coronetur, vel donec hujus totum compositum rubificetur, prout decet, & fiat unus lapis, rubeus, clarus, fluens fundens, & in igne perseverans, & tingens, & transmutans, penetrans, convertens Mercurium, & omne corpus solidum, & molle, in solificum verum, purgansque omne corpus, & humanum ab omni infirmitate, & in sanitate conservans, faciensq; vitrum malleabile, ita ut malleo tundatur sine fractione, & fingens omnes lapides precioſos. Et hic est lapis benedictus rubeus, pater omnis precii, thesauri totius mundi, quem cui Deus vult, largitur, & abstrahit. Hunc dilectissime fili à me constanter susci pe, quoniam eum feci, ut tu ipse vidisti. Cave tamen, ut nulli ista scripta demonstres, & esto mei memor, ne & tibi ita eveniat. Modo audi qualiter medicinam projicias. Fit autem projectio illius tali modo supra corpora, secundum quod lapis est subtiliter, plus pone de corpore minus de Medicina. Et hic modus tenendus est in omni projectione, tam ad album quam ad rubeum.

Recipe j. dragmam de gibar, id est, Medicinæ, & quadringentas quadraginta dragmas plumbi, vel stanni, & funde super ignẽ, & projice istam dragmam medicinæ super illud plumbum fusum,

vel

vel ſtannum, & totum convertetur in medicinam. Et ſi medicina noſtra fuerit tantæ virtutis, quod tantum pondus poſſet convertere in medicinam, ut eſt dictum, tunc accipe minus de corpore quantum ſcis poſſe converti. Et ſi plus poterit convertere, plus accipe. Tunc de illo non converſo in medicinam, accipe j. dragmam & ſimili modo projice iterum ſuper quadringentas quadraginta dragmas plumbi, vel ſtanni fuſi, ut prius. Et adhuc illud totum convertetur in medicinam, ſed non ita fortem ſicut prima.

Item ℞. de iſto ultimo converſo. j. dragmam, & iterum tertio projice ſuper ducentas quinquaginta dragmas æris, vel cupri, & convertetur perfecte in lunificum verum, vel ſolificum ſecundum colorem medicinæ. Qui ſol ſive luna, ſic per hanc medicinam generatus vel generata, excedit omnem ſolem vel lunam naturalē, in omnibus proprietatibus, tam medicinalibus quam aliis. Et eodem modo fit projectio ſuper Mercurium. Ex his ergō patet quod Mercurius noſter verè ſe ipſum mortificat, ſe ipſum generans, & vivificans. Fit autem hæc projectio in crucibulo terreo ante fugam Mercurii. Debes autem probare cum medicina facta fuerit ſuper quanta pondera poterit cadere, per modum prædictum. Potes autem, ſi volueris, per ſublimationem & congelationem, ut eſt dictum, ipſam medicinam ſic ſubtiliare, quod ſuper millies mille partes caderet & ipſas converteret realiter. Hanc autem certitudinem ponderum in projectione & ſubtilitate medicinæ tibi relinquo, & tuæ induſtriæ inſuper, & cum per eam vitrum malleabile vis facere, & lapides pretioſos fingere. Veruntamen per ea quæ quæ diximus in hoc capit. non intendo te fili concludere in modo & forma & ponderibus projectionis, quin aliter poſſes ea facere per alia pondera, prout poſtulat virtus medicinæ. Nunc autem hæc medicina ab hominibus ſumpta corpora in ſanitate conſervat, à languoribus & à ſupervenientibus infirmitatibus defendit. Operatur enim ſuper omnes Galeni, Hippocratis, & aliorum Philoſophorum medicinas, potationes, ſyrupos, & confectiones quascunque. Hæc medicina infectis paulatim appoſita protegit, ne aliquis iisdem morbus eveniat in poſterum. Alias indagationes medicinæ hujus in particulari cauſa brevitatis omitto, & tuæ induſtriæ fili mei relinquo. Nam & tu guſtaſti eam à me miniſtratam tibi. Nunc dilectiſſime fili, tibi nihil de hac ſcientia abſcondi, excepto artis ſecreto, ne fierem maledictus in revelatione ſecreti, tamen te poſui in viam indagationis, ad hujus ſecretum inveniendum, unde Deo gratias & mihi innumerabiles teneris reddere, quamvis nunc ea vilipendis. Eſt autem ſecretum illud hujus artis, quod non à me, ſed ab alio diſces ut dicit Ariſtot. debes ſcire aquam illam cœleſtem, glorioſam, de qua ſuperius di-

dixi quæ corpus noſtrum vertit in ſpiritum, hoc totum opus replicat: Idem Alphidius Philoſophus in libro qui dicitur clavis. Accipe dicit albedinem & nigredinē, divide, cum aqua decoquatur, & deſcendit in alembicum, quod eſt cooperrorium vaſis, fæces projice, cape inde aquam, aqua ablue terram & munda, vas firmiter claude, & fumum cave, ignē propinquius duc, putrefactioni tuæ ſerva frigiditatem, & caliditatem vita, in temperantia ſapienter age calorem. Noli feſtinare, eſto patiens. Coquendi & purificandi mora non te tædeat, vas in ſtercore humido circunda. Et aliquot menſes fac eas evolare, donec aqua rubeſcat, & inſpiſſetur. In hoc autem libro ſcias, quod diſtillatio eſt per alembicum quam uniùs ſublationem. Quia tunc corpus terreum ſublevatur in aerem, hoc eſt in cœlum, unde ſcias, quod cùm ſolvimus, in ſimul ſine intervallo & temporis ſpacio ſublimamus, calcinamus, mundamus, abluimus, conjungimus vel componimus, & ſeparamus. Unde ille eſt ordo ſeparationis noſtræ, qui fit ſimul in una hora, cum corpus noſtrum ad diſſolvendum in aqua ponitur, tunc ſtatim denigratur, & ſtatim per minima ſeparatur, & ſtatim calcinatur, & deinde ſtatim ſolvitur & ſublimatur, & ſolvendo, ſublimando conjungitur cum ſpiritu, & ſi fuerit aliquid extraneum cū corpore mixtum illud non ſolvitur, ſed in fundo vaſis remanebit, & mundatur corpus ab extranea re ſi qua in ipſo fuerit, veruntamē non eſt expectandum donec ſolvatur. Alias ſolutio quodammodo inficitur, nec ita habetur, prout decet, & niſi bene cautiſſime proſpexeris, vix percipere poteris ita eſſe, propter tam citam, & ſubtilem, & brevem operationem, veruntamen in hac & in omnib. aliis operationibus illius lapidis, cave tibi à fumoſitatibus rerum pro poſſe tuo, quia ſi te introeunt, periculum eſſet vitæ, ſive in præſenti, ſive in futuro, niſi per aliquas medicinas bonas te juvares. Quas debes ſemper tecū habere paratas, ut ſtatim poſſis tibi ſuccurrere, & remedium apponere oportunum, ut cum ſanitate opus illud glorioſum ad finem poſſis deducere. Quod tibi concedat & mihi, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit in perpetuū, & regnat in ævum, Amen. Cumq; dilectiſſime fili, cuncta ſic invenies, lauda Deum, & eſto mei memor. Et cave tibi ab his, à quibus cernis me comprehenſum, quid mihi prodeſt ars illa glorioſa, cum tu ſcis mi fili, in quali periculo ſum conſtitutus. Ideo admoneo te, ut caveas tibi, ne jactes te hoc vel illud ſcire, & præcipue corā magnatibus, ne tibi tale eveniat. Vale & charitatem meam, quam erga te habeo, diligenter perſpicito. Et Deus meus, qui mihi donavit hanc artem, ut tu ipſe vidiſti, donet tibi, ut hic creſcas in virum optimum, & in omnibus Deum habeto præ oculis, ut vias tuas dirigat, & pro tuo Magiſtro ora cum tibi bene erit, Amen. Laudetur omnium opifex in æternum, Amen.

SUPER

SUPER TRACTATULUM: STUDIO NAMQUE FLORENTI.

IMprægnatio, Terra autem vel feces à quibus exivit hæc aqua trium elementorum non aſſumitur, quia nullius eſt valoris, ſed alia in terra hæc aqua plantatur. Et ideo dicit Ariſtoteles: Hoc opus in uno incipitur, & in alio terminatur. Accipiatur autem terra noſtra, & primò ab ea tollantur omnes ejus ſuperfluæ humiditates, & ab ea ſeparentur, & evellantur, donec fiat lucida, & clara, & munda omni tempore. De tali ergo recipe ℥. ℨ. &c. munda, ſed ipſa terra rubea aliter debet mundari quàm terra alba, & ideo antequam in ipſam aquam ponatur debet ſuo modo putrificari bene, quam mundationem, prætermitto, quia ſatis munda invenitur venalis. Et ſic munda debet in laminas tenues vel limaturam produci.

Calcinetur veruntamen, ſi non fuerit illa dragma totaliter ſoluta. Effunde id quod ſolutum eſt, & exſicca terram quæ inſoluta remanſit, ut demum in alia aqua ſolvatur, cum additione novæ terræ. Et nota, quod cum aquam feceris, non debes in eam tantum ponere de nova terra, ſicut in primis feciſti. Sed debes corpus non ſolutum ponderare, & illi addere de nova terra, ita ut non ſint plus amborum corporum quam duæ dragmæ.

Perficies] Sunt autem neceſſaria hæc duo ſpermata in hac arte. Et hoc ideo, quia videmus, quod naturaliter unum aliud generat ſibi ſimile, ita artificialiter Sol generat Solem cum multiplicatione prædicti lapidis, id eſt, ſpiritus quintæ eſſentiæ. Ideo dicit Philoſophus, pater ejus eſt ſol, ſed quoniam in omni generatione naturali oportet receptaculum ſpermatis eſſe idoneum, & ſibi conſonum, & illud eſt luna. Et ideo dicit Philoſophus Mater ejus eſt luna, & iſta corpora ſunt neceſſaria in hac arte, propter duas rationes: Quarum prima eſt illa, quia aurum cum ſit nobilius inter metalla & magis perfectum, & fixum & compactum, tamen ſi diſſolvatur in aquam limpidiſſimam, ut eſt dictum, erit ſpiritualis, & evolans ab igne tanquam Mercurius, quod eſt mirum, & hoc ex ratione ſuæ bonæ elementationis. Et tunc habet tincturam ſuam numero, & illa tinctura vocatur ſperma maſculinum, rubeum, & calidum: Si vero luna diſſolvatur in aquam limpidiſſimā, nihilominus tamen manet fixa ſicut prius, & nullam vel paucam habet tincturam recipiendam & fixandam in temperamento calidi & frigidi. Et vocatur ſperma fœmineum & album & frigidum.

Item est & alia ratio. Quia cum Sol per se, & Luna per se sint difficilis fusionis & liquefactionis, tamen cum simul conjunguntur de facili fluunt, unde si in lapide nostro esset tantum alterum ipsorum nunquam áliquam tincturam daret, & si daret, non tamẽ tingeret nisi quantum ipsum esset, & non est receptaculum tincturæ. Et nostrum finale secretum est habere medicinam quæ fluat ante Mercurii vivi fugam. Ergo conjunctio istorum est necessaria ut dictum est. Tunc sequitur, quod alimentũ, suscipiat, & virtute sua à terra. Ideo dicit Philosophus: Nutrix ejus est terra. Quia sicut fœtus sine alimento matricis nunquam pervenit ad ætatem, ità lapis noster nunquam ad suam fermentationem suæ terræ pervenit ad effectum. Et nota quod pater & mater lapidis, id est, duo spermata ipsius in prima hac operatione, id est, in compositione elixiris Sol & Luna vocantur, quæ postea in secunda operatione, id est, in compositione lapidis terra vel nutrix appellantur, inveniamus. Sed tamen nota ante, de vero elixir, quod primum opus dicitur apud Philosophos,, quod illud sit res una, quæ reperitur ubique; quia in quolibet homine est, & apud quemlibet hominẽ reperitur, & Adam pater noster eam secum portavit de paradiso, & cum mortuus est, ipsam secum tulit, & cum ea sepultus est, id est, cum terra. Scd secundum Albertum Magnum, in libro de Mineralibus dicitur, quod aurum naturaliter ubique est & ubique reperitur. Quia non est aliqua res ex quatuor elementis, in qua non sit aurum in ultima affinatione naturaliter. Et ideo dicit, quòd ubique reperitur. Et idem Albertus dicit, quod maxima virtus mineralis est in quolibet homine, & maxime in capite inter dentes. Ita quod in antiquis sepulturis mortuorum inter dentes Sol in granis minutis, & oblongis, sæpius inventus fuit temporibus suis. Quod non potest esse, nisi in homine esset illa virtus mineralis, quæ est in elixir nostro. Et ideo invenitur tam circa pauperes quam divites, ut dicit Philosophus, &c.

MAGNVM SECRETVM HIC NOTA.

SCias calcem Solis in aquam resolutam, cum spiritibus, qui sunt simul compacti ex quatuor elementis, id est, solo Mercurio coagulatam, Metalla præ cæteris tingere in colorem Solis. Similiter dico de Luna ad Album: Quia ipsa sunt verissima fermenta metallorum. Et scias quod non sunt alia fermenta perfectiora sub cœlo.

FINIS.

OPUS

OPUS AD ALBUM.

HEcce breviſſimum & optimum & leviſſimum opus, ad faciendum medicinam penetrativam & fixam, ſuper 80. partes Mercurii crudi, bene loti, ad lunam veriſſimam tranſcendentem omne judicium examinis in ſecula ſeculorum. Recipe ergo in nomine Jeſu Chriſti j. ℔. vitrioli Romani, viridis æris ℔. j. Aluminis jameni, vel plumoſi. ℔. j. ſalis nitri. j ℔. tere quodlibet per ſe; vel ſic. ℞. j. ℔. vitrioli communis. j. ℔. ſalis nitri, & cinobrij fertonem, tere ut ſupra, ſubtiliori modo quo poteris. Deinde commiſce ea ſimul, ſuper lapidem terendo fortiſſime. Tunc pone prædicta in aludel, vitreo alembico ſupra poſito clauſis membris per optime lutatis, ut nullo modo reſpiret, & fac ſub eadem materia primò lentum ignem, poſtea meliorem, primam tollens aquam, deinde ſecundam, quæ nullius valoris eſt, poſtea tertiam aquam cum igne forti accipe, tunc exibit aqua tertia pretioſiſſima, citrinans, & perforans manum, & diſſolvens omnia metalla, & omnes lapides pretioſos, penetrans, & omnia mundans. Cujus laudes innumerabiles ſunt, & incognitæ hominibus, in qua occulti theſauri jacent ſeculares. Hanc autem aquam capies quando incipit alembicus citrinari. Qui verò novit ejus ſecretum, ſciat ſe habere viam perfectiſſimam totius artis. Eſt enim via regum & principum, & hoc propter levitatem, & etiam ſtabilitatem perfectionis, & in judicio examinationis, quod hoc Dei auxilio ex ſcriptis & laboribus manifeſtatur. Receptaculum, de calcinatione fiddæ cum aqua corroſiva. Accipe laminas fiddæ puriſſimę ſubtiliter laminatæ ad ſpiſſitudinem calami aut denarii, ad longitudinem ventris fiolæ, & ad latitudinem oris ejus, ut poſſit intrare. Hoc ſervando ut ſint quatuor partes aquę reſpectu fiddę. id eſt, ſuper 2. lot. fiddæ. 8 lot. barnaas. Cumq; impoſuiſti lunam in aquam, claude os vitri bene, & pone ad calcinandum in cineribus calidis per dimidium diem, ut fidda ſolvatur in aquam albam, tunc depone & permitte ſtare per dimidium diem. In promptu habeas quoque Mercuriũ quem ſimiliter impone in aquam in alio vitro, ut & ipſe ſolvatur in aquam albam, ſervato modo ſuperiori in claudendo vitrum, & in pondere aquæ.

Ut cum ſint 8. lot. Mercurii, tunc adde de aqua j. ℔. Tunc in continenti ſolvetur Mercurius & calcinabitur bulliendo, & reſidebit in fundo vaſis nive albior, quem ſimiliter permitte ſtare per medium diem vel circa. De conjunctione & coagulatione fiddæ & Mercurii ſequitur: Pone aquam in qua fidda calcinata eſt in

vaſe terreo ad modum ſcutellæ, poneque ad furnum ad cineres, deinde pone ſubtus ignem lentum, & calx fiddæ ſolvetur in aquã claram, & ſimili modo fac de Mercurio calcinato, tunc conjunge ipſas aquas ſcil. Lunæ Mercurii in prædicta ſcutella. Deinde abſtrahe aquam à prædicta Luna & Mercurio cum aqua dulci, & permitte in ſole ſiccari, tunc illa commixtio ſoluta congelabitur, & reſidebit in fundo vaſis, in lapidem album criſtalli. Deinde accipe ipſum & contere eum ſuper lapidem ſubtiliſſime, & ſic tritum pone in ampullã vitream cum collo longo, ad ſolvendum in fimo equino per 7. ſeptimanas, ita quod medietas colli ſit extra fimũ, & diſſolvetur in aquam claram, quam aquam congela in calore ſolis. * De conjunctione etiam ſic habetur, poſtquam habueris fiddam ſolutam, in vitro ſerva ſolutionem ſuper furnellum, quousque etiam Mercurius ſolvatur. Tunc ſic ſoluta, & calcinata, funde ſolutionem Mercurii cum ſua aqua in Lunam. Tunc conjungetur ſimul in albam aquam, vel viridem & fit perfecta conjunctio Mercurii cum ſorore ſua. Tunc illud vitrum permitte ſtare in cineribus calidis, mediocriter aſſando, donec tertia pars aquæ conſumetur. Tunc permitte infrigidare, & pone in loco, ubi nec ſol nec aura tangere poſſit. Tunc deſcendunt ad fundum lapides albi, &c.

Poſtea procede ut ſupra dictum eſt. * Tunc habebis elixir perfectiſſimum, & lapidem præſtantiſſimum, quem omnes Philoſophi occultaverunt, & reſolvitur in modum olei citius quam cera ſuper laminam ignitam, & penetrabit in profundum Mercurius crudus & figit, & permanet cum eo in æternum.

De modo projectionis medicinæ: Accipe crucibulum & pone in eum 70. ℥. Mercurii cum aceto & ſale bene abluti, deinde pone crucibulum inter carbones vivos, calefaciendo Mercurium leniter, & moderate, cumque calefactus fuerit projice ſuper eum ℥. j de lapide, & currit fundendo per omnes venas Mercurii, & penetrabit eum, & perducit ad fiddam perfectiſſimam, & malleabiliſſimam, ſuſtinentem omne judicium probationis in perpetuum, ſcil. cineritium & omnem probationem.

Gratulare ergo de ea, & ſuccurre pauperibus, & viduis pupillisque. & benedicito Deo opifici, qui ſua ſecreta tibi communicavit, &c. Dilige ergo hanc aquam ſuper omnes alias, dimiſſis etiam omnibus aliis ſcripturis, & truffis Alchymiæ. Hoc quoque te ſcire volo, ſi prima vice non vellet tingere, vel non eſſet fixa, tunc ſolve iterum in fimo, & coagula in aere, ut ſupra.

Augmentare etiam potes medicinam, ut ſcis. DEO gratia.

SEQUI.

SEQUITUR OPUS EXCELLENTISSIMUM S. Thomæ de Aquino.

MEr : fugi dum bibit Lunam ſedecies duplum
Et tenet & nutrit ignis, communicato calore.
Adde labrum ſalis, quanta ſit ſexta duorum
Conjunge poneque ſimul.
Et aqua timenda, in aquam redigas
Quam putreſcere debes.
Terram mundabis ab imo, alba fiat natans
Vilis deſcendit ad æquor.
Et igne decocta levi bibat aqueum flumen.
Deſiccata primo, & Aere nutriatur habundè.
Hoc Mer : fugi tinget in alba cornua Phœbe.
Quam ſi dederis Aurum dabit fulvumq; Leonem.
Sol bibat Mercurium, ſi Solis quæras ardorem.
Tres concipit lucens decoquitur luce ter dena.
In ventre terræ vitam accipit decemq; dierum.
Tunc ſeparat chaos recedunt elementa viciſſim.
Et naſcitur ſerpens cunctum volatile ſigens.
Quartum ſi dederis Aurum dabit fulvumq; Leonem.

LIBER LILII BENEDICTI, &c.

Mer: fugi dum bibit Lunam ſedecies duplum.

IN iſto verſu ponit Philoſophus intentionem ſuam. Et eſt ſenſus iſtius verſus, quod quando Luna biberit de Mercurio fugitivo 16. duobus vicibus quantum ponderat. Iſta expoſitio eſt ſatis obſcura. Et ideo ego dico juxta modum noſtræ naturæ. Quod Mercurius habet quatuor dimenſiones, videlicet duas manifeſtas, & duas occultas. Duæ manifeſtæ ſunt, Albedo & fluxibilitas: Occultæ ſunt, fixatio, & rubedo, & habet ſe ad metallum tanquam farina ad panem. Non enim farina panis eſt, nec panis eſt farina, fiet enim farina panis ſi addatur fermentum & aqua. Et decoquatur competenter. Et per ſimile: Mercurius non eſt metallum, nec metallum eſt Mercurius. Sed Mercurius bene poteſt fieri metallū, ſecundum ſui immunditiem, per appoſitionem fermenti, & aquæ miſcentis. Quid igitur fermentum ſit videamus. Et primo de fermento vulgi, ut fermentum Philoſophicum eò melius cognoſcamus. Fermentum vulgi eſt paſta extracta ab alia paſta præcedenti cum additione ſalis & aceti, & ſervatur ad neceſſitatem. Nunc fermentum philoſophicum eſt duplex, videlicet perfectum & imperfectum: imperfectum eſt, quod fit ex imperfectis metallis, & de illo non curemus: qualiter autem fiat fermentum perfectum, dicit Philoſophus, cum innuit: *Mer: fugi dum bibit*, (quaſi diceret) quod inbibendus eſt Mercurius cum Luna, uſque ad ſufficientem induration em. Et ego ſic intelligo, quod tu debes recipere de Mercurio ſubtiliato tanturdem, quantum de Luna pura, & laminata ſubtiliter. Et debes ſtratum ſuper ſtratum ponere in vitro, & ad cineres collocare per quatuor horas, & ſit ignis quaſi ſublimandi. Quo tempore tranſacto debes extrahere & frigidum pulveriſare, & pulveriſato iterum addere tantum pondus, & iterum imponere igni, & ſic continuabis pulveriſando, addendo, decoquendo, infrigidando, quousque Luna biberit pondus debitum Mercurii, ſicut Philoſophus tibi mandat. Et maximè debes advertere in colore, vice qualibet quando levabis de fornace, utrumque ſit color cereus, & utrum facilius fundatur. Quod ſi tibi non placeret, pone tum in diverſis quantitatibus in diverſis vitris, quia ſi multa materia eſſet in vitro, forſan partes ſuperiores non debitè coquerentur. Omnibus his expeditis, quàm ſubtilius potes pulveriſa. Et nota, quod tria metalla, videlicet Luna, Mars

& Ve-

& Venus possunt solvi cum Mercurio & imbibi, aurum verò non, quia perfectum est in se omni perfectione naturali, Saturnus & Jupiter non, quia non indigent humido, quia ipsi sunt quasi radices humiditatis. Et hoc tangit Philosophus, cum dicit: Solvite corpora & imbibite spiritus. Nota, quod Luna & Mercurius sic conjuncti solvuntur in aquam puram, si ponantur in loco humido & calido. Et credere cum tertia aqua adderetur, quam Philosophi vocant aquam vivificantem & animantem spiritus mortuos & etiam fugitivos, &c.

Et tenet & nutrit ignis communicato calore.

In Secundo versu Philosophus nihil discrepans ab opere naturæ, nisi in tempore quousque decoctione artificiali spiritus non fixus bene commiscetur corpori. Quia aliter, nisi farina bene fuerit maleffata, panis redditur incompositus. Idem credo eum sic intelligere. Et sic ego feci, postquam in compositione, & incorporatione corporis cum spiritu modo supradicto, recepi pulverem meum, & posui in vase vitreo in cineribus calidis igne mediocri, & dimisi stare tribus diebus super ignem, & si quid Mercurii ascenderet illud subtiliter abrasi cum penna. Nam sæpe fit error in stomacho cum indigestum ponitur super digestum. In illis tribus diebus Luna & Mercurius in tantum efficiuntur unum, & in tantum notabiliter amicantur, quod nullus mundi Philosophus possit ea separare, & ibi apparet alterum eorum, vel quod siccitas corporis imbibat in se humiditatem spiritus, vel quod humiditas spiritus absorbeat siccitatem corporis. Sed quid sit dico tamen qui probavi, quod si quis subtiliter inciderit ad perfectionẽ hujus loquelæ, possit tantum Mercurium dare bibere uni bono Argento quidem est in mundo. Et non est dubium, quod ille Mercurius sic bibitus reduci posset in veram speciem Lunæ. Et nota satis mirabile negotium, sicut Mercurius imbibitur cum Luna, ita imbibas cinobrium cum cupro & invenies tantam tincturam, quod cum modico Sophistices totam in speciem solis. Et tum non esset, quia, neque color, neque corpus fixi sunt. Super omnia cavendum est maximè in regimine ignis, quod debet esse summè temperatum, aliàs non permisceretur Mercurius corpori, nec econtrario, versus, &c.

Adde labrum salis quanta sit sexta duorum
Conjunge ponecq; simul.

In hoc tertio capitulo ponit Philosophus doctrinam tertii. Quid ergo sit tertium videamus. Multi enim Philosophi variando, id est, modis locuti sunt de tertio, & vocant ipsum medium & tertio non erraverunt. Est enim medium conjungendi tincturas, medium inter duo extrema, & est medium inter durum & molle, & ideo videmus inter ista tria, quod illorum sit medium in numero

puta Lunam, ſpiritus, dein ſal, quòd meritò dicitur medium inter corpus & ſpiritum, quia humiditatem ſpiritus attrahit ſua ſiccitate, & duritie corporis ſua dulcedine præbet ad ſolem, hîc ſal ratione penetrativa dat ingreſſum. Et in hoc pendet magna vis artis noſtræ. Debet autem eſſe ſexta pars ſalis reſpectu materiæ conjunctæ. Operatur autem tanquam medium arbitrans, & etiam conjungens duo diverſa in amicitiam fixam & firmam. Operatur etiam tanquam participans in utroque. Et ſicut ſangvis menſtruus nutrit embrionem in utero matris, & facit ipſum creſcere uſque ad terminum vitæ, & eſt medium inter ſperma maſculi & fœmellæ: Ita ſal noſtrum ſpiritum & corpus in matrice, hoc eſt in utero facit creſcere, uſquequò materia vivat, hoc eſt, vitam recipiat in viſceribus terræ. Neceſſe eſt ergo, quod ex tribus iſtum ſalem extrahamus, quod ſic fit. Nota, ℞. Sal Tartari, Sal Armoniacum, Sal Commune, & Sal Alcali, & per portiones ponderis primi, ad ultimum, per diviſionem quinti, & hoc gradatim provideas, quod quodlibet iſtorum ſepares à lutulentia terræ in re retinenti terram, ut ex his omnibus facias aquā puram & claram, quam vaſe mundo congelabis, & habebis ſal tuum in colore ceræ penetrativum, dulcificativum, diſſolutivum & fixativum. Illud honora & teneas charum, in hoc enim conſiſtunt ſecreta. Ipſum enim fixat volatile, vivificat ſpiritum mortuum, mollificat frangibile, & certè mundat etiam Venerem à lepra. Qualiter autem ipſum ſit ingerendum, modò audiamus: Poſtquam per tres dies, ut ſupra dictum eſt, nutriviſti corpus & ſpiritum, nunc tu debes id ſal tuum purum pulveriſatum & bene deſiccatum in diſcooperto vaſe illo, ubi eſt materia tua, imponere paulatim, uſquequo ſex pondera medicinæ præaſſumptæ biberint unum pondus dicti ſalis. Tum maximè ſolicitus debes eſſe, quia ſæpè contingit, quod materia in tantum elevatur in adventu ſalis, quod videtur exire fines ſuos. Igitur prudenter aſſiſtas, ſublevando vas parum de cineribus, ſi materia nimis aſcenderet. Quia ſæpe laborantes maximè qui feſtinant ultima cupiditate capti, in tantum quod deſtruunt opus ſuum. Animadvertendum eſt, quod quodlibet probetur antequam miſceantur. Probatio autem ſpiritus data eſt tibi in cap. præcedenti, videlicet facilis fuſio, color cereus, mutatio coloris ſine fumo. Modo audi probationem ſalis, color cereus, perunctuoſa mordacitas, & nullus ſtridor dum funditur, neque fumus ſi bene conſideraveris, &c.

Et Aqua timenda in aquam redigas.

Hic poſtquam Philoſophus poſuit terificationem corporis, imbibitionem ſpiritus, & additionē tertii ſub nutrimento competenti, quæ ſimul juncta ſunt, & heterogenea, & hic ponit ſimiliter amicitiam ipſorum, ita quod fiant homogenea. ℞. Ergo unam

partem

partem salis sonantis, & lapidem illuminantis duas partes, ejectoque phlegmate vel vase mutato, quod melius est, & ponatur super duas materias præparatas. Et imponantur igni in vase cæco, vel in vase duplici, & sit ignis bene temperatus diebus 13. Philosophi qui laborauerunt, & qui adhuc laborant propter scire & non habere, tenuerunt per 30. dies operantes, omnem perfectam decoctionem fieri in uno mense. Ego autem qui laboravi in 13. inveni q od quæsivi. Signa autem perfectæ decoctionis tria sunt valde noranda: Unum est dissolutio totius compositi in aquam viridis coloris. Et dico totius compositi, quod aliquando sales & spiritus facilius solvuntur, quàm corpus, quod magis approximant naturæ aquæ, quàm corpus. Vult enim Philosophus, quod in habentibus symbolum, i e similibus naturis facilior est transitus Et ideo partes ultimiæ compositæ debent solvi. Et si forsan propter duritiem non possent solvi, separabis solutum à non soluto, & addes non soluto modicum pingvedinis aquilæ, & modicum soluti, & superponas igni, & scias quod solvetur. Et cum solutum fuerit, pone totum simul super ignem, & videbis totum solutum in colore smaragdi. Secundum signum est facilis soluti in aëre congelatio in materiam albam, pingvem & mollem, sicut est color cepimultum purificati. Et hic notatur gradus secundus. Quia primus fuit quasi nigredo dum incorporata sunt. Secundus est albedo dum unita sunt. Tertium signum est facilis materiæ congelatæ super ignem solutio. Nota bene, quod omne illud quod congelatur à frigido, dissolvitur à calido. Et econverso. Oportet enim quod medicinę hujusmodi sequantur naturam metallorum. Si habes aures, audias, quod bene scis, quod omnia metalla fusa habent se instar Mercurii. Et si frigida possint fusa permanere essent puriora. Videas ergo, quod metalla humida, sicut Jupiter & Saturnus faciliter reducuntur in suum Mercurium. Et docebo te in loco suo, quod Mercurius omne corpus metallicum comedit & reducit in seipsum. Modò dicamus, quare Mercurius aqua timenda dicitur, & qualiter timenda sit. Dico timenda est, id est, honoranda, quia per ipsam & in ipsa perficitur, id est, reducitur opus desideratum. Timenda est etiam, quoniam hebetat sensus, paralyticat nervos, interficit & inficit se non custodientes ab ea. Ipsa rodit quidquid tangit. Qualiter autem, & quanta pondera sint, adverte Philosophum dicentem: Non submergens nec inebrias futuram mundi nec permittas arescere, nihil aliud voluit evitare superfluitatem & egestatem, ergo ponas tantum quod materia tua possit solvi, ad pondus simile mediæ partis totius compositi. Et quia sæpe laborantes ita immature procedunt, quod eorum aquæ non sint fortes nec capaces ad solvendũ, do ergo tibi remedium, post quam aquam tuam feciſti, solvas in ipsa Mercurii sublimati uncias quatuor,

quatuor, arſenici crudi uncias duas, & iterum diſtilla, & habebis ſubito aquam ſolventem omne corpus quantum ad album. Si verò ad rubeum loco Mercurii ponas cinobrii, loco arſenici ponas vitriolum Romanum. Sed ſi quis dubitet, quomodo ex corrupto eveniat medicina tingens, & fixa, cum omnia quæ ibi ſunt excepto corpore ſint volatilia, ſcil. ſales & ſpiritus, reſpondebo, intelligant qui intelligant: Nam ſpermata viri & mulieris ſtant diverſa in matrice mulieris, in ſpecie lactis, per tres dies, in ſpecie verò ſangvinis, per novem, in ſpecie carnis incompletè, per viginti, & formantur membra per triginta, & in fine Deus creat & infundit creando animam eodem de ſpermate agentis, id eſt, corporis, & ex ſpermate paſſi, i.e. Mercurii, cum nutrimento menſtrui, videl. ſalis alembrat. Creſcit opus noſtrum primo tribus diebus in lacte, dum incorporatur, poſt in ſangvine, dum additur ſal, poſtea in modum carnis imperfecte cum coagulatur & in aquā diſſolvitur.

Poſtea in fimo formentur membra, & in fine, pius Deus dat gratiam diem viventis, videlicet potentiam habentis. Secundum augmentum quo nutritur eadem Medicina. Et nota, quod quantò melius digeritur in ſubtiliando tantò melioratur. Verſus.

Poſt dividet mundum ſi repetatur origo.

Opinio Autoris eſt, quod ſicut mundus in compoſitione elementorum & commixtione totus fuit turbatus, ita quod quatuor elementa perdiderant ſuam poteſtatem, neque lucebat lux, nec germinabat terra, non nutriebat Aër & aqua non fluebat: Eodem modo nominata noſtra medicina per mixtionem iſtorum elementorum, caret omni diſpoſitione habili ad aliquod utile. Et certè mundus proprio nomine appellatur. Nam ſi bene inſpicis ibi ſunt quatuor elementa. Nam aqua eſt prima. Videtur enim prima materia ipſorum quod ſit ibi ignis ratione ſulphuris phyſici latentis in materia noſtra, & apparet. Nam antequam ſapere elementa eſt ſpiritus tingens, & urens in colore ignis. Eſt etiam ibi Aer. Nam fumus & odor ad oculum videntur & ſentiuntur. Eſt & terra, quæ pondere ſuo eſt frigida & ſicca, ſed iſta ſunt in confuſo. Et ideo bene dicitur: Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, cum ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Qualiter autem ſeparanda ſunt iſta quatuor elementa facile eſt dicere, ſed difficile operari. Quia quandocunque de unò elemento in aliud aliquod ponitur, turbatur opus. Certè, ſi aquam in ignem ponis, extingves ignem, & econverſo: Si aerem in terram, generas terræ motum & turbines: Si terram in aerem, generas tonitrum & fulgura, ut in aquis magnis generantur tempeſtates, niſi quia aer ſubintrat per cavernas terræ & petens exitum generat ipſas validas tempeſtates. Igitur advertendum eſt, quod in ſeparatione elementorum unum alteri non

miſcea-

miſceatur. Secundo advertendum eſt in proportione ipſorum benè cauſas ſcias, quod in conſideratione elementorum terra eſt minimum elementum, Aqua ſecundum, Aer in gradu tertio, & Ignis uniformiter æqualis in quolibet latere, cujus parva pars illuminat totum mundum. Veniamus ad propoſitum & dicamus ſic, poſtquam omnis materia eſt diſſoluta, ut dictum eſt, ponendum eſt vas ſuper ſuum furnum levi cinere mediante, & ſuperponendus eſt alembicus, ut diſtilletur aqüa, quæ eſt aliqualiter dulcis, & durat uſquequo pileus incipit aliqualiter citrinari. Et tunc immediate removendum eſt illud vas, & addendum eſt aliud, pro aëre capiendo, & illud durat uſquequò pileus incipit rubificari. Et tunc mutandum eſt vas & ſuſcipiendus eſt ignis, & illud durat uſquequò nihil de humido remaneat in vaſe, & ſignum eſt finis. Quia tunc pileus incipit infrigidari, & vapor exit circa alembicum. Modò habes quatuor elementa quodlibet per ſe. Sed hîc magnum eſt dubium utrùm hîc aliquid de elemento ſit mixtum alteri elementò, videlicet, utrum cum aqua aliquid tranſierit de aëre, aut utrum cum aëre aliquid tranſierit de igne. Et ego dicam tibi modum cognoſcendi & ſeparandi. Modus ſeparandi eſt iſte, conſiderabis aquam tuam, utrum in ſuperficie erit aliquod ſupernatans ſicut oleum, tunc ſcias illud eſſe aërem, tunc illud per ſe diſtillabis, & videbis aquam primò exire, & aër remanebit in fundo. Ita etiam conſiderabis in aëre & igne, & eodem modo laborabis. Sed dubitaret hîc aliquis, quare aqua quę tamen plus pōderat aëre & igne, tamen citius aſcendit quàm iſta duo elementa leviſſima. Et ego dico tibi rationem. Quia omne contrarium agit in contrario quantum poteſt, & retinet ſuum ſimile pro toto poſſe, pari modo quòd ignis materialis totaliter contrariatur aquæ ratione ſuæ naturæ, quâ eſt calidus & ſiccus, ideo primò cogit ipſam aſcendere. Et quia aër participat in uno gradu cum igne, videlicet caliditatis, ideo aliqualiter diligitur ab ipſo, & in uno gradu contrariatur igni, videlicet humiditatis, ideo ignis agit in ipſum, tanquam in contrarium. Et quia aër eſt homogeneus in illis duobus gradibus, ſcilicet caliditatis & humiditatis, & ignis habet expellere humidum, neceſſarium eſt etiam, quod expellat calidum, extrahit, cogit ipſum exire per alembicum. Sed qualiter ignis ignem expellat, quum tamen participat in natura, dicam tibi. Ignis noſter differt ab igne materiali, tanquam anima à corpore, totum corpus animatum eſt homo, totus ignis eſt ignis, tam anima eſt ſubtilis, in virtute ſua nutrit corpus quoddam calore habituato. Ita ignis noſter habet ſe ad ignem materialem tanquam anima ad corpus. Et dico tibi hic ignis capitur pro tinctura, quia eſt in colore igneo. Et quicquid tingit, tingit calore ignis. De proportione autem ipſorum elementorum difficilimum eſt. Et hîc verè pendent lèges &

Prophe-

Prophetæ. Et hîc eſt pondus artis, in hac commixtione elementorum infiniti decipiuntur, quia non ponderant grave pondus ſcientiæ, aut quia quod feſtinant non expectantes fines naturaliter aſſignatos. Sed antequam ulterius procedam, transeamus ad quartum elementum, videlicet terram quæ manet in fundo vaſis, ſicut quædam maſſa fixa alba, quæ ab igne non conſumitur, neque cogiter elevari, quæ in ſe groſſa eſt & ponderoſa. Oportet autem ipſam ſubtiliare & levificare. Modus autem talis eſt. ℞. totam terram tuam, extra vas frigefactum, & ſuper lapidem mundum bene pulveriſabis ipſam, & pulveriſatam ponas in vaſe vitreo habente collum longum, lutatum undique. Et habebis ollam novam terream ſubtilem, quam conſtitues in furno ſuper latus inter cineres, & in ollam etiam ponas modicum de cineribus, & frangas labrum furni ad quantitatem colli tui vitri, & ponas in olla vitrum tuum, & facies ignem fortiſſimum de lignis ſiccis, ità, ut olla ſit rubea, i.e. ignea valde. Et volvens vitrum tuũ ſæpius, continuabis ſic per 4. horas. Et darem tibi conſilium, quod vitrum eſſet clauſum ſigillo Hermetis, circa medium colli. Et habeas te diligentem & ſolicitum, quia ſi hic deficeres perderes opus tuum. Et ſcias, quod in fine invenies terram tuam fuſam ad modum vitri, quam pulverilabis ſubtiliter, & ſerves, & facies in hunc modum.

Terram mundabis ab imo, Alba fiat natans
Vilis deſcendit ad æquor.

Qualiter Terra vulgi ſeparanda ſit à terra Philoſophorum, terra vulgi eſt ſal. Et dico ſic capienda eſt terra calcinata ſicut prius, & ponenda paulativè in vaſe vitreo vel vitreato, in quo ſit aqua munda & pura ſerventiſſima. Et cum baculo vitreo agitare debes, quouſq; illud, quod poteſt diſſolvi diſſolvatur. Et ſcias quod bona terra diſſolvetur, efficietur aqua alba ſicut lac, quam diſſolutam pone ad partem. Et iterum tere terram quæ remanſit inſoluta, & jungas iterum aquam bene calidam, uſquequo facias donec apertè videas quod nihil amplius poteſt ſolvi. Et ſigna ſunt quod terra quæ remanet in fundo poſita ſuper lingvam mordet: ſecundum ſignum ſi ponatur ſuper ignem neque funditur neque aduritur. Et poſtquam hoc videbis, tunc recipias totam terram tuam ſic diſpoſitam in aqua prædicta, & ponas in vaſe vitreo & congelabis deſiccatione forti. Et poſtquam congelata fuerit, tunc ſcias te habere terram philoſophicam, mundam & param, quam ponderabis & conſervabis in loco temperato calido. Et hoc eſt quod dicit, uſque ibi. Vilis deſcendit.

Et igne decocta levi bibat æqueum fulmen
Deſicca primo.

Poſtquam Autor ſubtiliter poſuit ſeparationem elementorum & cujuslibet præparationẽ & mundationem, hic in iſta parte ponit con-

nit conjunctionem eorum. Et hic notandum est satis manuale negotium, videlicet quare terra cum sit gravius elementum cæteris habeat se per modum medii, ad sustentandam totam machinam firmamēti. Est hic audacter grossus intellectus laicorum, quia certè nec scire possunt nec etiam cogitare. Est enim altissimum negotium, indiget præsenti speculatione, & oportet operantem hujusmodi secretum necessariò alias bene intelligere, & scientiam de sphæris, & scientiæ causam propter quid aliquæ aquæ adhærēt toti terræ, qualiter aquæ supervenient cœlos, & qualiter est quod aquarum multitudo alligata est certis characteribus ita quod non exeunt suas metas. Oportet autem scire laborantem, qualiter aqua terræ jungatur. Et dico quod terra participat cum aqua in uno gradu, & differt ab ea, in uno gradu, participat autem in frigiditate, est naturalis humiditas ratione etiam cujus differt terra ab aqua, ut inter hæc duo elementa respectu sui heterogenea efficiantur. Unum est necessariū, ut & sicco terræ & humido aquæ fiat partitio in symbolo, quia solum in isto discrepant, & considera bene cum toto corde tuo, quod si siccum superaverit humidū, nihil facis, vel econverso. Nunc dicamus verum modū ista cōplectendi. Et dico tibi, ℞. terram tuā, & ponderes in isto pondere. Et ponderatæ adde quartam partem aquæ ad ignē lentum, & sit valde parata. Et dico tibi, quod ignis non debet esse fortior, quàm solis febrilis. Et ego solus feci cum secaturis lignorum, & si æstas esset non esset melius ad hujusmodi medicinam exiccandam sole ipso. Et postquam illa quarta pars exiccata fuerit movebis cum vitro materiā, & adde sibi aliam quartam partem, & si habes lapidem vitreum, & etiā materiam vitream, tunc darem tibi consilium, ut illa ibi deberes operari in sole, superpositō mundo panno, hoc facto, id est imbibito, adde sibi iterum quartam partem, & hoc operari debes succisivè, donec tantum sit humiditatis, quantum siccitatis, & scias firmiter quod si bene feceris terra tua, quæ est tibi privata natura omni superflua humiditate vulgi, quod istam suam aquam, elementale bibet appetitu glorioso, quod vix possit nisi valde subtili ingenio separari. Modò veniamus ad dubium quæsitum, videlicet quare terra sustentaculum totius nostri firmamenti componendi est, & dicam tibi causam quam probant omnes Philosophi, & in hoc non discrepat nostra fides, certum est, tria sunt præcipua quæ concurrunt ad esse, vel non esse cujuslibet elementi, videlicet materia, forma, privatio. Materia est illud hyle cōfusum, in quo mixta sunt elementa simul. Et non potest dici, quod sit quale vel quantum. Et ex ista materia trahitur elementum terræ, & alia elementa sicut dictum est in præcedētibus. Et tunc sequitur secundum principium, scil. forma, & ita debes opinari, quod immediate ab hyle exit aliquid, & immediate forma subintrat, ita quod forma ipsum formal, quod

vaſe terreo ad modum ſcutellæ, poneque ad furnum ad cineres, deinde pone ſubtus ignem lentum, & calx fiddæ ſolvetur in aquã claram, & ſimili modo fac de Mercurio calcinato, tunc conjunge ipſas aquas ſcil. Lunæ Mercurii in prædicta ſcutella. Deinde abſtrahe aquam à prædicta Luna & Mercurio cum aqua dulci, & permitte in ſole ſiccari, tunc illa commixtio ſoluta congelabitur, & reſidebit in fundo vaſis, in lapidem album criſtalli. Deinde accipe ipſum & contere eum ſuper lapidem ſubtiliſſime, & ſic tritum pone in ampullã vitream cum collo longo, ad ſolvendum in fimo equino per 7. ſeptimanas, ita quod medietas colli ſit extra fimũ, & diſſolvetur in aquam claram, quam aquam congela in calore ſolis. * De conjunctione etiam ſic habetur, poſtquam habueris fiddam ſolutam, in vitro ſerva ſolutionem ſuper furnellum, quousque etiam Mercurius ſolvatur. Tunc ſic ſoluta, & calcinata, funde ſolutionem Mercurii cum ſua aqua in Lunam. Tunc conjungetur ſimul in albam aquam, vel viridem & fit perfecta conjunctio Mercurii cum ſorore ſua. Tunc illud vitrum permitte ſtare in cineribus calidis, mediocriter aſſando, donec tertia pars aquæ conſumetur. Tunc permitte infrigidare, & pone in loco, ubi nec ſol nec aura tangere poſſit. Tunc deſcendunt ad fundum lapides albi, &c.

Poſtea procede ut ſupra dictum eſt. * Tunc habebis elixir perfectiſſimum, & lapidem præſtantiſſimum, quem omnes Philoſophi occultaverunt, & reſolvitur in modum olei citius quam cera ſuper laminam ignitam, & penetrabit in profundum Mercurius crudus & figit, & permanet cum eo in æternum.

De modo projectionis medicinæ: Accipe crucibulum & pone in eum 70. ℥. Mercurii cum aceto & ſale bene abluti, deinde pone crucibulum inter carbones vivos, calefaciendo Mercurium leniter, & moderate, cumque calefactus fuerit projice ſuper eum ℥. j de lapide, & currit fundendo per omnes venas Mercurii, & penetrabit eum, & perducit ad fiddam perfectiſſimam, & malleabiliſſimam, ſuſtinentem omne judicium probationis in perpetuum, ſcil. cineritium & omnem probationem.

Gratulare ergo de ea, & ſuccurre pauperibus, & viduis pupillisque. & benedicito Deo opifici, qui ſua ſecreta tibi communicavit, &c. Dilige ergo hanc aquam ſuper omnes alias, dimiſſis etiam omnibus aliis ſcripturis, & truffis Alchymiæ. Hoc quoque te ſcire volo, ſi prima vice non vellet tingere, vel non eſſet fixa, tunc ſolve iterum in fimo, & coagula in aere, ut ſupra.

Augmentare etiam potes medicinam, ut ſcis. DEO gratia.

SEQUI.

SEQUITUR OPUS EXCELLENTISSIMUM S. Thomæ de Aquino.

MEr : fugi dum bibit Lunam ſedecies duplum
Et tenet & nutrit ignis, communicato calore.
Adde labrum ſalis, quanta ſit ſexta duorum
Conjunge poneque ſimul.
Et aqua timenda, in aquam redigas
Quam putreſcere debes.
Terram mundabis ab imo, alba fiat natans
Vilis deſcendit ad æquor.
Et igne decocta levi bibat aqueum flumen.
Deſiccata primo, & Aere nutriatur habundè.
Hoc Mer: fugi tinget in alba cornua Phœbe.
Quam ſi dederis Aurum dabit fulvumq; Leonem.
Sol bibat Mercurium, ſi Solis quæras ardorem.
Tres concipit lucens decoquitur luce ter dena.
In ventre terræ vitam accipit decemq́; dierum.
Tunc ſeparat chaos recedunt elementa viciſſim.
Et naſcitur ſerpens cunctum volatile figens.
Quartum ſi dederis Aurum dabit fulvumq́; Leonem.

LIBER LILII BENEDICTI, &c.

Mer: fugi dum bibit Lunam ſedecies duplum.

IN iſto verſu ponit Philoſophus intentionem ſuam. Et eſt ſenſus iſtius verſus, quod quando Luna biberit de Mercurio fugitivo 16. duobus vicibus quantum ponderat. Iſta expoſitio eſt ſatis obſcura. Et ideo ego dico juxta modum noſtræ naturæ. Quod Mercurius habet quatuor dimenſiones, videlicet duas manifeſtas, & duas occultas. Duæ manifeſtæ ſunt, Albedo & fluxibilitas: Occultæ ſunt, fixatio, & rubedo, & habet ſe ad metallum tanquam farina ad panem. Non enim farina panis eſt, nec panis eſt farina, fiet enim farina panis ſi addatur fermentum & aqua. Et decoquatur competenter. Et per ſimile: Mercurius non eſt metallum, nec metallum eſt Mercurius. Sed Mercurius bene poteſt fieri metallū, ſecundum ſui immunditiem, per appoſitionem fermenti, & aquæ miſcentis. Quid igitur fermentum ſit videamus. Et primo de fermento vulgi, ut fermentum Philoſophicum eò melius cognoſcamus. Fermentum vulgi eſt paſta extracta ab alia paſta præcedenti cum additione ſalis & aceti, & ſervatur ad neceſſitatem. Nunc fermentum philoſophicum eſt duplex, videlicet perfectum & imperfectum: imperfectum eſt, quod fit ex imperfectis metallis, & de illo non curemus: qualiter autem fiat fermentum perfectum, dicit Philoſophus, cum innuit: *Mer: fugi dum bibit*, (quaſi diceret) quod inbibendus eſt Mercurius cum Luna, uſque ad ſufficientem induration em. Et ego ſic intelligo, quod tu debes recipere de Mercurio ſubtiliato tanturdem, quantum de Luna pura, & laminata ſubtiliter. Et debes ſtratum ſuper ſtratum ponere in vitro, & ad cineres collocare per quatuor horas, & ſit ignis quaſi ſublimandi. Quo tempore tranſacto debes extrahere & frigidum pulveriſare, & pulveriſato iterum addere tantum pondus, & iterum imponere igni, & ſic continuabis pulveriſando, addendo, decoquendo, infrigidando, quousque Luna biberit pondus debitum Mercurii, ſicut Philoſophus tibi mandat. Et maximè debes advertere in colore, vice qualibet quando levabis de fornace, utrumque ſit color cereus, & utrum facilius fundatur. Quod ſi tibi non placeret, pone tum in diverſis quantitatibus in diverſis vitris, quia ſi multa materia eſſet in vitro, forſan partes ſuperiores non debitè coquerentur. Omnibus his expeditis, quàm ſubtilius potes pulveriſa. Et nota, quod tria metalla, videlicet Luna, Mars

& Ve-

& Venus possunt solvi cum Mercurio & imbibi, aurum verò non, quia perfectum est in se omni perfectione naturali, Saturnus & Jupiter non, quia non indigent humido, quia ipsi sunt quasi radices humiditatis. Et hoc tangit Philosophus, cum dicit: Solvite corpora & imbibite spiritus. Nota, quod Luna & Mercurius sic conjuncti solvuntur in aquam puram, si ponantur in loco humido & calido. Et credere cum tertia aqua adderetur, quam Philosophi vocant aquam vivificantem & animantem spiritus mortuos & etiam fugitivos, &c.

Et tenet & nutrit ignis communicato calore.

In Secundo versu Philosophus nihil discrepans ab opere naturæ, nisi in tempore quousque decoctione artificiali spiritus non fixus bene commiscetur corpori. Quia aliter, nisi farina bene fuerit malessata, panis redditur incompositus. Idem credo eum sic intelligere. Et sic ego feci, postquam in compositione, & incorporatione corporis cum spiritu modo supradicto, recepi pulverem meum, & posui in vase vitreo in cineribus calidis igne mediocri, & dimisi stare tribus diebus super ignem, & si quid Mercurii ascenderet illud subtiliter abrasi cum penna. Nam sæpe fit error in stomacho cum indigestum ponitur super digestum. In illis tribus diebus Luna & Mercurius in tantum efficiuntur unum, & in tantum notabiliter amicantur, quod nullus mundi Philosophus possit ea separare, & ibi apparet alterum eorum, vel quod siccitas corporis imbibat in se humiditatem spiritus, vel quod humiditas spiritus absorbeat siccitatem corporis. Sed quid sit dico tamen qui probavi, quod si quis subtiliter inciderit ad perfectionē hujus loquelæ, possit tantum Mercurium dare bibere uni bono Argento quidem est in mundo. Et non est dubium, quod ille Mercurius sic bibitus reduci posset in veram speciem Lunæ. Et nota satis mirabile negotium, sicut Mercurius imbibitur cum Luna, ita imbibas cinobrium cum cupro & invenies tantam tincturam, quod cum modico Sophistices totam in speciem solis. Et tum non esset, quia, neque color, neque corpus fixi sunt. Super omnia cavendum est maximè in regimine ignis, quod debet esse summè temperatum, aliàs non permisceretur Mercurius corpori, nec econtrario, versus, &c.

Adde labrum salis quanta sit sexta duorum
Conjunge ponecq; simul.

In hoc tertio capitulo ponit Philosophus doctrinam tertii. Quid ergo sit tertium videamus. Multi enim Philosophi variando, id est, modis locuti sunt de tertio, & vocant ipsum medium & tertio non erraverunt. Est enim medium conjungendi tincturas, medium inter duo extrema, & est medium inter durum & molle, & ideo videmus inter ista tria, quod illorum sit medium in numero

puta Lunam, ſpiritus, dein ſal, quòd meritò dicitur medium inter corpus & ſpiritum, quia humiditatem ſpiritus attrahit ſua ſiccitate, & duritie corporis ſua dulcedine præbet ad ſolem, hîc ſal ratione penetrativa dat ingreſſum. Et in hoc pendet magna vis artis noſtræ. Debet autem eſſe ſexta pars ſalis reſpectu materiæ conjunctæ. Operatur autem tanquam medium arbitrans, & etiam conjungens duo diverſa in amicitiam fixam & firmam. Operatur etiam tanquam participans in utroque. Et ſicut ſangvis menſtruus nutrit embrionem in utero matris, & facit ipſum creſcere uſque ad terminum vitæ, & eſt medium inter ſperma maſculi & fœmellæ: Ita ſal noſtrum ſpiritum & corpus in matrice, hoc eſt in utero facit creſcere, uſquequò materia vivat, hoc eſt, vitam recipiat in viſceribus terræ. Neceſſe eſt ergo, quod ex tribus iſtum ſalem extrahamus, quod ſic fit. Nota, ℞. Sal Tartari, Sal Armoniacum, Sal Commune, & Sal Alcali, & per portiones ponderis primi, ad ultimum, per diviſionem quinti, & hoc gradatim provideas, quod quodlibet iſtorum ſepares à lutulentia terræ in re retinenti terram, ut ex his omnibus facias aquā puram & claram, quam vaſe mundo congelabis, & habebis ſal tuum in colore ceræ penetrativum, dulcificativum, diſſolutivum & fixativum. Illud honora & teneas charum, in hoc enim conſiſtunt ſecreta. Ipſum enim fixat volatile, vivificat ſpiritum mortuum, mollificat frangibile, & certè mundat etiam Venerem à lepra. Qualiter autem ipſum ſit ingerendum, modò audiamus: Poſtquam per tres dies, ut ſupra dictum eſt, nutriviſti corpus & ſpiritum, nunc tu debes id ſal tuum purum pulveriſatum & bene deſiccatum in diſcooperto vaſe illo, ubi eſt materia tua, imponere paulatim, uſquequo ſex pondera medicinæ præaſſumptæ biberint unum pondus dicti ſalis. Tum maximè ſolicitus debes eſſe, quia ſæpè contingit, quod materia in tantum elevatur in adventu ſalis, quod videtur exire fines ſuos. Igitur prudenter aſſiſtas, ſublevando vas parum de cineribus, ſi materia nimis aſcenderet. Quia ſæpe laborantes maximè qui feſtinant ultima cupiditate capti, in tantum quod deſtruunt opus ſuum. Animadvertendum eſt, quod quodlibet probetur antequam miſceantur. Probatio autem ſpiritus data eſt tibi in cap. præcedenti, videlicet facilis fuſio, color cereus, mutatio coloris ſine fumo. Modo audi probationem ſalis, color cereus, perunctuoſa mordacitas, & nullus ſtridor dum funditur, neque fumus ſi bene conſideraveris, &c.

Et Aqua timenda in aquam redigas.

Hic poſtquam Philoſophus poſuit terificationem corporis, imbibitionem ſpiritus, & additionē tertii ſub nutrimento competenti, quæ ſimul juncta ſunt, & heterogenea, & hic ponit ſimiliter amicitiam ipſorum, ita quod fiant homogenea. ℞. Ergo unam

partem

partem salis sonantis, & lapidem illuminantis duas partes, ejectoque phlegmate vel vase mutato, quod melius est, & ponatur super duas materias præparatas. Et imponantur igni in vase cæco, vel in vase duplici, & sit ignis bene temperatus diebus 13. Philosophi qui laboraverunt, & qui adhuc laborant propter scire & non habere, tenuerunt per 30. dies operantes, omnem perfectam decoctionem fieri in uno mense. Ego autem qui laboravi in 13. inveni quod quæsivi. Signa autem perfectæ decoctionis tria sunt valde notanda: Unum est dissolutio totius compositi in aquam viridis coloris. Et dico totius compositi, quod aliquando sales & spiritus facilius solvuntur, quàm corpus, quod magis approximant naturæ aquæ, quàm corpus. Vult enim Philosophus, quod in habentibus symbolum, i e similibus naturis facilior est transitus Et ideo partes ultimæ compositæ debent solvi. Et si forsan propter duritiem non possent solvi, separabis solutum à non soluto, & addes non soluto modicum pingvedinis aquilæ, & modicum soluti, & superponas igni, & scias quod solvetur. Et cum solutum fuerit, pone totum simul super ignem, & videbis totum solutum in colore smaragdi. Secundum signum est facilis soluti in aëre congelatio in materiam albam, pingvem & mollem, sicut est color cepimultum purificati. Et hic notatur gradus secundus. Quia primus fuit quasi nigredo dum incorporata sunt. Secundus est albedo dum unita sunt. Tertium signum est facilis materiæ congelatæ super ignem solutio. Nota bene, quod omne illud quod congelatur à frigido, dissolvitur à calido. Et econverso. Oportet enim quod medicinę hujusmodi sequantur naturam metallorum. Si habes aures, audias, quod bene scis, quod omnia metalla fusa habent se instar Mercurii. Et si frigida possint fusa permanere essent puriora. Videas ergo, quod metalla humida, sicut Jupiter & Saturnus faciliter reducuntur in suum Mercurium. Et docebo te in loco suo, quod Mercurius omne corpus metallicum comedit & reducit in seipsum. Modò dicamus, quare Mercurius aqua timenda dicitur, & qualiter timenda sit. Dico timenda est, id est, honoranda, quia per ipsam & in ipsa perficitur, id est, reducitur opus desideratum. Timenda est etiam, quoniam hebetat sensus, paralticat nervos, interficit & inficit se non custodientes ab ea. Ipsa rodit quidquid tangit. Qualiter autem, & quanta pondera sint, adverte Philosophum dicentem: Non submergens nec inebrias futuram mundi nec permittas arescere, nihil aliud voluit evitare superfluitatem & egestatem, ergo ponas tantum quod materia tua possit solvi, ad pondus simile mediæ partis totius compositi. Et quia sæpe laborantes ita immature procedunt, quod eorum aquæ non sint fortes nec capaces ad solvendũ, do ergo tibi remedium, post quam aquam tuam fecisti, solvas in ipsa Mercurii sublimati uncias quatuor,

quatuor, arſenici crudi uncias duas, & iterum diſtilla, & habebis ſubito aquam ſolventem omne corpus quantum ad album. Si verò ad rubeum loco Mercurii ponas cinobrii, loco arſenici ponas vitriolum Romanum. Sed ſi quis dubitet, quomodo ex corrupto eveniat medicina tingens, & fixa, cum omnia quæ ibi ſunt excepto corpore ſint volatilia, ſcil. ſales & ſpiritus, reſpondebo, intelligant, qui intelligant: Nam ſpermata viri & mulieris ſtant diverſa in matrice mulieris, in ſpecie lactis, per tres dies, in ſpecie verò ſangvinis, per novem, in ſpecie carnis incompletè, per viginti, & formantur membra per triginta, & in fine Deus creat & infundit creando animam eodem de ſpermate agentis, id eſt, corporis, & ex ſpermate paſſi, i.e. Mercurii, cum nutrimento menſtrui, videl. ſalis alembrat. Creſcit opus noſtrum primo tribus diebus in lacte, dum incorporatur, poſt in ſangvine, dum additur ſal, poſtea in modum carnis imperfecte cum coagulatur & in aquā diſſolvitur.

Poſtea in fimo formentur membra, & in fine, pius Deus dat gratiam diem viventis, videlicet potentiam habentis. Secundum augmentum quo nutritur eadem Medicina. Et nota, quod quantò melius digeritur in ſubtiliando tantò melioratur. Verſus.

Poſt divides mundum ſi repetatur origo.

Opinio Autoris eſt, quod ſicut mundus in compoſitione elementorum & commixtione totus fuit turbatus, ita quod quatuor elementa perdiderant ſuam poteſtatem, neque lucebat lux, nec germinabat terra, non nutriebat Aër & aqua non fluebat: Eodem modo nominata noſtra medicina per mixtionem iſtorum elementorum, caret omni diſpoſitione habili ad aliquod utile. Et certè mundus proprio nomine appellatur. Nam ſi bene inſpicis ibi ſunt quatuor elementa. Nam aqua eſt prima. Videtur enim prima materia ipſorum quod ſit ibi ignis ratione ſulphuris phyſici latentis in materia noſtra, & apparet. Nam antequam ſapere elementa eſt ſpiritus tingens, & urens in colore ignis. Eſt etiam ibi Aer. Nam fumus & odor ad oculum videntur & ſentiuntur. Eſt & terra, quæ pondere ſuo eſt frigida & ſicca, ſed iſta ſunt in confuſo. Et ideo bene dicitur: Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, cum ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Qualiter autem ſeparanda ſunt iſta quatuor elementa facile eſt dicere, ſed difficile operari. Quia quandocunque de unò elemento in aliud aliquod ponitur, turbatur opus. Certè, ſi aquam in ignem ponis, extingves ignem, & econverſo: Si aerem in terram, generas terræ motum & turbines: Si terram in aerem, generas tonitrum & fulgura, ut in aquis magnis generantur tempeſtates, niſi quia aer ſubintrat per cavernas terræ & petens exitum generat ipſas validas tempeſtates. Igitur advertendum eſt, quod in ſeparatione elementorum unum alteri non miſcea-

miſceatur. Secundo advertendum eſt in proportione ipſorum benè cauſas ſcias, quod in conſideratione elementorum terra eſt minimum elementum, Aqua ſecundum, Aer in gradu tertio, & Ignis uniformiter æqualis in quolibet latere, cujus parva pars illuminat totum mundum. Veniamus ad propoſitum & dicamus ſic, poſtquam omnis materia eſt diſſoluta, ut dictum eſt, ponendum eſt vas ſuper ſuum furnum levi cinere mediante, & ſuperponendus eſt alembicus, ut diſtilletur aqua, quæ eſt aliqualiter dulcis, & durat uſquequo pileus incipit aliqualiter citrinari. Et tunc immediate removendum eſt illud vas, & addendum eſt aliud, pro aëre capiendo, & illud durat uſquequò pileus incipit rubificari. Et tunc mutandum eſt vas & ſuſcipiendus eſt ignis, & illud durat uſquequò nihil de humido remaneat in vaſe, & ſignum eſt finis. Quia tunc pileus incipit infrigidari, & vapor exit circa alembicum. Modò habes quatuor elementa quodlibet per ſe. Sed hîc magnum eſt dubium utrum hîc aliquid de elemento ſit mixtum alteri elemento, videlicet, utrum cum aqua aliquid tranſierit de aëre, aut utrum cum aëre aliquid tranſierit de igne. Et ego dicam tibi modum cognoſcendi & ſeparandi. Modus ſeparandi eſt iſte, conſiderabis aquam tuam, utrum in ſuperficie erit aliquod ſupernatans ſicut oleum, tunc ſcias illud eſſe aërem, tunc illud per ſe diſtillabis, & videbis aquam primò exire, & aër remanebit in fundo. Ita etiam conſiderabis in aëre & igne, & eodem modo laborabis. Sed dubitaret hîc aliquis, quare aqua quę tamen plus pōderat aëre & igne, tamen citius aſcendit quăm iſta duo elementa leviſſima. Et ego dico tibi rationem. Quia omne contrarium agit in contrario quantum poteſt, & retinet ſuum ſimile pro toto poſſe, pari modo quòd ignis materialis totaliter contrariatur aquæ ratione ſuæ naturæ, quâ eſt calidus & ſiccus, ideo primò cogit ipſam aſcendere. Et quia aër participat in uno gradu cum igne, videlicet caliditatis, ideo aliqualiter diligitur ab ipſo, & in uno gradu contrariatur igni, videlicet humiditatis, ideo ignis agit in ipſum, tanquam in contrarium. Et quia aër eſt homogeneus in illis duobus gradibus, ſcilicet caliditatis & humiditatis, & ignis habet expellere humidum, neceſſarium eſt etiam, quod expellat calidum, extrahit, cogit ipſum exire per alembicum. Sed qualiter ignis ignem expellat, quum tamen participat in natura, dicam tibi. Ignis noſter differt ab igne materiali, tanquam anima à corpore, totum corpus animatum eſt homo, totus ignis eſt ignis, tam anima eſt ſubtilis, in virtute ſua nutrit corpus quoddam calore habituato. Ita ignis noſter habet ſe ad ignem materialem tanquam anima ad corpus. Et dico tibi hic ignis capitur pro tinctura, quia eſt in colore igneo. Et quicquid tingit, tingit calore ignis. De proportione autem ipſorum elementorum difficilimum eſt. Et hîc verè pendent leges &

Prophe-

Prophetæ. Et hîc eſt pondus artis, in hac commixtione elementorum infiniti decipiuntur, quia non ponderant grave pondus ſcientiæ, aut quia quod feſtinant non expectantes fines naturaliter aſſignatos. Sed antequam ulterius procedam, transeamus ad quartum elementum, videlicet terram quæ manet in fundo vaſis, ſicut quædam maſſa fixa alba, quæ ab igne non conſumitur, neque cogiter elevari, quæ in ſe groſſa eſt & ponderoſa. Oportet autem ipſam ſubtiliare & levificare. Modus autem talis eſt. ℞. totam terram tuam, extra vas frigefactum, & ſuper lapidem mundum bene pulveriſabis ipſam, & pulveriſatam ponas in vaſe vitreo habente collum longum, lutatum undique. Et habebis ollam novam terream ſubtilem, quam conſtitues in furno ſuper latus inter cineres, & in ollam etiam ponas modicum de cineribus, & frangas labrum furni ad quantitatem colli tui vitri, & ponas in olla vitrum tuum, & facies ignem fortiſſimum de lignis ſiccis, ita, ut olla ſit rubea, i.e. ignea valde. Et volvens vitrum tuũ ſæpius, continuabis ſic per 4. horas. Et darem tibi conſilium, quod vitrum eſſet clauſum ſigillo Hermetis, circa medium colli. Et habeas te diligentem & ſolicitum, quia ſi hic deficeres perderes opus tuum. Et ſcias, quod in fine invenies terram tuam fuſam ad modum vitri, quam pulveriſabis ſubtiliter, & ſerves, & facies in hunc modum.

Terram mundabis ab imo, Alba fiat natans
Vilis deſcendit ad æquor.

Qualiter Terra vulgi ſeparanda ſit à terra Philoſophorum, terra vulgi eſt ſal. Et dico ſic capienda eſt terra calcinata ſicut prius, & ponenda paulativè in vaſe vitreo vel vitreato, in quo ſit aqua munda & pura ferventiſſima. Et cum baculo vitreo agitare debes, quouſq; illud, quod poteſt diſſolvi diſſolvatur. Et ſciàs quod bona terra diſſolvetur, efficietur aqua alba ſicut lac, quam diſſolutam pone ad partem. Et iterum tere terram quæ remanſit inſoluta, & jungas iterum aquam bene calidam, uſquequo facias donec apertè videas quod nihil amplius poteſt ſolvi. Et ſigna ſunt quod terra quæ remanet in fundo poſita ſuper lingvam mordet: ſecundum ſignum ſi ponatur ſuper ignem neque funditur neque aduritur. Et poſtquam hoc videbis, tunc recipias totam terram tuam ſic diſpoſitam in aqua prædicta, & ponas in vaſe vitreo & congelabis deſiccatione forti. Et poſtquam congelata fuerit, tunc ſcias te habere terram philoſophicam, mundam & param, quam ponderabis & conſervabis in loco temperato calido. Et hoc eſt quod dicit, uſque ibi. Vilis deſcendit.

Et igne decocta levi bibat æqueum fulmen
Deſicca primo.

Poſtquam Autor ſubtiliter poſuit ſeparationem elementorum & cujuslibet præparationẽ & mundationem, hic in iſta parte po-

nit conjunctionem eorum. Et hic notandum est satis manuale negotium, videlicet quare terra cum sit gravius elementum cæteris habeat se per modum medii, ad sustentandam totam machinam firmamēti. Est hic audacter grossus intellectus laicorum, quia certè nec scire possunt nec etiam cogitare. Est enim altissimum negotium, indiget præsenti speculatione, & oportet operantem hujusmodi secretum necessariò alias bene intelligere, & scientiam de sphæris, & scientiæ causam propter quid aliquæ aquæ adhærēt toti terræ, qualiter aquæ supervenient cœlos, & qualiter est quod aquarum multitudo alligata est certis characteribus ita quod non exeunt suas metas. Oportet autem scire laborantem, qualiter aqua terræ jungatur. Et dico quod terra participat cum aqua in uno gradu, & differt ab ea, in uno gradu, participat autem in frigiditate, est naturalis humiditas ratione etiam cujus differt terra ab aqua, ut inter hæc duo elementa respectu sui heterogenea efficiantur. Unum est necessariū, ut & sicco terræ & humido aquæ fiat partitio in sýmbolo, quia solum in isto discrepant, & considera bene cum toto corde tuo, quod si siccum superaverit humidū, nihil facis, vel econverso. Nunc dicamus verum modū ista cōplectendi. Et dico tibi, ℞. terram tuā, & ponderes in isto pondere. Et ponderatæ adde quartam partem aquæ ad ignē lentum, & sit valde parata. Et dico tibi, quod ignis non debet esse fortior, quàm solis febrilis. Et ego solus feci cum secaturis lignorum, & si æstas esset non esset melius ad hujusmodi medicinam exiccandam sole ipso. Et postquam illa quarta pars exiccata fuerit movebis cum vitro materiā, & adde sibi aliam quartam partem, & si habes lapidem vitreum, & etiā materiam vitream, tunc darem tibi consilium, ut illa ibi deberes operari in sole, superpositō mundo panno, hoc facto, id est imbibito, adde sibi iterum quartam partem, & hoc operari debes succisivè, donec tantum sit humiditatis, quantum siccitatis, & scias firmiter quod si bene feceris terra tua, quæ est tibi privata natura omni superflua humditate vulgi, quod istam suam aquam, elementale bibet appetitu glorioso, quod vix possit nisi valde subtili ingenio separari. Modò veniamus ad dubium quæsitum, videlicet quare terra sustentaculum totius nostri firmamenti componendi est, & dicam tibi causam quam probant omnes Philosophi, & in hoc non discrepat nostra fides, certum est, tria sunt præcipua quæ concurrunt ad esse, vel non esse cujuslibet elementi, videlicet materia, forma, privatio. Materia est illud hyle cōfusum, in quo mixta sunt elementa simul. Et non potest dici, quod sit quale vel quantum. Et ex ista materia trahitur elementum terræ, & alia elementa sicut dictum est in præcedētibus. Et tunc sequitur secundum principium, scil. forma, & ita debes opinari, quod immediate ab hyle exit aliquid, & immediate forma subintrat, ita quod forma ipsum formaţ, quod

mat, quod debet esse super terram, & immediate sicut forma recedit, subintrat corruptio sive privatio, & inducit aliam novam formam. Et ista fuit intentio Philosophi quando dixit, quod corruptio unius scil. formæ est generatio alterius scil. formæ. Non enim intelligendum est, quod corruptio Saihardi sit generatio alterius Saihardi. Et sic nota, oportet te cogitare in opere nostro, videlicet, quod corruptio siccitatis terræ sit generatio alterius siccitatis. Sed est adæquatio duorum contrariorum, & reductio ipsorum ad unam identitatem. Et quia necessarium est quod ipsum elementum quod est aqua est ponderosum, & diaphanum, & nihil fixi habeat in quo requiescat, & nullum elementorum habet hanc proprietatem nisi terra, ideo necessarium fuit, quod terra suppleret sustentaculum componendi firmamenti. Et hoc est quod primo quærebatur. Secundum dubium est utrum aqua quæ non est fixa, ut apparet, quia ascendit per alembicum, juncta terræ fixæ fixetur ratione fixationis terræ, vel utrum terra efficiatur volatilis ratione ipsius aquæ non fixæ. Et dico, quod aqua primum retineatur à terra ratione siccitatis ipsius terræ, quia siccum attrahit humidum, & de se humidum quod est in terra est frigidum. Et hoc debes perpendere quod gradus frigiditatis retinent se in terra & aqua. Et gradus siccitatis attrahunt humidum. Ergo necessarium est, quod aqua fixetur cum terra, & quod fiant unum identitate substantiæ, sicut materia & forma efficiuntur unum introductione formati, &c. Pondera terram tuam siccatam, & si inveneris ipsam duplicatam fuisse, tunc scias te bene feciſſe, si verò non, tunc scias violentia ignis de elementò aliquid evasisse. Videas ergo, quantum defecit in pondere, jungas de aqua, & sicca ut prius, ut fiat æquale pondus, &c. Sequitur versus.

Et Aëre nutriatur habundè
Hoc Mer fugi tinget in alba cornua Phœbe.

Hic modò Philosophus procedit ad conjunctionem tertii elementi, videlicet Aëris. Et dicit, quod terra jam imbibita sua aqua & desiccata, debet nutriri ab aëre suo habunde. Ad intelligentiam Philosophi tu debes hic notare, quod aër est una de principalibus causis, quasob omnia vivunt super terrã, & vegetantur, & crescunt, ac etiam in aquis, & in aliis locis, in quibus unum vegetatur & crescit. Et econverso. Et inde videmus, quod causa principalis hujus mortalitatis est infectio aëris, qua nutriuntur omnia. Et certè dico tibi, quod aër inficit terras & aquas, & ignis aërem. Modò videamus, ut terra nostra & aqua purè & benè habeant aërem purum & bonum. Et nota quod de aëre plus debet esse quam de aqua. Et ratio est ista, quia gradus frigiditatis fuerunt duo, videlict aquæ & terræ, alios duos gradus per se dimittamus ad tempus suum, scil. humidum & siccum, & concordemus istos duos

gradus

gradus frigiditatis ad gradum caliditatis qui est in aere. Est enim aer calidus & humidus, calidus ratione ignis qui supereminet ipsum humidum ratione terræ & aquæ, quæ subsunt sibi. Dicamus ergo, quod aquæ fuerunt unciæ duæ, & terræ duæ, qui sunt quatuor gradus frigiditatis. Necessarium ergo est, ut participent simul ita elementa, quod aer sit quatuor vicibus respectu illorum 4. graduum frigiditatis in pondere ad easdem. Et debes eo modo imbibere terram & aquam aere isto, quemadmodũ imbibisti terram tuam aqua sua. Et scias & advertas diligenter, quod quando aer est additus, & est siccatus, materia sua propria virtute sentiens ignẽ statim liquescit, & subintrat corpora, quibus debet admiscere penetratione forti, & retinet spiritus fugitivos. Et si istam materiam dissolveres in fimo, & dissolutam poneres in primum phlegma aquæ fortis, scias firmiter quod generaretur lapis sicut crystallus, qui congelat virtute sua Mercurium in verum corpus Lunæ. Sed qualiter procedendum sit non ponit Philosophus, nec qualiter projicienda est medicina, sed solum docuit hoc *Mer fugi, tinget.* Non enim voluit loqui Philosophus nisi scientibus, & qui longis temporibus laborassent. Et ad evidentiam puriorem dicam hic quatuor. Primò qualiter hæc medicina habeat ingressum. Secundò super quantum. Tertiò auferam unum dubium. Quartò ponam unum remedium si ex infortunato casu medicina non funderetur, nec persequeretur ad intentum. Ad primum dico quod recipiendum est vas, in quo Mercurius debet congelari, & aliqua pingvedine debet bene perungi intrinsecus, ad hoc quod violentia ignis nec etiam siccitas vasis non habeat absorbere Medicinam, & ipso uncto ponendus est Mercurius, & faciendus est ignis satis lentus. Et scias hoc quod debes habere medicinam involutam in cera. Et dum incipit furire tuus Mercurius apponere debes tuam medicinam. Ad hoc etiam debes elevare vas modicum de violentia ignis. Quia dum Mercurius violatur ab igne saltat, & saltando exportat secum medicinam, ex quibus sæpe fit error, & maximè non cogitantibus causas rerum. Sit igitur ignis temperatus post appositionem tuæ medicinæ, & sit supra non subtus. Et hoc intelligas in perfecta medicina, quia in medicinis non perfectis totum appositum est tenendum. Et postquam ignis steterit supra per aliquod tempus, id est, per quartam unius horæ, tunc ponas in ignem fusionis, & scias quod habes Lunam, quæ non indiget cineritio, quod perfecta est perfectione totali. Secundum dubium est, quanta medicina debeat poni. Et ego dico, quod ex præcedentibus potes per temet cogitare, quia quantum fermenti ponis in pasta, id est, in Mercurio, tantum medicinæ debes ponere super Mercurium. Et communiter libra fermenti fermentat centum libras, sic medicinæ nostræ pondus unum centum congelat opere

vaſe terreo ad modum ſcutellæ, poneque ad furnum ad cineres, deinde pone ſubtus ignem lentum, & calx fiddæ ſolvetur in aquã claram, & ſimili modo fac de Mercurio calcinato, tunc conjunge ipſas aquas ſcil. Lunæ Mercurii in prædicta ſcutella. Deinde abſtrahe aquam à prædicta Luna & Mercurio cum aqua dulci, & permitte in ſole ſiccari, tunc illa commixtio ſoluta congelabitur, & reſidebit in fundo vaſis, in lapidem album criſtalli. Deinde accipe ipſum & contere eum ſuper lapidem ſubtiliſſime, & ſic tritum pone in ampullã vitream cum collo longo, ad ſolvendum in fimo equino per 7. ſeptimanas, ita quod medietas colli ſit extra fimũ, & diſſolvetur in aquam claram, quam aquam congela in calore ſolis. * De conjunctione etiam ſic habetur, poſtquam habueris fiddam ſolutam, in vitro ſerva ſolutionem ſuper furnellum, quousque etiam Mercurius ſolvatur. Tunc ſic ſoluta, & calcinata, funde ſolutionem Mercurii cum ſua aqua in Lunam. Tunc conjungetur ſimul in albam aquam, vel viridem & fit perfecta conjunctio Mercurii cum ſorore ſua. Tunc illud vitrum permitte ſtare in cineribus calidis, mediocriter aſſando, donec tertia pars aquæ conſumetur. Tunc permitte infrigidare, & pone in loco, ubi nec ſol nec aura tangere poſſit. Tunc deſcendunt ad fundum lapides albi, &c.

Poſtea procede ut ſupra dictum eſt. * Tunc habebis elixir perfectiſſimum, & lapidem præſtantiſſimum, quem omnes Philoſophi occultaverunt, & reſolvitur in modum olei citius quam cera ſuper laminam ignitam, & penetrabit in profundum Mercurius crudus & figit, & permanet cum eo in æternum.

De modo projectionis medicinæ: Accipe crucibulum & pone in eum 70. ℥. Mercurii cum aceto & ſale bene abluti, deinde pone crucibulum inter carbones vivos, calefaciendo Mercurium leniter, & moderate, cumque calefactus fuerit projice ſuper eum ℥. j de lapide, & currit fundendo per omnes venas Mercurii, & penetrabit eum, & perducit ad fiddam perfectiſſimam, & malleabiliſſimam, ſuſtinentem omne judicium probationis in perpetuum, ſcil. cineritium & omnem probationem.

Gratulare ergo de ea, & ſuccurre pauperibus, & viduis pupillisque. & benedicito Deo opifici, qui ſua ſecreta tibi communicavit, &c. Dilige ergo hanc aquam ſuper omnes alias, dimiſſis etiam omnibus aliis ſcripturis, & truffis Alchymiæ. Hoc quoque te ſcire volo, ſi prima vice non vellet tingere, vel non eſſet fixa, tunc ſolve iterum in fimo, & coagula in aere, ut ſupra.

Augmentare etiam potes medicinam, ut ſcis. DEO gratia.

SEQUI.

SEQUITUR OPUS EXCELLENTISSIMUM S. Thomæ de Aquino.

MEr : fugi dum bibit Lunam ſedecies duplum
Et tenet & nutrit ignis, communicato calore.
Adde labrum ſalis, quanta ſit ſexta duorum
Conjunge poneque ſimul.
Et aqua timenda, in aquam redigas
Quam putreſcere debes.
Terram mundabis ab imo, alba fiat natans
Vilis deſcendit ad æquor.
Et igne decocta levi bibat aqueum flumen.
Deſiccata primo, & Aere nutriatur habundè.
Hoc Mer : fugi tinget in alba cornua Phœbe.
Quam ſi dederis Aurum dabit fulvumq; Leonem.
Sol bibat Mercurium, ſi Solis quæras ardorem.
Tres concipit lucens decoquitur luce ter dena.
In ventre terræ vitam accipit decemq; dierum.
Tunc ſeparat chaos recedunt elementa viciſſim.
Et naſcitur ſerpens cunctum volatile figens.
Quartum ſi dederis Aurum dabit fulvumq; Leonem.

LIBER LILII BENEDICTI, &c.

Mer: fugi dum bibit Lunam ſedecies duplum.

IN iſto verſu ponit Philoſophus intentionem ſuam. Et eſt ſenſus iſtius verſus, quod quando Luna biberit de Mercurio fugitivo 16. duobus vicibus quantum ponderat. Iſta expoſitio eſt ſatis obſcura. Et ideo ego dico juxta modum noſtræ naturæ. Quod Mercurius habet quatuor dimenſiones, videlicet duas manifeſtas, & duas occultas. Duæ manifeſtæ ſunt, Albedo & fluxibilitas: Occultæ ſunt, fixatio, & rubedo, & habet ſe ad metallum tanquam farina ad panem. Non enim farina panis eſt, nec panis eſt farina, fiet enim farina panis ſi addatur fermentum & aqua. Et decoquatur competenter. Et per ſimile: Mercurius non eſt metallum, nec metallum eſt Mercurius. Sed Mercurius bene poteſt fieri metallū, ſecundum ſui immunditiem, per appoſitionem fermenti, & aquæ miſcentis. Quid igitur fermentum ſit videamus. Et primo de fermento vulgi, ut fermentum Philoſophicum eò melius cognoſcamus. Fermentum vulgi eſt paſta extracta ab alia paſta præcedenti cum additione ſalis & aceti, & ſervatur ad neceſſitatem. Nunc fermentum philoſophicum eſt duplex, videlicet perfectum & imperfectum: imperfectum eſt, quod fit ex imperfectis metallis, & de illo non curemus: qualiter autem fiat fermentum perfectum, dicit Philoſophus, cum innuit: *Mer: fugi dum bibit*, (quaſi diceret) quod inbibendus eſt Mercurius cum Luna, uſque ad ſufficientem induration em. Et ego ſic intelligo, quod tu debes recipere de Mercurio ſubtiliato tantundem, quantum de Luna pura, & laminata ſubtiliter. Et debes ſtratum ſuper ſtratum ponere in vitro, & ad cineres collocare per quatuor horas, & ſit ignis quaſi ſublimandi. Quo tempore tranſacto debes extrahere & frigidum pulveriſare, & pulveriſato iterum addere tantum pondus, & iterum imponere igni, & ſic continuabis pulveriſando, addendo, decoquendo, infrigidando, quousque Luna biberit pondus debitum Mercurii, ſicut Philoſophus tibi mandat. Et maximè debes advertere in colore, vice qualibet quando levabis de fornace, utrumque ſit color cereus, & utrum facilius fundatur. Quod ſi tibi non placeret, pone tum in diverſis quantitatibus in diverſis vitris, quia ſi multa materia eſſet in vitro, forſan partes ſuperiores non debitè coquerentur. Omnibus his expeditis, quàm ſubtilius potes pulveriſa. Et nota, quod tria metalla, videlicet Luna, Mars

& Ve-

& Venus possunt solvi cum Mercurio & imbibi, aurum verò non, quia perfectum est in se omni perfectione naturali, Saturnus & Jupiter non, quia non indigent humido, quia ipsi sunt quasi radices humiditatis. Et hoc tangit Philosophus, cum dicit: Solvite corpora & imbibite spiritus. Nota, quod Luna & Mercurius sic conjuncti solvuntur in aquam puram, si ponantur in loco humido & calido. Et credere cum tertia aqua adderetur, quam Philosophi vocant aquam vivificantem & animantem spiritus mortuos & etiam fugitivos, &c.

Et tenet & nutrit ignis communicato calore.

In Secundo versu Philosophus nihil discrepans ab opere naturæ, nisi in tempore quousque decoctione artificiali spiritus non fixus bene commiscetur corpori. Quia aliter, nisi farina bene fuerit maleffata, panis redditur incompositus. Idem credo eum sic intelligere. Et sic ego feci, postquam in compositione, & incorporatione corporis cum spiritu modo supradicto, recepi pulverem meum, & posui in vase vitreo in cineribus calidis igne mediocri, & dimisi stare tribus diebus super ignem, & si quid Mercurii ascenderet illud subtiliter abrasi cum penna. Nam sæpe fit error in stomacho cum indigestum ponitur super digestum. In illis tribus diebus Luna & Mercurius in tantum efficiuntur unum, & in tantum notabiliter amicantur, quod nullus mundi Philosophus possit ea separare, & ibi apparet alterum eorum, vel quod siccitas corporis imbibat in se humiditatem spiritus, vel quod humiditas spiritus absorbeat siccitatem corporis. Sed quid sit dico tamen qui probavi, quod si quis subtiliter inciderit ad perfectionē hujus loquelæ, possit tantum Mercurium dare bibere uni bono Argento quidem est in mundo. Et non est dubium, quod ille Mercurius sic bibitus reduci posset in veram speciem Lunæ. Et nota satis mirabile negotium, sicut Mercurius imbibitur cum Luna, ita imbibas cinobrium cum cupro & invenies tantam tincturam, quod cum modico Sophistices totam in speciem solis. Et tum non esset, quia, neque color, neque corpus fixi sunt. Super omnia cavendum est maximè in regimine ignis, quod debet esse summè temperatum, alias non permisceretur Mercurius corpori, nec econtrario, versus, &c.

Adde labrum salis quanta sit sexta duorum
Conjunge ponegz simul.

In hoc tertio capitulo ponit Philosophus doctrinam tertii. Quid ergo sit tertium videamus. Multi enim Philosophi variando, id est, modis locuti sunt de tertio, & vocant ipsum medium & tertio non erraverunt. Est enim medium conjungendi tincturas. medium inter duo extrema, & est medium inter durum & molle, & ideo videmus inter ista tria, quod illorum sit medium in numero

puta Lunam, ſpiritus, dein ſal, quòd meritò dicitur medium inter corpus & ſpiritum, quia humiditatem ſpiritus attrahit ſua ſiccitate, & duritie corporis ſua dulcedine præbet ad ſolem, hîc ſal ratione penetrativa dat ingreſſum. Et in hoc pendet magna vis artis noſtræ. Debet autem eſſe ſexta pars ſalis reſpectu materiæ conjunctæ. Operatur autem tanquam medium arbitrans, & etiam conjungens duo diverſa in amicitiam fixam & firmam. Operatur etiam tanquam participans in utroque. Et ſicut ſangvis menſtruus nutrit embrionem in utero matris, & facit ipſum creſcere uſque ad terminum vitæ, & eſt medium inter ſperma maſculi & fœmellæ: Ita ſal noſtrum ſpiritum & corpus in matrice, hoc eſt in utero facit creſcere, uſquequò materia vivat, hoc eſt, vitam recipiat in viſceribus terræ. Neceſſe eſt ergo, quod ex tribus iſtum ſalem extrahamus, quod ſic fit. Nota, ℞. Sal Tartari, Sal Armoniacum, Sal Commune, & Sal Alcali, & per portiones ponderis primi, ad ultimum, per diviſionem quinti, & hoc gradatim provideas, quod quodlibet iſtorum ſepares à lutulentia terræ in re retinenti terram, ut ex his omnibus facias aquā puram & claram, quam vaſe mundo congelabis, & habebis ſal tuum in colore ceræ penetrativum, dulcificativum, diſſolutivum & fixativum. Illud honora & teneas charum, in hoc enim conſiſtunt ſecreta. Ipſum enim fixat volatile, vivificat ſpiritum mortuum, mollificat frangibile, & certè mundat etiam Venerem à lepra. Qualiter autem ipſum ſit ingerendum, modò audiamus: Poſtquam per tres dies, ut ſupra dictum eſt, nutriviſti corpus & ſpiritum, nunc tu debes id ſal tuum purum pulveriſatum & bene deſiccatum in diſcooperto vaſe illo, ubi eſt materia tua, imponere paulatim, uſquequo ſex pondera medicinæ præaſſumptæ biberint unum pondus dicti ſalis. Tum maximè ſolicitus debes eſſe, quia ſæpè contingit, quod materia in tantum elevatur in adventu ſalis, quod videtur exire fines ſuos. Igitur prudenter aſſiſtas, ſublevando vas parum de cineribus, ſi materia nimis aſcenderet. Quia ſæpe laborantes maximè qui feſtinant ultima cupiditate capti, in tantum quod deſtruunt opus ſuum. Animadvertendum eſt, quod quodlibet probetur antequam miſceantur. Probatio autem ſpiritus data eſt tibi in cap. præcedenti, videlicet facilis fuſio, color cereus, mutatio coloris ſine fumo. Modo audi probationem ſalis, color cereus, perunctuoſa mordacitas, & nullus ſtridor dum funditur, neque fumus ſi bene conſideraveris, &c.

Et Aqua timenda in aquam redigas.

Hic poſtquam Philoſophus poſuit terificationem corporis, imbibitionem ſpiritus, & additionē tertii ſub nutrimento competenti, quæ ſimul juncta ſunt, & heterogenea, & hic ponit ſimiliter amicitiam ipſorum, ita quod fiant homogenea. ℞. Ergo unam

partem

partem salis sonantis, & lapidem illuminantis duas partes, ejectoque phlegmate vel vase mutato, quod melius est, & ponatur super duas materias præparatas. Et imponantur igni in vase cæco, vel in vase duplici, & sit ignis bene temperatus diebus 13. Philosophi qui laboraverunt, & qui adhuc laborant propter scire & non habere, tenuerunt per 30. dies operantes, omnem perfectam decoctionem fieri in uno mense. Ego autem qui laboravi in 13. inveni quod quæsivi. Signa autem perfectæ decoctionis tria sunt valde notanda: Unum est dissolutio totius compositi in aquam viridis coloris. Et dico totius compositi, quod aliquando sales & spiritus facilius solvuntur, quàm corpus, quod magis approximant naturæ aquæ, quàm corpus. Vult enim Philosophus, quod in habentibus symbolum, i e similibus naturis facilior est transitus Et ideo partes ultimiæ compositæ debent solvi. Et si forsan propter duritiem non possent solvi, separabis solutum à non soluto, & addes non soluto modicum pingvedinis aquilæ, & modicum soluti, & superponas igni, & scias quod solvetur. Et cum solutum fuerit, pone totum simul super ignem, & videbis totum solutum in colore smaragdi. Secundum signum est facilis soluti in aëre congelatio in materiam albam, pingvem & mollem, sicut est color cepimultum purificati. Et hic notatur gradus secundus. Quia primus fuit quasi nigredo dum incorporata sunt. Secundus est albedo dum unita sunt. Tertium signum est facilis materiæ congelatæ super ignem solutio. Nota bene, quod omne illud quod congelatur à frigido, dissolvitur à calido. Et econverso. Oportet enim quod medicinę hujusmodi sequantur naturam metallorum. Si habes aures, audias, quod bene scis, quod omnia metalla fusa habent se instar Mercurii. Et si frigida possint fusa permanere essent puriora. Videas ergo, quod metalla humida, sicut Jupiter & Saturnus faciliter reducuntur in suum Mercurium. Et docebo te in loco suo, quod Mercurius omne corpus metallicum comedit & reducit in seipsum. Modò dicamus, quare Mercurius aqua timenda dicitur, & qualiter timenda sit. Dico timenda est, id est, honoranda, quia per ipsam & in ipsa perficitur, id est, reducitur opus desideratum. Timenda est etiam, quoniam hebetat sensus, paralticat nervos, interficit & inficit se non custodientes ab ea. Ipsa rodit quidquid tangit. Qualiter autem, & quanta pondera sint, adverte Philosophum dicentem: Non submergens nec inebrias futuram mundi nec permittas arescere, nihil aliud voluit evitare superfluitatem & egestatem, ergo ponas tantum quod materia tua possit solvi, ad pondus simile mediæ partis totius compositi. Et quia sæpe laborantes ita immature procedunt, quod eorum aquæ non sint fortes nec capaces ad solvendū, do ergo tibi remedium, post quam aquam tuam fecisti, solvas in ipsa Mercurii sublimati uncias quatuor,

quatuor, arſenici crudi uncias duas, & iterum diſtilla, & habebis ſubito aquam ſolventem omne corpus quantum ad album. Si verò ad rubeum loco Mercurii ponas cinobrii, loco arſenici ponas vitriolum Romanum. Sed ſi quis dubitet, quomodo ex corrupto eveniat medicina tingens, & fixa, cum omnia quæ ibi ſunt excepto corpore ſint volatilia, ſcil. ſales & ſpiritus, reſpondebo, intelligant, qui intelligant: Nam ſpermata viri & mulieris ſtant diverſa in matrice mulieris, in ſpecie lactis, per tres dies, in ſpecie verò ſangvinis, per novem, in ſpecie carnis incompletè, per viginti, & formantur membra per triginta, & in fine Deus creat & infundit creando animam eodem de ſpermate agentis, id eſt, corporis, & ex ſpermate paſſi, i.e. Mercurii, cum nutrimento menſtrui, videl. ſalis alembrat. Creſcit opus noſtrum primo tribus diebus in lacte, dum incorporatur, poſt in ſangvine, dum additur ſal, poſtea in modum carnis imperfecte cum coagulatur & in aquā diſſolvitur.

Poſtea in fimo formentur membra, & in fine, pius Deus dat gratiam diem viventis, videlicet potentiam habentis. Secundum augmentum quo nutritur eadem Medicina. Et nota, quod quantò melius digeritur in ſubtiliando tantò melioratur. Verſus.

Poſt dividis mundum ſi repetatur origo.

Opinio Autoris eſt, quod ſicut mundus in compoſitione elementorum & commixtione totus fuit turbatus, ita quod quatuor elementa perdiderant ſuam poteſtatem, neque lucebat lux, nec germinabat terra, non nutriebat Aër & aqua non fluebat: Eodem modo nominata noſtra medicina per mixtionem iſtorum elementorum, caret omni diſpoſitione habili ad aliquod utile. Et certè mundus proprio nomine appellatur. Nam ſi bene inſpicis ibi ſunt quatuor elementa. Nam aqua eſt prima. Videtur enim prima materia ipſorum quod ſit ibi ignis ratione ſulphuris phyſici latentis in materia noſtra, & apparet. Nam antequam ſapere elementa eſt ſpiritus tingens, & urens in colore ignis. Eſt etiam ibi Aer. Nam fumus & odor ad oculum videntur & ſentiuntur. Eſt & terra, quæ pondere ſuo eſt frigida & ſicca, ſed iſta ſunt in confuſo. Et ideo bene dicitur: Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, cum ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Qualiter autem ſeparanda ſunt iſta quatuor elementa facile eſt dicere, ſed difficile operari. Quia quandocunque de unò elemento in aliud aliquod ponitur, turbatur opus. Certè, ſi aquam in ignem ponis, extingves ignem, & econverſo: Si aerem in terram, generas terræ motum & turbines: Si terram in aerem, generas tonitrum & fulgura, ut in aquis magnis generantur tempeſtates, niſi quia aer ſubintrat per cavernas terræ & petens exitum generat ipſas validas tempeſtates. Igitur advertendum eſt, quod in ſeparatione elementorum unum alteri non miſcea-

miſceatur. Secundo advertendum eſt in proportione ipſorum benè cauſas ſcias, quod in conſideratione elementorum terra eſt minimum elementum, Aqua ſecundum, Aer in gradu tertio, & Ignis uniformiter æqualis in quolibet latere, cujus parva pars illuminat totum mundum. Veniamus ad propoſitum & dicamus ſic, poſtquam omnis materia eſt diſſoluta, ut dictum eſt, ponendum eſt vas ſuper ſuum furnum levi cinere mediante, & ſuperponendus eſt alembicus, ut diſtilletur aqüa, quæ eſt aliqualiter dulcis, & durat uſquequo pileus incipit aliqualiter citrinari. Et tunc immediate removendum eſt illud vas, & addendum eſt aliud, pro aëre capiendo, & illud durat uſquequò pileus incipit rubificari. Et tunc mutandum eſt vas & ſuſcipiendus eſt ignis, & illud durat uſquequò nihil de humido remaneat in vaſe, & ſignum eſt finis. Quia tunc pileus incipit infrigidari, & vapor exit circa alembicum. Modò habes quatuor elementa quodlibet per ſe. Sed hîc magnum eſt dubium utrùm hîc aliquid de elemento ſit mixtum alteri elementò, videlicet, utrum cum aqua aliquid tranſierit de aëre, aut utrum cum aëre aliquid tranſierit de igne. Et ego dicam tibi modum cognoſcendi & ſeparandi. Modus ſeparandi eſt iſte, conſiderabis aquam tuam, utrum in ſuperficie erit aliquod ſupernatans ſicut oleum, tunc ſcias illud eſſe aërem, tunc illud per ſe diſtillabis, & videbis aquam primò exire, & aër remanebit in fundo. Ita etiam conſiderabis in aëre & igne, & eodem modo laborabis. Sed dubitaret hîc aliquis, quare aqua quę tamen plus pōderat aëre & igne, tamen citius aſcendit quăm iſta duo elementa leviſſima. Et ego dico tibi rationem. Quia omne contrarium agit in contrario quantum poteſt, & retinet ſuum ſimile pro toto poſſe, pari modo quòd ignis materialis totaliter contrariatur aquæ ratione ſuæ naturæ, quâ eſt calidus & ſiccus, ideo primò cogit ipſam aſcendere. Et quia aër participat in uno gradu cum igne, videlicet caliditatis, ideo aliqualiter diligitur ab ipſo, & in uno gradu contrariatur igni, videlicet humiditatis, ideo ignis agit in ipſum, tanquam in contrarium. Et quia aër eſt homogeneus in illis duobus gradibus, ſcilicet caliditatis & humiditatis, & ignis habet expellere humidum, neceſſarium eſt etiam, quod expellat calidum, extrahit, cogit ipſum exire per alembicum. Sed qualiter ignis ignem expellat, quum tamen participat in natura, dicam tibi. Ignis noſter differt ab igne materiali, tanquam anima à corpore, totum corpus animatum eſt homo, totus ignis eſt ignis, tam anima eſt ſubtilis, in virtute ſua nutrit corpus quoddam calore habituato. Ita ignis noſter habet ſe ad ignem materialem tanquam anima ad corpus. Et dico tibi hic ignis capitur pro tinctura, quia eſt in colore igneo. Et quicquid tingit, tingit calore ignis. De proportione autem ipſorum elementorum difficilimum eſt. Et hîc verè pendent leges &

Prophe-

Prophetæ. Et hîc est pondus artis, in hac commixtione elementorum infiniti decipiuntur, quia non ponderant grave pondus scientiæ, aut quia quod festinant non expectantes fines naturaliter assignatos. Sed antequam ulterius procedam, transeamus ad quartum elementum, videlicet terram quæ manet in fundo vasis, sicut quædam massa fixa alba, quæ ab igne non consumitur, neque cogiter elevari, quæ in se grossa est & ponderosa. Oportet autem ipsam subtiliare & levificare. Modus autem talis est. ℞. totam terram tuam, extra vas frigefactum, & super lapidem mundum bene pulverisabis ipsam, & pulverisatam ponas in vase vitreo habente collum longum, lutatum undique. Et habebis ollam novam terream subtilem, quam constitues in furno super latus inter cineres, & in ollam etiam ponas modicum de cineribus, & frangas labrum furni ad quantitatem colli tui vitri, & ponas in olla vitrum tuum, & facies ignem fortissimum de lignis siccis, ita, ut olla sit rubea, i.e. ignea valde. Et volvens vitrum tuũ sæpius, continuabis sic per 4. horas. Et darem tibi consilium, quod vitrum esset clausum sigillo Hermetis, circa medium colli. Et habeas te diligentem & solicitum, quia si hic deficeres perderes opus tuum. Et scias, quod in fine invenies terram tuam fusam ad modum vitri, quam pulverisabis subtiliter, & serves, & facies in hunc modum.

Terram mundabis ab imo, Alba fiat natans
Vilis descendit ad æquor.

Qualiter Terra vulgi separanda sit à terra Philosophorum, terra vulgi est sal. Et dico sic capienda est terra calcinata sicut prius, & ponenda paulativè in vase vitreo vel vitreato, in quo sit aqua munda & pura ferventissima. Et cum baculo vitreo agitare debes, quousq; illud, quod potest dissolvi dissolvatur. Et scias quod bona terra dissolvetur, efficietur aqua alba sicut lac, quam dissolutam pone ad partem. Et iterum tere terram quæ remansit insoluta, & jungas iterum aquam bene calidam, usquequo facias donec apertè videas quod nihil amplius potest solvi. Et signa sunt quod terra quæ remanet in fundo posita super lingvam mordet: secundum signum si ponatur super ignem neque funditur neque aduritur. Et postquam hoc videbis, tunc recipias totam terram tuam sic dispositam in aqua prædicta, & ponas in vase vitreo & congelabis desiccatione forti. Et postquam congelata fuerit, tunc scias te habere terram philosophicam, mundam & param, quam ponderabis & conservabis in loco temperato calido. Et hoc est quod dicit, usque ibi. Vilis descendit.

Et igne decocta levi bibat aqueum fulmen
Desicca primo.

Postquam Autor subtiliter posuit separationem elementorum & cujuslibet præparationẽ & mundationem, hic in ista parte ponit con-

nit conjunctionem eorum. Et hic notandum est satis manuale negotium, videlicet quare terra cum sit gravius elementum cæteris habeat se per modum medii, ad sustentandam totam machinam firmamēti. Est hic audacter grossus intellectus laicorum, quia certè nec scire possunt nec etiam cogitare. Est enim altissimum negotium, indiget præsenti speculatione, & oportet operantem hujusmodi secretum necessariò alias bene intelligere, & scientiam de sphæris, & scientiæ causam propter quid aliquæ aquæ adhærēt toti terræ, qualiter aquæ supervenient cœlos, & qualiter est quod aquarum multitudo alligata est certis characteribus ita quod non exeunt suas metas. Oportet autem scire laborantem, qualiter aqua terræ jungatur. Et dico quod terra participat cum aqua in uno gradu, & differt ab ea, in uno gradu, participat autem in frigiditate, est naturalis humiditas ratione etiam cujus differt terra ab aqua, ut inter hæc duo elementa respectu sui heterogenea efficiantur. Unum est necessariū, ut & sicco terræ & humido aquæ fiat partitio in symbolo, quia solum in isto discrepant, & considera bene cum toto corde tuo, quod si siccum superaverit humidū, nihil facis, vel econverso. Nunc dicamus verum modū ista cōplectendi. Et dico tibi, ℞. terram tuā, & ponderes in isto pondere. Et ponderatæ adde quartam partem aquæ ad ignē lentum, & sit valde parata. Et dico tibi, quod ignis non debet esse fortior, quàm solis febrilis. Et ego solus feci cum secaturis lignorum, & si æstas esset non esset melius ad hujusmodi medicinam exiccandam sole ipso. Et postquam illa quarta pars exiccata fuerit movebis cum vitro materiā, & adde sibi aliam quartam partem, & si habes lapidem vitreum, & etiā materiam vitream, tunc darem tibi consilium, ut illa ibi deberes operari in sole, superposito mundo panno, hoc facto, id est imbibito, adde sibi iterum quartam partem, & hoc operari debes succisivè, donec tantum sit humiditatis, quantum siccitatis, & scias firmiter quod si bene feceris terra tua, quæ est tibi privata natura omni superflua humiditate vulgi, quod istam suam aquam, elementale bibet appetitu glorioso, quod vix possit nisi valde subtili ingenio separari. Modò veniamus ad dubium quæsitum, videlicet quare terra sustentaculum totius nostri firmamenti componendi est, & dicam tibi causam quam probant omnes Philosophi, & in hoc non discrepat nostra fides, certum est, tria sunt præcipua quæ concurrunt ad esse, vel non esse cujuslibet elementi, videlicet materia, forma, privatio. Materia est illud hyle cōfusum, in quo mixta sunt elementa simul. Et non potest dici, quod sit quale vel quantum. Et ex ista materia trahitur elementum terræ, & alia elementa sicut dictum est in præcedētibus. Et tunc sequitur secundum principium, scil. forma, & ita debes opinari, quod immediate ab hyle exit aliquid, & immediate forma subintrat, ita quod forma ipsum formal, quod

mat, quod debet esse super terram, & immediate sicut forma recedit, subintrat corruptio sive privatio, & inducit aliam novam formam. Et ista fuit intentio Philosophi quando dixit, quod corruptio unius scil. formæ est generatio alterius scil. formæ. Non enim intelligendum est, quod corruptio Saihardi sit generatio alterius Saihardi. Et sic nota, oportet te cogitare in opere nostro, videlicet, quod corruptio siccitatis terræ sit generatio alterius siccitatis. Sed est adæquatio duorum contrariorum, & reductio ipsorum ad unam identitatem. Et quia necessarium est quod ipsum elementum quod est aqua est ponderosum, & diaphanum, & nihil fixi habeat in quo requiescat, & nullum elementorum habet hanc proprietatem nisi terra, ideo necessarium fuit, quod terra suppleret sustentaculum componendi firmamenti. Et hoc est quod primo quærebatur. Secundum dubium est utrum aqua quæ non est fixa, ut apparet, quia ascendit per alembicum, juncta terræ fixæ fixetur ratione fixationis terræ, vel utrum terra efficiatur volatilis ratione ipsius aquæ non fixæ. Et dico, quod aqua primum retineatur à terra ratione siccitatis ipsius terræ, quia siccum attrahit humidum, & de se humidum quod est in terra est frigidum. Et hoc debes perpendere quod gradus frigiditatis retinent se in terra & aqua. Et gradus siccitatis attrahunt humidum. Ergo necessarium est, quod aqua fixetur cum terra, & quod fiant unum identitate substantiæ, sicut materia & forma efficiuntur unum introductione formati, &c. Pondera terram tuam siccatam, & si inveneris ipsam duplicatam fuisse, tunc scias te bene feciſſe, si verò non, tunc scias violentia ignis de elementò aliquid evasisse. Videas ergo, quantum defecit in pondere, jungas de aqua, & sicca ut prius, ut fiat æquale pondus, &c. Sequitur versus.

Et Aëre nutriatur habundè
Hoc Mer fugi tinget in alba cornua Phœbe.

Hic modò Philosophus procedit ad conjunctionem tertii elementi, videlicet Aëris. Et dicit, quod terra jam imbibita sua aqua & desiccata, debet nutriri ab aëre suo habunde. Ad intelligentiam Philosophi tu debes hic notare, quod aër est una de principalibus causis, quasob omnia vivunt super terrã, & vegetantur, & crescunt, ac etiam in aquis, & in aliis locis, in quibus unum vegetatur & crescit. Et econverso. Et inde videmus, quod causa principalis hujus mortalitatis est infectio aëris, qua nutriuntur omnia. Et certè dico tibi, quod aër inficit terras & aquas, & ignis aërem. Modò videamus, ut terra nostra & aqua purè & benè habeant aërem purum & bonum. Et nota quod de aëre plus debet esse quam de aqua. Et ratio est ista, quia gradus frigiditatis fuerunt duo, videlict aquæ & terræ, alios duos gradus per se dimittamus ad tempus suum, scil. humidum & siccum, & concordemus istos duos

gradus

gradus frigiditatis ad gradum caliditatis qui est in aere. Est enim aer calidus & humidus, calidus ratione ignis qui supereminet ipsum humidum ratione terræ & aquæ, quæ subsunt sibi. Dicamus ergo, quod aquæ fuerunt unciæ duæ, & terræ duæ, qui sunt quatuor gradus frigiditatis. Necessarium ergo est, ut participent simul ita elementa, quod aer sit quatuor vicibus respectu illorum 4. graduum frigiditatis in pondere ad easdem. Et debes eo modo imbibere terram & aquam aere isto, quemadmodũ imbibisti terram tuam aqua sua. Et scias & advertas diligenter, quod quando aer est additus, & est siccatus, materia sua propria virtute sentiens ignẽ statim liquescit, & subintrat corpora, quibus debet admisceri penetratione forti, & retinet spiritus fugitivos. Et si istam materiam dissolveres in fimo, & dissolutam poneres in primum phlegma aquæ fortis, scias firmiter quod generaretur lapis sicut crystallus, qui congelat virtute sua Mercurium in verum corpus Lunæ. Sed qualiter procedendum sit non ponit Philosophus, nec qualiter projicienda est medicina, sed solum docuit hoc *Mer fugi, tinget.* Non enim voluit loqui Philosophus nisi scientibus, & qui longis temporibus laborassent. Et ad evidentiam puriorem dicam hic quatuor. Primò qualiter hæc medicina habeat ingressum. Secundò super quantum. Tertiò auferam unum dubium. Quartò ponam unum remedium si ex infortunato casu medicina non funderetur, nec persequeretur ad intentum. Ad primum dico quod recipiendum est vas, in quo Mercurius debet congelari, & aliqua pingvedine debet bene perungi intrinsecus, ad hoc quod violentia ignis nec etiam siccitas vasis non habeat absorbere Medicinam, & ipso uncto ponendus est Mercurius, & faciendus est ignis satis lentus. Et scias hoc quod debes habere medicinam involutam in cera. Et dum incipit furire tuus Mercurius apponere debes tuam medicinam. Ad hoc etiam debes elevare vas modicum de violentia ignis. Quia dum Mercurius violatur ab igne saltat, & saltando exportat secum medicinam, ex quibus sæpe fit error, & maximè non cogitantibus causas rerum. Sit igitur ignis temperatus post appositionem tuæ medicinæ, & sit supra non subtus. Et hoc intelligas in perfecta medicina, quia in medicinis non perfectis totum appositum est tenendum. Et postquam ignis steterit supra per aliquod tempus, id est, per quartam unius horæ, tunc ponas in ignem fusionis, & scias quod habes Lunam, quæ non indiget cineritio, quod perfecta est perfectione totali. Secundum dubium est, quanta medicina debeat poni. Et ego dico, quod ex præcedentibus potes per temet cogitare, quia quantum fermenti ponis in pasta, id est, in Mercurio, tantum medicinæ debes ponere super Mercurium. Et communiter libra fermenti fermentat centum libras, sic medicinæ nostræ pondus unum centum congelat opere

perfecto. Et dico tibi,quod si tempus haberes pluribus vicibus solvendi & congelandi,sicut credo possit fieri,quod tingeret in infinitum cum additione nutrimenti. Et hoc confitetur Hermes, Geber, Avicenna, Albertus Magnus, Hermogenes, & Arnoldus de nova villa,qui dicunt,quod qui semel bene & perfecte laboraverit non indiget reiterare,sed continuare. Modus autem continuandi,est addere nutrimentum spiritus & corporis præparatorum elementorum. Venio ad tertium videlicet dubium auferendum; utrum cum Mercurio puro & mundo miscendum aliquod corpus. Et respondeo, si medicina sit perfecta non indiget appositione corporis. Quia si in pasta quam componis, poneres panem coctum bene scis quod pastam destrueres & panem devastares. Sic si cum Mercurio ponis corpus, ad se traheret medicina, & non permitteret eandem cum Mercurio commisceri. Et ideo hoc habes à me,quod Mercurius cum Luna cruda nunquam lunificabitur perfectè neque Sol, quia crudum cum cocto nunquam possunt participari cum eodem neque convenire. Errant igitur illi qui credunt facere augmentum de sole & Mercurio in simul, vel de Luna & Mercurio. Non enim est dubium,quod sol tantum habet de sulphure rubeo quantum est sibi necessarium & non plus. Qualiter ergo dabit Mercurio,certè impossibile est, quia si in duabus libris auri poneretur una libra argenti bene cognoscet quilibet, quod non est aurum purum. Et videtur in pargameno & in cemento judicii,quod minuetur suum pondus. Et diceret aliquis forsan,quod Mercurius portat sulphur quod ascendit secum in aludel,credo. Sed dico quod neque Mercurius fixi sunt. Qualiter autem debeant fixari, non ab auro,nec ab ipsis,videat laborator, & dicat se contra materiam firmiter laborare, non tamen nego augmenta fieri in corporibus,quorum unum magis est perfectum altero,cum rebus amplificantibus gradus coloris, sicut Luna juncta cum Sole per medium amplificatur faciliter in ultimo gradu coloris Solis. Et Venus & Luna lunificatur ad ultimum gradum Lunæ cum rebus amplificantibus colorem lunarem vel solarem.

Venio ad quartũ dubium,sicci de remediis,aliquãdo proh dolor, accidit laborantibus, quod in fine omnium laborum suorum aut medicina nõ ingreditur,vel si ingrediatur aut non fluit,aut nõ dissolvitur. Etiam eis aliquando accidit,quod credunt facere perfectum, imò multò magis imperfecta quam natura. Et inde fit quod desperant & deveniunt ad multitatem paupertatis. Quia dicit Philosophus parvæ expensæ sæpius factæ maximas divitias consumpserunt. Unde succutremus juxta posse. Dico tibi sic, quod si medicina non haberet ingressum, darem sibi 16 partem ipsius salis allembrat dissoluti, & si non flueret darem ei quartam

vel

vel ſextam partem lapidis Bore. Et ſi non diſſolveretur darem ſibi octavam partem pingvedinis aquilæ. Et ſi perfecte vellem uti ſecundum aliquam infirmitatem prædictorum, facerem medicinam diſſolvi in ſimo cum remedio ſupra dicto convenienti huic infirmitati. Verſus.

Quam ſi dederis Aurum dabit fulvumq; Leonem.

Hoc eſt ultimum capitulum datum per Philoſophum intelligentibus. In hoc capitulo vult ponere conjunctiones ignis cum aliis tribus elementis, & dicit ſic: Si quartum elementum, videlicet ignem dederis, hoc eſt, miſcueris prædictæ materiæ præparatæ elementali habebis aureum colorem rubeum fulvum. Hanc expoſitionem nō intelligentes ducit ad confuſionem, ut in præcedentibus ſatis dictū eſt. Ut igitur ignarus intelligat, dico ſic, quod Philoſophus intellexit per conjunctionem ignis tincturam rubedinis ſuper Mercuriū, at etiam ſuper Lunā. Et ſcias hoc, quia ſphæra ignis in firmamento ſic habet extenſivè, ſub & ſupra, & à latere, & jungitur aeri in partitione caliditatis. Et ſecundum hoc poteſt imaginari, quod aer caliditatem accipit ab ipſo. Et arbitrantur Philoſophi quod Sol circuit totum Zodiacum per curſum unius anni. Et ſecundum quod ſphæra ſua magis approximatur nobis, judicamus æſtatem. Et ut magis elongatur, judicamus hyemem Et non eſt dubium, quod Luna major eſt ſepties tota terra, quæ tamen exercet curſum ſuum in uno menſe, & Sol reduplicatis vicibus eſt major ipſa terra. Oportet igitur conſiderare in hac arte quod minima pars ignis habet tingere magnam terram. Nam radius ſolis quantumcunque parvus illuminat latum locum. Dicamus ergo, qualiter jungendus ſit terræ, & quantus & quando. Dico quod jungendus eſt, ſicut aer junctus eſt in præcedenti capitulo. Sed quod priora tria elementa diſſoluta ſunt per ignē temperatum & miſcere, hæc mixtura facilis eſt. Et ſcias quod immediate alia tria elementa abſorbent ipſum ſubitò, nam humiditas aeris & aquæ abſorbent ipſius ſiccitatem, frigiditas verò terræ & aquæ ebibunt ejus caliditatem. Et ſic quatuor elementa compoſita in ſe junguntur, & uniuntur per conjunctionem extremorum. Modò videamus, quantus ſit conjungendus. Dico quod ponenda eſt 16. pars ignis ad reſpectum totius compoſiti. Verbi gratia, Si fuerint 15. unciæ elementorū trium prædictorum paratorum, tunc debet apponi una uncia ignis & iſte ſufficit ad tingendum & probari poteſt. ℞. Lunæ bonæ fixæ, puriſſimæ, uncias 10. & pone in crucibulo, & ponas intus dum fuſum eſt unam drachmam medicinæ perfectæ, ſi perfecta tinctura ſolari tinget ipſam, tunc ſcias te bene laboraſſe; ſi verò color non eſſet ſufficiens quam quæ probabis in pergameno, tunc adde modicum plus de igne. Et ſi color nimis exceſſivus fuerit: adde modicū de aliis conſervatis elemen-

tis, secundum ordinem suorum ponderum, usquequo color temperetur. Et rectè ille versus sequitur.

Sol bibat Mercurium, si Solis quæris ardorem.

Est necessarius ad istum versum, Quartum si dederis. Et tunc rectè eodem modo sicut Luna est juncta Mercurio, nutrita & cocta, dissoluta, & coagulata, & etiam unita secum per conjunctionem, & imbibitionem, & etiam calcinationem, & sicut separata fuit à terra philosophica, à terra vulgi. Item necessarium est quod in Sole & Mercurio fiat isto modo operatio ad rubeum, sed per alias actiones. Nam non potest ita cito destrui aurum, sicut alia metalla, ut dictum est prius. Et volunt Philosophi, quod facilius sit construere aurum, quàm destruere. Quia quilibet gradus in auro est extensivè perfectus secundum proportionem adæquati elementi. Sed ego dicam tibi modum, jam dixi in præcedentibus & adhuc dico, quod si Mercurium septies vivificabis sublimatum, ipse reducet omne corpus in suam primam materiam, intellexisti, quia satis dixi tibi, sed quod Mercurius naturaliter est albus in aperto, dico tibi addidamenta quæ maxime ipsum rubificant, & si ipsum cum ipsis septies sublimares, indubitanter scias quod spiritus subtiles rubedinis ascenderent secum ita quod gradus colorum rubedinis in Mercurio excederent solis gradus extensive. Et dum contingeret aurum cum Mercurio conjungi, animari, & nutriri, sicut fuit cum Luna & Mercurio invenies tincturam tuam rubicundiorem sole matutino, & additamenta sunt ista. Recipe lapidem calaminarem, thutiæ Alexandrinæ, lapidis æmatitis, lapidis magnetis ana pondus unum, & tincar borax, pondera duo, vitrioli romani pondera tria, cinobrii pondera quatuor, pulverisentur omnia simul subtilissimè & incorporentur cum pingvedine aquilæ, usque quod sit bene mallassatum tunc ponatur in vitro, vel in alludel fictili dimittatur apertum usque quo humiditas exeat, postea claudatur, & sublimetur sublimatione communi, frangatur vas, & sublimatum jungatur fecibus terendo & malassando cum aceto. Et iterum sublimetur, & ita fiat septem vicibus: cum descendas ipsum sicut scis, & habes destructionem auri, id est, solutionem ipsius, quam solutionem debes procedere, sicut est tibi dictum. De projectione vero & ingressu dictum est tibi in præcedentibus, & etiam teneas & observa in omnibus illis illum modum. Sequitur recapitulatio.

Tres concipit luces: decoquitur luce terdena
In ventre terræ vitam accipit decemq; dierum
Tunc separat chaos recedunt elementa vicissim
Et nascitur serpens cunctum volatile vigens
Sol bibat mercurium si solis quæris ardorem
Quem si dederis aurum dabit fulvumq; leonem.

In ista

In iſta parte philoſophus omnia quæ dixit recapitulat, & recapitulando deſcribit tempora operationum fiendarum & factarum, dicens, conceptus & conjunctio ſpiritus & corporis, fit in tribus diebus nutriendo & incorporando, ſuper ignem ſicut in duobus primis verſibus ſufficienter declaravit. Et poſtquam conceptio facta eſt, vult quod in ſangvine ſuo hoc eſt in aqua timenda 13. diebus fiat ejus digeſtio ſuper ignem. Alii tamen philoſophi omnes volunt, quod debeat fieri in 30. diebus & pro certo tutius eſt, & melius. Quia omnis bona decoctio & perfecta, fit in curſum lunæ. Et ſequitur ſecunda digeſtio videlicet in fimo illa eſt magis naturalis. Quia illud quod aſperitas ignis læſit, temperatio fimi dulcificat, & reducit in melius. Et iſta digeſtio fit in deçem diebus. Et aliquando caſu çalor fimi, per negligentiam laboratorum, non eſt temperatus, quod calor ejus quandoque diminuitur, propter defectum humidi. Et ideo oportet aliquãdo ſtare, per unum menſem, & ſcias, quod corpora in quibus eſt humidum & calidum, nunquam corrumpuntur, niſi per exceſſum, vel defectum unius illorum, & hoc eſt magis philoſophicum, quam præſentis ſpeçulationis. Et ideo fimum tuum debes viſitare die quolibet, & humectare ipſum cum urina calida, aũt aqua, ad hoc, quod humiditas in ſua caliditate ſervetur, & eçonverſo, & tunc autor ſubjungit ſeparationem elementorum & conjunctionem eorundem, per quorum conjunctionem ponit nativitatem ſuæ medicinæ & vocat ipſam ſerpentem. Nam ſicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ut omnes ipſum videntes morſi ab aliis ſerpentibus ſanarentur: Ita per çxaltaţionem iſtius ſerpentis videlicet medicinæ, omnes avidi recipiunt ſaturitatem (& cum dicit) cunctum volatile figens, hoc eſt habens poteſtatem figendi Mercurium & imperfecta corpora, in primam ſuam materiam reducta, & mundata perficiendi, & ſecundum materiam ſubjectam moveri, in lunificum, & ſolificum reducendi. Contigit ſæpe ut homines intellectu plus ſapiant quam operantur aut ſciant operari. Equidẽ fateor memetipſum circuiſſe varias mundi partes, & etiam ſcrutatus ſum varios laborantes in hac arte, variis modis, ut aliquid ſcire poſſim, & peregrinatis regionibus, & apud Hiſſavos, Beringarium virum nobilem inveni, qui verſus licet non ſunt malleati, ſuper incudem rectorem verſuum fiendorum mihi dedit, & modum & formam, quam tenebat in labore ſuo, omni fugata nebula deſcripſit, & plures manus addens ipſe laboravi, unde quandoque ſortiti ſunt mihi proſperi ſucceſſus, aliquando penitus infeliçes, quorum cauſas poſui: Negligentias, quo ad malum, & diligentiam quoad bonum. Vos autem ad quos devenerit liber iſte, quem appello & intitulo: Benedictum lilium inter ſpinas, rogo ego per caritatem Jeſu Chriſti, ut ſi quid corrigendum ſit çorrigatur, invidiæ mendaci ſive

mordaci ſtilo, eundem non lædentes. Quidquid autem boni fuerit non mihi, ſed gratiæ ſpiritus ſancti aſſignetis. Scientes tamen, quod quanto melius potui ſcripſi, & lucidius declaravi in laudem & honorem Dei Omnipotentis, & beatæ Mariæ virginis & glorioſi principis, cui Deus dignetur vitam longam, ſucceſſus proſperos, bonam ſobolem, pacem in præſenti, & vitam æternam in futuro. Inveni philoſophum in arte perfectum, qui primo ſagaci ingenio invenit artificium hujus transmutationis metallorum, per quod in 402. diebus perfici poteſt medicina quæ Mercurium depuratum tingit in Lunam & ſolem perfectum, per materiam quam ſatis lucidè declaravi, ſuperius. Laudetur opifex omnium DEUS in perpetuum, Amen.

SUPER TRACTATULUM MERCURII FUGI DUM BIBIT.

LUnæ Nota quod eodem modo de marte mars, de venere venus. Quia ex homine homo generatur, mediãte ſole, & ex tauro, taurus. Et cõſimili procreatur ſimile, unde philoſophus in primo de anima naturaliſſimum omnium eſt generare ſibi ſimile. Abhorream igitur & fugiam à facie laborantis, qui laborat in plantis, in ovis, & capillis, & qui meditatur fingere naturas Sodomiticas. Nam natura in naturam reſolvit, philoſophus in phyſica neceſſarium dixit eſſe omne id, quod reſolvitur in id, quod ante fuit. Super omnia cavendum eſt maxime & ſtudendum in regimine ignis, quòd debet eſſe ſummè temperatus. Nam ſi exceſſive is fuerit, non permittet Mercurium commiſceri corpori, ſed faciet ipſum magis & magis fugitivum: Si vero nimis fuerit lentus, tunc corpus non fundetur, nec ſolvetur. Et per conſequens nec bibet nec retinebit ſpiritus fugientes. Sit ergo ignis tuus ignis carbonum aliqualiter circumſeptus cineribus. Adverte unum, aliquando ignis de carbonibus juniperi ſuis circumſeptus cineribus durat per diutine. Ergo ſagax tuum ingenium provideat ſolicitè, & vigilet circa tempus.

Videamus, vult enim ſummus Ariſtoteles, quod de extremo ad aliud extremum non ſit tranſitus, niſi per medium. Non enim eſt dubium quod Mercurius extremus eſt, & C. aliud extremum, & quod ambo diſcrepant, mirabiliter, tanquam actus & potentia. Mercurius enim potentialiter ſe habet. Luna vero in eſſe ſuæ perfectionis quantum ad lunam. Differunt etiam quadam differentia, quia Mercurius ſecundum ſe eſt totus volatilis, Luna vero ſecundum gradum lunæ fixa. Differunt differentia præteriti ad

præſens,

præsens,& præsentis ad futurum. In præterito differunt,quia indubitanter C. fuit Mercurius. Differunt in præsenti ad futurũ,quia Mercurius potenter efficitur luna in futuro. Unde in libro Magisterii perfecti Mercurius fingitur loqui ad omnia metalla perfecta sic: Ego sum pater vester,& terra nostra, ex me facti estis. Et ex me generantur patres vobis. Et qui me interficiet, & me vivificabit,& inebriat sangvine vestro per modum tertii,generabit vobis fratres & sorores,qui superabunt omnia. Quid igitur sit tertium videamus.

Solem, Et videte, quod in hoc tres principales qualitates,una penetrativa, alia attractiva, tertia est mollefactiva;ratione attractiva abstergit humiditatem superfluam, unde philosophus: Qui nescit maculas abstergere, & etiam elevare furfures, labor ejus super descendit ad corruptionem; ratione autem mollificativa, mollificat asperitatem Mercurij. Est enim ex sua natura latentis virtutis incisivus & corrosivus. Ratione penetrativa dat ingressum,& in hoc pendet magna vis artis. Nam multi laborant,& ingressum non habent, unde cum totum feciſſe se putant, in fine sunt delusi,& ignorantes, & intellectum philosophorum non habentes, libros & auctores librorum increpant,& dicunt eos fuisse mendaces. Nota igitur medium jungendi tincturas est sal nostrũ, quod quidam philosophi recto nomine appellaverunt caldaico, alembrat,quod sonat clavis artis.

Terræ,vocant autem aliqui philosophi ipsum clavem artis,alii elephantem.Noster autem philosophus vocat ipsum labrum, modo labrum, & labium, idem est, dicitur labrum sive labium, de libo,id est,puro mundo. Non enim oportet salis asperitatem jungi operi nostro. Nam terra vulgi est. Oportet autem nostrum subtile esse & aereum totum Et ideo dicit Albertus philosophus Magnus,si lapis noster non esset aereus,non conjungeretur Mercurio & pars ejus cum eodem non maneret. Qualiter autem medium sit sal, & qualiter duo diversa in amicitiam fixam & firmam conjungit,& qualiter fit, non ponit philosophus,sed tamen necessarium est, propter primas tres qualitates,quod componatur ex tribus vel quatuor rebus, à quibus istæ æqualitates trahunt opus suum. Quia nemo dat quod non habet,fit ejus sic.

Homogenea, Hic ponit philosophus amicatione ipsorum ita quod fiat homogenea. Nam sicut animæ intellectiva, vegetativa, & sensitiva,primo sunt diversæ inter se, postea per unitatem compaginis efficiuntur unum,quum habent totam homogeneitatem in se, quod una ab alia non possit separari. Sic istæ tres res diversæ,necessarium est ut fiant unum. Habent enim in se potentias prædictas, si bene consideras. Non tamen actualiter,sed potentialiter. Nunc vero philosophus reducit istam diversitatem ad

unitatem, & nil aliud eſt, niſi reducere iſtas tres res ad primam ſuam materiam ſalium & metallorum, id eſt in aquam. Si quis groſſus homo neget, probetur, quia reſolvuntur in aquam, & ut concordant omnes philoſophi, nihil reſolvitur in extraneum, ſed in ſe ipſum. Qualiter autem hoc fiat, ponit philoſophus, cum dicit. Et aquam timendam in aquam redigas, quæ ſit iſta aqua ſcitis qui laboratis non tamen celabo eam.

Romanum, Quam putreſcere licet, licet autem philoſophus ſolum duo verba poſuerit, hic tamen eſt tantus ſenſus, quod ego ſtupeo loqui poſt philoſophum. Sed confortat me verbum ſalvatoris dicentis. Si granum in terram.

Super Mer: fugi dum bibit.

SI granum in terram cadens mortuum non fuerit, ipſum ſolum manet: Si vero mortuum fuerit, multum affert. Qualiter autem mirabiliter Deus operetur, ſcrutari non poteſt homo, quia magnus Dominus & laudabilis nimis, & ſapientiæ ejus non eſt finis. Veniam ad materiam, & removebo dubium aliquorum hicorum, qui laborant in hac arte, qui non intelligunt, quid ſit quare ſive quia, quibus facilius eſſet, cum aſinis volare ad cœlum empireum, quam quod pervenire poſſint ad hujus artis ſecretū. Videmus enim granum de quo locuti ſumus in terram projici, ab aere balneari, balneatum putrefieri, putrefactum germinare, germinatum naſci, & natum creſcere, & cretum maturari, & maturatum reddere aliquod centuplum, aliud millecuplum aliud minus aliud plus, ſecundum diſpoſitionem bonæ terræ. Quare autem hæc ſimili modo referatur arti noſtræ, certe poteſt de ſeminatione naturali quilibet intueri, ſi imaginetur Mercurium eſſe granum, lunam vero terram, & aquam, id eſt, rorem cæli, quo balneatur in terra, fimum eſſe calorē ubi putreſcit granū noſtrum, ibi geminat ibi pullulat, & ibi exit & creſcit, poſtea maturatur, & fert fructum centuplum. Quanta autem facit putrefactio ſatis tangit Ariſtoteles, cum dicit corruptio unius eſt generatio alterius. Sed ſi dubitet aliquis ignarus & veſanus, qualiter ex corruptione emergat medicina tingens & fixa, cum omnia quæ ſunt ibi excepto corpore ſint volatilia, ſcil. ſalia & ſpiritus, reſpondeo, ſed ſcio, quod non intelligent miſeri, quemadmodum ſperma viri, &c.

Medicina] Dimiſſis omnibus videamus de putrefactione metallorum, aliqua putrefiunt per ſe, & illa habent multam ſiccitatem, corruptam & fœtidam, ſicut ferrum quod convertitur in ærugine̅m, alia corrumpuntur per ignem, alia per acetum; alia diverſis modis. Sed verum eſt, quod nullum metallum poteſt reduci in aliam ſpeciem metallicam, niſi prius reducatur ad ſuam primā materiam. Et hoc voluerunt philoſophi, Hermogenes & Avi-

cenna

cenna & cæteri, sed quid fuerit prima materia metallorum omnes scimus, nam solus is Mercurius fuit. Qualiter autem omnia metalla reducuntur in ipsum, opinor id esse maximum secretum omnium Philosophorum, quod maximè celaverunt. Quidam ex amicis meis carissimis per triginta annos contiuue laboraverunt, & nil invenerunt. Sed ego ℞. Mercurium septies sublimatum, quantum volui, & tantundem de pura farina triticea, quæ simul debent malassari sicut pasta cũ aqua simplici, ut sint, quasi pasta vel pulmentum, & debent poni in vase vitreo longũ collum habente. Et ponatur vas ad cineres, ut aqua evaporet totaliter, & materia bene vasi adhæreat, tunc frigefacto vase, ponas illud in furno ex toto rotundo, & descendat rostrum per foramen inferius & ita fluendo descendat ad aliquod vas frigidum. Hoc est secretum secretorũ. Nam hic Mercurius per suam virtutẽ quodcunq; corpus tenue bibit & comedit calidum, & reducit in suam materiam videl. Mercurium. Et nota bene quod hic complectitur omnis sensus philos. id est, intellectus. Nam dum mortuum vivificas, & vivum mortificas, septena vel septima vice, habebis quæsitum. Ideo interrogatus Hermes pater princeps artis nostræ dixit, ascende septies cum mortuis, & descende totiens cum vivis, & habebis finẽ. Quid enim est aliud nisi spiritus mortuos sublimare, sublimatos vivos facere. Et scias quod Mercurius eodẽ, quo dixi superius, modo bibit & comedit corpus perfectum vel imperfectum. De perfecto perfectum, de imperfecto imperfectũ. Et dixi prius & adhuc dico quod solutio duplex est, naturalis, & illa fit in visceribus terræ, alia est solutio artificialis & violenta, quia agit excessive. Nã impossibile est si continuetur ignis sub uno vase, per unam diem, quod ultima hora diei, vas non sit magis calidum quam prima vel secunda hora; agit is ignis, non uniformiter, sed diversimodo.

Nam aliter non possemus operari in parvo tempore, quod operatur natura in ventre terræ, per multorum annorum circulos, sed quod inæquiformiter operatur ignis materialis, uniformiter reparat & disponit dirigit noster fimus. Nam indigestum, durũ mollificat, decoquit crudum, & operatur identitatem in materia suorũ subjectorum. Sed nunc videamus in quo vase debeat poni nostra medicina, dico quod in vase simplici ut calor facilius subintret vitrũ, & certe melius esset ut fimus vitrum non tangeret, sed staret sicut homo nudus in balneo, ut undique proveniret calor.

Quanto autem plus stat, tanto melius est, quia quanto melius cibus digeritur in stomacho, tantò magis confert nutrimentum comedenti, de quibus natura postea separat vicissim elementa.

Opinio, secundo repetatur origo rerum formatarum, non est dubium, quin omnes res fuerunt in confuso, antequam vicissim separarentur elementa. Et ideo aliquorum philosophorum

rum fuit opinio, quod compositio mundi & status erat dum elementa debitè separata locis propriis ponebantur, & vicissim, juncta, per eorum extrema participant in eadem. Et si inspiciantur dicta Philosophorum ac Poetarum invenimus, quod omnes sortiti sunt hanc approbatam veritatem, quod mundus constat ex quatuor elementis. Et si casus esset, quod aliquod elementū non debite purgaretur, indubitanter æstimaverunt Philosophi, quod illud elementum haberet alia elementa destruere. Et propter hoc ponunt diluvium generale esse naturale. Sic etiam tenebras quæ sæpe venerunt super terram causari ab aere, & sphæram ignis aliquando tanto calore excessivo fœcundari, quod sequeretur universalis combustio omnium mundanorum. Et certe illa elementa superiora sunt pura, & tenent se valde quoad innata, quod terra: est enim in medio tanquam pendiculum unum est, & circumfertur circumferentialiter, undique aere septa, & aqua circa ipsā, & ignis superius remanet. Qualiter autem hoc contingat, & quo motu moveantur non est præsentis curæ, nisi tantum, ut exponatur versus ille, post divides mundum.

Modum, omnes qui præcesserunt in hac arte laborantes maxime studuerunt operari ad finem desideratum. Et multi infinitas divitias consumserunt, ut pervenire possent ad perfectum finem artis, Reges & Principes, & pontifices magni, maxime anhelaverunt, ut possent eam scire. Quia thesaurus inæstimabilis est scientia, & quia scientia nihil aliud est, nisi habitus conclusionis, sicut dicit Aristoteles. Quod scire enim est rem per causam cognoscere. Si ergo laici intelligerent ista verba, nunquam manum ponerent ad aratrum istius artis, sed disponerent opera ruralia, quæ didicerunt. Nam ars ista vult habere homines scientificos & intelligentes, solicitos, sobrios, & qui sunt magni cordis stabiles. Quid enim potest avarus, festinat, ebrius discurrit vagus & dormit, Laicus nescit quid facit, sed ambulat sicut cæcus. Et tamen omnes currunt ad unum finem, & omnes petunt hrainu, sed solus sapiens accipit. Hæc enim dixi, quia multi laborant, & dum pervenerint ad separationem elementorum, jam credunt se habere firmiter totum finem, & nesciunt, quod quodlibet elementum indiget ablutione & separatione. De tribus jam dixi supra, nunc dicam de quarto, quomodo regi debeat. Repetendo enim dico, quod duplex est terra, scilicet terra vulgi, & terra Philosophorū; terra ergo Philosophorum quid est aliud, nisi spiritus fixus, & unitus corpori, & corpus unitum, vel junctum spiritui, erat enim primo spiritus volatilis & fugiens ignem, nunc vero liquefit sicut cera, & sequitur naturam primitivi, id est, Mercurii. Sed quia cum istis duobus mixti sunt sales, ineſt terra vulgi, quæ omnino est separanda, ut sortiatur suum effectum, qualiter.

Augmentatio leviſſima & vera.

VIa univerſalis in utroque. Recipe Mercurium ex Cinobrio extractum, iſtius habeas quantitatem notabilem, apta tibi aurum ſolis & lunæ quæ præparari debent, uti tibi pro opere valebunt. Aurum ſic lamina, ipſum & cementa tali cemento: Recipe vitriolum Romanum, calcinatum, crocum veneris, vitriolum cuproſum calcinatum, lapidem calaminarem, tere bene cum aceto, & exſicca parum, & miſce cum oleo vitellorum, & ſtratifica laminas auri cum prædicto pulvere. Adde etiam modicum ſalis armoniaci, & pone in vaſe terreo, & incipe ab igne parvo, poſtea vigora ignem 24. horis. Vitriolum cuproſum & Romanum calcinentur tantum cum aceto, & ſiccentur, Crocum veneris etiam contere cum aceto more harum laminarum cementi ℔. 3 lot. ſcindendo in particulas & cum particulis cinobrii, tantum ſit etiam de auro, & hoc coquatur in vitro 6. diebus, lento igne, poſtea fortiori 12. diebus. infrigidatum frangatur vitrum, & materia conteratur, & lavetur aqua. Sed quando aurum ponitur cum cinobrio, additur viride æris, deinde fac argento ſicut auro præciſe præter viride æris. Sic certus es quod habeas Mercutium ex cinobrio extractum, tunc non eſt neceſſe arg. viv. ſublimare, ſed ſolum abluere cum ſale & aceto. Iſta duo ſic apta: Recipe an. ſimul, pone in vitro, coque cum arg. vivo loto, mundo, crudo, ita fiat ſicut una paſta, & ponatur in fialam, & coquatur, in brevi mutabitur color, in primis niger color fit flammis, quod eſt primum ſignum bonū, & in iſto calore coquatur per j. menſem, tunc mutabitur color in materiam fuſcam, continua ignem ejus per menſem, & color clarior fiet. Tunc proba ſi non fumigat, tunc finitus eſt labor, ſi autem dat fumum, continua laborem donec fiat non fumans, & eſt ſignum perfectionis operis, iſto ſic facto impone ad materiam 2. lotos Mercurii, & coque donec fixetur per 2. ſeptimanas. Iterum impone 2. lot. de Mercurio crudo ut ſupra, & coque iterum per 2. hebdomadas, ut iterum fixetur, & hoc fac quater, ſemper addendo & coquendo usq; ad fixionem. Hoc finito, Recipe de Materia 2. lotos, & reduc ſuper teſtam, cum ſaturno, ut fluat, hoc habeto pro expenſis, & tunc iterum impone ad reliquum 2. lot. Mercurii, & coque ut prius quater, addendo ſemper 2. lot. Si autē hanc materiam vis aptare amplius perfectioni, ut omni ſeptimana poſſes recipere 1. marcam, tunc fac ſic, quando quater feciſti imponendo 2. lot. ar. vi. & fixaſti, tunc nil excipe pro expenſis, ſed dimitte ſic, & iterum impone. 2. lot. Mer. & coque 14. diebus, & hoc fac quater, ut ante feciſti, fixando & apponendo, tunc omni ſeptimana potes excipere. 4. lot. pro expenſis. Si nil excipis etiam hac vice, & iterum impoſueris Mercurii 2. lot. & coxeris. 14. diebus, & hoc feceris

ceris iterum quater, tunc poteris omni ſeptimana excipere. 6. lot. pro expenſis. Et hoc iterum conſequenter fac, ſemper quater imponendo & coquendo. 2. lotones Mercurii, & juxta modum jam dictum, quousque poteris omni ſeptimana excipere 16. lotos, pro expenſis, & hoc continenter multiplicando juxta placitum tamen hoc ſervato ordine, ut in primo, & in medio, & in fine, neque plus neque minus addas, vel demas. Poteris tamen procedere, ut omni ſeptimana excipias j. ℔. vel 2. vel 3. vel 4. &c. Item de auro ſic diſpoſito fermenti per cementationem. Recipe de eo 1. lot. & adde ei de Mercurio ſublimato. 3. ſimul trita, pone in cucurbita, & ſublima & tunc aſcendit medicina, ſed non tota. Recipe ergo Mercurium qui aſcendit, & tere cum illo quod in fundo remanſit, & iterum pone in tale vitrum, & pone ad ſublimandum, & iterum id quod aſcendit tere cum illo quod remanſit, & hoc fac ter, vel quousque Mercurius maneat cum ſole fixus. Iſtud aurum ſic aptatum ſerva ad tuum laborem. *Aptatio Solis cum Luna.* Recipe limaturam argenti. 1. lotonem, & portiones cinobrii parvas ſicut ipſum. 4. lotones, & ea ſtratifica viciſſim in vitro bene clauſo, & pone in furno ſublimationis, & ſtabit ibi per 12. dies, poſtea excipe, & lava cum aceto & ſale; & poſtea cum aqua tepida munda, quousque fiat materia valde clara. Iſtud ſic mundum coquas imponendo Mercurium mundum, 3. lotos per 14. dies, poſtea lava & ſerva iſta duo ſimul compoſita: ſed Mercurius & Luna: Adde Mercurium mundum. 3. lot, & coque in furno ſublimationis, quater iterando ut ſupra.

Sublimatio Mercurii.

REcipe ſalis nitri, vitrioli, aluminis, armoniaci, ſalis communis, omnium ana. j. ℔. & impaſta Mercurium crudum, quantum recipere poteſt, & pone ſuper furnum in vitrum amplum, lutatum cum reſpiraculo, & rege ignem ſucceſſive ſive gradatim. Evaporata aqua, aperi vas, & invenies Mercurium ſuper fornacē ſicut nivem, reitera laborem deponendo Mercuriū iterato ad feces, & hoc fac tribus vicib. & fiet Mercurius viridiſſimus & optime purgatus, quē adjunge corpori, & invenies quod optaſti Deo volente.

Augmentum ad utrumque.

SIgnatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine, dediſti lætitiā in corde meo, ſalva nos D. noſter. Nota Sol homo. Si vis habere unum perpetuum augmentum, tam in albo quam rubeo. Recipe ergo j lot. Solis laminati, & 12. lotos Mercurii, & compone illa ſimul in tigillo aurifabrorum, & fac amalgama, ſicut aurifabri faciunt, & lava bene cum aceto tamdiu, quousque nulla nigredo appareat, tunc pone ad ignem lentū intra cineres in vitrum longū collū habens, & ſit ignis, quaſi ignis candelæ cum cineribus, &

hoc

hoc continua cum lento igne, per 8. hebdomadas, postea sepeli profundius, per 14. dies in cineribus, & da ignem majorem. Tunc crescunt ibi arbores valde mirabiles & aureæ, ab intra & extra, quas recipe & contere in mortario & lapide. Cum autem vis multiplicare eandem materiam, tunc recipe tantũ de Mercurio, quantum est de materia tota, & contere simul bene, & iterum pone ad vitrum sibi aptum, & pone ad cineres lentos, ut prius, per 8. dies, deinde sepeli in cineribus profundius, & da majorem ignem, ut prius, per octo dies. Tunc excipe & iterum contere in lapide vel mortario, & iterum adde sibi de Mercurio tantũ quantũ est de tota materia, & iterum pone ad vitrũ ad cineres, & da lentũ ignem, ut prius, per 8. dies. Postea sepeli profundius ad cineres, & da ignem iterum majorẽ per 8. dies, tunc iterũ excipe & contere ut prius, & & tege per omnia, ut prius, & hoc potes multiplicare in infinitũ.

Quando autem vis reducere in verum corpus. Recipe 1. partem Solis, & solve in aqua forti, & medicinã similiter, tunc conjunge ambas solutiones, & abstrahe aquam fortem, tunc ultimò da bonum ignem, per diem & noctem.

Tunc reduc materiam in plumbo, & invenies verum solem. Et potes multiplicare & reducere, ut est præscriptum, usque in infinitum, & semper invenies verum solem. Et sicut recepisti. j. lot. Solis & 12. lot. Mercurii, ita recipe. j. Lunæ, & 12. lot Mercurii, & projice per omnia sicut in sole feciſti, & habebis unum perpetuum augmentum, hoc Deo tibi concedente.

Practica Lunaris S. Thomæ simplex.

Accipe duas partes Saturni, si opus fuerit ad Solem, si autem ad lunam, duas partes Jovis, & tertiam partem Mercurii, & fiat amalgama, fiet enim quidam lapis frangibilis, quem multotiens super marmorem tere, imbibendo cum aceto acerrimo & aqua salis communis optimè præparata, vicissim imbibendo & desiccando, quousque maximam in se retinuerit aquarum substantiam. Tunc ex aqua aluminis jameni, ut sit, sicut pasta, panis mollis, inbibe, & pone ad solvendum, & dissolve tantum in aquam, quam aquam distilla ter vel quater, & congela, & habebis lapidem qui convertit Jovem in Lunam, &c.

Ad Solem vero: Accipe vitriolum depuratum, calcinatum, rubeum, & dissolve in urina puerorum distillata, & distilla totum, hoc totiens fac, donec aqua fiat valde rubea. Tunc istam aquam junge cum prædicta aqua, antequam congeletur. Et ambas aquas conjunctas sub fimo pone, per aliquot dies, ut melius incorporentur. Et ambas simul bis distilla, & congela, & habebis lapidem rubeum similem hyacintho, de quo si unam partem super septem Mercurii projeceris, vel Saturni purgati & firmi, in Solem obrisum convertetur, habet enim naturam fermenti.

Sequi-

Sequitur alia tinctura optima & levis.

REcipe Mercurii ſublimati, & Mercurii crudi, & ſalis armoniaci an. Et ſuperfunde aquam aluminis. Et abſtrahe eam à receptis, & erit materia dura, quam contere & ſolve. Tunc impone j. lot. Lunæ ſubtiliatæ. Et tunc ſolvitur. Tunc coagula, ſolve, coagula. Tunc tingit una pars 30. partes Veneris vel Jovis, vel Mercurii in Lunam oprimam, &c.

Aliud opuſculum per corroſivam.

REcipe ſalis nitri 1. ℔. cum dimidia, & vitrioli 1. ℔. cum dimidia, & diſtilla aquam fortem, abjice primam, ſecundam autem cape, hoc facto, divide ſecundam aquam in duas partes. Et ad unã partem pone 8. lot. lunæ puræ, & pone ut ſolvatur, ſolutam ſerva in vitro bene clauſo. Item ad ſecundam partem aquæ pone 6. lot. ſalis armoniaci mundi, ut ſolvatur, poſtea pone ad diſtillandum illam aquam, lento igne, & diſtillabitur aqua clariſſima, in quam pone 4. lot. cinobrii quod ſit compoſitum cum octava parte ſulphuris, & ſolvatur. Sed grave ſolvitur, forte per duos dies naturales. Modo recipe aquam in aqua ſoluta eſt luna, & funde in aquam paulatim, in qua ſolutum eſt cinobrium, & mox colorabitur ad modum lactis; poſtea pone ad diſtillandum, primo lento igne, usque dum apparet dimidia pars eſſe diſtillata, mox vigoretur ignis ſucceſſive, usque dum diſtillare non deſiderat, ſtatim da ſibi ignem fortiſſimum per ſicca ligna, & aſcendit in collum alembici ac cucurbitæ quidam albus pulvis. Hunc ignem continua quousque ulterius non deſiderat aſcendere ſeu non poterit, quem poſt vitri infrigidationem cautè collige, & diligenter ſerva ad opus tuum. Maſſam autem confluxam in fundo remanentem excipe, & cum cultello diligenter abrade quod adhæſit vitro, & reduc in cinericio cum Saturno. Et tunc in fine invenies maſſam tuæ Lunæ, hanc maſſam ſolve in crucibulo, & funde per ſcopam in frigidam aquam, ut ſcis, ut granuletur, quam granulatam exſicca per ignem, poſtea hæc granula pone in aquam fortem factam de ſale nitri & vitriolo, & ſeparabitur ſola luna, ſcil. ſub nigredine in fundo vitri, Luna vero tranſit in formam perſpicuæ aquæ. Quam quidem aquam funde in aliud vitrum, ſolem vero nigrum in fundo inventum redue cum ſale communi præparato, & habebis ſolem naturalem, qui latuit in luna. Aquam vero lunæ pone ad diſtillandum, primo lento igne, & quando ceſſaverit diſtillatio, meliora ignem cum lignis ſiccis, quaſi ad liquefactionē vitri, & quando rubedo alembici mutatur in albedinem, tunc ſatis eſt. Poſtea infrigidato vaſe, frange illud, & invenies materiam coagulatam in vitro, quam reduc cum litargirio in cineritio; & habbeis tuam lunam.

Modò

Modò recipe illum pulverem albissimum, qui prius ascenderat ad collum vitri, & imbibe eum cum aqua Mercurii, ut supra natet ad spissitudinem digiti, tunc adjunge sibi fermentum, scil. ad unum lotonem pulveris, pondus fermenti, ad magnitudinem obuli ut bene commisceantur, tunc hæc materia sic permixta ponatur super cineres valde tepidos, & tegatur alio vitro vel pelvi, & sic coagula, & noli desperare quod difficulter coagulatur. Signum autem perfectæ coagulationis est, cum tota materia superius & inferius appareat albissima, quod quidem signum evenit mihi in 17. diebus. Hoc facto materiam sic coagulatam pone ad serinium tuum, ne tangatur ab aere, vel sole, donec solvatur in oleum ut prius, & vix solvetur in quinque aut sex diebus, vel forte eadem est difficultas solutionis sicut coagulationis. Hoc soluto iterum ponatur ad coagulandum, ut prius. Et sic reiteretur coagulatio & solutio ad minus quater vel quinquies. Quia quotiens reiteraveris hac coagulatione & solutione, totiens augmentatur tua tinctura. Post ultimam verò coagulationem, recipe lapidem marmoreum calidum, & omnia pertinentia ad istum laborem sint calida, quocunque nomine censeantur, & pone pulveres tuos super istum calidum lapidem & contere bene, hoc facto pone hos pulveres contritos in calidum calcinatorium ut non solvantur propter aeris attactum, & claudatur coopertorio suo circumlinito luto sapientiæ. Et pone in ignitum furnum reverberationis, & tam diu reverbera, quousque fixatorium appareat quasi sursum in aere stare ad spissitudinem calami. Postea infrigidetur in eodem furno, & recipiatur de eadem materia, & probetur sic: ponatur ad aliquem locum humidum vel aerosum de ipso pulvere, si adhuc aliqua humiditas latet in eis, statim solvetur aliquantulum, sed non totum, hoc viso, non est signum fixionis. Tunc iterum pone in furnum reverberii, ut prius, & iterum proba in humido, ut prius. Et hoc reitera reverberando & probando donec non solvitur in humido, & hoc est signum fixatæ medicinæ & perfectæ tincturæ, ad tingendum crudum Mercurium ablutum, & purificatum, tinge ergo, ut scis, &c.

Præparatio fermenti.

REcipe solis puriſſimi unam partem, & Mercurii tres partes bene purgati, & fac Amalgama, & pone in vas vitreum, & adjunge sibi de aqua fortifacta de una parte salis nitri, & alia parte vitrioli, & octavã partem cinobrii, & pone super furnellum, primo lento igne, usque ad ruborem alembici, tunc vigora ignem, cum ligniculis, & ascendet alba. Et cum videbis, quod rubedo alembici cessaverit, tunc vigora plus ignem, tunc ascendet materia alba ad collum alembici, & aliquantulum etiam distillatur in receptaculum,

ptaculum, hoc quod aſcendit ſerva ad opus tuum, hoc fac quinquies vel ſepties. Et ſemper conforta eandem aquam cum quatuor vel quinque guttis, de nova aqua forti. Et ſic habebis fermentum, id eſt, medicinam tuam, & remanebit ſol in fundo albiſſimus ſicut Luna, quem ſolem reduc in corpus. Sed cum illo quod aſcendit prius fermentare debes opus tuum, ut ſupra dictum eſt.

Aqua Mercurii.

REcipe Mercurium ſublimatum, ſal armoniacum ſublimatum, calcem corticum ovorum, ana omnium, & contere ſimul, & incorpora, & pone in vitro, alembico ſuperpoſito, & ſublima igne lento, & quod aſcendit redde fecibus ſuis, & iterum ſublima. Hoc fac reiterando totiens, donec totum in fundo vaſis fundatur quod cito fit. Poſtea excipe, & tere in marmore, & pone in locum humidum & diſſolvetur in aquam. Hanc aquam in vitro bene clauſo ſerva ad opus tuum. Nam hæc aqua albificat, figit, incerat, & ſolvit omnia imbibita ex ea, & mirabiliter operatur.

BREVE OPUS AD RUBEUM CUM SOLE PER AQUAS fortes.

REcipe vitrioli calcinati. ℔. j. Salis nitri ℔. j. fac aquam fortem. In qua ſolve vel calcina Mercurium crudum. Et cum calcinatus fuerit ſeu ſolutus, congela eum, & tere in pulverem. Poſtea accipe ℔. j. vitrioli calcinati, & ſalis nitri ℔. j vitrioli romani ℔. dimidiam viridis æris. 8. lot. Salis ar. 8. lot. Et ex illis omnibus fac aquam fortem abjecta flegmatica. Et illius aquæ ℞. 8. lot. & ſolve in ea auri fini laminati. j. lot. Et poſtquam ſolutum fuerit. ℞. illius Mercurii pulveriſati. 9. lot. & pone in fiolam, cum longo collo. Eſt poſtea funde paulatim deſuper illam aquam, in qua ſolutum eſt aurum totum perparum. Et vide ut ſolum tertia pars fiolæ ſit repleta. Et cooperi fiolam, & pone per unum diem & noctem ſuper cineres non multum calidos, & apparebunt multi colores. Poſtea ſigilla vitrum cum ſigillo Hermetis, & pone in balneum mariæ, donec totum ſolvatur. Et quando totum ſolutum eſt, recipe de balneo, & ponas ad aerem ad locum tutum, ne lædatur. Tunc illa aqua paulatim congelabitur. Et quando videbis rubeum circulum in fundo aquæ, tunc aperi vitrum, & pone ad cineres valde lentos, ut materia bene exſiccetur. Tunc frange vitrum, & materiam bene tere ſuper lapidem in pulverem. Iſtius ergo lapidis recipe. 1. partem, & Mercurii 10. partes vel centum, in hoc proba tu

ipſe

ipſe ſi poteſt una pars centum tingere, & hoc ſic : recipe tigillum, & impone Mercurium, & deſuper pone medicinam, & ſuper medicinam pone ſal commune præparatum , & claude tigillum cum luto ſapientiæ, & dà primo lentum ignem, deinde ignem fuſionis, & poſtea effunde, & invenies aurum purum.

OPUS PETRI DE SILENTO.

ATtendite doctrinæ filii eloquiis meis, auribus percipite verba oris mei. Sapiens dicit : Initium ſapientiæ timor Domini, Beatus homo qui ſperat in eum. Omnis enim ſapientia ab ipſo eſt: Qui ergo curvaverit dorſum in legendo Philoſophorum libros, erigat cor , Altiſſimum deprecando, ut ſibi concedatur ſpiritus intelligentiæ. Hæc occulta Philoſophia eſt ſcientia glorioſa, poſt ſcientiam fidei omnes alias ſcientias ſuæ dulcedinis amœnitate ac utilitate præcellit. Quæ plurimum eſt à Philoſophis celata, & ſolius Dei potentia reſervata ; ad quam oportet cum Dei timore, perſcrutantem , pia mente , devoto animo , & ſtudio prolixo pervenire. Attamen qui libris in patientia fruitur , in diſpoſitionem hanc ingrediatur, Qui verò citius cupit pertingere, libros Philoſophorum non aſpiciet, quia hæc ſcientia eſt ei inimica, non enim eſt citò credendum manifeſtis Philoſophorum libris. Quia qui tum putat ſe totum ſcire, & totum mundum habere, nil in manibus ſuis invenit, & deſtruit eum feſtinata credulitas. Quia feſtinatio , ut ait Morienes, eſt ex parte diaboli, congruè cui dicitur: Heu qui habere hanc Dei oblationem, ſemel perlecto libro, aut primo regimine , deſiderat. Dico igitur, quod ad opus hoc requiruntur iſta , Natura perfecta, res puriſſima, pondera vera cum debita conjunctione, vas, ignis, atque modus agendi ; & patientia per omnia neceſſaria eſt. Verum quod nimius ſermo ſine intellectu errorem augmentat ; in hac methodo profuturus vobis tradam ea quæ de hac arcana Philoſophica ſcientia multiplicaverunt. Quam ſi quis legerit aliquantulum habens intellectum ſui operis gaudebit. Qui verò non per hunc librum ad effectum pervenerit, alium non quærat, ſed quieſcat, quia celavit ab eo veritatem ; quia forte mentem infidelem habet. Moneo inſuper vos eũ ſervare, & legere ſæpius, & ab impiis cuſtodire. Ariſtoteles in viſione animi dicit : Advertite inquiſitores hujus ſcientiæ, quod invidi hoc arcanum in varia membra diviſerunt, ſcilicet, Philoſophiam, in Aſtrologiam, & Magicam artẽ. Et tractaverunt de pluribus aquis, & brodiis, & corporibus , lapidibus, & ſpiritibus , ut hanc artem pretioſam, omnium nominum

multiplicatione devastarent, varia quoque regimina, & vasa de-
scripserunt, ut fallerent omnes hanc artem mirabilem inquiren-
tes, cum non sit necessarium in hac arte, nisi una re, unitate spe-
cificata, uno nomine nominata, & una actione perfici potest, sed
& coquere, quo tempore vel quibus temporibus fieri potest. Di-
mitte ergo quæ fallentes explanarunt, & sequentia tene. In Mi-
nera quoddam pingue sufficienter & habundans reperitur, quod
dicitur pix, vel sulphur incombustibile, Kibric vel alkibric, caput
& pater aluminum, salium & omnium liquabilium metallorum
& oleorum. Et primum quod emanat (scilicet à pinguedine) ab
eo est vapor, qui condensatur in aquam, quæ non adhæret tan-
genti, pro eo quod quoddam subtile, terreum sulphúreum, sibi est
commixtum, quod eam aliquantulum inspissavit. Propterea hæc
aqua dicitur à Philosophis aqua sulphuris, aqua munda, quæ nulli
commiscetur coinquinationi, sputum Lunæ, solis umbra, urina,
oculus, beya, lac, lachryma, arbor fructifera, servus fugitivus, arg.
viv. fœmineum, acetum acerrimum, aqua perennis, mulier, fœmi-
na, vulgariter dicitur, viv. arg. fugitivum. Dicitur etiam à Philo-
sophis Azoth, summa humiditas, aqua permanens, quando con-
jungitur cum sulphure fixo corporis, absque quo in igne per-
manere non potest. Præsciendum est ad majorem evidentiam
doctrinæ, quod ista commixtio, videlicet aquæ, omnia metalla
producit in mineram, secundum diversitatem materiæ & formæ,
scil. Mercurii & sulphuris commixtio. Ipsa tamen aqua si non ef-
foderetur ex profunditate terræ, esset in via perfectionis cujusli-
bet mineralis ad tempus longum. Nota, superius dixit Petrus, In
minera est quædam pinguedo, denotans per hoc medullam sul-
phuris fixi corporis, quod dicitur pix, vel sulphur, & illa pingue-
do, ut dicit Albertus est in omnibus metallis, & omnia metalla
oriuntur ab ea. Notabile autem est omnium maximè, quod ex hac
aqua procedit est Soloma, & Brumasar. Hic loquitur Petrus de
anima extracta à Sole & Luna, quomodo diversa habet nomina,
Synonima ergo Sol & Luna, Soloma & Brumasar, quæ nobiliora
sunt inter metalla propriũ sulphur fixum in se habentia, quod ex-
trahitur ab ipsis per aquam præallegatam, ut artifex intelligat ex
quibus lapis philosophicus habetur, audiat Philosophos, Sol, æs
Philosophorum, corpus magnesiæ, corpus syncerũ, corpus mun-
dum, elixir, masculus, lathon, arg. viv. fixum, sulphur incombusti-
bile, sulphur fixum rubeum, uber, filius, sanguis rubei hominis, Ki-
brit, sulphur naturale, quod ergo tot nominibus nominatur, est
propter excellentiam suæ dignitatis. Scito ergo fili quod in sorore
sua blanca solummodo crescit gradus nostræ sapientiæ, & non in
aliis terræ fluxibilibus mineralium. Et propter hoc, Sol & Luna,
facimus propinquam philosophiam. Auctor, Soror blanca est ar.

viv.

vivum extractum de Luna per Mercurium. & dicitur lapis Philosophorum, & frater eius est Sol, ex quibus extrahitur Mercurius per Mercurium, & hi duo dicuntur lapides honorati, quorum unus est vir scil sulphur rubeum, & alter mulier, quæ est Mercurius, id est, solis & lunæ. Licet tamen sint duo in numero, sunt tamen unum in specie. Ad hoc arcanum naturaliter procedendū quemadmodum vir & mulier. Quamvis hæc sunt duo in numero, sunt tamen in specie unum ad filium procreandum, scil. superius & inferius, per solem & lunam significatur Mercurius extractus ab his duobus corporibus. Unde Theophilus, cum hæc corpora conjunguntur, scil. Sol & Luna, erunt Planetæ, sole oriente, & tamen lux eorum, videl. Planetarum vertitur in lucem ipsius sc. solis. Hic ostenditur error artis. Si quis ab hac via saltum fecerit, sine dubio in detrimentum sui operis tendit. Quod autem dixi, unum in specie, & duo in numero, tria sunt, sc. anima, spiritus & corpus. Quia arg. viv. est spiritus & anima, & aliud est corpus. Sunt etiam 4. Elementa, sicut in quolibet composito contingit reperiri, sine quibus nil unquam utile generatur. Quare invidi dixerunt ea 4. corpora, scil. siccitas, humiditas, spiritus & vapor, quæ omnia sunt 7. sc. anima, spiritus, corpus, & 4. elementa, & sunt 10. quæ sunt cum his 7. duo in numero, & unum in specie, unum rectè dicitur, quod est anima, quia ista est omnium 10. perfectio. Sequitur Deo volente, quod quæritur. Invidi etiã dixerunt hoc ovum esse propter similitudinem, pro eo quod apparent in eo 4. elementa distincta. Dixerunt etiam ipsum esse animal, & hominem, pro eo quod habet in se animam, spiritum & corpus. Non tamen intellexerunt aliud nisi hunc lapidem, qui est lapis, & non lapis, vilis & carus, & carior auro, carne aurea incarnatus. Hic ostendit qualis sit lapis Philosophorum, qui auro incarnatur, ipse est ille, qui præteritur in viis, & in sterquiliniis calcatur.

Igitur hæc est una res vilis & pretiosa nimis à qualibet cognitione, non unius nominis, sed multorum, sine quo lapide nihil utile generatur. Est etiam hæc guma apud Philosophos auro pretiosior. Guma dicitur argentum vivum, extractum ex Sole & Luna. Honoramus enim aurum, quod sine ipso (scilicet soluto, id est, Brumazar) Guma nostra non emendatur. Brumazar dicitur enim Sol solutus, & blanca Luna soluta, dicitur enim flos Solis sive Lunæ, &c. Guma etiam apud Philosophos sublimior est margaritis, & si hoc vulgus sciret non vili ponderasset precio, eo quod ex guma, scilicet Mercurio nostro, & modico brumazar, multum aurum elicimus. Igitur stultos celamus, & super hoc Philosophi vulgus errare fecerunt, tamen dixerunt quod natura vilis est, quæ parvo precio venundatur. Apertius autem dixit naturam in omnibus precioſiorem esse. Et ideo, quod

arg. vivum noſtrum non perfectè decoquitur niſi cum duris corporibus quæ reſiſtunt igni, videlicet ut Sol & Luna, & non aliis. Quale namque lucrum ſperas ab iis quæ igne conſumuntur, arg. vivum non conſumitur in igne ſed tantum fugit Brumazar, Sol etiam non fugit, nec minuitur in igne ſed melioratur. Et poſt ipsũ blanca, Luna pura propterea dicitur, quòd arg. vivum albũ non coagulat, & ignem patiens non conjungit, videlicet album fixũ, id eſt, Luna nullam ſibi quærat viam aliam ad albedinem operandam. Et qui arg. viv. non coagulat, & ignem patiens rubeum ſc. Solem non conjungit, ad rubedinem nullam ſibi quærat viam, nec fatiget cor ſuum in his, quia ad iſta pervenire non poteſt, vi enim maſculi (ſcilicet Solis & Lunæ) ſuſcepta gaudet fœmina (ſcilicet Mercurius noſter) lætatur ſpiritus, & corpus æqualis complexionis, & proprietatis, &c. Spiritus etiam ignem fugiunt, niſi fuerint corporibus fixis aſſociati ſcilicet Soli & Lunæ. Et corpora quaſi mortua jacent, niſi à ſpiritibus vivificentur. Auctor inquit vivificentur, id eſt, ſpiritualia fiant ſimul bene cõjuncta & cõmixta. Cum verò ſic alternatim congruè deſponſantur, id eſt conjuncta ſint, tunc ſubjunguntur, id eſt, ſolvuntur corpora cum ſpiritibus, & retinent ipſos ſpiritus examine in ignis. Quorum omnium corporum nobilius prius eſt narratum, videlicet Brumazar, quod etiam inferius corpus non emendatur, niſi ex guma noſtra. Oportet igitur introductum nil in hac arte incipere, antequam hujus aquæ virtutem ſciat permanentis, non enim oportet uti in commixtione & contritione & toto regimine, niſi illa aqua permanente. Igitur ad principium artis requiritur aqua permanens præ omnibus. Qui hanc aquam ignorat, ejusque regimen, ut oportet, non ingrediatur in hanc artem, vis enim ejus ſpiritualis eſt ſanguis. Ideo dixerunt, vade fili ad montem Indiæ, & ad ſuas cavernas, & accipe ex eis lapides honoratos, ſcilicet corpora quæ liquefiunt in aqua permanente, cum ei fuerint adjuncta. Autor, Montes Indiæ ſunt Sol & Luna. Et hæc aqua cum egreſſa fuerit de illis montibus & liquefacta ſæpius cum ſuis corporibus, altiſſimũ opus operatur. Jubeo ergo vos capere argentum vivum, quod eſt virtutis fœmineæ, ſcilicet Lunæ. Et ipſum coquite cum corpore, ſcil Solis donec fiat aqua fluens. Coquite ergo maſculum ſimul & vaporem ejus, quousque utrumq; congeletur. Soror eſt paſſiva, ſcilicet Mercurius, Frater activus. Conjungite citrinum rubei filiũ, ſcilicet Solem cum ſorore ſua, id eſt, Mercurio Lunari, qui communiter artem generant. Hujusmodi enim perfectio operis cum aqua ſulphuris ſorore & fratre conficitur. Ergo qui quærit veram facere tincturam, non quærat ſine Sole, & ejus umbra, id eſt, Mercurio noſtro, videlicet lunari. Nolo tamen cauſa invidiæ prætcrire, quin dicam, quod qui ſine Sole operatur nil agit. Sol enim oſſa mortuo-

Nota. Hic loquitur de conjunctione Solis & Lunæ vulgari.

mortorum in ſepulchris attenuat, & augmentat tincturam albedinis & rubedinis. Quoniam optimum ſalnitri, quod commune volatile nobilius ſale harmoniaco & efficacius (ſal iſtud eſt Mercurius noſter) quam quod de capillis ſanguine & ſtercore fit, vel urina, ab aquis, vel ab omni pulvere recepto ad decoquendum, veruntamen tanquam neceſſarium valde æſtimo, nam omnium corporum & ſpirituum ſuſtinet vires. Hunc Deus ſalem creavit, cui vim tribuit, ut ſine ipſo elixir non compleretur. Et ſi poſueris cum loco ſpiritus vel corporis in opere non errabis, quia convertibilis eſt ad quamlibet ſui ſpeciem, ad cujus ſe naturam inclinat.

Referam ergo breviter, & dico quod gravia, ſcilicet corpora, non poſſunt niſi ope levium, ſc. ſpirituum, ſuperius, nec levia niſi gravium inferius levari, conſortiari vel detrudi. Sicut non poteſt humidum ſine ſicco, ſic ſiccum ſine humido, nec durum ſine molli, nec molle ſine duro, modo quolibet temperari, propterea accipe ſulphur & arg. vivum, & tere Solem, id eſt, aſſa Solem cum eo, donec fiat argentum tingens. Unde Hermes dicit, Spiritus non tingit niſi tingatur. Hic modus laudabilis eſt omnibus libris. Et eſt lapis Indorum & Babylonienſis. Ponite eum in ſtercore per hebdomadas, aperite, terite cum almiſadis, quod eſt intenſiſſimum omnium ſalium. Quod ſi ſine pondere conficiatur, nil habebit, quia celabitur opus, eo non invento malum putatur, & ſi fuerit de brumazar parum in confectione erit patens aurum. Igitur nullus ad proportionem accedat, donee componentium modum inveniat, & ipſa pondera completa. De quo invidi dixerunt, Non omnis qui ſublimat coquit, aut qui præparat ad effectum perveniet, ſed ſi accipit quod debet, & facit quod debet, eveniet quod quærit. Item dixerunt, qui magiſterio tribuit quod debet, ab errore ſalvus erit, & jam non errabit. Philoſophi autem de proportione ſpiritus & corporis tam manifeſtam noluerunt facere traditionem, quia tunc eſſet opus mulierum & ludus puerorum. Et fortè periret ſcientia cum ſuis fratribus, dicente Poeta,

Beſtia cauda brevi malè tegit poſteriora,
Stulta lingua & levis, malè tegit interiora.

Ipſi tamen Philoſophi ipſarum rerum miſcibilium proportiones & pondera ſufficienter illuminant, cum dixerunt: Si ſumma volatilis vicerit ſummam fixi, de ſubſtantia fixi ingenietur artifex plus addi (vel econverſo) Unde tenendum cenſuimus, quod in opere rubeo, ſcilicet majori, ſit rei fixæ quarta pars, vel citra, operis completi: In operibus autem particularibus ſit rei fixæ tertia pars vel citra: In utroque tamen ſit fermentum, ſine quo maſſa nõ emendatur ad album ſeu ad rubeum, ſcilicet ſit de ea quarta totius in via. Quas qui bene ſervaverit metas, parum vel minimum in opere committit errorem, qui duplex eſſe conſuevit: Aut quia

non bene liquatur, aut liquatum non bene submergitur, & tunc cum facta fuerit commixtie, tunc fuit erratum in calore superfluo, & hic est unus error: Alius est, quod forte non citò figitur, & quanquam fixum in decoctione apparet, in examine tamen evolat, tunc fuit erratũ in nimio crudo spiritu. Aut forte non est facta universalis commixtio, quæ est commiscibilium alteratorum unio, ad quos errores corrigendos, pro eo quod ex eo multa opera perduntur, invenerunt Sapientes aquas fixativas, scilicet corporum, & incineraturas, scilicet spirituum, sicut in prioribus est enarratum. Bonitas autem hujus tincturæ profectò provenit ex debitis ponderibus, & ex reiteratione solutionis, & coagulationis. Et est ratio quod nullum illorum quæ intrant hoc compositum per se in actu habet virtutem compositi. Quia hoc elixir tingitur tinctura sua, submergitur oleo suo, & figitur calore suo, & solvitur sedumine vel salledine sua. Solve ergo reiteratis vicibus sub debitis ponderibus, & hic modus corrigit errores tuos, & augmentat tincturam in colore, pondere & virtute, quia quanto magis allevias corpus, tantò magis valet. Quia subtilius dignius grosso & rarum spisso. Et quando additur tinctura fixa rubeo, citrinitas vel non fixa, fixa multiplicat elixir potentia, pondere, & assatione. Antiqui autem pro omnibus his dixerunt: Reitera ignem, quousque peragatur, nec te longa tædeat mora, quia ignis attenuat naturas, & liquidum à turbido sequestratur. Ignis officium est rubeum inducere colorem.

Accipe igitur in opere majori ex guma alba intensissimi candoris partem unam, & ex vitello nostro unam partem, alii partes tres dicunt ex sulphure rectificato, sine quo non emendatur opus, & has simul misce. Qui autem opus istarum rerum capit, quod si non æquipollent partes, oportet ut ex ære nostro non præparato partem accipiat, & tres partes ex una aqua permanente præparata. Invidi dixerunt: Accipe de corpore sicco partem unam, & ex ære magnesiæ nostræ partes tres, & deinde conjungite, aceto nostro masculo commiscete. Item iterum, masculum cum uxore, & arg. viv. conjungite.

Nota, Generaliter obtinendum est, ne humores fugitivi multiplicentur, vel siccum ipsum imponatur, sed cum rore miscete fortiter, ut massam, scientes, quod si massæ aquam multiplicetis in camino non continetur. Et si massam desiccetis, in camino non conjungitur, nec coquitur. Sit ergo de masculo pars una, de fœmina partes tres, de sulphure rectificato quantum vis, quia non habet pondus in libris, de medio pars una, de quibus nolite alienum introducere pulverem, nec ullam rem, quia in ipso est sufficientia, Deo auxiliante.

Fermentum autem & medium si imponatur in prieri vel medio,

dio opus perficitur citius, nec indiget reiteratione. Et hæc regula est servanda in opere maiori, quod solo igne perficitur, quia juvatur eum inspirationibus, quæ sunt alumina, sales, & atramenta, & per fontes animalium & plantarum, quæ omnia sunt ad libitum suis cum contritionibus, dummodo servetur quod dixi. Glosa de proportione spiritus corporis fermento etiam & medio utrumque conjungens.

Ecce jam dixi rem de qua fit, & dicimus certis ponderibus. Et quia uno nomine ipsius restat videre, de una via ejus & actione, scil. coquere. Ideo faciendum est quod Philosophi dicunt, Opus 4. regiminibus expletur, ut est, Putrefactio, solutio, calcinatio vel sublimatio, per alembicum distillatio, & igne levi coagulatio. Verum aliqui propter difficultatem, integritatem, longitudinem præparationis prætermiserunt unum ex prædictis regiminibus, alii duo, alii tres. Et opus uno regimine perfecerunt. Et propter hoc eorum sententia dissonavit. Quia dixerunt quidam non posse fieri admixtionem, nisi cum igne & solutione: Alii cum solutione tantum: Alii cum igne tantum. Quorum omnium processus tædiosum esset narrare. Laudabiliores verò modi sunt, qui ponuntur in libro administrationis perfectæ, transmittere per Kymam, in quo me quandoque libenter exercui. Antc omnia eum modum feci, tamen & solutionem, ut Geber nominat eum administrationis modum, & secundum Bubacarum dicitur sublimatio auri spiritualis per rubedinem: Recepi de arg. vivo partes quatuor, de auro partem unam, de sulphure partes tres, de vitriolo ciperino partes quatuor, de sale armoniaco cystallino partes quatuor, hæc omnia contrivi diutius cum aceto crudo, & rubeo, & tenui tempore longo in loco rorido, quousq; volatile feci perfectū exspirando. Tunc expectavi & expendi contritū in vase vitreo cum fundo amplo, & posui de eo assatū ad spissitudinem ungvis, & per modum sublimationis sublimavi cum igne fortissimo, à principio non recipiens ejus rorem, donec totum superius ascendit, sublimatum potavi cum atramentorum aqua prædicta, fixatum assavi, & contrivi totiens, donec fuit cinobrium rubeum fusum, & tingens una parte tres partes Lunæ in Solem. Aqua præmissa inceratam dissolvi prædictam tincturam in balneo, & purgavi donec fuit aqua unius coloris, coagulavi ipsam donec desiccata est, quam igne gradatim fixavi, donec ignem fortem sustinuit, tandem ignem minoravi, quousque fuit leniter liquata, hoc solvendo, & coagulando, & tincturas addendo ad placitum meum multiplicavi. Hic autem modus est subtilis, veridicus, & longæ præparationis, & postmodum qui cum solutionem tantum accepi materiam de capillis tres lothones, & de corpore sincero, & de solibus partes suas, & putrefaciendo dissolvi donec in aquam mixtura versa fuit albi & nigri colons,

loris, & omnium mediorum. Tandem ſubtiliata & purgata fuit pulchrè parum rubicunda, quæ laminas in ſe extinctas tingebat ad omne judicium, tamen cementum non diu ſuſtinebat, puto ideo, quod non fuit fermentata. Sed quum longæ & tædioſæ præparationis erat, propterea tentavi modum, qui per ignem fit ſolum, ut ſequitur.

Accepi enim ſpiritum & corpora debito pondere quandoque præparata quandoque cruda, ſincera tamen, & per ea pulchrius fiebat corpus, & citius. Quæ omnia fortiter commiſcebam in unum cum puro liquore, benè molendo, ſublimando ſubtile à ſpiſſo incipiendo levi igne, & in eo terminando, donec totum in ſpiſſam materiam per ignis officium transmeabat, & hoc modo feci elixir, apud ignem quandoque tamen ponebam ea cruda leviorem, quem putrefaciendi modum habui uſque ad eorum mortis exitum & tribulationem eorum, etiam longius deferebā. Et hunc modum reperi præ cæteris breviorem ibique quievi. De quibus omnibus hunc quem inveni ægrotantem animo & mente, per triennium forte ſedulum, & in quibusdam aliis diligentius docui, qui meis demonſtrationibus non contentus, in hiis plurimum ſe exercitando, & jam multipliciter variando, nec in ipſis deficit. Cum enim videbat confectionem ſuam ſubtilem in aquam converſam, multipliciter percutiebat eam, & in aceto diſtillato deſiccabat leniter in vitreo vaſe, & in igne fortiori quàm ſublimando, coquebat & reiterabat opus totiens, donec totum reſidebat, cum fixatione liquatum ut tingeret quodlibet corpus, augmentavit quandoque ut ego feci ſolvendo, coagulando, ſolvendo tincturas purgatas, addendo, coagulando, figendo, liquando, & invenit novum modum augmentandi. Quia ſolvebat, coagulabat ad placitum, & multifariè variabat, optimè naturam percepit Philoſophorum & intentionem & ſecreta, præcipuè tria, quæ ipſum docui, & diligenter memoriæ commendavit, videlicet de converſione totius compoſiti in ſalem præcedente putrefactione, de qua ſibi dixeram: Si vis ditari præpara ſalem, niſi totum convertas in ſalem, nihil habebis. De ipſius etiam converſione cum præcedenti calcinatione, liquefactione cum igne non vitrificatorio nec forti, ſed de illa quæ levi igne liquatur, de quo ſibi dixeram, niſi ſpiritualia corpora feceris noli elixir blasphemare ſc. opus, oportet enim ut corpus ſpiritus impalpabilis fiat, & ſint omnia mixta per minima, & hoc fiet cum liquatum fiet & venenum tingens. Nam qui poterit brumazar in venenum vertere, quod quærit inveniet, & non errabit. Tertium ſecretum fuit de ſolutione totius compoſiti, quæ eſt Theſaurus rei quæ ſublevat de ſtercore pauperem, per quam dixit Hermes, ſe ſuper omnes mundi circulos exaltatū. Hic eſt verè noſtræ Philoſophiæ filius, qui præcipua ſecreta percipit,

cipit,quæ si ignoravit quis, suo frustratur proposito, & si sciverit non errabit in opere. Ergo ille securus accedat ad operandum,in cujus mentis ænigmate plures operationis imagines variæque resultant. Non potest enim de levi manus ejus in practicam currere,cum mens in Theorica, id est,inchoata vitiatur. Hic quippe est in operationibus tandem fastidio derelictus,cogitavi super illo de quo traditur. Quidam solvebat corpora, & spiritus balneatos cum solutione,& sublimè figebat, super quo plurimum hæsitavi divagabatur mens. Fecit enim aquas acutas ut novit,& ut voluit calcinavit, & solvit spiritus & corpora,ac compositionem quam fecerat,postmodum igne purgavit, congelavit, vitro bene firmato & ignem gradatim augendo fixavit totum, quod ad liquefactionem ignem continuando perduxit, qui tanquam sedulus indagator comprehendit hanc nisi fuisse turbæ intentionem,cum ea sit labor distillationis, calcinationis, pro quibus pluribus indigemus vasis Philosophi autem indiguerunt in toto opere nisi uno solo vase,& uno regimine, scilicet coquendo,& una re qua administratur,scilicet calore. Quapropter Hermes pater Philosophorum præcepit diutius imaginari, donec comprehenderet veram semitam Philosophorum in operatione, calle legitimo,ut in libro Turbæ protestatur. In modo igitur vasis & ignismultum divagatus est,postquam novit rem de qua fit, & assiduavit cum constantia & patientia, donec perfectionis comprehendit optatum finem,& ibi sistendo quievit. Nunc verò doctrina data,heu, mentis perturbatione langvescit, verumque omnibus modis præscriptis,& si veriores sint & leviores aliis, indigemus tamen pluribus vasis,unde habetur tædium in regendo pro laboribus molestius. Ergo qui huic meo filio voluerit in hoc opere coæquari, hanc meam traditionem acceptet, in qua serie præscribam, quicquid ipse in opere majori, quod una fit actione,à secretis Philosophorum diutius ab hauriendo percepit. Dicam igitur in eo quatuor esse principalia servanda, ut sunt Res, Modus, Locus, Tempus: Res scil. de qua fit, & pondera ipsius ignis. Tempus scilicet in quo terminatur totum. Locus scil ubi decoquendo perficitur. Modus scil.agendi. De primo scil. de aere, satis traditionem feci planè in præcedentibus. De vase dixerunt in testa ovi. Alii dicunt, quod sit ad similitudinem capitis humani. Etiam invidi dixerunt domum rotundam tenebrosam rore circundatam,& isti verum dicunt. Etiam invidi dixerunt ad modum sit mediæ Lunæ. Alii dixerunt, ut sit ad similitudinem paropsidis, & in hoc dixerunt invidi. Accepimus duos nigros, & posuimus in paropside, quam habemus, & erunt inde ova vel sal. Sapientes dixerunt, quod sit rotunda nimis spissa vitrea. De quo Arisleus, in visione. Incarceraverunt me sociosque meos in domo vitrea sua, super

quam domum aliam ædificaverunt, ſuper quam tertiam, & ſic in tribus domibus incluſi fuimus, quorum vaſorum aptationem ſagax operator ſatis per ſuam induſtriam poterit fabricari.

De modo agendi & igne. Incipiamus Sole exiſtente in ariete: Alii in Autumno: Alii ab hyemis humiditate: Alii dixerunt fieri cum igne levi, Alii cum igne fimi: Alii dixerunt, ſit ignis in principio ut calor veris: Alii dixerunt ut cibum digerens: Alii ut calor in Embrione: Alii ut calor gallinæ cubantis ſuper ova. Quidam fecerunt cum humiditate: Quidam cum ſtipulis & cinere: Quidam cum lichmine. Quidam cum carbonibus & flammis mediocribus. Invidi dixerunt, Compleatur in triplici calore ignis, ſcil. Ariete, Leone & Sagittario. Et hi verum dixerunt. Ego noviſſimè dico, quod in primo regimine Philoſophi voluerunt oſtendere ignis levitatem, poſtmodum fortiorem & fortiorem. (Unde Arisleus) Manſimus in tenebris undarum in intenſo æſtatis calore, ac maris turbatione, cujus nunquam ſimile accidit nobis. Dico igitur quod iſti ſunt ordines ignis, inter quos experimentum quantitates demonſtrat. Proptere dixerunt ignium ſcientiam novimus mirabilem fore. Nam ignis diverſimodus diverſos operatur effectus.

De tempore dixerunt quidam, quod fit in tribus diebus, alii in ſeptem, alii in quatuor, alii in ſex, alii in triginta diebus. Ego autem dico, quod omnes poſſunt excuſari. Quia ſuperaddiderunt clauſulam illam generalem de qua nullus deviare debet, videlicet donec peragatur. Quia omnis actio naturalis unum habet tempus in quo perficitur, & terminatur debita continuatione, prolongatur tamen & abreviatur opus, per rerum, vaſorum, & ignium aptitudinem, qua omnia componuntur.

Jubeo ergo vos capere argentum vivum & ſulphur ad opus univerſale, quod dixi, debito pondere, & præparata, vera, & ſincera, & cruda, prout ea minera eduxit, abſque alieno liquore ſimul incorporando cõponere, & ponatur in vaſe vitreo, rotundo, ſpiſſo, longum collum habente, & ſtrictum, claude orificium optimè, ne humor reſpiret, & in illa olla perforata, & aptata, vel in vaſe ferreo, vel cum ſulphure ſuper ignem. Si autem audacior es & edoctus ignis levitate, ſit vas vitreum interius lutatum, & tunc non indigebis ipſum liquore circundare de vino. Sit aliquod obſtaculum, quod ipſum mediatum impediat ad ignis acceſſus. Et incipias ſub conſtellatione cœli legitima quæ multum proderit operi tuo. Tunc ſubjicias ignem lentiſſimum, ad minus decem diebus, ita, ut ſit calor tantæ nutritionis, & putrefactionis, ſeu ſolutionis, ut agat interius, ut fiat aliquis modus ſeparationis in eis, nec liquabis niſi fortè liquationis igne adhuc levigorato. Item coquite donec fiat plurimus fructus, & lapis, & omnis nigredo evaneſcat,

evaneſcat, quòd non eſt verus, aut quicuque mediorum evenerit, color, & per ignis levitatem mirabilis accedat albedo. Nam elementa diligenter cocta lætantur, & in alias convertuntur naturas. Omnia elementa ſi non conjungantur, nihil hujus artificii quæ cupiunt perficitur; mixta autem & ſuis naturis alienata aliquid fiunt, & hoc totum ignis levitate, nihil aliud eſt, niſi ut extrahat humiditates corporum & conſumat. Sit ergo ignis levis, qui ignis attenuat naturas & emendat, & liquidum à turbido ſequeſtrat. Levis autem ignis eſt quem magneſia non fugit. Non accendatur ignis plurimus, ne ſenſu & motu privetur. Nam ſi compoſitum plus quàm oportet regatur, quod prodeſſe poſſit, exterminatur.

Unde ſi quilibet introductus in hac arte earum naturas ſciret, prolixitatem utique coquendi ſuſtineret, cum arg viv. elementa in primo ſuper levem ignem commiſceret, qui dicitur ignis vel calor veris, aut gradus arietis, quo arbores pullulant, & albeſcunt. Viſa autem albedine, ratum eſt, quia jam omnia fixa ſunt, unde circa ignem de cætero dubitandum non eſt. Dabis igitur ignem carbonum gradatim augendo, ut calor æſtatis ſeu graduum leonis, quando fructus matureſcunt, & fruges perficiuntur. Et hîc continuetur, quouſque maſſa teratur in igne, non manibus, calcinando in cinerem, & fiet cinis valde combuſtus. Deinde in igne convenienti ſi ad rubeum fuerit, rubefiat, & igne poſtremo liquetur, & peragatur, & continuò liquetur, quouſque deveniat ad calorem ſagittarii, quo ſolia & fructus diſſipantur. Primò igitur fit niger. Secundò albus. Tertiò citrinus. Quartò rubeus. Demum venenum tingens quodlibet corpus, quod dicitur bonum plurimorum nominum, cum quo ſi coxeris Metcurium, depelles pauperiem Hic eſt lapis ad ſimilitudinem majoris mundi creatus. Gravibus & levibus, mollibus & duris, calidis & frigidis, humidis & ſiccis, à natura firma pace ligatus in igne fructus perpetuus. Omnem rem ſubtilem vincit, & omnẽ rem ſolidam penetrat, quem non poteſt terræ feculentia vitiare, nec aquæ limoſitas cõdenſare, nec tactus aëris obumbrare, nec ignis violentia ſuperare. Hunc ergo lapidem celate à potentibus, & ab invidis, & indignis, ne ex eo quod indignè operatur inde fortiores fierent, & ad illicita promptiores. Referam ergo quædam generalia in toto proceſſu, & dicam: Veneramini Regem, & uxorem ejus, quod neſcitis furorem ipſorum, ne fortè irruant ſuper vos & oſtendant iram ſuam.

Amplius argentum vivum igneum, omne corpus comburens magis quàm ignis, & omne corpus quod ei commiſcetur teritur cum eo, & neci datur, antequam confringitur. Draco etiam non uno regimine moritur, ergo Philoſophi effoderunt ſibi ſepulchrum,

chrum, & ſepelierunt cum eo mulierem, qui cum fortiter eſſet conjunctus mulieri, cujus ventre plenus eſt armis, & veneno, quantò magis circa eam vertitur & volvitur, tantò magis corpus ejus in partes plurimas ſequeſtratur; videns autem ſe arte muliebri ſuperatum, mulieris artubus mixtus, mortique deditus, totus vertitur in ſangvinem. Irritate ergo bellum inter terram & argentum vivum, quia ambo corrupta tendunt in perfectum. Item eis igne non manibus diligenter tritis & exalteratis, prout oportet, fit illud Kuhul in natura, & color non fugiens. Quia omne corpus diſſolutum cum ſpiritu, cui mixtum eſt, proculdubio fit ſpirituale. Et omnis ſpiritus à corpore alteratus erit coloratus, cujus eſt tingens & contra ignem pugnans. Ergo dealbatum eſt æs, & factum eſt umbra carens. Dealbate ergo lathonem, & libros rumpite ne corda veſtra rumpantur. Nihil aliud eſt ergo hujus artis ſcientia, quam vaporis & aquæ ſublimationis, argentique vivi magneſiæ corporis conjunctio.

Et ſciendum eſt quod Azoth non poteſt à lathone ſuum ſubſtantialiter auferre colorem vel mutare, niſi ſecundum viſum. Sed Lathon poteſt ſubſtantialiter & ſecundum viſum auferre ſuam albedinem. Quia ineſt ei mirabilis fortitudo, quæ ſuper omnes colores apparet, quando colores fuerint loti, & quando aufert ſuam nigredinem atque immundiciem, & fit album, tunc eſt lathon, & facit eum rubeum. Cavendum eſt, ne vaſe exeat humiditas, verè ipſum in vaſe coagulate, donec cinis fiat. Et ſcitote tunc optimè miſcuiſtis, eo quod cinis iſte recepit ſpiritum, & illo imbibitur humore donec vertatur in colorem pulchriorem quàm prius erat.

Inſpicite pictores qualiter ſuis nequeunt tingere pincturis, ſic Philoſophi ſuis medicinis, quouſque res ſuas in pulverem verterant. Hæ quidem conterantur, non tamen manibus, ſed igne coquantur, quouſque cinis fiant fluxibilis. Et ſi non poteritis corpus comburere, & in cinerem reducere, nil boni feciſtis. Nam ſi ipſum ſubtiliter rexiſtis, prout dixi, multa bona videbitis in effectum. Oportet ergo ut corpus præparetur flamma ignis, occupatum diruatur, & debile fiat cum aqua, ſcil. cruda, in qua illud eſt, donec totum fiat ut aqua. Videntes autem albedinem in vaſe apparere, & omnibus ſupereminere, eſtote rati, quod rubor in illa albedine certè occultatus eſt.

Amplius ignis officium eſt colorem per conſequens facere rubicundum. Primò nigredo ex eorum morte fit, poſtea ſuccedit albedo, tunc rubor qui ex illa extrahitur, nigredinem emendat inter fugiens ſcil. crudum. Eſt ergo verus Artifex, qui hæc duo in unum reducit, ſcil. corpus in ſpiritum, & ſpiritum in corpus, & quod

plus eſt

plus est in sangvinem vertit. Videntes autem Philosophi ipsum in sangvinem versum, dimiserunt in sole per dies quousque veniat in venenum, & levitudo tunc consumatur, & sangvis accrescit. Quicunque ergo vestrum noverit spiritum fugientem rubeum facere corpore sibi mixto; deinde ex illo corpore cum illo spiritu suam tenuem naturam, in suo ventre occultatam, subtilissimè cum igne lento extrahere, si patiens est in coquendi prolixitate, proculdubio tingit omne corpus. Et ideo dixerunt: Inspicite mirabilem fortitudinem, juxta lapidis naturam, & nolite ipsum vilipendere. Unde oportet, ut ipsum corpus spiritu subtilissimo corpore scilicet carente diruatur, quousque suave fluat, & in hoc occulto regimine corpora fugientia fiant non fugientia, & spiritus in corpora, & corpora in spiritus convertantur. Et erit unum corporale & unum spirituale, quod dicitur Elixir, id est, medicina omnium corporum curandorum & transformandorum in lunificum & solificum verum.

Totum autem hoc opus Invidi brevius comprehenderunt, cum dixerunt: Qui non corrumpit, non emendat, signantes putrefacere; qui non errat, non perficit, signantes assare vel minerare; & qui non tristatur, non lætatur. Sed verius dixerunt: Natura naturam continet, scilicet in primo opore putrefactionis putrefaciendo: Natura naturam diruit, scilicet sublimando per kymiam, seu incinerando: Natura naturam superat, & vincit, scilicet rubificando, figendo, albificando, liquefaciendo, ac venenum faciendo, & sic habes totam artem, optime fili. Expliciunt dicta egregii Magistri Petri de Silento.

Deo Gratias,

Amen.

FINIS.

VIRO

VIRO NOBILISSIMO, ET CLARISSIMO, CHEMIATROQUE experientissimo, DN. BERNHARDO G. PENOTO à portu S. Mariæ Aquitano, S. P.

NOctuas Athenas, inquies, vir excellentissime & doctissime, ubi hasce de lapide Philosophico pagellas videris, qui adungziem tenes, quæ de eo tota antiquitas literis mandavit. Sed esto! Quemadmodum enim hoc nomismatis genus nullibi vulgatius, & in emptione ac venditione magis in usu fuit, quàm Athenis: Sic nullibi artes in majori precio & honore esse solent, quàm Athenis, apud illos nimirum qui eas amant, colunt & admirantur. Inscripsi ideo tuo nomini tractatum hunc priorem, cùm ob has tùm alias caussas. Quemadmodum enim olim in æde Palladis composita pace arma suspendebant milites: Sic in tuo χειμιατρείῳ eum suspendo, cui in tuo Museo locum etiam concessurum te esse, non diffido. Tua deinde me invitat & humanitas & liberalitas, illam prædicant, qui te familiariter usi sunt: hæc ex scriptis tuis in communem usum promptissimo studio in publicum emissis nota est doctis omnibus. Veteres enim Philosophi Philochemiam ænigmatis & parabolis involverunt, quorum volumina etiamsi diligenter & attente evolvantur, magis tamen incertus ab eorum lectione abibit, quam cum primum ad eam accesserit le-

rit lector. Immortales igitur tibi debẽt Philochemici gratias proclaritate illa perſpicua, quam hæc ars abſtruſa per te accepit: lucem das ex fumo, quam inducto fumo alii obtenebrarunt. In meis præterea, venerande ſenex, votis & hoc eſt, ut nomen meum (nec enim te id aſpernaturum confido) in numerum amicorum te colentium & admirantium, referre non dedigneris. Nihil quidem ego à me officiisq; meis polliceri habeo: attamen Tanckium habebis virum bonum, te colentem & amantem.

Poſtremò non minus tecum ipſe, ad communem hominum utilitatem, & ſalutem ſpagyricam, artem propagari ad poſteros percupidus ſum. Illud etſi à me præſtari nondum queat; tu tamen cum aliis viris præſtantibus ut gnaviter id facias Philochemiæ dediti ſtudioſe petimus. Vale vir optime & vive longævam vitam. Lipſiæ Calend. Aprilis Anno 1603.

T. Ex.

Stud. col.

Joachimus Tanckius D.

Lectori

Lectori facili & æquo.

DVo hi tractatus in antiquis membranis exârati, lector benevole, cum ad manus meas ab amicis admissi prrvenissent, dignos eos judicavi, quos publici juris facerem, in gratiam præsertim eorum (imperitos enim & osores donorũ Dei nõ moramur) qui Chemicam artẽ amant & exercent. Sunt enim à veterum doctrina non alieni; verum sagacem lectorem, quemadmodum philosophorum scripta omnia requirunt. Nihil vero in illis immutare volui nec debui, sed quemadmodum scripti erant, ita prodeunt: Nec verba, sed res æstimabis. Priori tractatui nomen adscriptum non erat, ex quibusdam tamen indiciis conjicio, cujusdam monachi fœtum esse: Posteriori nomen autoris præfixum est. Qui vero Paulus ille fuerit, mihi non constat, neque ex illis, à quibus mihi communicatus fuit: id cognoscere potui. Tu lector æque, boni consule, & nostris conatibus fave: brevi Pharmacurgis, Cheirurgis, & Chrysurgis non inutilia à me expectabis, qui author fui Dn. Ioanni Tholdio Senatori & Camerario Franchenhusano, affini meo colendo, ut Fr. Basilii Valentini scripta in communem usum publicaret, quæ propediem in lingvam latinam conversa dabimus: Idem quoque meo instinctu, cùm sua tùm aliorum ad Chemiæ artem plurimum facientia, in publicum deinceps emissurus est: Tu modò lector fave & vale. Lipsiæ Calend. April. Anno 1603.

Ioachimus Tanckius Perlebergensis Phil. & Med. D. Anatomes & Cheirurgiæ Professor publ: in Academia Lipsiensi.

TRACTA-

TRACTATUS PHILOSOPHICUS AD RUBRUM ET ALbum Anonymi.

PRimo parabis tibi ad ſequentes uſus geminas aquas, aliam ad rubrum, aliam item ad album, hoc modo.

Aqua ad aurum.

Accipe vitrioli ungarici cærulei & bene deſiccati, ſalis petræ, ſingulorum libras quatuor, ſalis armoniaci libram unam. Fiat aqua fortis in vaſe fictili, cum alembico vitreo bene lutato, adhibito primum lento igne, poſtea mediocri, demum fortiori. Facta diſtillatione, collige quæ in recipiente ſunt, & reſerva in vaſe vitreo bene obturato: ſignetur; Aqua ad aurum.

Aqua ad argentum.

Accipe ſalis petræ, aluminis uſti, ſalis tartari, & ſalis gemmæ ana partes æquales, vitrioli cærulei bene deſiccati partem ſemis; Fiat aqua fortis, præcedenti modo; Et ſignetur; Aqua ad argentum.

Præparatio Solis ad opus.

Accipe aurum hiſpanicum ſepties purificatum, aut per magnum cementum, aut per Antimonium, ut ſciunt boni aurifabri facere, & laminetur in tenuibus bracteis, uti pergamentum, projice in duplum ſui ponderis aquæ ſeparationis, ut diſſolvatur, ut remaneat in fundo aquæ ut arenula rubea. Evapora aquam prædictam per deſtillationē quouſq; ſolum aurū in fundo remaneat, poſt ablue ipſum cum aqua communi & clara, uſque quo nullum guſtum in in eo ſenſeris de acredine aquæ fortis, & ſi non eſt impalpabile, diſſolve iterum in aqua prædicta, ablue & deſicca, ut prius feciſti, uſque quo reddideris impalpabile.

Quomodo calcinetur ſol.

Accipe tuum aurum ſic impalpabile præparatum, ut ſupra, & contere cum duplici ſuo pondere ſalis cōmunis bene præparati, & pone ipſum ſuper verum marmor, aut (quod melius erit) tabulam vitream, & ſimul conterantur, quoad totum aurum bene cum ſale permixtum fuerit, tunc pone in uno crucibulo in igne forti, & calcinetur optime, poſtea dimitte infrigidari, aut infunde in aquam communem, & aqua accipiat in ſe ſal prædictum. Remanens aurum tuum in fundo vaſis lava ſic iterum atque iterum tamdiu, quod nullum guſtum ſalis habeat, & habebis aurum tuum calcinatum. Nota tamen, quod ſi bis aut ter calcinaveris, melius erit.

Lunæ præparatio.

Purgetur optime per balneū Saturni, ut moris eſt, poſtea lami-

netur,ut de auro dictum est,& ponatur in duplici suo pondere a quæ separationis prædictæ,& quando videbis totum esse ab aqua prædicta consumptum,evapora aquam per Balneum Mariæ: Deinde per colorem validiorem, quoad argentum solum remaneat in fundo,post ablue cum aqua communi,& erit satis præparatum, & subtile ad calcinandum.

Calcinatio Lunæ.

Accipe tuam lunam sic impalpabilem,& contere cum sale communi,sicut fecisti in tuo sole calcinando in omnibus modis, & habebis probe calcinatam ad opus.

Quomodo præparetur Mercurius vulgaris, ut fiat Mercurius aptus in hoc opere.

Accipe vulgaris Mercurii libram semis, & fac bis aut ter transire per corium. Deinde accipe salis marini pulverisati uncias duas, ponatur cum Mercurio tuo in mortario ligneo, aut in scutella lignea satis ampla,& simul cum modico aceti acerrimi cum pistillo ligneo fricentur, donec mercurius tuus fuerit mortificatus. Postea accipe libram semis vitrioli ungarici,& salis communis uncias duas,misce simul cum tuo mercurio, & ponatur in distillatorio vitreo,cum suo alembico bene lutato,& lento igne destilla totam humiditatem superfluam,& collige aquam,quæ exierit;Nam tibi serviet loco aceti acerrimi ad sistendum mercurium. Post quando materia tua erit probe ab omni humiditate destituta,ponatur in sublimatorio bene lutato, quod debet esse duos parvos digitos altius,quam tua materia,& quando incipit sublimari, obtura collum sublimatorii cum papyro simpliciter, aut cum linteolo gossipio impleto: Hoc facto pone tuum sublimatorium super furnum,super quod fuerit vas aliud cineribus plenum, & applica tuum sublimatorium super furnum in dictis cineribus,eo,ut duobus digitis materiam tuam excedant. Deinde fac parvum ignem per sex horas: Deinde fortifica parvum ignẽ gradatim (pauco à pauco) & in primo videbis mercurium tuum sublimari,ut ros albissimus,& vi ignis finaliter erit sublimatum: dimitte sublimatorium infrigidari,post frange aut aperi vas, & collige sublimatum prudentissime,& serva absque sordibus.

Reiteratio sublimationis.

Accipe tuum sublimatum,& iterum adjunge illi paulo minus vitrioli & salis communis cum aqua prædicta, aut si non collegisti cum aceto forti,sicut prius dictum est,& iterum in eodem prædicto processu sublima, sublimatum & refrigeratum collige prudenter,ut dictum est.

Tertia,quarta,quinta,sexta,& septima sublimatio.

Sublima iterum atq; iterum septies modo prædicto, & satis erit sublimatum. Antequam aperias sublimatorium,dimitte infrigidari,quia fumus valde nocivus est.

Nota bene.

Opus est in hoc opere, habere materiam aliquam ex qua possint vasa lutari, tam ut resistere possint violentiæ ignis, quam ut spiritus retineantur, ne evaporent.

Lutum primum optimum, quod Philosophi nominant lutum sapientiæ.

Accipe terræ fictilis optimæ, quæ possit sufferre ignem, partes quatuor, Rasuræ linteorum, salis communis, ana partem unam, Boli armeni partes duas, cum aquâ communi, fiat pasta tenuis satis madida, ad incrustandum vasa.

Lutum aliud, ex quo lutantur junctura vasorum.

Accipe farinam frumenti subtilissime attenuatam, impasta cum albumine ovi & sale communi, & habebis lutum optimum, ex quo poteris linteolum ungere ad imponendum juncturis vasorum. Hoc lutum poteris auferre, si madefeceris probe dictos linteolos aqua communi calida.

Sequitur opus ad solem.

Accipe de sole tuo probe affinato & calcinato unciam unam, divide in octo partes æquales. Postea accipe uncias tres tuæ aquæ fortis ad solem paratæ, & pone in ampullam vitream, post projice in ipsam octavam partem tui solis, & dimitte sic stare in loco ad modum fumi calido, donec tuus sol optime dissolutus fuerit, quo facto projice aliam octavam partem tui solis reservati, & dimitte prædicto modo etiam dissolvi, & sic de aliis partibus. Cave tamen, ne aliqua pars tui solis in prædictam aquam projiciatur, antequam hoc, quod prius posuisti, probe dissolutum fuerit, & si fortasse videris aquam tuam non amplius posse dissolvere, effunde ipsam per inclinationem in aliud vas, ita ut tuus sol indissolutus in fundo primi vasis remaneat, infunde desuper de tua aqua prædicta, usque ad ipsius dissolutionem, & semper in eodem processu facies, usque habeas tuam unciam solis bene & probe dissolutam, & in aquam versam, quam aquam serva seorsim diligenter.

Inspiratio Mercurii.

Post recipe de tua aqua libram unam, & de tuo Mercurio sublimato, probe pulverisato, uncias quatuor, fac ex ipso etiam octo partes æquales, sicut de tuo sole feceisti, & time eundem processum, sicut de tuo sole feceisti, quando omnis mercurius dissolutus fuerit, reserva etiam seorsim.

Nota.

Quod si metalla calcinata aquis tuis non possunt dissolvi, adde tantum salis armoniaci aquæ tuæ (pauco à pauco) quantum necessitas videbitur postulare, ut operentur.

Inceratio & animatio Mercurii.

Accipe tuas aquas mercuriales & pone in Alembico optime

lutato, cum ſuo recipiente,& pone in Balneum Mariæ,& igne lento dimitte tam diu diſtillare,quoad tota humiditas aquea ſtillaverit,quam ſerva ſeparatim, tunc auge ignem,& exibit ſpiritus Mercurii,aut ſua quinta eſſentia, auge adhuc ſub fine ignem, ut tota eſſentia ſublimetur. Cave tamen,ne ex vaporoſa & venenoſa exhalatione lædaris. Quando totum ſublimatum fuerit,ſine ſublimatorium infrigidari,poſt aperi vitrum tuum, & totam eſſentiam mercurialem ſublimatam collige, pondera, & invenies unciam ſemis aut plus diminutam.

Nota,quod feces debent ſervari, tam de iſta actione, quam de aliis ſequentibus.

Secunda operatio.

Diſſolve iterum in aqua forti, & diſſolutum eodem dicto proceſſu,diſtilla aquam, & ſublima ipſum.

Tertia operatio.

Iterum tertio reitera eodem modo,& ſemper reſervando feces: Animadverras,quod ſic Mercurius tuus ſit in excellentiſſimo gradu advectus,tamen non omnino fixus.

Sublimatio ultima,quæ eſt principium fixationis.

Deſicca lento igne,aut in furno mediocriter calido prædictum ſpiritum Mercurii noſtri, per duos aut tres dies naturales,& poſt ponatur in vitro habente longum collum, probe obturato cum ſuo alembico, & da ignem lentum ſicuti balneo Mariæ (pauco à pauco)uſque videris aſcendere, tunc gradatim fortifica ignem, quouſque totum,quod poſſibile erit,aſcendat. Cave tamen ne nimio igne opus deſtruatur. Quod ſi feces remanſerint,ſerva etiam ſeparatim,ſicut antea dictum eſt.

Secunda operatio ſecum.

Accipe omnes iſtas feces reſervatas, & ſuperpone triplum de aqua forti,digerantur in vaſe vitreo optime clauſo in calore mediocri, tam diu, quoad omnes feces ſint diſſolutæ, tunc per inclinationem caute diſtilla quod clarum & purum videris ab impuro. Poſt ſi videris adhuc non omnino eſſe ſolutas, pone iterum deſuper de tua aqua forti quantum videris eſſe neceſſarium ad diſſolvendum,& poteris ter reiterare, uſque tota illa materia ſoluta fuerit, poſt tertiam ſolutionem & ſeparationem dictæ ſubſtantiæ factam,ſi adhuc aliquæ feces remanſerint, debes ejicere ſine cura,ut materiam inutilem,reſerva tamen iſtas diſſolutiones, quas ſeparaſti per inclinationem ad opus ſequens, quia eſt pars Mercurii noſtri jam ſemifixa.

Tertia fixatio.

Accipe illam aquã,quam per inclinationem ſeparaſti,& deſtilla toties, quoad conſumpta fuerit, remanentibus tamen fecibus ſuis, modo tamen quod inter omnes diſtillationes tantum interval-

lum

vallum debet esse, quoad materia in aquam suam soluta fuerit, quod si aqua debilitatur ad dissolvendum, accipies aquam novam, ut melius solvatur materia. In fine videbis eam dealbari sicut cineres: Postea quando materia exsiccata probe fuerit, tunc in furno primo mediocri igne, post valido, in fine validiori, non tantummodo siccatur, sed magis & magis dealbatur ac figitur. Serva in loco nitido, & bene obturato.

Humectatio Mercurii prædicti.

Accipe tuum Mercurium prædictum inspiratum & pone in vase vitreo bene obturato, & sepeli in fimo calido, aut in humido loco, ut seipsum humectet.

Inceratio solis.

Accipe tuum solem dissolutum cum aqua forti, ut supra, & evapora totam aquam per balneum Mariæ, demum remanebit aurum tuum in fundo, sicut cera liquefacta, pone desuper aliam aquam novam, & iterum evapora usque ad tres vices, & habebis post tertiam extractionem oleum solis valde rutilans.

Accipe terram tuam prædictam, & pondera, & pro una parte sui ponderis, accipe partem quartam Mercurii inspirati, & supra tabulam marmoream aut vitream probe misceantur, & ponantur simul in vitreo vase ad ignem, primo valde lentum, secundo fortiorem ad desiccationem usque, & tunc adde de tuo oleo solis quartam partem vel circa mercurii inspirati, post ex foco parvo condiantur usque ad desiccationem: demum adde adhuc pari pondere tui mercurii inspirati, ut feçisti, & probe terantur & misçeantur, & nutriantur simul igne lento ad desiccationem usque, & etiam citò quod videbis desiccatum, ut bis prius feciſti, adde etiam oleum solis prædictum pari proportione: Demitte simul condire & desiccare, & pari processu tenere debes, quousque terra tua tui mercurii inspirati absorpserit omne oleum tuum solare.

Sequitur fixatio ultima.

Post accipe totam materiam tuam valde pretiosam, & pone in vase vitreo sublimatorio, & da primo lentum ignem, post validiorem, quod si aliquid sublimetur, demitte infrigidari, & quod sublimatum fuerit incorpora cum suo corpore, & iterum sublima, donec amplius nihil sublimatur, etiamsi igne validissimo tractaveris. Noli tamen materiam tuam deponere ab igne, quousque videbis probe coctam purpurei coloris & bene fixam.

Projectio.

Post accipe granum unum, & projice supra grana centum mercurii crudi calefacti, tunc da ignem mediocrem, post fortem, quarta quaq; hora, vel circiter, & veniet in verum germen auri, friabile tamen & fusile: de quo accipe granum unum & projice super alia centum grana Mercurii crudi calefacti, & erit aurum malleabile & purissimum ad omne examen.

Operatio lunaris.

Quoad operationem lunarem attinet, dempto, quod loco solis debes in tuo opere uti luna præparata, & tantummodo operari cum aqua tua prædicta, cum tuo Mercurio vivificato ad album, quousque perveneris ad veram fixationem & colorem candidissimum.

Oportet te in omnibus operibus esse prudentem, diligentem & patientē & expectare veras fixationes & colorationes, quæ successu temporis infallibiliter succedunt. Cautus etiam esto in projectionibus tuis, & habebis præ manibus thesaurum immensum, quo utere ad laudem Dei omnipotentis, & ad consolationem pauperum, Amen.

NOBILITATE ET ERUDITA

Doctrina viro Excellentiss. DN. NICOLAO BERNAUDO à Crista Arnaudi Delphinati Gallo, Medico & Chemico præstantissimo.

QVæ consilii mei ratio fuit, vir doctissime & clarissime, ut priorem tractatum de lapide Physico, clarissimi viri Dn. Bernhardi G. Penoti à Portu S. Mariæ Aquitani nomine in publicum emitterem, eadem quoq; me impulit, ut posterior tui nominis auspicio lucem videret. Ex scriptis enim vestris intellexi, vos individuos comites & socios excolendæ & propagandæ artis Chemiæ jam multos annos fuisse, atq; tantum lucis & incrementi Philochemiæ attulisse utrumque, ut quæ prius Apollinis oraculis intricatiora & obscuriora fuerunt, vestris studiis & illustrationibus jam clarissima facta sint. Nec sane inficias eo, imo libenter fateor, animum meum assidua vestrorum scriptorum lectione ex multis perplexis labyrinthis expeditum fuisse, & quos scrupulos alii Philosophi eximere non potuerunt, ope vestra exemptos & penitus sublatos esse. Quibus igitur, quam ipsis artificibus hos tractatus inscribere debui aut potui? Nam cum nemo de artibus, quam artifices judicare possint melius, limato vestro ju-

ſtro judicio eos ſubjicere volui. Quibus ſi aliqualem in tua Bibliotheca locum dederis, meq; inter tuos amicos numeraveris, jam pro voto & animi mei ſententia id ſum conſecutus, quod maxime exoptavi. Lipſiæ Calend. Aprilis Anno 1603.

T. Ex.

Stud. C.

Ioachimus Tanckius D.

CLAVIS PHILOSOPHORUM.

LVDVS PVERORVM ET LABOR mulierum.

PAVLVS ECK DE SVLTZbach, Annno 1489.

SOlve unum lotonem lunæ in duobus lotonibus aquæ fortis: Tunc accipe octo lotones Mercurii vivi & quatuor vel ſex lotones aquæ fortis, funde ſimul in lunam ſolutam, loca in cineres lentos, aut omnino frigidos: In principio videbis mirabilia: Quod eſt principium Mercurium figendi aut præcipitandi. Geber dicit, partem fige, partem ad incerandum ſerva.

Proprietas hujus operationis.

In copulatione aquarum, aquæ primo aliquantiſper turbantur: ſed poſtea bene unitæ, ſerenæ efficiuntur. Secundo in arena frigida materiâ elevatur in delectabiliſſimas excreſcentias, monticulos & arbuſta, & ſubito movetur & vivit, & manet in colore metalli, præcipue quando aquas effundas & ſimplicem aquam ſuperfundas, poſtquam arbuſta creverunt. Tertio, hæc materia in triduo plus induratur valde & lento calore. Quarto non ſeparantur ſpiritus neque aſcendunt, quia aqua impedit aſcenſum. Si vero aliquid aſcēdit ad aquæ ſuperficiem coagulatur, & in forma laminæ iterum deſcendit. Quinto fermentum per medicinam unitur ſpiritui: corpus in primam materiam reducitur, id eſt in aquam propinquā, id eſt in Mercurii principium fixationis, & Mercurii præcipitationis. Effundatur igitur aqua à monticulis & ſiccentur lente, & terantur & ponantur in vas Wallenburgenſe ſub ducillo & throno, & primo aſcendet aqua vulgi ſuperflua.

Aperui & volui ſublimata reducere ſuper fundalia: ſed vidi quod impetuoſe ſurſum fumavit in vaſe una cum ſpiritibus aquæ fortis: Mox iterum cooperui cum ducillo & throno & dimiſi ſic ſtare per noctem, ut ſublimata igne ſuo ſuperius figerentur: & hoc factum eſt ſequente die. Rurſum elevata reduxi ad fundum cum leporino pede deponendo, & illic manſerunt pro majori parte rubificati & fixi. Sed vas interius ſupra cineres fuit rubrum, in medio citrinum, & ſuperius circa ducillum glaucum: Sed tandem ubique rubificatum Et veſperi factus eſt dies ſi cundus, videlicet ſabbati poſt Invocavit. Permiſi ſtare uſque in tertium diem Domini cam ſcilicet Reminiſcere, & obtinui ab uno lotone Lunæ & octo lotonibus mercurii, ut ſupra, quatuor uncias optimi præcipitati & fixi; drachma una & pene ſemis, quod erat nigrum circa ducillum, quod tanquam inutile rejeci.

His itaque expertis, ſic viſis, ſolvi 6. lot. lunæ, & 48. lotones Mercurii in cucurbita, & permiſi creſcere in arena frigida, & crevit in una hora mirabili diſpoſitione, & dimiſi per triduum in lento calore, tandem effudi aquam & expoſui excreſcentias & totam materiam, ſimul exſiccavi in teſta vitrea, contrivi & cum præcipitato ut ſupra conjunxi. Sic incepi cum 7. lot. lunæ, à quibus conſecutus ſum 7, lot. præcipitati finaliter, ut infra, luna iterum depoſita, quia in ſolo mercurio ars conſiſtit, ſecundum Gebrum. Impoſui ad fixandum, ſabbato ante Palmarum. Primo aſcenderunt multi ſpiritus aquæ fortis Tertio die expoſui & contrivi, & fuit in fundo adeo compactum & durum ut vix exponere potuerim: Iterum impoſui feria ſecunda Palmarum, & ſtetit ad feriam quartam; tunt iterum cum difficultate expoſui, & in ſupremo ad ſpiſſitudinem digiti fuit rarius & minus tinctum: Illud poſui in fundo, & quod magis fixum & tinctum ſuperius, tunc aſcendebat ad ducillum nigrum & aliquod vivum: Hoc continuò depoſui tanquam ineptum fixioni & magis aquaticum; tandem parum aſcendit & magis declinabat ad album, ſcilicet fundalia cæperunt magis rubificari, ſimiliter vas in fundo. In vigilia Paſchæ tertio expoſui, & fuerunt optime tincti in modum cinabaris præcipue in fundo, & erant ſicciores plus fixi & libenter exiverunt.

Iterum impoſui poſt contritionem & bonam permixtionem: ſteterunt jam octo dies. Feria ſecunda poſt Quaſimodogeniti iterum expoſui, & inveni ſuperius Amalgama, quod crevit & fuit metallicum ſatis cómpactum, & inveni de Mercurio vivo lotonem & ſemis: Contrivi & iterum impoſui, ſtetit modo ſedecim dies, & non fuit æqualiter tinctum, ſed ſuperius mixtum glaucedine, inferius in modum optimi cinabaris.

Poſui mercurium vivum in fundum & poſtea pulveres æqualiter mixtos, concluſive in octodecim diebus, à ludo puerorum

figitur

figitur & æqualiter rubificatur, aut citrinatur in tertia hebdomade semper sub throno & ducillo: & unus loto lunæ dabit sex lotones cinerum fixorum complete, obtinui enim cum septem loto. lunæ vigintiquinque lotones cinerum rubeorum fixorum: sic ab uno lotone lunæ & octo lotonibus Mercurii perduntur duo lotones Mercurii quasi, &c.

Augmentatio cinerum.

Imposui quinquaginta duos lotones Mercurii fixi cum viginti sex lotonibus Mercurii distillati, videlicet medietate illius: exposui sabbato post Quasimodogeniti, & inveni duas libras & unum lotonem optimorum cinerum adeo durorum, quod vix exponere potui absque vasis læsione, quod totum fuit massatum in modum mineræ coloris subfusci, declinantis ad albedinem. Iterum secundo addidi triginta septem lotones Mercurii Nota hic primo impone Mercurium, & postea cineres imbibunt Mercurium, relinquitur in fundo concavitas, ubi jacuit Mercurius, & cineres coagulantur in loco proprio. Exposui feria quinta post Misericordias Domini, & fuit bene massatum: Inveni de fixo tres libras, duos lotones, & de vivo duos lotones, quibus addidi sesquilibrā, & erat tertia inbibitio: Summa quatuor & dimidia libra, duo lotones. Post dies octo exposui & divisi in tria vasa, & in quolibet addidi de vivo octodecim lotones: summa omnium, sex librarum octo lotonum. Exposui post quinque dies & inveni quinque libras & tres lotones fixi, non tamen omnino sicci, & de Mercurio vivo unam libram quinque lotones: summam sex libras, octo lotones. Inveni Marcam optime amalgamatam in fundo vasis generatam, in qua luna à cineribus erat separata, ut dixi, oportuit igitur frangere vas, aliàs non potui exponere Amalgama. Nota ex siccis cineribus forti igne extrahitur amalgama, quando libuerit cum receptaculo suo de Mercurio sub canna. Imposui illud amalgama prius bene tritum & lotum, & abstraxi Mercurium ad thronum & reinveni septem lotones ipsius lunæ & unam drachmam, ut supra dictum. Sic separata & luna à cineribus, & marca una ex illa luna continet dimidium florenum auri, sicut probavi in aqua forti: Post sextam augmentationem amplius non recipit incrementum, sed cupit ad plenum fixari, ut infra patebit. Nota quod semper post quatuor dies exponatur & conteratur, & volatile ad fundum ponatur. Quatuor vasa comprehendunt sex libras quæ in diebus octo augmentantur tribus libris. Si vero post quatuor dies exponis, ut supra, capias rarum in superficie seorsim & contere: similiter durum & magis fixum in fundo seorsim: Tunc primo impone Mercurium vivum, postea rarum & in fine den-

ſum : In ſex imbibitionibus inveni octo libras & ſeptendecim & dimidium lotonem cinerum ſiccorum, & in qualibet libra volatile: ſed finaliter poſt debitam fixationem manent tandem ſeptem libræ & reſidua deponuntur in fixatione ut infra.

De totali fixatione Mercurii præcipitati.

Poſtea fortiori igne digerantur & ſemper poſt quatuor dies exponantur, & fundalia omnino ſicca & fixa auferantur, & ſeorſim in vas ſpeciale ſimul reponantur, tunc Mercurius vivus à ſuperioribus domatur & non reimponatur, ſic continua donec cineres in toto ſiccentur & figantur. Horum ex ſeptem lotonibus lunæ ut ſupra, obtinui ſeptem libras, ut dictum eſt.

Secretum magnum, quando non plus augmentantur, aut pro libitu augmentaſti & fixaſti, tunc ſerva quatuor libras pro fermento, & reſiduum iterum revivifica: poſtea iterum fige. Sic iterando ſeorſim pone ad ſublimationem magnam absque volatili, & materiam in fundo reverbera, ſolve & coagula, & reitera, & fermentum ſerva in quo fige volatilia & erunt alba: Et quando tunc debet fieri volatile, tunc non aſcendit ſed in fundo fluit. Nota quando cineres in proportionato igne cum aquis fortibus imbibis bene & in iis potes prius ſolvere Mercurium mundum: ſolem & lunam, aut recipe aquam fortem in qua prius eſt ſolutum argentū. Ecce continua fermentationem, & poſtea eadem corpora perfecta in ſublimatione magna continuo fiunt volatilia, ut ſupra, & peragis opus tribus diebus. Sublimatio magna facit fixum volatile: In ea copulantur tres partes volatilis cum una parte fixi, aut plus ſecundum diſpoſitionem cinerum levandorum, & quod in fundo manet & non levatur, ipſum iterum cum æquali parte levabis. Et quod omnino non poteſt levari, pro terra noſtra cruda & mortua ſervabitur. Corpus enim non ſublimatum absque ſpiritu neque absque corpore ſpiritus figitur.

Accepi octo lotones fixiſſimorum cinerum ad omnem ignem, & libram unam Mercurii bene animati, & ſublimavi totum præter duas drachmas: Deo ſit Laus. Pro magna, pro maxima recipiatur ad unam pixidem una marca fixi & duæ libræ volatilis Ferrarienſis volat cum volantibus, quieſcit cum quieſcentibus.

Revivificatio cinerum fixorum.

Ultimo cum tam multum habueris Aquæ quam multum requiritur: Tunc recipe unam marcam cinerum fixorum & duas libras Mercurii crudi aut bene animati, quod melius eſt, ſublima tunc: Iterum recipiatur una marca cinerum fixorum, & ſublimetur cum duabus libris, ut ſupra, Mercurii animati. Sic quater reiterando: tunc includentur duæ libræ cinerum fixorum in duabus

bus libris mercurii, ſumma 4. lib. quaſi. Has quatuor libras adhuc ſemel ſublima per ſe, & erit Mercurius bene mundus & animatus. Hunc Mercurium pone ad ignem decoctionis per diem unum aut tres, & generabuntur cineres novi, glauci, apertiſſimi: Hos fige ſuo tempore & igne, quos in poſterum augmentabis, more ut ſuprà, in perpetuum.

De aqua animata.

Hæc elicitur à cineribus fixis per ſublimationem magnam, & oportet habere multum ne tandem indigeſtum digeſto addatur: Sed non poteſt haberi multa absque cinerum augmentatione. Servetur aqua animata in pixidibus Wallenburgenſibus, & ad quamlibet ſchedulam pone, quoties animata ſit: Quæ quanto plus ſoluta & coagulata, tanto melius & plus animata: ſit ad minus ergo quater animata. Optima proba ſufficientis præparationis aquæ, quando in ſublimatione magna non procedit plus aquæ optimæ ut ante ſublimationem magnam Mercurii cum cineribus fermentatis ſub canna ad 24 horas, tunc ſpiritus prius unitur corpori: Imponatur primo Mercurius poſtea cineres, Mercurius primo incorporatur illis, poſtea levatur.

Augmentatio cinerum.

Recipe cineres & adde duplum vel triplum Mercurii, & pone ſub ducillo & throno ad ignem fortem per diem & noctem; tunc recipient ad ſe Mercurium, tunc lento igne effunde reſiduũ Mercurii, & repone ad ſiccandum in ſuo igne, videlicet, quod non aſcendat aut parum, donec ſimul incineretur, & hoc fit per dies octo aut quatuordecim vel circiter, tunc exponatur donec ſiccetur ad quartum gradum ignis. Nota quando cineres debent augmentari Mercurio, quod prius ſint bene ſicci. Sunt itaque fermentum ipſius in perpetuum.

Sulphur à ſulphuribus continetur, omne ſiccum naturaliter appetit ſuum humidum: Detur ignis ſuæ tolerantiæ in exſiccatione Mercurii: non ſeparatur à cineribus niſi parum: quia ſi ſeparetur, non figitur cum cineribus. Augmentum melius fit Mercurio animato ex ſublimatione magna collecto. Nota quando cineres non plus volunt capere Mercurium, imbibatur ſemel cum aqua forti. Nota ſub canna alta Mercurius bis aut ter animatus iterum redigitur in cineres. Nota augmentavi octo lotones cinerum in octo diebus ad quinquaginta lotones, ſemper in magno igne, actum in Novembr. Anno 1489.

Hic nota bene, in inceratione oportet ſemper cum lignaculo facere foramen per cineres, alioquin totum deſtruitur: ſic Mercurius in decoctione per idem foramẽ libere aſcendit & deſcendit, &

nullam

nullam infert violentiam, ſed ſe infundit bene in cineres, tentetur cum baculo ſignato an cineres leventur, an non; Bonum eſt in die applicare ignem bonum & in nocte remiſſiorem, ut ea quæ terræ infixa ſunt, non exeant violenter. Ecce bonum eſt imponere opus infuſionis verſus noctem, ut in die ad horas quatuor poterit habere ignem bonum pro infuſione, & per noctem remiſſiorem, ut poterit igne proportionaliter figi. Nota; impoſui ſedecim lotones cinerum Mercurii bene fixi & duplum Mercurii animati, ſcilicet triginta duos ad ignem decoctione per biduum, & totum fixabatur præter ſex lotones, & ſi diutius ſtetiſſet, totum fuiſſet fixatum. Sequitur ergo quod Mercurius animatus ſic impoſitus ad ignem decoctionis totus figatur & incineretur in tribus diebus. Cum enim cum multo Mercurio augmentavi, & cum modico videlicet dimidia parte, non ſatis eſt mirabile, & hoc eſt verum de omnino fixo. Nota impoſui unam libram cinerum fixorum cum tribus libris Mercurii crudi, & invenimus die tertio poſt amalgama ſpiſſum, quod non plus bullivit. Quod iterum ſolum impoſuimus, & bene fixabatur in triduo poſt igne forti: Ecce in ſex diebus tali modo figitur Mercurius cum cineribus etiam crudus.

Extractio Amalgamatis.

Amalgama extrahitur à cineribus fermentatis bene fixis, cum duobus & dimidio lotone Mercurii mundi ſub canna longa, cum igne decoctionis per diem & noctem: Quo fermentato exprime Mercurium ſuperfluum, & aqua calida poſt contritionem bene ablue, & digere in lunam.

Concluſive pro augmentatione cinerum.

Recipe unam libram cinerum & tres libras animati Mercurii, ponatur ſub ducillo alto in furnum habentem ſuperius foramina ſex |ooo| ſint foramina aperta, ut frequenter quatuor horis trudan- tur |ooo| carbones cum baculo deorſum ſub capella: ſic totum re- viviſcat, quod cum baculo ſenties, tunc coagelatum aſcendet ad ducillum, quod baculo deponere oportet per foramen quantum poſſibile eſt, & ſemper poſt duas horas ſemel, tunc Mercurius iterum deſcendit ad fundum & bullit, ſicut ab initio. Secundo die omnia quatuor vaſa impoſita ceſſarunt fervere, & materia coagulabatur, & efficiebatur rubra, quod in baculo impoſito conſpicere potui. Sic primò cineres amalgamantur cum Mercurio, poſtea coagulantur & rubeſcunt, dimittantut ſic ſtare donec in tali igne magno in totum figantur, & in thronum aſcendet parū Mercurii, qui ibi dimittatur aut iterum imponatur: ſic dimiſi ſtare ad quatuor dies, & inveni ſingula benè executus, ſuperius ſtetit durum & conquaſſatum ſub ducillo, quod vix potuit deponi, & in

fundo

fundo quasi amalgamatum reimposui, donec sufficienter fuit fixatum: Melius videtur, ut suprà, cum duplo Mercurio fixatum in totum tribus diebus: ubi dicitur, imposui 16. lot. Mercurii bene fixi. Nota, quando cineres in magno igne in totum figuntur, tunc amplius non possunt augmentari, ut supra, sed tunc exigit modus, ut sublimetur una pars horum cum sex partibus Mercurii, & si quid remanet, sublimetur & idem ut supra, cum suo Mercurio, tunc solum sublimatum ponatur ad ignem fortiorem sub canna, & iterum decoquatur in cineres, & illi tunc possunt augmentari ut supra, & fortius, in cineribus verò albis & glaucis hoc durum non habet locum. Imposui unam libram Mercurii sæpe animati, videlicet per tres sublimationes sub ducillo ad fortem ignem, & in una nocte totus est fixatus & incineratus. O quanta spes in operum reiterationibus, quælibet enim reiteratio efficit operationem sublimiorem. O quanta gloria in sublimatione magna. Nota, Cineres quando figuntur sub ducillo ad fortem ignem aut temperatum, oportet ut habeant secum Mercurium vivum separatum, alioquin iterum omnes fiunt volatiles. Et est satis mirum, sic ipsum coagulari in sua aqua, uti butyrum in lacte, & aqua retinet aquam. Nota, in fixatione & augmentatione cinerum Mercurius primò imponatur & postea cineres, scilicet in sublimatione magna contrarium. Quantò cineres sicciores, tantò plus incorporant sibi de Mercurio in magno igne. Sicque in coopertorio cujuslibet aperitur foramen unum & foramen januæ superioris, similiter & magna janua inferior, & ille Mercurius sic incorporatus in cineribus figitur cum iisdem in cineres, continuò scilicet non debet teri & separari, ut superius feci, quantò plus animatur Mercurius, tantò plus incineratur etiam per se solum, ut experientia didici.

De præparatione terræ.

Collige in sublimatione terras omnes mortuas, quæ nullo modo poterant sublimari, donec habeas unam marcam aut libram, hanc reverbera ad summam albedinem per triduum, tunc in aceto distillato quater solve & coagula, tunc secundum Gebrum bene præparasti. Geber: Post quadriferam solutionem & coagulationem convertitur in naturam salium, & funditur absque vitrificatione & mundatur à terra vulgi & superfluis, fitque alba crystallina fusibilis & bene præparata. Morienus, mortificato terram, & ipsa in calcem vertetur, & ab omni humiditate privatam revivifica ipsam fluxilem, & humiditatem restitue. Redde ergo terræ aquam suam, donec secum figatur & misceatur, quum terram solo igne dealbasti, eam sufficienter rexisti.

De

De fermentatione & projectione.

Recipe duas marcas auri puri, & funde in tigillo, tunc projicias fertonem (quartam libræ partem) unum dictæ medicinæ bene tritæ, & statim absorbetur ab auro, & fit unum cum eo: Tunc projicias iterum unum fertonem medicinæ, ut duæ marcæ auri absumantur, tunc tere & fortiori igne digere in pulverem rubicundissimum in modum minii: Projiciatur una pars supra centum partes lunæ puræ, & erit aurum optimum.

Si autem per magnam sublimationem solutio & coagulatio iteratur, plus tingit in infinitum. Pro albo fermentatione non indiget, & una pars tingit 160. partes Veneris purgatæ in Lunam perfectissimam.

Augmentum per sublimationem magnam quamdiu est possibile, scilicet quando non potest amplius sublimari, augmentetur cum Mercurio destillato, de quindecim diebus in quindecim dies, cum uno lotone, igne lento, ut in restitutione animæ, & sic in infinitum. Crede quod pro una vice poteris plus augendo apponere, sic tamen ut fixum excedat volatile in quantitate & virtute. Sit laus DEO omnipotenti in secula seculorum. AMEN.

FINIS.

INDEX

INDEX RERUM MEMORABILIUM, QUÆ IN HOC quarto volumine continentur, copiosissimus.

A.

*A*Bluere & ablutio quid sit 750.752.764. ubi fiat 749
Ablutio fecis cum igne calido 747. cur à Philosophis sic nominatur 856
Ablutio lapidis quomodo fit 527.536
Ablutio ignis & terra 151
Acetum acerrimum & fortissimum quid 719.721.725. propriè 979. Philosophorum 401.725. est denigratio 775. ex quo extrahitur 828. Acetum acerrimum est prima vis lapidis 981
Accretio calcis olei & lapidis philosophici 382. calcis cum arg. vivo non propriè accretio sed mixtio 385. vera qua ibid.
Actus activorum sunt in patiente disposito 750
Adamas artificialis 796
Adamantes quando, quomodo & ubi fiunt 427
Adamantis compositio 189
Adrop quid 516
Adrop, id est, Saturnus cur dicatur lapis 825.826
Adustio 869
S. Ægidii morbus vide Morbus.
Ægritudo omnis ut curetur 788.792. unius mensis sanatur una die 169.789.792 797
Ægyptiac⁹ cur dictus lapis 726
Aer quid 725. quando dicatur aqua 755. citrinitas 751 ignis solutus 752. Lapis 722. 725 726. Mercurius 721. nigredo 721
Aer in aerē habet ingressū 427
Aer & aqua cur dicantur spiritus 722
Aer & ignis cur dicantur animæ ibid.
Aer ablutus lapidis nomen 720. nitidus 722
Aeremrubedo designat 775
Aereus lapis dictus 718
Aereus color est flavus citrinus 775
Ænigmata Philosophorum an omnia intelligi queant 785
Æqualis ignis & blandus 767
Æqualitas quando intelligatur contrariarum qualitatum in mistis 386
Æs dicitur lapis 727 nummus 728.719. nigredo 746. apud quos dicatur AZoc 726. quomodo fiat aqua subtilis & spiritualis 775. album quid 728. Hermetis est leo viridis 736
Æs Philosophorum 535.718. pro principio operis 748. æs ustum dicitur lapis 727

Æs Philosophorum vocatur animal Kenkel 889. Fratres uterini 893. conjuges ibid. socii ibid. spiritus 893. corpus ibid. aqua permanens ibid.

Æs coagulat arg. vivum. 738. dum coquitur fit aqua tum lapis, 719. aceto est terendum 724. comburendũ igne levi 745

Æris in argentum vel aurum mutatio 795. contritio vera 746. flos 727. plumbum 719 ari rubro & crudo quot nomina competant 719

Æris philosophici varia nomina 889

Æstas quid 727. 729. in arte chymica quid denotat 917

Æstus omnis cura 787

Agens omne agit secundum formam suam 740. agens & patiens sunt in genere una & eadem res, in specie diversa 723

Agentis & patientis justa proportio 387

Ager natura 739

Alathar ex quo generetur 885

Alba terra 721. 727. 729. 749

Albar æris dicitur unum 738

Albedo est aqua 751. dicitur terra 721. phlegma & aquam denotat 775 fit à reductione 751. in nigredine est occulta 737. 772. 776. per decoctionem devenit ad rubedinem 782. insignis quando appareat 772. falsa qua 746. albedinem sequitur rubedo 721. 775

Alberti Magni libri divisio 842

Albugines cura 787

Album tribus completur 753

Album & rubrum ex una radice pullulant 730. albũ & rubeum sunt unum corpus 735. 752. 783. album quid cur lapis dictus 718. in albo est citrinitas 774. albus color lapidis 765. albus color est aqueus 775

Alembicum cacũ 769. habens unum foramen 770

Alembrat quid 975

Alchymiæ defensio 247 248 988

Alchymia unde derivatur 399

Alexandrini ferrum vocant Azot 523

Alkali quid 739. vid. Sal.

Allegorias certo explicare impossibile 785

Alliar æris quid 889

Almagra quid 729

Almanicus captivus vixit ad quingentos annos 790

Aludela 770. in aludelis formam facta vasa 769

Alumen cur dictus lapis 720. 727

Alterationis & mistionis discrimen 385

Alteratio quo fiat respectu 383

Amalgama quid 729. quando fiat 748. amalgamatio aurifabrorum parum prodest arti 763

Amalgamata coagulandi per spiritum sive animam Saturni processus 362. tinctura ibid.

Amorem confert lapis 789

Angeli disputatroni & argumentis responsio 247

Angulus operis dicitur lapis 719

Anbelitus fœtor 787
Anima quid 75. 722. 728. cur dicatur aer & ignis 722. fermentum 724. lapis 720. 727. Mercurius 721. 722. 723 724 nigredo 718. Sol & Luna 724. tinctura quæ est in spiritu 756
Anima seminatur in terram foliatam 756. à corpore non simul exit 742. quo pacto in corpore conjungatur 780
Anima, corpus & spiritus in Mercurio Philos. concurrunt 738. sunt elixiris partes 740
Anima auri 744. corporum 786. lapidis 740. elixiris 740. anima candida 779. occulta per Etheliam abstrahitur 746
Anima quomodo debet intelligi 75
Anima hominis ut ei infundatur 394
Anima Saturni quomodo extrahitur 363
Anima natura quæ 781
Animæ fugaces 761
Animam & spiritum extrahere quid sit 749. quid in corpus convertere 781
Animam Solis extrahendi modus 357. quomodo misceri debet ibid.
Animal kenkel idem quod as Philosophorum 889
Animal magnum cur dicatur Sol 724
Animal marinũ terere 724
Animalium sperma quid 719
Animalis cur dicitur lapis 719. 721. 726. 738. Sol 724. 738
Animaliũ generatio ex plantis 208. 210
Annus requiritur ad elixir perficiendum 772
Anni unius opus cur dicatur lapis 771
Anthrax lapis artificialis 796
Anthracis curatio 787
Antidotus dicitur lapis 727
omnium corporum curantium 786. 793
Antimonium quid 727. 739
Apostemata 787
Appositio similis naturæ lapidi competit 762
Aptatio Solis cum Luna 980
Arcanum Philosophorũ quare à Sapientibus sic dictum 555.
Aqua quid 720. quando dicatur aer 759. albedo 751. citrinus color 721. lapis 718. 725. 727. solutus lapis 752. Mercurius 728. spiritus 722 724. 756. spiritus corpo purgans 758. aqua adurens 774 ardens 742. aurea. 738. benedicta 719. cœlestis 736. clarissima 734. aqua corporis 724. aqua fœtida ib. 736 fortis 721. 725. 727. lucida 721. aqua Mercurii cocta 756. aqua munda 739. aqua Paradisi 755. aqua permanens seu perennis 720. 724. 980. aqua Philosophorũ 739 nõ madefaciens manus 741
Aqua radiãs 722. safferanica 780. serena & perpetua 720. sicca & calida 780. viscosa 729. rubificans 870. Philosophorum est vas eorũ 769. dicitur vas Hermetis 724. dicitur oleum 725.

abluit sordes de terra nostra 758. ejusdem elogia 760
effectus 759
in Aqua philosophica pura solvenda sunt Sol & Luna 733
Aqua ad dealbationē cooperatur 763. 776. solvit terram 751. non inspissatur nisi à terra 753. nō subitò sed paulatim super terram reducenda 763. quando fiat ea, cur sic dicatur vel negetur 719. quando fiat pulvis 746. quando dicatur ablui 760. ad aurum 1001. ad argentum ib. Mercurii 984 ardens quotiès rectificanda 334. corruptilis quæ 145
Aqua & ignis sufficiunt in dealbatione 756. 758. Latonem abluunt 761
Aqua & vapor sunt in opere 746
Aqua destillata ex luminaribus 548
Aqua Mrrcurialis solvit omnia metalla 565
Aqua rubea quæ 929. Regia quæ 356
Aqua in qua aurum est solvendum ejus specierū pondera 913
Aqua per quā corpora in primam materiam resolvuntur 833. ejus signa ibid. ejus virtus ibid.
Aqua prima 185. secunda ib. tertia ibid. quarta ibid. quinta ibid. sexta ibid. septima ibid. aquarū resolutio ibid.
Aqua secunda per sal armoniacum 833. tertia qualificata per Mercurium sublimatum 833. quarta qualificata per quam omnia corpora calcinata in primam materiam reducuntur 833
Aqua sicca materia est principalis omnium metallorū 941. varia nomina ibid.
Aqua extrahēs tincturas 867
Aqua vitæ quid 723. 724. ex quibus dispensatur 832
Aqua viva 723. vivificata 547
Aquare sive Aquatio quid 752
aqueus lapis dictus 718. aqueus color est albus splendidus 775
Aqua colores principales quatuor 721. dealbatio 776. aquæ minutio et auctio est ceratio 751. aquæ nigredo quomodo colligatur 746. aquæ cum terra cōmixtio ut fiat 762. aquæ exaltatio 719 aquā albedo designat 775
Aqua mixta ari vel prædominante quid fiat 760. in aqua comburere 752
Aquæ ardentis distillatio ex vino 334. extractio de terra 848. reductio super terram suam ib. fortis Mercurialis confectio 340. in auro & argento virtutes 828. in quibus sulphur decoqui potest 867. in qua corpus solutū est varia nomina 944. minералis proba 545. quomodo purgatur, amalgamatur ib. fortis magisterium 92
Aquæ vitæ actuatio cum sale tartari volatili 336
Aquam omnes res appetunt 536

Aquarum fortium natura & earũ approbatio 89. reprobatio 871. Mercurialium finis & effectus 351

Aquila juventutem renovat 791. dicitur lapis 727

Arabes Saturnum vocant Azoc ibid.

Arbor dicitur lapis 727. arborum omnium nomine nominatur lapis 719. arborũ vivificatio à lapide 795

Arcanum artis auri quid sit 736. arcanum arcanorum in via non ponitur 799

Argyropœa finis 373

Argentum quid 720. dicitur lapis 727. lutum 726. Thaurit ibid. purum est arsenicum Philosophorum 734. est fermentũ elixiris albi 739. apud quos dicatur Azoc 726. argentum sine argento generari non potest 733. argentum colorem argenteum tribuit 741. argentum, aurum & Mercurius sunt materia lapidis 736. argentum & aurum cui dandum ad deglutiendum 737. ut examinandum ante inceptionem operũ 732 vulgi est impurum, agrum & sterile 747. quando sumendum à Philosopho ibid. cur lepram curare nequeant 791

Argentum destruere quid sit 749

Argenti spuma umbram corporibus adimit 759. in aurum conversio 787. ex argento fit argentum 732

Arg. viv. Philosoph. quid 734. 858. quale per totum caput XVI. 727. seq. unde elicitur 741. dicitur draco 724. finus Philosophorum 722

Arg. viv. est ignis 768. lapis 718. 719. lapis recipiens formam 737. lapis mineralis 738. est materia lapidis, sulphur vero forma 721. est mater lapidis 721. dicitur Mercurius 722. 725. cur cõmiscetur vulgaris 756. dicitur extractum de cambar 739. arg. viv. & sulphur in mineralib. idem quod sperma in animalib. 719. sunt metallorum principia 735. non sunt illa ex quibus fit lapis 742. arg. viv. vulgare quale 732. ut ante opus eligendum 733

Arg. viv. animatum 399. cur auro jungatur in opere 397

Arg. viv. Philosophorum non est arg. viv. commune 125. unde extrahatur 26

Argentum vivum est sperma omnium metallorum 544. continet in se sulphur bonum quo congelatur in aurum & argentum secundum diversum digestionis modum 843. non nisi dato respiraculo congelatur 333. præparatum hîc velut alimentum 382

Arg. viv. vegetabile 334. vulgare quomodo in igne detineatur 562. cur non sublimandum à mineralibus 398. quomodo purgandum 349. 545. præcipitatum 390. cur dicatur esse a-

qua 541. in ceratione commodissimum 345
Arg. viv. secund. Geber. quid 827
Argentum & aurum princeps causa 376. cur non agant in natura in argentum vivum & reliqua metalla 376. Solo igne solem in oleum mutari 381
Argentum in natura sua non alterata non agere in metalla & arg. viv. 376
Argenti vivi dubium 410 purgatio 400. animatio prima ibid.
Arg. viv. crudi, cocti & rubri varia nomina 721. 722. 725. vulgi in argentũ vel aurũ mutatio 795. ab argento vivo solo fit & nutritur aurum 738. in Ariete existente sole an opus sit incipiendum 767. definitio & ejus virtutes 844. coctio 541
Argenti & auri intentio varium 378
Argenti & auri prima præparatio in calcem productio ibid. vivi præparatio 872. compositi solutio 400
Argenti vivi substantia propria 565. natura 826. laus & encomium. 250. præstantia in lapide rubeo ibid. congelatio est principale secretum finale 48. materia quomodo reperitur 53. & ubi ibid. portio non tota in aurũ convertitur 241. sublimatio. 865. à quibus rebus debet sublimari ib. secunda nascentia 63
Arg. vivi vulgi defectus 398
Argilla ubi nascitur 427
Augmentationis methodus 382
Argyrogonia & Chrysogonia est causa efficiens auri 388 ejus investigatio. ibid. faciles labores & parvos sumptus requirit 349
Assatio sive Optesis 395
Ars ab ingenio juvatur 799. ibi incipit ubi natura desinit 740. 751. est naturæ imitatrix 798. quomodo 751. chemica quomodo acquiratur 797. in potentia Dei est 800. aquis nutritur ut infans lacte 760. & scientia de lapide philosophorum non est data nisi philosophis 47. in quibus naturæ imitatrix 395. in quibus non ibid. tota in sublimatione consistit 855. quomodo corrigit & supplet fortitudines quas in materia naturæ invenit 86
ad Artem chymicam non multum requiruntur 496. ejus facilitas ibid.
Ars chymica avaris & osoribus absconsa 331
Armenia canicula 762
Armoniacus sal vid. Sal.
Arnaldus de villa nova Papam Innocentium sanat 292
Arsenicum quid 409. 827
Arsenicum Philosophorũ quid 724 727 734
Arsenici natura 350. ejus sublimatio ibid. 873. Fixio. ib.
Artephius vixit mille & viginti annis 791
Arterias humectantia 788. 792

Arthri-

Arthritis hereditaria non sta. facile tollitur 796. cura 787
Artifex naturam inspicere debet 825
Artifex chemicus qualis esse debat 772. 797. ejus industria ad absolutionem operis multum valet 772
Artis clavis, qua dicatur vide clavis, auri arcanum vide arcanum.
Artis magisterium est coquere Mercurium & sulphur 760. Philosophorum operationes 748. ad artem cur pauci pervenerunt 719
Artis elementa quinque 864. partes 396. intentio 410. 887. radices 871. definitio 2
Artis totius in summa universali effectus 94. partes & officium gradus extensos primarum qualitatum intensiorss reddere 377.
Verus processus quadruplex 903. inventio per quam fit multiplicatio 27
Artista naturam quomodo cognoscere debet ut possit ei assimilari in aliquibus casibus 35. quomodo debet custodire naturam spiritus quinta essentia sicut formam formarum 72. & quomodo deber considerare potentias duorum argentorũ vivorum post conjunctiones ipsorũ 69. quomodo debet notare virtutes minerales propinquiores perfectioni 129. & quomodo debet intelligere quando lapis perdit suam naturam ibid. quomodo debet esse virtuosus ad inquirendam noritiam primã lapidis 30
Alkibric vel Kibric quid 986
Asperum quando fiat molle 790
Assare quid 751. 752. 754
Astra an ad opus physicum aliquid conferant 785
Atramentũ dicitur lapis 727
Auctorũ veritas ubi latet 785
Augmentatio quid. 748. Mercurii philosophici 835. cautela 382. vis ibid.
Augmentum ad utrumq; 980
Avicenna medicina lapide multo inferior 786. 787
Avis de nocte sine alis volans qua 355
Aureæ calcis proprietas 405
Auri anima quid 744. examen quale 787. 796. flos fermentũ colla quid 719. 727. 728. ejus seminatio quot fructus afferat 735. ex auro fit aurum 732
Auri calx quomodo facienda 401
Auri concretionis causa 399. solutionis ibid.
Auri definitio & ejus virtus 843
Auri & argenti conjunctio necessaria est ad lapidem philosophorum comparandum 844. communia & propria qua 373
Aurifici salus virtus medica 406
Auripigmentum quid 719. 721. 727. 728. 729. clavis Alchimia 524
Auri spiritualis sublimatio per rubedinem 992
Auri spiritũ extrahendi praxis 381

Auri semen 396. *solutio* 972
Auruum dolor & surditas 787
Auro cur arg. vis jungatur in opere 397
Aurum quid 721. 734. *apud Indos dicitur Azoc* 726. 728 *apud Hebræos Or. id est. lux* 728. *corpus quod semen dat* 741. *est fermentum elixirus rubri* 739. *est secundū fermentum fermentatum* 798 *cur & quando dicatur lapis* 720. 721. 737. *est sulphur Philosophorum* 734. *dicitur Temeinchum* 726. *est solum pro lapide necessarium* 735. *ex quibus sit ex ijsdem etiā nutritur* 738. *principium operis* 748. *vulgi est impurum, agrum, & sterile* 747. *quando sumendum à Philosopho ibid. aurum sine auro generari non potest* 733. *aureum colorem tribuit* 741. *in prima dispositione leprā curat* 791
Aurum potabile quid sit 794. 795. *Philosophorum unde & quomodo fiat* 733. 788. 790
Aurum & argentum ut examinanda ante opus 733. *danda seni ad deglutiendū* 741. *non sunt extranea Mercurio* 731. *non dicuntur metaphoricè* 740. *aurum, argentum & Mercurius sunt materia lapidis* 738
Aurū destruere quid sit 749
Aurum & argentum principia generandi 375
Aurum nihil potest fieri, nisi prius fiat argentum, & eius ratio 854
Aurum non habet semen de-

Versum ab aliorum metallorum seminibus 426. *non nisi in montibus quærendū* 427 *per se difficillimæ fusionis facilè fluit cum Mercurio* 845
Aurum philosophicum necdū cognitum 265
Aurum posse confici probatur 237
Aurum purpureum 562
Aurum quod fit ab Alchymistis non est verum aurum 244. *quomodo purgatur* 545. *quomodo ad fermenti formam deducendum* 351
Autumni appellatio quid 917 943
Autumnus dicitur lapis 727
AZoc, AZot, seu AZoth quid 727. 729. 735. 758. *cur dicatur indivisibilis* 734. *quinta essentia* 729. *servus fugitivus* 729. *spiritus elixirus* 740. *spiritus animatus* 735
AZoth quid sit 401. 409. 523 *variè nominatur ibid. requiritur ad elixir* 740
AZoth & ignis latonem abluunt 758. 759. 761. 774
AZoth, aqua Mercurii vel ethelia 901
AZoth à latone non potest substantialiter suum colorem auferre vel mutare 996

B.

Balagius artificialis 795
Balandina lapis 190
Balax lapis 189
Balsamus subjecti Hermetici cum corpore humano singulare habet harmoniam 328
Balsamum Philosophorū 788
Basiliscus dicitur lapis 727

Bene-

Benedicta aqua, vide *Aqua*.
Benedictus lapis triplex 719
Bernhardus multos insanabiles morbos curavit 555
Beryllo compositio 191
Beryllus artificialis 796
Bestia venenata cur lapis dicatur 718
cum Beya est Gabricus conjungendus 736
Biennium ad opus chymicum perficiendū requiritur 771. 772
Bilis dicitur lapis 727
Blandus ignis & aqualis 767
Bocia quid 769. *aurea ad lapidē quanta esse debeat* 768
Bonitas tinctura unde procedit 990
Brumazar quid 986. 987
Brutorū cor dicitur lapis 727
Bufo dicitur lapis 727. *grossus de lacte* 759. *appositus super manus mulieris* ibid.

C.

Cahala quid 785
Caduci morbi cura 793
Cœlum dicitur lapis 727. *spiritus elixiris* 740. *cœli contemplatio non est necessaria ad opus physicum* 785
Cœleste dicitur lapis 727
Calculos terere 724
Cala quid 739
Calcinare seu calcinatio quid 278. 406. 527. 749. 750. 752
Calcinatio ubi fiat 749
Calcinatio Mercurii per precipitationem fixati 334. *Luna* 1002. *tartari* 343. *corporum* 873.
Calcinatio in qua ultimo gradus figendi completur 939
Calcinatio lapidis Philosoph. est necessaria 402. *scopus ib. est quintus gradus perfectionis* 406
Calcinationis vas & ejus tempus 407
Calcis aurea proprietas 405. *aurifica virtus medica* 406
Calcedonei compositio 191
Calx ad solem quando sublimatur quomodo esse debet 853
Calx auri quomodo facienda 401
Calx quid 410
Calidum refrigerans 794
Calidus & siccus cur dicatur lapis 721
Calor agens in humido quid generet 774. *dealbans non debet esse nimius* 768. *temperatus quid efficiat* 767. *in coagulatione qualis requiratur* 762. *calorem naturalem roborans* 794
Calore lento coqui debet Mercurius 767
Calor externus causa efficiens perfectionis lapidis Philos. 404
Calor philosophicus 66
Caloris naturalis cognitio 97 *ejus dispositio ad sulphur procreandum* 98
Camapheus lapis 191
Cambar quid 728
Camelus dicitur lapis 727
Cancri cura 787
Candidus color 777
Candida fœmella, vid. *fœmina*
Candor nativus 776
Canis dicitur lapis 727. *cœtaneus & catula Armenia* 735. *canis masculus & canicula Armenia* 762

Canis Balsami 949
Canones decē de lapide Phil. 414
Capilli dicuntur lapis 726
Capillorum canorum mutatio 789
Caput dicitur lapis 727
Caput corvi quid 718. 727. 745. 753. *quale esse debeat* 744. *quando fiat.* 771
Capitis dolor 787
Carbo dicitur lapis 727. *montis quid* 739
Carbunculus quando dicatur lapis 723. *ex crystallo* 788. 790. *est rex omnium lapidum* 188
Carcer quid 769
Cardiaca passionis cura 787
Carmen Apollineum Heliacum 287
Carmot quid 729
Carnis à corruptione præservatio 790
Carum & Gile dicitur lapis 719. *cur dicatur carus* 721
Cataractæ cura 787
Catula armeniæ 736
Cauda draconis quid 748. 759. *quando similis color lapidis* 766
Cathena aurea 117.
Cautela malagmatis destillati 401
Cœmeteria dicta à Vasa 770
Centrum terræ quid 423
Cerandi methodus 408
Ceratio quid 749. 751. *perfecta quæ* 761
Ceratio à Gebro definita quid 408
Ceratio perfecta à Philosophis cur sic nominata 857
Ceratio Sophistarum 408
Ceratio sextus gradus perfectionis 407
Cerationis necessitas ibid. dubium ibid. solutio ibid.
Cerationis perfectæ signū 408
Cerebrum dicitur lapis 727
acetoterere 724
Cerificatio pro ratione ordinis secundi 343
Cervus juventutem renovat 791
Chaos dicitur lapis 719. *an sit Materia Philosophorum ib.*
Chemia est donum Dei 800
Chemistarum elementa, vide *Elementa.*
Chelidonia dicitur lapis 727
Chibrit quid 524
Cholera & ignis à citrinitate designatur 775
Cholericus dictus lapis 718
Chymici Vulgares non recte solvunt metalla 429
Creatio lapidis 151
Crystalli fixi Mercurialis solutio 351
Crystalli lapides succinei 356
Chronici morbi cura 789. 792
Chrysolithus 788
Chrysoprasus 796
Chrysopœiæ scopus 404
Chubul quid 728
Cibatio quid 756
Cibi assumendi quantitas unde dignoscatur 763
Cicatrices 787
Cinerationis dispositio 930
Cineratio quid 858
Cinerandi modus 958. *dispositio ibid.*
Cineritius color 765. *postremus est omnium colorū ib. cinereus obscurus color lapidis* 772 *cineritius subrufe-*

fe color lapidis 765
Cinis dicitur corpus immundum 724 *cinis cinerũ quid ibid. clavellatus quid* 727. *Philosophorum quid* 739. *nõ vilipendendus quid* 744
Cinis per calcinationẽ factus fusibilis 940
Cinnabaris seu cinnabrium Philosophorum quid 727. 729.
Circulus est masculus & fœmina & de eo quadrangulus 745. *simplex* 608 *duplex ibid.*
in Circulatione alicujus materia tantum tertia pars vitri debet esse impleta 336
Citrinitas est aer 751. *est in albo* 754. *fit à fixione* 751. *choleram & ignem significat* 755
Citrinus color dicitur aqua 721. *falsus citrinus* 774. *flavus est aereus* 775. *in est albedo* 778
Citrinum quomodo generatur 841
Claritas totius mundi 786
Clarum opus dicitur lapis 719
Clavis artis qua 745. 775
Coagulum quid 566. *dicitur Mercurius* 741. *lactis dicitur arg. viv.* 725
Coagulare quid 566. *unum ex regiminibus lapidis* 753
Coagulatio 527. 749. 751 *ubi & quomodo fiat* 755. *in coagulatione qualis calor requiretur* 762. 767
Coagulatio à Philosophis cur sic appellata 857
Coagulatio est sexta dispositio speculi 525
Coagulatio materiæ solutæ 344
Coagulatio Mercurii corporalis revivificati 358. *cum simplici fermento solis* 360
Coagulatio secundus gradus perfectionis 405
Coagulationis 40. *dies ibid.*
Coctio 898
Coctionis causa 412
Coctio argenti vivi & sulphuris 541
Coctio omnes operationes complectitur 730. *una est* 768. *est causa coloris* 775
Cœli terrestris tractatus 288
Coitum excitantia 787
Colica cura 787
Colla auri quid 719
Colores lapidis physici 772. *an omnes appareant* 775. *quot sint principales* 721 773. 775 *quot colores tot nomina* 776 *quãdo in lapide appareant* 754 756. 760. 765.
Colores in opere operantis 550. *in amalgamatione ibid. principales quot* 536
Colores quomodo in gemmis fiant 427
Colores varii unde 406
Colores in ceratione 408
Cohobatio 356
Calcamenti generatio 885
Columba quando fiat 771
Comburere in aqua 752
Combustio in lapide vitanda 755. 757. 762.
Commixtio quid 751. 752. *conjugibus comparatur* 738. *aqua cum terra ut fiat* 762
Communia auri & argenti viv 373
Compares Mercurii qua dicantur

eantur 731
Complexio quid 751
Complexionis latitudo 132
Compositio quid 751. 755. 871. prima fit ex pluribus rebus 738
Compositio sulphuris rubei 152
Compositum quid 721. 734. Philosophorũ cur dicatur terra alba vel rubra 726. totũ cur dicatur lapis 718. cur plumbum Philosoph. 729. dicitur principium operis 748. irrigatum non sinit frangi corpora 759
Conceptio rerum, vel conceptus quid 917
Conceptio ubi fiat 752. 753. 775.
Concoctio quid 394. ejus species ibid.
Congelatio quid 751. 753. 754. 755. in congelatione qualis ignis requiratur 753
Congelatio argenti vivi est principale secretũ & finale 47. signum verum 933
Conjunctio seu cõjungere quid 751. 753. sine nigredine nulla 772. fit corporis cum anima mediante spiritu 789
Conjunctio corporis & spiritus 846
Conjunctio rubei 145. liquefactionum 144. magna 62. Solis cum Luna 340
Consolidare unũ est regimen lapidis 753
Continuus ignis in dealbatione 766. 767
Contractura curatio 793
Contritio quid 749. quãdo dicatur absoluta 746. 748. fit igne non manibus 746. 751. qua fit aqua 871
Conturbationis pelagus quando fit 757. 761
Convertere elementa quid sit 753.
Conversio naturarum quomodo fit 770
Coquere quid 751
Coquere Mercurium & sulphur est totum magisterii artis 760
Cor seu cor brutorum dicitur lapis 727
Cor confortans 787
Corallus & corallus uterque quid 721. 727. 762
Coruscenes canis 726
Cœlum & astra quomodo semen producunt 392
Cornu oculi cura 787
Corpus dicitur esse forma & quomodo 779. dicitur lapis 719. 727. Mercurius 721. 722. 725. 728
Corpus, anima & spiritus sunt elixiris partes 740. in Mercurio philosophico concurrunt 738
Corpus & ossa cur dicta terra 722. animatum lacte suo nutriẽdum 853. humanum ab omni infirmitate quid sanet 787
Corpus illustratum quid 723. immundum 724. 744. immundum non intrat magisterii philos. 738. impurum est Saturnus 731. corpus imperfectum quid 724. metallicum est Sol 719. 735. perfectum perficit imperfectum 745
Corpus quando dicitur liquefactum 775. rubeum & album sunt unum 735. resolvendum

Vendum in Mercurium per Mercurium 744. terendum ut fiat spiritus impalpabilis 746. nisi fiat aqua non rubiginatur 761

Corpus in animam convertere 781

à Corpore quomodo mors expellatur 759

Corpora quid 739. 741. vertenda in non corpora 746. per dissolutionē subtilianda 748. non nutriuntur sed solum germen eorum 755. difficilius destruere quam construere 749

Corpora ærea cadunt in Persia 884.

Corpora heterogenea & debilioris mistionis facilè in varias separantur substantias 389

Corpora calcinata ut reduci possint, quomodo præparanda 834

Corpora imperfecta quando generantur 526

Corpora metallica quomodo gezerantur ibid.

ex Corporib. mistis plures substantiæ arte eliciuntur 389

Corporum calcinatio 873. dissolutio ibid.

Corporū mineralium quatuor species 615

Corporum spiritus & anima quid sit 786. vera liquefactio qua 745. dissolutio vide Dissolutio corporibus quid umbram adimat 759

Corporale dicitur lapis 727

Corpus nisi fuerit cum Mercurio incorporatum nō ascendit supersus 853

Corpus imperfectum quomodo præparari debet 545

Corpus mistum ex humido & sicco constat 389

Corruptio quid 750. corruptio & generatio ut fiāt 737. 776

Corruptio omnium rerum 43

Corruptio qualis sit & dicatur si arg. vivum in aurum vel argentum vertatur 373

Coralius rubeus 562

Corsuffle quid 727

Cortex dicitur lapis 727

Corvus dicitur lapis ibid.

Corvi caput vide Caput.

Corvi quot in Philosophorum monte occurrunt 620

Cribrum quid 769

Cribratoria dicta vasa 770

Crocus dicitur lapis 727

Croceus color 777

Crystallus dicitur lapis 727. fluxibilis & malleabilis ut fiat 784. ex crystallo carbunculus vide Carbunculus.

Crudum digerens 790

Crudus spiritus vide Spiritus.

Cucurbita quid 769

Cuprifermentum est cuprum 740

D.

DÆdalus dicitur Mercurius 721. 725

Dealbatio quid 858

Dealbatio est totius operis fundamentum 938

Dealbare, dealbatio, dealbificatio quid 749. 752. 754. 771

ad Dealbationem cooperatur aqua 760. 776. in dealbatione qualis debeat esse ignis 753. 766. aqua & ignis sufficiunt 756

Dealbans calor non debet esse nimius 768
Dealbatio terra integra 837
Debilis ignis 768
Decoctio quid 749. 754 *decoctio prima tempus certum non habet* 772. *ejus effectus* 749. *una opus est ad opus* 729. *in prima decoctione quid fit* 748.
Decoctio primi gradus usque ad albedinem 936
Decoctio secundi gradus usq; ad rubedinem 938
Decoctio prima fit cum calore solis 181. *secunda lapidis ibid. tertia fit cum calore ignis communis* 181
Decoctio tertii gradus usque ad calcinationem 939
Decoctionis prima bonitas 893. *secunda ibid.*
Decoquere, assare, fundere, &c. est una operatio 755
Denigratio est acetum Philosophorũ 725. 775. *est tinctura & perfecta solutio* 752. *est principium operis* 775
Dentes corrosi 787
Depuratio Solis quid 747
Descendere, fundere, assare est una operatio 754
Descensio 753. 754
Desiccatio quid 749
Desponsatio ubi fiat 752. *indissolubilis* 859
Destruere difficilius corpora quam construere 749
Deus tribuit fortunam labori 800. *obscuritatem mysteriorum illuminat* 802. *ab ipso exspectanda est omnis scientia & sapientia* 801
Deus homini concedit omnia non coactus, sed ex proprio velle 423
Dies quid sit 771. *diei unius opus cur dicatur lapis ibid.*
Differentia inter combustionem & mortificationem 538.
Differentia inter lunarem & solarem medicinam 533
Differentia inter masculum & fœminam 66
Digestio 753. 754
Dispositio una est lapidis ad opus album & rubrum 729, 736.
Dissimilia semen suum in se possident, consimilia vero non multiplicantur 751
Dissolutio quid 750. 753. 754. *parit nigredinẽ* 751. *quando fiat* 755. *ejus secretum est nigredo* 773
Dissolutio corporum 874
Dissolutio lapidis in primam materiam & ejus putrefactio 846
Dissolutio primus gradus perfectionis 404
Dispositio prima quæ incipit opus in forma practica 141
Destillatio aquæ ardentis ex vino 334
Distillare seu distillatio 749. 750. 752. 753. *ut fiat* 749
Distillatio per quod tempus durat 547
Distillatio malagmatis 401
Distinctio prima 137. *secunda est de figuris prima partis solutivæ* 138. *tertia est de figuris de secunda parte solutionis* 139
Divites cur dicantur habere lapidẽ 718. *dolor capitis* 787

Draco

Draco quid 722. 724. 727. quãdo moriatur 730. natus in nigredine ſuo paſcitur Mercurio 762
Dulce quando ſit amarum 770
Duo componunt medicinam 734. ex duobus ſpiritu & anima, compoſitus eſt lapis 735. ex duobus opus 733
Durum ut molleſcat 786. durum corpus lapidis nomen 719
Dynamis ſive potentia 600

E.

EBrietatem prohibentia 787
Ebſemech quid 728
Ebur & ebur uſtum dicitur lapis 727
Eclipſis lunæ & ſolis 63
Electri ſolutio quomodo & quando fieri poteſt 356
Elementa Chemiſtarum dicuntur compoſita 720. convertere quid 753. elemẽtorũ colores quomodo ſint in opere 775 mater cur terra dicta 758. ſeparatio 754. in lapide vitanda 741. ex elementis quatuor lapis compoſitus eſt 728. elementalis cur dictus lapis 726
Elementorum groſſorum ſubtiliatio 45. 46
Elementa in quatuor partes dividuntur 538
Elementa quatuor generant ſperma 423. quomodo exiverunt ab una ſola materia quæ in ſe continet ſpeciem mineralem 35. quare converti nequeunt 118. quomodo ſubtiliantur & ingroſſantur per rotam circulatorĩ 116 quomodo inter ſe convertuntur 533. quot 424. quomodo ſperma generent ibid.
Elementum ſecundum in lapide philoſophico 837
Elementorum ſymbolum, retinaculum 119
Elsotropia compoſitio 190
Elixir quid 702. 719. 794. 875. album 789. completum 745. ex quibus rebus fiat 741. in opere præcedit Azoth 735. diuturnitate meditationis invenitur 798. quot ſint partes 740. forma & materia unde ſumẽda 740. completi ſigna certa 783
Elixare quid 925
Elixatio ſive Epſeſis 394
Elixir album dealbat uſque in infinitum 860
Elixir ad utrumque faciendũ 946
Elixir ex partibus animaliũ ovo, capillis, ſanguine 872
Elixir perfectè completum ſive ſapientum ſtructura 879
Elixir rubeum 906
Elixir vel lapis Philoſophorũ completus 862
Elixir vera hominum & metallorũ medicina quæ 879.
Elixir verum 925. quomodo componitur ib. partes duæ ibid.
Elixir ii compoſitio 913
Elixirii ſpecies quot 912. ejus praxis ibid. & ſeqq.
Elixirii cõpoſitio fit per quartam operationem 153
Elixiris prima pars eſt alba 944. ſecunda rubea ibid.
Elixiris rubei compoſitio 166.

Elixiris submersio quid 949
Elixiris utilitas duplex 888
Epilepsiæ cura 787
Epsesis sive Elixatio quid 394
Equus dicitur lapis 727
Error in Chymia duplex 990
Essentia quinta vide *Quinta essentia*
Ethel quid 729.901
Ethelia quid 728 736
Ethelia cum teritur fit pulvis 746
Ethnicorum differentia duplex 572
Exaltatio aquæ dicitur lapis 719
Exmiraldi compositio 190
Extēsio qualitatum quid 377
Extensionis & intensionis differentia. 387
Extrahere quid 749
Extractio animæ è corpore ut fiat 742
Extractio aquæ de terra, & reductio aquæ super terram suam 848
Extraneum nihil lapidem intrat 760
Exuberatio humidi nutriendi & nutritivi 164

F.

Febrium omnium cura 787 789
Feces Mercurio addendæ 342
Fecum operatio secunda 1004
Fecum proportio in sublimando quæ adhibenda 346
Fel, seu Fel piscis dicitur lapis 727
Femina dicitur Corpus 724. *Luna* 736. *Femina alba fugiens habet alas* 726. *fœmella candida* 731. *obscura.* 774 *vide*
Femina masq; sunt arcanum artis auriferæ 736. *de femina & masculo facere circulum* 745
Fermentatio lapidis physici 777. *per totum caput* 780
in Fermentatione quid observandum 777
Fermenti vires & facultates 780
Fermenti præparatio 983
Fermentum quid 720.721.722 728.777.780 *quot modis sumatur* 779. *cur dicatur lapis* 780. *Mercurius seu argentum vivum* 721. *anima* 728.777 *appellatur anima corporis imperfecti* 778
Fermentum auri quid 719
Fermentum corporum 739
Fermentum fermenti 725
Fermentum albū & rubeum ut fiat 780
Fermentum lapidis est sol & luna 778.780
Fermentum auri 702. *ib. luna ibid.*
Fermentum philosophorū duplex 702
Fermentum lunæ est sperma fœminarum, solis sperma masculinum 915
Fermentorum natura, & eorum aquæ 91
Fermentorum variis modi 307
Fernelii sententia 393
Ferrum quid 729. *ferrum dicitur lapis* 727. *apud quos dicatur Azoc* 727
Ferri fermentum est ferrum 740
Ferri flos, vide *flos.*
Ferri in argentum vel aurum mutatio 795

Festinatia est ex parte diaboli 771. *primus error artis* 772
Festinatione multi perierunt 772
Fex quid sit 747
Fidda 917
Figura triangularis demonstrās principiū practicæ 140
Filius charissimus philos. 736
Filius terræ 758
Fimus equinus quid 722. *est calidus & humidus* 767. *dicitur Mercurius* 766
Finis Argyropœiæ & chrysopœiæ 372
Fistulæ curatio 787
Figere, fixare, fixio seu fixatio quid 405.749.754.869
Fixio est unū regimen 754. *ubi fiat* 749. *igne pusillo fieri debet* 765. *parit citrinitatem* 751. *fixio nulla absque nigredine* 772. *in fixatione qualis ignis adhibēdus* 764
Fixio aëris 161
Fixio & lapidis multiplicatio 857
Fixio mercurii necessaria 342. *duplex ibid. in sulphure repurgatio necessaria* 348. *quomodo & quando reiterāda* 345. *prior tertius gradus perfectionis ibid. quadraginta dierum ibid. posterior quartus gradus perfectionis* 406 *Fixio* 240. *dierum* 406. *cum conservatione fusionis* 342
Fixionis modus per crebram sublimationem 343. *dispositiones variæ* 478. *signum* 858
Fixam materiam facere volatilem 853
Fixum quando volat cum volatili 821
Flammæ ignis 768
Flos aris 727. *auri.* 719. 727. *salis* 727 *ferri* 727
Flos vitis dicitur lapis 727
Flavus citrinus color est aereus 775
Fluxus rebumatici cura 787
Fœdum ut illustretur 786
Fœtens dicitur lapis 745
Fœtens nigrum vide *Nigrum.*
Fœtor anhelitus 787
Fœtum mortuum extrahentia ibid.
Foliata terræ 720
Folium dicitur lapis 727
Foliorum omnium nomine nominatur lapis 719
Fons dicitur Mercur. 721. 725
Fons vitæ quid 721.725
Fons Gypsensis cuprum ex ferro facit 239
Fonteneiblian fontis virtutes 610
Forma quid 728 *quomodo corpori competat* 779
Forma agit per qualitates primas & hæ per posteriores 379
Forma corporum ut fiat 755
Forma nigra, fœtida & subtilis 774. *Elixiris ex sole & luna deprompta* 739. *lapidis qua* 721. *Mercurii philos. qualis esse debeat* 743
Forma agit secundum materiæ dispositionem 750
Forma minor 9
Forma quomodo sit in semine 393
Forma quomodo percipiatur 393. *considerandæ ibid.*
Forma materiæ proximæ insculpenda 372. *substantialis*

tialis in quolibet corpore unica ibid. est actus prior ibid. accidentalis est actus posterior ibid.

Fornax una, unum vas 769

Fortis ignis in rubificatione 766

Fortis ignis totum corpus perdet 768

Fortitudo fortis 786

Frangibilitas à projectione ut corrigatur 783

Frater & fratres uterini dicitur lapis 727

Frater Mercurii est sol 724

Fratres uterini quandoq; dicitur à philosophorum 893

Frigidum excalfaciens 795

Frigidus & humidus cur dicatur lapis 721

Frigiditas & humiditas causa nigredinis 776

Frutex dicitur lapis 727

Fruticum vivificatio à lapide 795

Frumenti granum: vide *Granum*

Fugitivum ut figatur 786

Fumus albus quid 729.736

Fundere, decoquere, assare &c. est una operatio 754

Furni calefacti & clausi ignis 768

Fusibile sal quid 782

G.

Gabricus cum Beya conjungendus 736

Galeni medicina lapide multo inferior 786

Gallus & Gallina dicitur lapis 727

Garip non intrat super lapidem 730

Geberi opinio digna notatu 370

Gebri summa operis 410

Geldum seu gelbum dicitur lapis 727

Gemmæ orientales in vitro apparentes 772

Gemmæ quomodo colorantur 427

Gemmæ quomodo generantur 427

In gemmas transmutantur lapides 787

Gener dicitur lapis 727

Generatio animaliũ ex plantis 208. 210. *Mineralium* 204. *Plantarum ex mineralibus* 208.

Generatio quomodo non potest venire de qualitatibus nimis remotis 66

Generatio supranaturalis filii solis 432. *lapidum omnis generis.* 427

Generatio & corruptio quomodo fiat. 737.768

Generatio ubi fiat 725 *generatio artificialis metallorum* 739

Genera hominum quot 330

Generationum tres ordines 394

Genus supremum à quo omnis natura exit 55

Geon ripa intra spatium 33. *annorũ terram in lapides convertit* 883

Germen corporum nutritur & augmentatur, non vero ipsa corpora 755

Glacies facta ex aqua mercuriali 340

Gloria claritatis totius mundi 786

Graci Mercurium vocant Azoc 727
Gradus operationum 404. & *seqq.*
Grando dicitur lapis 727
Granum frumenti cur dicatur lapis 719. *granum incombustile metallorũ quid* 729
Granum ex humore connaturali nutriendum 764
Grossum quando fiat gracile 770.
Gryphus dicitur lapis 727
Gumma seu gummis dicitur lapis 719.720
Gumma benedicta qua 916. *dicitur nix.* 930. *lapis albus ibid. precioſior margaritis ibid.*
Gumanatura & virtus 893
Guma nigra ſpiſſa 926
Gumma quid 987. *philoſophorum* 77
Guttaroſacea cura 787

H.

Hæmatites dicitur lapis 727
Hereditarius morbus, vide *morbus*
Hebraiſtannum vocant Azoc 727
Hectica cura 787
Helvus color lapidis qualis 765
Hepar dicitur lapis 727
Hermetis vas, vide *vas*
Hermetis avis 550
Hermians argentum vocant Azoc 726
Herba dicitur lapis 727
Herbarum ſuccus vide *ſuccus*
Herbalis cur dicatur lapis 721
Hippocratis medicina lapidi phyſico cedit 786.787
Hirudo quid 727
Homo ex homine fit 738. *ex quo vivit* 439
Homo eſt minera lapidis 728
Homo galeatus dicitur lapis 727
Homo mortuus in ſepulchro 770
Hominis gratia omnia ſunt condita 786. *omnia adinventa* 910
Honoratus lapis 762
Honorem confert lapis 789
Humectare quid 749
Humectatio alternata 763
Humiditas aquoſa & aduſtiva 776
Humiditas & frigiditas cauſſa nigredinis 776
Humidum deſiccans 790
Humidum duplex 389
Humidum radicale metallorum quid 729. *augentia* 787
ex Humido fit lapis 723
Humidus & frigidus cur dicatur lapis 721
Humidus ignis 767
Humor vivificativus 743
Hyacinthus quid 724.788
Hyems dicitur lapis 727
Hydropis cura 787
Hyle & chaos an ſit materia philoſoph. 719

I.

Iaſpides ut fiant 788
Icteris cura 787
Ignis quid. 756.767. *ejus mentio* 722. 775. 744. 753. 754. 764. & *ſeq.*
Ignis ablutio 151
Ignis Balnei. 335. *diverſa actiones* 45.

nes 45. effectus & quomodo appellatur in magisterio 100
Ignis externus caussa efficiēs, adjutrix 376
Ignis febrilis 546. elementalis qui elementat elementa 91. natura elementalis caussata 33. gradus nigredine adsenta 937. mensura 73
Ignes operantes quot necessaris sunt 550. qualiter ordinandi in operatione ibid.
Ignis philosophicus quotuplex 766. differt ab igne nostro 766. Ratio 333. Regimen 291
Ignis unus ad opus 730. triplex apud platonicos 768
Ignitio quid 749
Iliaca passionis cura 787
Imbibere seu imbibere spiritum quid 736. 749
Imbibitio qxomodo facienda 758
Imbibitiones sufficiētes liquescendi materiam ad albū 548. per quod tempus durant ibid.
Imperiti mineralia non bene usurpant 328
Impragnatio quid 760
Impressio planetarum ad lapidis philosophici compositionem necessaria 913
Impetigines 787. 793
Inceratio quid 769. inceratio parit rubedinem 751. dat fusionem elixiri perfectam fixionem 163
Indagatrix metallorum virgula bifurcata 242. 322
Informatio caloris naturalis per excitationem factam per ignem cōmunem 52. 53
Ingressio seu ingressum qxid 751. 764
Inhumatio 751
Intemperamentum corporum 3. 4
Intentionis effectus 378. Virū auri & argenti ibid. per quam fit unio quatuor elementorum 76
Intensio qualitatum quid 377
Instrumenta naturalia & innaturalia 5. naturæ quomodo aqüiparētur instrumentis artis 35
Instrumētum memorativum 136. secundum practicale 140
Ioannis textus de auro 295
Irrigatio frequens mortem expellit 759. absq; irrigatione frequenti terra fructum non gerit 759
Ischiadis cura 789
Isir quid 702
Iulii scaligeri sententia 393
Iuvenis pulcher 945.

K.

Kenkel dicitur lapis 727
Kibric vel Alkibric quid 986

L.

Lac vel pinguedo terre 741
Lac dicitur lapis 727. Mercurius 721
Lac virginis quid 721. 725. dicitur arg. vivum 725. dicitur etiam lapis 718
Lacerta dicitur lapis 727
Lamina cristallina quid 719
Lapis & ejus virtus 437. praxis & ejus confectio seu tinctura per artem 434

Lapis post inventionem suam quomodo recipit adjutoriū ab aliis rebus ad efficiendum elixir completum 61. ejus terminatio ac finis in diversis figuris 62. quomodo est inter lapides & inter sales & inter extra qua omnes exierunt de sua natura & quomodo debet nasci. ibid.
Lapis de qua re 19. quid dicitur ib. quomodo est de quatuor elementis ibid. in quo loco reperitur 19
Lapis philosophorum per quod augeatur 549. philos. ex qua re consurgit 877
Lapis quomodo complet defectum corporum imperfectorum 131
Lapis omnium metallorum cur sic dicitur 859
Lapis quando suam naturam perdit & minuitur ad illum emendandum 129
Lapis quomodo est remotior à suo temperamento. 130
Lapis quomodo appellatur ratione sua proprietatis & naturæ ipsius 18
Lapis ex qua materia fiat 31
Lapis philosophicus non est nisi unus 17. advisatio sua purgationis 17
Lapis philosophicus seu tinctura aut sal auruficum 381
Lapis est primum sulphur 153 ejus materia qua 171
Lapis philosophorum qualis materia 895
Lapis philos quomodo in omni loco reperiatur 58
Lapis occidēdo quomodo dividi-
ficetur 536. ejus ablutio ibid.
Lapis quomodo fit materia apta ad creādū elixir 25.26
Lapidis divisio & resolutio ad convertendū ipsum 21. dissolutio in forma speciali 23 ejus nominis mutatio ibid.
Lapidis cōpositio est primum elixir 153.154. creatio 151. color 355.
Lapis benedictus non est lapis 943
Lapis fixus quomodo reddatur 345
Lapis per se motum non habet ut sit elixir 532. convertitur in ar. vi. 532. lapidis descriptio 535. quomodo perficitur 340
Lapidis præparationis demonstratio per differentiam exemplificativam 122
Lapidis præparatio 18. 816. multiplex 297. per ipsius divisionem in quatuor elementa post putrefactionem suam 93
Lapidis totum factū quomodo est in cognitione elemētorū & in conversione ipsorū 34
Lapidis dissolutio in primam materiam & ejus putrefactio 846
Lapidis diversæ digestiones 27
Lapidis divisio in tres causas principales 28. mutatio eius ibid. colores principales 28. de qua materia specialiter extractus est 29
Lapidis fixi color 333. vis primum acetum acerrimum 894
Lapidis graduales transmutationes 25

Lapidis impregnatio ex quo fit 925. *semen* 396
Lapidum instrumentum 174
Lapidis inventio secretè tenenda 60. *nomina diversa quomodo sortitur per suos diversos effectus* 71. *mors* 40
Lapidis mundificatio antequam ponatur in decoctione 935
Lapidis multiplicatio 349. 128 *in virtute & quantitate* 345. *effectus* ibid.
Lapides multis modis fiunt 883. *cristalli succinei* 356
Lapidis nomina 896. *Rubigo.* ibid. *prima cognitio, & de qua materia fit & de virtute patiētia quam artista habere debet in practica* 31. 32. *philosophorum materia & praxis* 255. *Operatio* 410. *vires* 541. *quæstiones varia* 544. *humiditas, & quomodo ipsa est aqua permanens* 45
Lapis philosophicus cur sal aurificus appellatur 389. *Declaratio Avicennæ* 875. *quando creatur, quomodo sulphuris substantia exter* 134. *qui primò & principaliter operantur sunt quatuor* 828. *quomodo fiunt & generātur* 884. *sæpe exigne fiunt* ibid.
Latitudo aquæ 848. *complexionis* 132
Lathon substantialiter & secundum visum suam albedinem recepit 996. *& A-Zoch, simul sunt* 523. *propter colorum diversitatem variis à philosophis nominantur nominibus* ibid.
Leo viridis 539
Lex miscendorum 402
Libri chymistarum ad quem ipsum scripti 941
Libellus qui septem claves artis dicitur inquirendus 370
Limbus Microcosmi 328. *in quo situs* ibid. *secundum Gebrum viscosa humiditatis humiditas* ibid. *unde emergit* ibid.
Liquefactio 144. *pro solutione* 927
Liquefactionū conjunctio 144 *matrimonium* ibid.
Locus in Arabia colorat omnia corpora inexistentia suo colore 884
Locus mathematica conjunctionis 403
Ludus puerorum 1007
Lulli opinio 412
Lumen luminum quod vocatur 879
Luminaria quando præparari debent 547
Lunaris practica S. Thomæ simplex 981
Lunæ præparatio 1001. *calcinatio* ibid.
Lutum sapientiæ 1003. *aliud ex quo lutantur junctura vasorum* ibid.

M.

Macedonenses ferrum vocant Azoc 726
Macrum impinguans 790. 794
Macula in facie 787. *ipsam detergens pulvis* 792
Magisteriū & cognitio aquæ fortis 92. *Totum quid* 857. *in quibus consistat* 562. *quomodo*

modo fit per naturam & operationem artis & scientia 126
Magisterii totius effectus non est nisi multiplicatio virtutum substantialium in essentias quintas 95. *dispositiones varias* 540
Magnes 440
Magnesia quid 721. 723. 725. *quando dicatur lapis* 729. *sitiens* 770. *ejus corpus fit ex pluribus rebus* 738. *magnesia terra cur lapis dicatur* 718. 891. *quando fit* 427
Magnus ignis & fortis totum opus perdit 768
Malagma quomodo perficietur 390
Malagmatis distillatio 401. *cautela. ibid. causa* 400
Marchasita quid 727. 739
Margarita dicitur lapis 727 *compositio* 184. *alia.* 193
Martech. quid 728
Mas quare sic nominatur 892
Masculus sulphuris rubei filius 889
Masculus cur sic dictus 891
Mater lapidis est arg. vivum 721. *est luna* 719. 733. 737
Materia auro & argento proxima sive semen auri est argentum vivum 388. *à natura inchoata & imperfecta reliqua artificis manum requirit, ut perficiatur* 388
Materia cõmunis omniũ metallorum 384. *cõveniens de qua re extrahi debet ad faciendum magisterium* 15
Materia desiderans habere unitatem forma quomodo de sua perfectione in unitate spiritus 5. *essentia integretur* 56
Materia & causa efficiens in arte potissimum desiderantur 391
Materiam fixam facere volatilem 853
Materia in arte ad suscipiendam auri & argenti formam qua sit 372
Materia lapidis quomodo nascitur 427
Materia prima duplex 847
Materia prima metallorum 424. 888. *à philosophis quæ dicta ibid. quotuplex ibid. quomodo usurpanda chymistis ibid.*
Materia principalis omnium metallorum qua sit 941
Materia secunda quid 430. *secunda est putrefactiorum* 428. *ejus virtus* 430
Materia vnd Pratick deß Steins der Weisen 254
Mathematica conjunctionis praxis 402. *pondera ibid. locus ibid.*
Matrimonium quid dicatur 917. *liquefactionum* 144
Maturatio sive Pepansis 304
Medicina alba vel rubea multiplicatio 549. *fixata signũ ad tingendũ crudum Mercurium* 983
Medicina mineralis chemica rectè è metallis & mineralibus paratur 328. *multiplicatio in quantitate* 168
Medicina perfecta ad album 548. *ad rubeum ibid.*

Medicina projectio solaris vel lunaris 549
Medicina quomodo se multiplicat de bono in melius, & de uno in plures 167. *unius pars convertit mille millia arg. vivi vel corporis imperfecti in corpus solificum* 550
Medicinarum omnium perfectio & melioratio 167
Melancholia 537
Melancholia ut curetur 787. *dicitur lapis* 727
Melancholiam denotat nigredo 775
Melancholicus dictus lapis 718
Metalla ad Mercurium quomodo reducuntur 354
Metalla duriora quomodo dissolvuntur 231
Metalla ex argento vivo constare probatur 229. *ex hydrargyro originem ducunt* 233. *transmutari non possunt* 238
Metalla ex sulphure & argento vivo non fiunt 227
Metalla in terra visceribus quomodo generantur 425
Metalla tam mollia quam dura quomodo in argentum vivum convertantur 229
Metalla quomodo differunt 827
Metalla quomodo procreantur 427. *quomodo inter se commiscenda* 432
Metalla sola projectione per lapidem igne juvante perficiuntur 397
ex metallis imperfecte mixtis arte prolitica an vim argentificam & aurificam habeant 387
sola vis seu proprietas argentifica & aurifica in solo argento & auro insita ib.
Metallica corpora unde generantur 526
Metallorum indagatrix virgula bifurcata 242. 322. *generatio circularis* 825
Metallorum projectio 860
Metallorum materia 888
Metallorum natura & eorum generatio ante omnia chymiæ studioso cognoscenda 941
Metallorum species quomodo se transmutant 33
Metallorum species nō possunt transmutari 830
Metallorum transmutatio ut vera sit probatur 237
Metallorum vita quis 425
Metallum unum magis est remotum à perfectione quā aliud 860
Methodus artis 863
Mercurius à philosophis quis dicitur 424
Mercurius ad nullam coagulationem absq; reliquorū metallicorum spiritū additione perduci potest 269
Mercurius corporis non vivificatus quomodo fit tinctura 355. *ejus multiplicatio ibid.*
Mercurius corporum quomodo faciendus 354
Mercurius & ejus natura nec non sulphur quod in se continet 842
Mercurius ex quo & quomodo fit 426

Mercurius habet quatuor dimensiones 960
Mercurius vulgi nõ est semen metallorum 429
Mercurius quis 456
Mercurius spiritus per se sublimatur 853
Mercurius verus sapientum 450. *unus sed variatus variis locis* ibid.
Mercurius vulgaris quomodo præparandus ut fiat aptus ad opus 1002. *ejus humectatio* 1005. *ejus sublimatio* 980. *aqua* 984
Mercurialium aquarum finis & effectus 351
Mercurialis aqua solvit omnia metalla 565
Mercurium coagulandi ratio duplex 358. *Modus* ibid. *Ignis* ibid. *Fixio* ibid. *calcinatio.* ibid. *solutio.* ibid. *ceratio.* ibid. *multiplicatio* ibid. *reddendi viscosum modus* 352
Mercurii coagulatio 872. *mortificatio* ib. *sublimatio* 873
Mercurij calcinatio per præcipitationem fixati 343
Mercurij corporalis resolutio philosophica 355
Mercurii corporalis revivificati coagulatio 358
Mercurij fixio necessaria 342. *duplex* ibid.
Mercurij inspiratio 1003. *animatio* ib. *inceratio* ibid.
Mercurij natura, & sulphuris quod in se continet 842
Mercurij philosophici augmentatio 835
Mercurij aquositatis remotio 342
Mercurij sapientum multiplex nomen 561
Mercurij signa quæ sunt 835
Mercurij sublimatio 831. *ex aqua forte* 336
Mercurij varia nomina 335
Mercuriorum è corporibus extractorum usus varij 355. & *seqq.*
Mercurio feces addenda 342
Menstruale ad inveniendum quomodo operator se habituare debet 82
Menstrualis fœtentis natura 79
Menstruale quomodo causa mortis argenti vivi 124
Menstrui vegetabilis philosophicinomina 337
Menstruum philosophorum 401
Menstruum simplex 336. *ejus circulatio vegetabilis acuati* ibid.
Mineralia ab imperitis male usurpantur 328
Mineralium generatio 204
Minera quare hodie ubi ante in desertis locis non invenirentur 426
Mistio Aristoteli quid 383. *ejus proprietates* ibid.
Mistionis & alterationis discrimen 385
Mistionis natura ratio & ordo 377
Mistio vera quid 385. *substantiarum* ibid.
Mixtio abbreviata 183
Modi regiminis quot 585
Modus sublimationis terræ 852
Modus naturalis concoquendi 395

Modus procedendi in practica, & quanta res requiritur in magisterio 49
Mons Kuticensis, ubi artifices fundunt minerale lixiviū ex quo ferrum abit in eu prum 239
Montes India quid denotant 988
Montium causa & origo 884
Motus non propriè mutatio 383
Multiplicatio 408. *duplex methodus* ibid.
Mundatio terra quanto temporis spacio fit 547
Mutatio argenti vivi quomodo fit 383. *in substantia* ibid. *in qualitate* ibid.

N.

NAtura abortiva corporum Imperfectorum 128
Natura corporum perfectorū & eorum sulphur 843
Natura habet suum propreum lumen 439
Natura ne momentum temporis otiatur 427
Natura nec vult nec potest cetera metalla in aurum convertere 243
Natura nigra quando efficitur 936. 937
Natura nisi arte juvatur non potest lapidem prestare 391. *artis chymicæ præceptor* ibid.
Natura obedit spermati 423
Natura quidnam ea sit, & quales ejus debeant esse scrutatores 420
Natura quomodo per artem in semine operatur 432
Natura simpliciter operatur super id quod habet 844
Naturarū radicalium consecutio 64
Naturæ duæ 894
Naturæ elementales quomodo exeunt à masculo & fœmina ad faciendum generationem 75
Naturæ extremitatum argēti vivi philosophorum 87
Naturæ intentio 887
Naturæ liberalitas 396
Naturæ mineralis simplicis per extremitates & media, principia 9
Naturæ ordo & modus agendi 392
Naturæ occulta notanda 863
Naturæ planctus 2
Naturæ principia in universali, & qualiter sunt extracta omnia à massa confusa 5
Naturæ unio 121
Neutralitas quid 4
Nigredo 891
Nigredo quomodo amovenda 546
Nomina diversa vocabulorū in unam intentionem convenientia 950

O.

OBjectiones 392. 393
Operator quomodo cōsiderare debet naturas mediorum lapidis 24
Operatoris intentio debet esse in præparando materiam lapidis 121
Operatio lapidis philos. septima 541
Operatio philos. quid 564

Operatio naturæ in nostro proposito & spermate 423
Operatio secundi regiminis 150
Operatio tertia creat lapidē de quatuor elementis 151
Quarta per quam fit compositio elixiris 153
Operationis alchimiæ modus quoruplex 552
Operis divisio 898
Operationes de arg. vivo 398
Olei auri usus 413
Olei aurifici vis & facultas 380
Olei perfectionis signum 380
Oleum capillorum 873
Oleum & lapis philosophicus longius ab argenti & auri naturâ quam calx 386
Oleum incombustibile 565
Oleo quid subtilius & purius 380
Optesis sive assatio quid 394
Opus mulierum 894
Opus trium dierum 818
Ordo primus 853
Ortus omnis ab humido instituitur & in sicco finitur 397
Ovum assimilatur ari philosophorum 891

P.

PArlarū compositio 192. per aliam viam ibid.
Paracelsi laus & cōmendatio 555
Paracelsi processus explicatio 356
Paracelsi tinctura 352
Paracelsi verba de tinctura physicorum 353. explicatio ibid. ejusdem sententia ibid.
Paracelsus suam medicinam omnibus præfert 328
Panis propetoratem in lapidē conversus 884
Patientia 898
Pavonis cauda 355
Pepansis sive maturatio quid 394
Perfectio & melioratio omnium medicinarum 167
Perfectionis causa argenti vivi 412
in perfectione quid fiat, quid vero non 392
Pinguedo unde nascitur 426
Philosophi antiqui lapidi varia nomina imposuerūt 851
Philosophi quare nomina lapidis multiplicant 889
Philosophia naturalis scientia secretorum definitio 876
Philosophandi modus 47
Philosophum decet esse virum bonum 607
Philosophorum as 535. spes 537
Philosophorum multorū sententia de lapide construendo 850. 851
Phlegmatis residui depurgatio ad eruendum salem tartari 334
φλογιστὸν 233. quomodo probatur ibid.
Phœnix Philosophicus 447
Physica Hermetica & Peripathetica discrimen 600
Planeta quomodo inter se transmutantur 432
Planetæ quomodo suas facīnt impressiones in lapide benedicto 918
Planetarum virtutes non ascendunt sed descendunt 433

Plantarum generatio ex mineralibus 208
Pondera mathematica conjunctionis 403. locus ibid.
Pondera ſpecierum quæ intrant ad aquam faciendã in qua aurum eſt ſolvendum 913
Practica quid 2
Practica brancharum noſtri lapidis 182
Practica ex Mercurio ſapientum 835
Practica quomodo dicatur per duplex inſtrumentum 136
Praxis conjunctionis mathematica 402
Praxis extrahendi ſpiritum auri 381
Praxis operandi lapidem philoſophorum 400
Praxis lapidis philoſophorum 255
Præparatio prima argenti & auri in calcem productio 378. ſecunda 399
Præparatio Mercurii corporis revivificati qualis requiritur ut ſolvi poſſit in viſcoſitatem 356
Præparatio tertia de extrahendo ſpiritu 381
Præparatio ſolis ad opus chymicum 1001. Lunæ ibid. fermenti 983
Principia quatuor primordialia principalia 5. 6. Magiſterii 12. & quot ſunt in numero ibid.
Principia naturalia confuſa 84. & quomodo generantur per virtutem ſucceſſiva operationis in aliis naturis ibid.
Principia non naturalia quomodo intelligenda 175
Principia radicalia ſcientiæ chymicæ quæ 941
Principia tria ab Ariſtotele ſtatuuntur ſed falſe 600
Procreatio metallorum ex argento vivo & ſulphure 825
Profundum ſeu occultum corporis quid 848
Projectio medicinæ ſolaris vel lunaris 549
Projectio quomodo facienda 918
Propinquitas dicitur complexio.
Propria auri & argenti vivi 373
Proprietates accidẽtariæ arg. vivi quæ ibid.
Puella prægnans 945
Purgatio argenti vivi 400. animatio ibid.
Putrefactio quid 829
Putrefactio à Philoſophis cur nominata 856
Putrefactio omnium rerum 43
Putrefactionis perfectæ ſigna 847
Putrefactio terræ quanto temporis ſpacio fit 547
Pythagoræ dictum 553

Q.

Quadrangulum ſecretum ſapientum 609
Quæſtiones variæ de lapide Philoſophorum 544
Qualitates accidentales 120

Quæ

Qualitates primæ & principes 377
Qualitatum extensio quid 377. *Intensio* ibid.
Quinta essentia quomodo ex sulphure fixo extrahitur 352. *ejus usus in morbis* ibid. *mortificatio* 354
Quintæ essentiæ arcanum pretiosissimum 564
Quintæ essentiæ Spiritus quid 917

R

Radices albi 871. *artis* ibid. *citrini* ibid.
Rebis 400
Reductio aquæ super terram suam 848
Remotio aquositatis Mercurij 342
Regimen ignis 526.816
Regimen ignis si secundum naturam regatur exemplo quatuor temporum debet regi 860
Regimen lapidis 830
Regiminis modi quot 565
Regimen primum quid vocatur 928. *secundum* ibid.
Regiminis secundi operatio 150
Regimen totum in quo consistit 820
Regulæ decem de lapide philosophico 414
Reiteratio sublimationis 1002
Res corrumpens totam naturam 81
Res omnes mundi sunt de sulphure & de argento vivo sicut de universali materia 57
Res omnis aquam appetit 536
quomodo nascitur 43
Res varia locorum varietate nascuntur 426
Resolutio aquarum 186
Rex coronatus diademate rubeo 898
Rotam circularem quomodo Artista debet scire corde tenus 117. *quomodo per eam subtilianiur & ingrossantur elementa* 115
Rubei conjunctio 145
Rubificatio ultimum opus lapidis 952

S.

Sal Alkali 440
Sal aurificus quid 329
Salamander à philosophis quis nominatur 447
Sal & oleum ex argento & auro 379
Sal est tenuis substantia 390 *penetrat partes solidas* ib. *aurificus figit argentum vivum* ibid. *ex ære & ferro eductum argentum in aurum mutat* 390
Sales extracti efficaciores quæ eorundem calx 379. *quomodo in oleum rediganiur* ibid.
Salis aurifici ratio & perfectio 391
Salis ex calce argentea vel aurea proliciendi ratio 379
Salis natura qualis 406
Salis natura aurifici est spirituosa & ignea 390
Salis substantia omnium efficacissimæ ibid.
Salium mixtio 354. *Edulcoratio* ibid. *putrefactio* ibid.

sublis-

sublimatio ibid. vivificatio ibid.
Salomoni omnes artes naturales licitæ notæ fuerunt 214
Sapphirus 189
Saturni anima extractio 363 *ejus usus varius ibid.*
Saturnus in aurum conversus 934
Saturnus non habet semen diversum ab aliorum Metallorum seminibus 426
Saturnus quomodo fit ibid.
Schismata tot in ecclesia unde orta 601
Semen quid 392
Semen à quatuor elementis in centrum projectum ad varia loca transit 423
Semen ad perficiendum varius finis 396
Semen fœmininum 401. *Masculinum ibid.*
Semen & sperma omnium rerum est unicum 424
Semen lapidis & auri quodnam 396
Semen quando in locum venit non amplius mutat formam 424
Semen salis aurifici perficiendi plus artis requirit quam metallorum aliorum 396
Semen triplex 428
Semen unicum in omnibus metallis 426
Seminis definitio 428
Seminum receptacula qua 431. *diversa genera & species ibid.*
Sequi mortificatio quid 937. *ubi apparet ibid.*
Siccum duplex 389
Signa perfectæ decoctionis 963 *putrefactionis* 847
Signum perfectionis olei 380
Signum veræ solutionis lapidis 546
Sol quomodo fit 426
Sol & luna Synonima 986 *ejus varia nomina ibid.*
Sol terram quo beneficio calefacit 565
Sol quomodo calcinatur 1001
Solis animam extrahendi modus 357
Solis aut lunæ conjunctio cum glacie Aqua Mercurialis 340
Solis flos 539
Solis præparatio ad opus chymicum 1001. *Inceratio* 1005
Sophistarum ceratio 408. *opera varia & vana* 403
Soloma & Brumazar Synonyma 986
Solutio argenti vivi compositi 400. *ejus repetitio ibid. auri* 972
Solutio duplex 369. *per aquã Mercurialem ad opus universale spectat ibid.*
Solutio ad primam materiam 392
Solutio controversiarum 812
Solutio quomodo reiteranda & ejusmodi 344. *per fimũ. ibid. per bullientem aquã ibid.*
Solutiva prima pars 144
Solvere quid 566
Solutionis 40 *dies* 405
Solutionis auri causa 399
Solutionis pars secunda 146
Solutionis repetitio 344. *ejus usus ibid.*
Solutio & separatio elementorum

torum 146
Species ad opus elixiris pertinentes sunt quatuor 912
Species metallorum non possunt permutari 830
Species non transmutantur sed individua species 531
Specierum pondera quæ intrant ad aquam faciendā, in quæ aurum est solvendum 913
Speculi dispositio quarta 523. septima 526. octava 530
Sperma quid 423
Sperma à quatuor elementis generatur 423
Sperma à 4. elementis in centrum projectum ad varia loca transit 423
Sperma fœminum frigidū & siccum cur sic dictum 844
Sperma metallorum est materia lapidis Philosophorum 173
Sperma masculinum rubeum calidum quid vocatur & cur sic 844
Sperma multiplicativum est materia secunda 430
Sperma viri ubi suum centrū 423
Spiritus aqua facilè & quomodo congelatur 428
Spiritum auri extrahendi praxis 381
Spiritus duplex 880
Spiritus bonos & malos quomodo Artista intelligere debet 90
Spiritus quinta essentia quid 917
Spiritus vini tartarisatus 386 quomodo præparatur 357
Sublimatio quid 525. 855. philosophorum est sine fecibus 528. species 529. vera 855. quomodo facienda ibid. prima 856
Sublimatio aeris 179
Sublimatio auri spiritualis per rubedinem 991. Mercurii 980
Sublimatio argenti vivi 865
Sublimatio Mercurii ex aqua forti 336. 831
Sublimatio non facienda nisi ut reducantur corpora 853 fit 329. de causis ibid. quomodo separat purum & mundum ab impuro & immundo per subtiliationem ingenij & naturæ 74
Sublimationem primam quid Philosophi nominarunt 856 secunda sublimatio ibid.
Sublimationis modus terræ 852 reiteratio 1002
Submersio elixiris quid 949
Substantia conjuncta, quam ignis non separat 870. fixa ib. permiscibilis liquefacta 868
Substantia sunt quatuor quæ tempore mutantur 828
Sulphureitas elementorum 37
Sulphur crudum commune quomodo transmutat, & verum aurum progignit 241
Sulphur naturale 233
Sulphur negotium mirabile in se habet 240. in qua aqua potest decoqui 867 in omni loco reperitur per suas proprietates 57. qua ratione possit mortificari 352. unde extrahitur 530

Sulphuris additamentum pro tinctura rubea 346. virtus & natura ibid. coctio 541. commendatio & ejus praparatio 866. compositio & natura 346. descriptio 826
Sulphuris præparatio & purgatio 333. præparandi modus 870. proportionati materia & aquipollentia sua ad operationem naturæ 85. purgandi modus 869. secundi nostri multiplicatio & ejus proprietas 157. sublimatio 347. mundatio ib. substantia propria quæ 565. repurgati fixio necessaria 348. reverberatio 352
Sulphur rubeum sanguis 562
Sulphuris rubei cõpositio 152
Sublimationis totalis intentio 348
ex Sulphure fixo quinta essentia extractio 352. ejus usus in morbis ibid.
Symbolum elementorum 119

T.

TAlcum dicitur lapis 727
Tantalus Mercurius 721 725
Tapum, id est, venenum dictus lapis 727
Tartari æs vocant Azoc ibid.
Tartari calcinatio 334. impregnatio per spiritum vini ibid.
in Tauro commorante Luna an opus incipiendum 767
Terra duplex 978
Terra alba foliata 562. varia nomina ibid.
Terra damnata 407
Terra mortua 390
Terra Philosophorum quid 978
Terra quomodo solvenda 944
Terra rubea ponderosa quid 942
Terra separatâ de aqua quid faciendum 547
Terra vel nutrix quid vocatur 927. ejus varia nomina ibid.
Terram fixam quomodo Artista habere debet 147
Terra ablutio 151
Terra integra dealbatio 837
Terrea materia cum sit calx non sublimatur 853
Theoria quid 2
Theriaca dicitur lapis 727
Thesaurus thesaurorum quid 787
Tertium quid 961. 975
Tinctura 333. alba 341. ad rubeum 346. albedinis firma & perfecta 344. ex quo generatur 561. Paracelsi 352
Tincturæ propria Philosophorum unde extrahitur, quæ tingit arg. vivum congelatum in album in medicinã rubeam per fermentationẽ 48. 49. Physicorum 353. Martis & Veneris sine resoluto auro nihil efficere potest 268. metallorum 860. in nullo abundantius reperitur quàm in Marte & Venere 267. nulla fit absq; arte philosophico 539
Tinctura optima & levis 982
Tinctura rubea Philosophorum quid 217. rubea ex Mercurio quando elicienda 350

Tinctura bonitas unde procedit 990. *genus quando completum* 867. *perfecta signũ ad tingendum Mercurium* 983

Triangulum Philosophorum triplex 609

Topazius quomodo componitur 191

Turchosa compositio 190

V.

Vocabulorum diversa nomina in unam intentionem convenientia 950

Vasa Alchymistarum 899. *unum ibid. lapideum ibid.*

Vasa quomodo & cum quo debent claudi 550

Vas calcinationis & ejus tempus 407

Vas quomodo claudatur 403

Vaporum præfocatio 333

Vasis descriptio diligens ibid.

Vasis probatio 900

Vasis natura temperantia 128

Venenum 891

Venus quomodo fit 426

Vestis tenebrosa 816

Via apud Alchymistas duæ cõvertendi tam mollia quàm dura in arg. vivum 229

Virgo prægnans 945

Virgula bifurcata indagatrix metallorum quomodo perficienda 242.322

Viriditas in ære est perfectio 535. *ejus commendatio ib.*

Virtus informativa per quam lapis Philosophorum recipit creationem 37

Virtus penetrativa quomodo lapidi conciliatur 345

Virtutes minerales propinquiores perfectioni quomodo artista notare debet 129

Virtutes naturales mutativæ quatuor 50.51. *eorum appellatio & operatio* 51

Virtus universalis separat elementa & conjungit ea, & unde creatur 77

Vis sulphuris non urentis congelat argentum vivum & convertit id in argentum verum. Et, vis sulphuris non urentis rubri congelat argentum vivum & convertit ipsum in aurũ quomodo intelligenda 552

Vnio naturæ 120

Vnitas materiæ, vasis, fornacis & ignis 355

Vnus est lapis, una medicina, unum vas, unum regimen ad album & rubeum faciendum successivè quomodo sunt intelligenda 582

Vnctuositas quomodo fit 426

Y.

Ysarit quid 76

Z.

Zernich 524

FINIS.

10912810

1-6 = 9000,-
Apl, 84

10972810

P E

P E